This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

OPERA OMNIA,

Ex MSS. aucta & emendata,
cum brevi annotatione

DAVIDIS RUHNKENII.

TOMUS II.

LUGDUNI BATAVORUM,
SAMUEL. ET JOHANNEM LUCHTMANS,
M D C C L X X X I X.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTINENTUR

VOLUMINE II.

Variarum *Lectionum* Libri XV. 1—372.

——— ——— Libri IV. 373—500.

Observationum Juris Liber Singularis. 503—520.

Commentarius in Ciceronis Catilinarias. 523—648.

Scholia in Terentium. 651—706.

Commentarius in Catullum. 709—810.

Scholia in Tibullum. 873—900.

— in Propertium. 903—932.

— in Horatium. 935—972.

— in Ciceronis Philippicas. 975—1010.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

VARIARUM

LECTIONUM

LIBRI XV.

AD

HIPPOLYTUM ESTENSEM,

CARDINALEM, AC PRINCIPEM ILLUSTRISSIMUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN LIBROS

VARIARUM LECTIONUM

PRAEFATIO

AD

HIPPOLYTUM ESTENSEM,

CARDINALEM, AC PRINCIPEM ILLUSTRISSIMUM,

Singularem omnium honestarum artium patronum.

Magnopere peccare mihi viderer, Hippolyte, Cardinalis Illustrissime, si otium illud, quod & plurimum & honestissimum tua mihi benignitate conceditur, alia ulla re, quam litterarum, & earum artium, quibus te insigniter oblectari video, assidua tractatione assumerem. nam cum ea te praecipue causa commoverit, ut aditum mihi ad familiaritatem tuam ultro

patefaciendum putaris, quod ad te de mea erga illas incredibili voluntate, meis fortasse scriptis, & amicis de me summorum hominum concitata sermonibus fama pervenerat: quis me ferendum putet, nisi quam de me opinionem incognito adhuc & absente conceperas, eam praesens ipse omni studio, omnique corporis & animi contentione confirmem? Ita igitur facio. quarum artium singularis pulchritudo mentem meam, usque a puero, admirabili quodam sui desiderio incenderat, ea nunc demum beneficio tuo aliis omnibus curis solutas magno & alacri animo persequor: neque sane committo ut qui me tibi tantum hominem & non ineruditum & eruditionis ac doctrinae sitientissimum commendarunt cum in illo priore indulserint amori erga me suo, in hoc etiam altero eidem obsecuti, ac non potius id quod exploratum haberent, vere apud te testati esse videantur. quod cum facio, primum, quo nihil dulcius est nihil optabilius, naturae meae propensionem sequo Vere enim hoc tibi affirmare possum, si quis mihi det omnes opes, omnia commoda, omnem potentiam propinat, ea lege ac conditione, ut semel deponam ha studia, & has qualescumque litterulas, altrices adol scentiae meae, fidissimas meorum omnium temporum c mites deseram: nunquam id faciam: neque quicqua tanti esse ducam, quod mereri velim, ut a suavissi earum amplexu & contubernio abducar. quare, dixi, cum in eas toto pectore incumbo, naturae me pareo: idque facio, quod si facere vetarer, vitalem n li esse vitam non putarem. deinde, quo mihi ni prius ac potius neque est, neque esse debet, volunt

Digitized by Google

tuae morem gero. saepe enim mihi, quae tua est humanitas, affirmasti, nullum tibi a me genus obsequii praestari posse jucundius, quam, si omne tempus arbitratu meo ponerem in litteris, & aliquid assidue, quantum in me esset, excuderem, quod & mihi ornamento, & aliis usui, & tibi oblectationi esse posset. neque vero me, ut id faciam, oratione tantum cohortaris, verum etiam exemplo. Quid enim facere nos oportet, quicunque tuis opibus non aliam ob causam fovemur, sustentamur, ornamur, quam ut in his studiis omni cogitatione defixa, dies noctesque exerceamur: cum te, te, inquam, ipsum, quem moderatrix humanarum rerum providentia in altissimo dignitatis gradu collocatum, perpetua gravissimorum munerum procuratione districtum teneri voluit, inter tot, tam graves, tam multiplices curas, tantopere ad tranquillitatem & salutem publicam pertinentes, quotidie tamen aliquid temporis harum artium tractationi tribuere videamus? Natura & unusquisque nostrum naturae suae, ut ait vetus quidam, semina sequitur: & quibuscum diu ac familiariter vixit, eorum mores & instituta vivendi facile ac libenter imitatur. Te vero cum omnis honestatis ac dignitatis amantissimum, omnium, quae ad comparandam veram ac solidam gloriam pertinent, cupientissimum natura genuisset: consecuta deinde Francisci Valesii, Galliarum Regis optimi, ac maximi, intima illa, qua tot annos usus es, consuetudo magis etiam incitavit ad easdem illas vias, in quas ipsa te natura deduxerat, animosius & constantius persequendas. Ille homines eruditos ad se ex omnibus orbis terrarum partibus, amplissima eorum industriae

praemia ſtatuens, convocabat. idem illud exemplum jam dudum Italia te, maxima cum tua laude, renovantem intuetur. Ad regalem illius menſam non ullum acro ama aut libentius, aut ſaepius, quam vox alicuju eruditi hominis, audiebatur. epulae quoque tuae quoti die nulla re magis, quam graviſſimis & honeſtiſſimi virorum doctrina praeſtantium ſermonibus, condiuntur Ille igitur ad ceteras ſuas laudes eam addidit, qu nulla, meo quidem judicio, major eſt, nulla praecla tior, ut communi omnium populorum conſenſu Litterarum Pater nominaretur. idem illud cognomen tibi apu poſteros tributum iri, cuivis perfacile eſt, qui tuam erga homines liberalium artium ſcientia excultos muni ficam, planeque regiam voluntatem cognoverit, augu rari. Nos interea, qui per te hoc otio fruimur, omnem induſtriam eo conferre oportet, ut quacumque ration posſumus, heroicas ac prope divinas virtutes tuas omn genere monimentorum ad immortalem poſteritatis memo riam conſecremus. non quod rerum a te geſtarum glori noſtro teſtimonio indigeat: ſed quod alia nobis via null relinquitur, quo ingrati animi notam effugere valeamu Igitur alii quidem, quibus major doctrinae copia eſt alia tibi graviora, & majoris operae inſcribent. eg autem, qui nondum eam facultatem conſecutus ſum ut a me quicquam egregium exſpectari debeat, ſcriba tamen, qualiacumque potero, & hiſce parvis ac tenu bus munuſculis teſtabor hominibus magnitudinem o ſervantiae erga te meae- Illud quidem certe omni op conabor efficere, ut ſcripta mea, ſi nullam aliam caussam in pretio ſint, utilitate tamen tueantur ip

ſ

Digitized by Google

se, & hoc saltem nomine a studiosis hominibus non negligantur. quod & alias feci, & in iis maxime, quas nuper apud te scripsi, Variarum Lectionum libris. Primum enim cum in praestantissimis utriusque linguae scriptoribus multa, vel temporum vel hominum culpa, corrupte & depravate legantur: eaque res vel non animadversa errorem, vel animadversa molestiam, & difficultatem legentibus objicere soleat: ejus incommodi ut pars aliqua per me tolleretur, operam dedi. deinde, cum & illud constet, veteres Latinos summo studio esse in Graecorum imitatione versatos, & eorum locorum, quos illi ab his acceptos in usum suum transtulerunt, diligens, & accurata notatio magnam his temporibus utilitatem habere credatur: hujus quoque generis inspergenda nonnulla esse duxi. narratiunculas etiam aliquot admiscui quarundam historiarum, quae neque contritae ac communes essent, neque fore injucundae cognitu viderentur. Ubi autem ita res tulit, ut ab iis qui vel aetate nostra, vel etiam superioribus temporibus in hoc ipso curriculo industriam suam exercuerant, dissentirem: feci id, ut & natura & consuetudo mea fert, libere: sed ea tamen moderatione servata, ut imminutam esse a me dignitatem suam, nemo conqueri posset, nisi is tantum sibi tribuat, ut errare se posse non putet. quod neque cuiquam unquam contigit, & majus est, quam ut convenire in humanam fragilitatem queat. sed ex quid fecerimus, ipsa res indicabit, testatum quidem omnibus esse volumus, nihil aliud nobis propositum fuisse, quam ut sine cujusquam offensione, auxilii aliquid attulisse huic studiorum generi diceremur. A te autem,

Digitized by Google

Hippolyte, Principum decus, etiam atque etiam petimus, ut qua nos humanitate in familiarium tuorum numerum recipere dignatus es, eadem hos labores noſtros, qui nullâ re magis, quam tui nominis auctoritate, nixi, in publicum prodeunt, tibi accipiendos putes: neque tam, quid amplitudini tuae conveniat, quam, quid praeſtari a nobis poſſit, expendas. nam & haec ipſa novis in dies accesſionibus creſcent, & alia ſuo tempore, quae tibi gratiora fore confidimus, proferentur.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

AMPLISSIMUM ET ILLUSTRISS.

VARIARUM LECTIONUM LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Tres Isocrates. Cujus sit Παραίνεσις *ad Demonicum, indicatum.*

Elegans in primis, & cum saluberrimis referta praeceptis, tum omnibus condita dicendi festivitatibus oratio, quae Paraenesis ad Demonicum inscribitur, non ejus scriptoris est, cujus vulgo putatur. nam cum ab Isocrate illo qui Socratis & Platonis aequalis fuit, cujusque domus officina eloquentiae habita est, fluxisse, ejusque ingenio elaborata esse credatur, id secus est: quodque etiam in aliis contigisse scimus: errorem hic objecit hominibus nominum similitudo. tres enim facundi ac diserti fuere homines, quibus omnibus idem Isocratis nomen fuit. Unus is, quem modo diximus: qui a Socrate commendatur in Phaedro; quemque Cicero, dissentiente Bruto, tantopere laudabat. alter, hujus discipulus: cujus apud Suidam mentio est. neutrius autem horum est ea,

Digitized by Google

de qua loquimur, oratio: sed tertii (*) cujusdam Isocratis, qui Ciceronis temporibus floruit. Id ita esse, didici ex Dionysio Halicarnasseo, qui in aureolo libello de Arte rhetorica, quendam ex ea citans locum, Isocratem ipsius auctorem, suum, & Echecratis, ad quem scribit, sodalem vocat. ejus verba sunt: Ισοκράτης μὲν ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἡμῖν, ὦ Ἐχέκρατες, οὗπερ ἄνδρα φησὶ χρῆναι σοφιστὴν τοῖς σπουδαίοις ἀνδράσιν, ἐν τῇ Δημητρίου τῇ πρὸς τὸν Ἰσοκράτη, (ita enim legendum est, non, ut in vulgatis libris, πρὸς τὸν Ἰσοκράτειον) καὶ τὴν φιλοσοφητρείαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ σοφιστεῖον τὰς ἀπαντῶσας, ὡς αὐτός φησι. Locus autem, quem indicavit Dionysius, ita apud Isocratem legitur: Τῷ μὲν πρέπει γένει φιλοσοφήματος, τῷ δὲ λόγῳ σοφιστηρίου. ἔστι δὲ φιλοσοφητρείας μὲν τὸ σοφιστεῖον τὰς ἀπαντώσας, σοφιστρείας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείους ἐπιγράφειν. Harpocration tamen, qui sit ἐπαντὸς ὄρος, exponens, Isocratem Apolloniaten ejus, de quo agimus, libelli auctorem facit. at is veteris illius Isocratis auditor fuit: ut apud Suidam est. Hermogenes autem aperte eundem Isocratem hujus Paraeneseos, & ceterarum orationum, de quibus nulla dubitatio est, quin sint ejus qui cum Socrate & Platone vixit. Sed magis me ea, quae supra recitavi, verba Dionysii movent.

CAPUT II.

Mithridatem cur Dionysium Tralliani honoris causa vocarent. Illustratus locus ex oratione pro Flacco. Ejus qui Plutarchi συμποσιακὰ interpretatus est, notatus error.

M. TULLIUS in oratione pro L. Flacco cum percenseret eas laudes quas Tralliani in Mithridatem, regem populo R. infestissimum, congesserant, ita scribit: *Mithridatem deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Dionysum, Bacchium, Liberum nominabant.* atque hoc Petrus Victorius admonuit dictum esse ad Demosthenis imitationem, cujus illa sunt ex oratione De Corona: Οἱ μὲν καπήλευοι Θετταλοὶ, καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλοι, διεφθάρησαν, σαπέρδα τὸ Φιλιππικὸν ἀγῶνα. πάντ' ἐκείνῳ δὲ αὐτῆς. protulit

(*) Errat. Vide Fabricium Bibl. Gr. Vol. I. pr. 848. De Apolloniate Isocrate diximus in Hist. Crit. Orat. Gr. p. 84.

Digitized by Google

lit etiam *locum* ex Athenaeo, quo confirmatur, Mithridatem vivum ac videntem, divinis affectum honoribus. sed cur Liberi patris potius, quam cujusquam alii dei nomine honestaretur ille rex, quando de eo sibi non liquere subobscure indicavit Victorius, ego aperire constitui. Duae autem ejus appellationis caussae a Plutarcho libro primo προπόσεων afferuntur. una, quod Mithridates praemium proposuerit, qui plurimum edisset, quique plurimum bibisset: ipseque in utroque certamine palmam tulerit: utpote qui omnes aetatis suae homines bibendo superaret. ob id igitur Dionysum vocatum. sed eam caussam Plutarchus ipse, ut inanem, commenticiamque, & minus idoneam reprobat. ac plane, si haec vera esset, videri poterant Tralliani, cum Mithridatem Dionysum salutarent, non tam ei honorem tribuere, quam contumeliam facere: quasi ebriosum eum & helluonem ac gurgitem vocarent. quare haec altera caussa putanda est verior. (*) bis eum fulmine appetitum fuisse: ita ut innocuus incolumisque remanserit. nam cum adhuc infantulus in cunis vagiret, collapsum fulmen, fascias, quibus involutus erat, exusit, neque tamen ipsum laesit. vestigium modo quoddam ignis in fronte relictum est: quod facile occultaret coma. rursus cum jam vir esset, ita propinquum ei dormienti cecidit, ut tela in pharetram, quae haud procul a lecto pendebat, condita conflagraverint. ipse tum quoque intactus. iis expositis, addit Plutarch. Οἱ μὲν οὖν μάντεις ἀπεφήναντο, πλεῖστον μὲν τοξικῆς καὶ κύφης στρατεῦσαι. οἱ δὲ πολλοὶ Διόνυσον αὐτὸν, ἀπὸ τῶν κεραυνοβολιῶν ὁμοίωσιν τινὰ πάθους προσηγόρευσαν. id est, *Igitur vates quidem pronuntiarunt, plurimum ipsum sagittariis, & levi armatura esse valiturum. Vulgus autem ei Dionyso nomen fecit, ab illis fulminum jactibus: quod ei simile quiddam, atque Dionyso, contigisset* Hanc postremam partem quidam, qui librum illum Plutarchi Latinum facere studuit, ita reddidit: *Quam ob caussam vates plurimum sagittariorum manu, levisque armaturae copiis praestiturum praedixerant.* Quanquam non desunt, qui Bacchi nomen a morbo sideratis ac de caelo tactis familiare datum illi existiment. quae interpretatio ita est absurda

(*) Ne haec quidem ratio probanda est. Veriorem attulimus ad Vellej. Pat. II. 82. p. 345.

absurda & aliena, ut valde mirer, quid tum illi homini in mentem venerit.

CAPUT III.

Locus quidam Ciceronis in Verrem vindicatus a prava aliorum correctione. Plinii alter declaratus.

UTUNTUR interdum Latini scriptores Graecis quibusdam vocibus, easque Latinis tamen litteris notant: quod qui non animadvertunt, facile in errorem incidunt: praecipue cum eae voces ejusmodi sunt, ut etiam Romanae videri queant. id quod accidit homini in primis erudito explicanti orationes Ciceronis in Verrem. Nam cum Cicero impurum illum hominem aestate summa, quo tempore ceteri praetores obire provinciam, & concursare consueverant, totum se ad nequitiam & ad libidinem contulisse diceret, & tabernacula carbaseis intenta velis in littore collocari jussisse, ubi totos dies cum impudicis mulieribus perpotaret: haud ita multis interjectis verbis, ita postea locutus est: *Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis impudentia, quam nostis, ipse tamen, cum vir esset Syracusis, uxorem ejus parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere.* quorum verborum ille, quisquis est, sensum non videre se dixit: nisi pro, *in acta*, legatur, *in lecto*. neque intellexit, Ciceronem, quod antea Romano more *littus* dixerat, id postea *actam* voce Graeca, ut videlicet in Sicilia loquerentur, nominasse. notum est autem, Siculos eo quondam sermone usos, qui e Graecis, Latinisque vocibus permistus esset. *Actam* vero solitos eos dicere pro littore, etiam Virgilius indicio est, qui illud ipsum littus eo nomine vocavit:

At procul in sola secretae Troades acta
Amissum Anchisen flebant.

Ita igitur *actam* uterque, ut Terentius, & Cicero ipse urbem Athenienſium, *Astu*. Sed & S. Ambrosius eadem voce usus est libro quinto Hexamerôn: *Quae*, inquit, *non in acta, nec in littoribus, sed in Atlantici maris profundo*

Digitized by Google

fuade ferantur videri. Neque dissimili modo C. Plinius libro VII. Naturalis historiae *probata* pro pecudibus dixit. ejus verba sunt: *In eadem Africa familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes.* non enim quae familiae illae probassent, ea interire affirmavit, sed, ut dixi, τὰ ἀγαθά.

CAPUT IV.

Horatii locus ex Euripide expressus.

QUOD Horatius libro primo Epistolarum pereleganter scripsit, esse verba & voces quasdam, quibus animi morbos lenire ac mitigare fas esset, respexisse ipsum arbitror ad locum quendam Euripidis ex Hippolyto coronato, ubi nutrix Phaedram insano privigni amore incensam alloquens, admonet eam, ut morbum illum suum fortiter ferat: esse enim cantus & sermones quosdam, in quibus insit vis ad eum mulcendum ac molliendum. Versus Euripidis hi sunt:

Ἔστιν δ' ὅπως τὸν νόσον κατασκήψω.
Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, κ' λόγοι θελκτήριοι.
Φανήσεταί τι τῆδε φάρμακον νόσου.

Horatii autem hi:

Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnum morbi deponere partem.

non tamen uterque idem intellexit. nam illa de magicis carminibus: hic de sermonibus philosophicis loquitur, a quibus vera omnium morborum animi petenda medicina est. quanquam si quis Euripidem quoque idem κατ' ἀναγκαῖον τι significare voluisse censeat, libenter me socium ipsius sententiae ascripserim. Gaudet enim poëta ille ejusmodi sententiis, quae neque a populari consuetudine discedant, & philosophicum tamen intra se aliquid occul-

Digitized by Google

cultent, nam quod in versibus Horatii lego, *miseroque cupidine*, non, ut in plerisque libris legitur, *miseraque cupidine*, in eo veteres libros auctores habeo, ac praeterea, esse id ex Horatii consuetudine, nullo negotio probare possum. ita enim alibi:

At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit. & in Odis:
Nec leves somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

ut dubitari plane non possit, quin ea vera scriptura sit,

CAPUT V.

Ejusdem Horatii locus ex Isocrate prope conversus.

VENIT mihi in mentem quorundam ejusdem poëtae versuum e Sermonibus, quibus exponit, quae primis temporibus vita hominum fuerit, agrestis videlicet, & ferina: utque post, rationis & orationis beneficio, ad civiliorem vivendi modum, & humanae naturae magis consentaneum venerint: qui quidem versus tantam habent cum Isocrate a quadam ejusdem rei narratione similitudinem & convenientiam, ut eam poëta non modo imitatus, sed prope interpretatus esse videatur. qua de re ut cuivis utriusque linguae intelligenti existimare liceat, utriusque verba subjiciam. His igitur versibus eam Latinus vates sententiam est executus:

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus:
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenere. dehinc abstistere bello,
Oppida coeperunt munire, & ponere leges.

Isocrates autem ita Nicoclem loquentem facit: Ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι τοὺς πρώτους ἀνθρώπους, οὐδὲν διαλλάττειν τῶν ἀλόγων ζώων, οὔτε τοῖς σώμασιν οὔτε τῇ γνώμῃ· ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον ἀλλήλοις, καὶ διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους, καὶ συνεβουλεύοντο πῶς ἂν ἄμεινον διαιτῷντο, καὶ τοὺς ἀσθενεστέρους ἐβιάζοντο, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἐκόλαζον, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἐτίμων, καὶ τοὺς κακοὺς ἐμίσουν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπαύοντο τῆς ἀδικίας

βαλλόμεθα, ἀ μόνον τῶ ἡσεμνῶς ζῆν ἀπομαχόμεθα· ἀλλὰ καὶ συνιδίοις πόλεως φιλοσοφεῖν, καὶ νόμους ἰδίμεθα, & quae sequuntur.

CAPUT VI.

Ciceronis locus ex oratione pro P. Quinctio pulchre a Paulo Manutio correctus.

QUOD *si facere nolit, atque inhibuerit ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere: sese nihil precari, &, si quid agere velit, judicio defendere.* Ita leguntur Ciceronis verba haec ex oratione pro P. Quinctio in omnibus impressis libris, praeterquam in Manutianis. quae cum corrupta esse constaret, fuerunt, qui pro, *inhibuerit*, reponerent, *instituerit*. At praeclare, ut solet, Manutius: de quo viro merito dubitari potest, plus ne ipse Ciceroni, an ipsi Cicero debeat. Nam & ipse tractandis assidue Ciceronis scriptis eam assecutus est eloquentiae laudem, qua vincit omnes: & cum ad ingenium, quo excellit, addidisset eam diligentiam, eamque laborum perpessionem ac tolerantiam, qua vires, ipsamque adeo valetudinem suam, magno nostro omnium, quotquot eum, quia plane novimus, plurimi etiam facimus, dolore prostravit; incredibile est, quot ab errorum millibus eos libros felicissime vindicarit. at aetas nostra miseram quandam extulit vim hominum improborum, qui magnam laudem in obtrectatione positam putant, neque quicquam cupidius faciunt, quam ut quicquid possunt, quacunque ratione possunt, ex aliena gloria deterant, credantque ita se demum emersuros, si eos qui extant, deprimerint. quam rationem grassandi ad famam nemo unquam sapiens approbavit. sed me amoris quidam aestus in eo, de quo dicere coeperam, abduxit. omnino autem, cum de Paulo Manutio loquendum est, moderari orationi meae neque volo, neque possum, neque debeo. alii complures rationem inire poterunt, quot ipsi locos in Ciceronem correxerint: illi aut uni, aut cum paucissimis, licet dicere,

Pauperis est numerare pecus.

illius igitur libris (tandem enim ad propositum me referam

ram tamen) is, de quo agebam, locus ita legitur: *Quod si facere nolit, atque imbiberit ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, &c.* praeclare, ut dixi. *Imbiberit* enim est, hoc sibi plane proposuerit, hoc ita in mente ac cogitatione sua defixerit, ut evelli non queat. est autem ita scriptum omnibus litteris, in longe plurimis vetustis codicibus. Sed insolentia locutionis fefellerat alios, quae Manutium non fugit. meminerat enim ita locutum Lucretium lib. III.

Qui petere a populo fasces, saevusque secures
Imbibit. & libro sexto,
—— non quod violari summa deûm vis
Possit, ut ex ira poenas petere imbibat acres.

ut ergo a Lucretio dictum est, *imbibat petere*, sic a M. Tullio, qui eum poëtam studiosissime legerat, *imbiberit perducere.* Usus eodem modo & Livius libro secundo Annalium: *Neque memor ejus, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis.*

CAPUT VII.

Epitheton, quo Corinthum ornavit Horatius, e Graeca voce expressum videri.

BIMAREM (*) Corinthum cum diceret Horatius, non dubito quin exprimere voluerit Graecam vocem ἀμφιθάλασσον. est autem ea vox non admodum frequens, proba tamen & antiqua: ususque ea est Xenophon, cum urbis Athenienſis commoditates celebraret, doceretque, eam opportuno admodum loco sitam ad importanda & exportanda quae opus foret: ita enim loquitur: Καὶ μὲν δὴ ἐκβίβασίς γε ἔστι, ὅθεν ἄστεϊ πᾶσιν ἀνήμοις ἀφορμᾶσθαι τὰ δὴ δεῖ), ἢ ἀποπέμπειν ἃ βούλει· ἀμφιθάλασσον γάρ ἐστι. Hoc eo annotare visum est, quoniam in scholiis Horatianis, quae abhinc annos quatuor, ad Jo Avansonium V. C. qui tum Romae Gallorum regis legatus erat, miseram, cum cetera

(*) Vide Lambini epistolam ad Muretum, quam dedimus T. I p. 497.

Digitized by Google

ceterarum urbium epitheta unde ſumpta eſſent, indicaſſem: neſcio quo modo contigit, ut hoc, quod minime deerat, praetermitteretur.

CAPUT VIII.

Horatii locus, qui multis in libris corrupte legitur, explicatus.

VERSUS hi (*) ſunt e ſecundo Odarum Horatii:

Vivet extento Proculejus aevo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.

quorum qui proxime ultimum antecedit, ita in multis libris legitur:

Illum aget penna haud metuente ſolvi.

conſtat autem ita correctum eſſe ab aliquo, qui ſententiam quidem videret, ſed vim verborum non ſatis perſpiceret: putaretque ita melius aeternitatem famae ſignificatum iri, ſi particula illa negandi vim habens adderetur. alioqui fore, ut parum firmitatis ineſſet ea in fama, cujus pennae ſolutionem metuere dicerentur. firmitas enim fabulam, infirmitas metum parit. at ille, quisquis fuit, tenui & frivolo argumento deluſus eſt. nam, quia quae nescimus, refugimus; longiſſimeque nos ab iis abducimus, factum, ut Horatius *pennam metuentem ſolvi* dixerit eam, quae ſemper longiſſime ab omni ſolutione abeſſura eſſet. eſt autem ſimile illud Virgilii,

Arctos Oceani metuentes aequore tingi.

ubi ut *metuentes tingi* dixit is, quae nunquam tingerentur: ita hic *pennam metuentem ſolvi*, quae nunquam ſolveretur. Hoc eo libentius annotavi, quod ut alia multa, in hoc quoque mendum in eos libros, quibus addita ſunt nova ſcholia, operarum negligentia, me abſente atque inſcio, irrepſerat.

(*) Vide Lambini epiſtolam l. c. p. 197.

CAPUT IX.

Sententia quaedam Terentiana ab Aeschylo etiam prolata ostenditur: &, qui eandem continet, Graecus incerti scriptoris versiculus indicatur.

QUOD apud Terentium adolescens amore saucius dixit

Facile omnes cum valemus, recta consilia aegrotis damus

ejus non dissimile quiddam Prometheum dicentem facere Aeschylus. cum enim miserum illum & aerumnosum de um nymphae Oceanitides reprehenderent, quod peccas set: ita eum respondentem induxit: facile esse iis q malis soluti sunt, admonere ac corripere eos qui adve sis rebus premuntur. Versus Aeschyli, si quis eos requ rit, hi sunt:

Ελαφρὸν, ὅς τις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει σωφρονεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς
Πράσσοντας.

id est,

Haud difficile est, pars nulla quem attingit mali,
Monere eos, ac corripere, qui miseriis
Urgentur.

tale igitur aliquid eo loco dixerat & Menander. sed hunc versum alicubi legere memini:

Ὑγιὴς νοσοῦντα χρῆσθαι πᾶς τις νουθετεῖ.

CAPUT X.

Equitandi verbum quod Euro tribuit Horatius, Euripidem quoque eodem modo locutum esse.

AUDACI sane metaphora usus videtur Horatius, cu Euro vento equitandi verbum tribuit. notus est eni ille versiculus,

Per Siculas equitavit undas.

neque unquam id, ut opinor, sine veterum exemplo a sus esset. sed meminerat, Euripidem quoque eodem m do locutum esse de Zephyro. itaque fecit more suo, u per

Digitized by Google

persequendis Graecorum vestigiis, τὸ δ' λέξιν ἀρχαίαν τε καὶ ξενικὴν quaereret, seque quam longissime a trita & plebeja loquendi consuetudine abduceret. quo in genere plane singularis fuit: neque, meo quidem judicio, Graecas loquendi formas Latinorum poëtarum quisquam vel frequentius, vel fidentius, vel felicius imitatus est. Locus autem ille Euripidis, quem dico, ita scriptus est in Phoenissis:

Ζεφύρου πτεροῖς ἱπτάμενοι δι' αἰθέρος.

CAPUT XI.

Currum pro navi, ut a Catullo, sic & a Graecis poëtis dictum esse.

ETIAM illud Graecorum exemplo fecit Catullus, ut navim *currum* vocaret, in libello De nuptiis Pelei & Thetidos:

Diva quibus retinens in summis urbibus arces,
Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

Siquidem apud Aeschylum Prometheus in illa longa enumeratione artium, quas a se in usum mortalium excogitatas & inventas gloriatur, ait repertum (*) suum esse currus illos nautarum, qui lineis alis vagentur per mare:

Θαλασσόπλαγκτα θ' ὅπως κύκλῳ πάτῃ ἀνὴρ ἰθύς
Δικρώτοις ὄχοις ἐπ' ὠκυπόροις ἐχήμασι.

Sic & Euripidem eadem figura usum memini, apud quem Medea, qui Medeam admonet, ut se mandet fugae, praecipit ei, ut neque id vehiculum spernat, quod navigandi, neque id, quod terrestris itineris conficiendi causa comparatum est:

εἴ δοκεῖ σοι ἔρχου σκάφεσιν εἰσβασμένη
Μήδεια, φεύγε, φεῦγε, μήτε ναΐνου
Ἀκτὰν ἀπείρων, μήτ' ἔχνη πεζεύσιμα.

Sic hoc quoque, ut totum prope veteris eloquentiae chora-

(*) *Repertum*, pro *inventum*, Lucretii est, non Ciceronis.

ragium, ab Homero est: qui primus aurigam navis pro gubernatore dixerat: Θοίγανον ἡνίοχον νεὸς κυανοπρῴρου, & naves, equos maris vocaverat:

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβασήμεν, οἵτ' ἀλὸς ἵππους
Ἀνδράσι γίγνονται).

CAPUT XII.

Libidinosarum mulierum, quae calumniatae sunt eos & quibus spretae ac repudiatae erant, exempla octo.

EXEMPLA octo memini legere earum mulierum, quae viros a se impudice appetitos, cum eos ad restinguendum libidinis suae ardorem flectere nequivissent, calumniatae sunt postea, tanquam ab ipsis tentatae forent: eisque partim crearunt ingens periculum, partim etiam exitium attulerunt. eorum unum est in sacra historia, de Josippo Jacobi filio, qui, cum obtemperare herae suae, Putipharis uxori, noluisset, structis ab ea calumniis in vitae discrimen adductus est. atque hoc, ut quod omnibus notum sit, nihil est necesse pluribus verbis exponere. Hippolytum quoque Thesei filium ut Phaedra noverca tentarit, seque ab eo spretam videns, reverso ab inferis marito persuaserit, eum sibi vim afferre voluisse, (quamquam paulo aliter est apud Euripidem) utque castissimus adolescens crudelissimè ob eam rem discerptus dilaniatusque sit, & lippis, ut ait Horatius, & tonsoribus notum est. Sed & Tenni, Cycni filio, Neptuni nepoti, idem contigisse memoratur. ejus enim ephebi jam, &, ut Graeci dicunt, ἀνθήσαντος desiderio tacta noverca Philonome, seu, ut alii vocant, Peribœa, sermonem cum eo de stupro contulit. Rejecta & repudiata, insimulavit eum apud patrem, eodem plane modo quo Hippolytum Phaedra. Credulus parens inclusum in capsam quandam filium projecit in mare. tulit opem Neptunus innocenti nepoti delataque est capsa ad insulam Leucopharyn: quam cum incolae aperuissent, remque cognossent: non tantum Tenni regnum detulerunt; sed etiam de nomine ipsius insulam Tenedon nominarunt. quin & mortuum coluerunt pro deo. Eodem modo prope perditus est Bellerophon

phon ab Antaea, Proeti uxore: & Peleus ab Hippolyte, uxore Acasti. de quibus apud Horatium sunt illa:

Ut Proetum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat paene datum Pelea tartaro,
Magnesiam Hippolyten dum fugit abstinens.

Nos autem utramque sive historiam sive fabulam alibi copiosissime exposuimus. Hippodamia quoque cum eam averteret Pelops, siti aliquando correpta esse dicitur. cumque Pelops, quaerendae aquae causa descendisset e curru, jamque longius abiisset, (magnae enim circum solitudines erant) illa Myrtilum aurigam, cum quo sola remanserat, solicitare coepit, ut secum rem haberet. voluit videlicet, interea dum reverteretur Pelops, aliam quandam sitim restinguere. sed cum Myrtilus morem gerere noluisset: accusatus est apud reversum Pelopem, quod ipsam violare conatus esset: ob idque projectus in vicinum mare: quod ex eo Myrtoum usurpari coepit. Philostratus libro sexto De Vita Apollonii, Timasionem quendam Aegyptium a noverca frustra adamatum, deinde illius calumniis solum vertere coactum esse narrat. etsi ille quidem alio quodam modo, quam ceterae, privignum calumniata est. Denique Fausta, Maximiani filia, Constantini Magni uxor, eodem modo ut Phaedra, Crispum privignum suum accusavit. itaque imperator optimus, sed hac quidem in re non satis consideratus, immerentem filium morte multavit. idemque postea, re cognita, etiam de uxore supplicium sumpsit. Sunt & alia duo exempla non dissimilia in libro De Fluminibus, qui Plutarcho tribuitur; in Hebro, & in Lycorma.

CAPUT XIII.

Falsum quandam historiam a Petro Victorio pro vera traditam esse.

FALSUM est, quod Victorius tradidit libro duodecimo variarum lectionum, extitisse quendam capitalem impor-

Digitized by Google

tunumque hominem Athenis, qui dixerit; se, dum regno Athenarum uno die potiri posset, nullum supplicii genus recusaturum: pasturumque aequo animo, ut acerbissimis cruciatibus postea afficeretur: omnisque ipsius familia funditus periret. Nam quod putavit id Plutarchum in Solone dicere: declaravit exemplo suo, quamvis crudelios homines caecutire & παροράν, ubi aliquid connivantes legunt. Nihil enim tale Plutarchus, quale Victorius credidit, narrat; tantum, Solonem, cum delatam sibi a civibus suis tyrannidem maximo animo rejiceret, & aspernaretur: a multis reprehensum esse, & parum sanae mentis habitum. ajebant enim, eum, si saperet, accepturum fuisse tyrannida, vel propositis iis conditionibus quas supra exposuimus. Ergo eos reprehensorum suorum sermones his versibus trochaïcis inclusit Solo:

Οὐκ ἦφυ Σόλων βελτίονος, ἀλλ' ἀμείνονας ἀνήρ.
Ἐθελὰς γὰρ ἦν κεραίσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβεῖν,
Καὶ τυραννίδος Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέρας μίαν,
Ἀσκὸς ὕστερον διαῤῥαγῆναι, καὶ ἀπορριφθῆναι γένος.

Neque ego haec indicarem, nisi viderem, periculum esse, ne quis Victorii testimonio fretus, ne quaerendum quidem amplius putaret, vera essent, an minus.

CAPUT XIV.

Aristotelem in Hippodamo reprehendendo parum bona fide versatum esse.

VIDETUR Aristoteles (*) interdum non satis bona fide retulisse eorum sententias, quos redarguere ac reprehendere statuisset. cujus rei libet nunc exemplum proferre unum, ex quo de multis similibus conjectura fieri possit. Etenim

(*) Hanc disputationem reprehendit P. Victorius Var. Lect. XXVIII. 2. Muretus, ut potuit, respondit Var. Lect. XV. 18. Sed Mureti sententiam melius, quam ipse fecerat, defendit H. Valesius Emendat. IV. 10.

Digitized by Google

Etenim lib. 2. Πολιτικῶν, ubi exagitat eam reip. formam quae ab Hippodamo Milesio descripta erat, ait civitatem ab eo distributam esse in tres partes: nempe in artifices, in agricolas, & in milites. Καταδιαιρεῖ δ', inquit, τὴν πόλιν τρισὶ πλήθεσι μὲν μερείοις, οἷς τέλος ἦν μέρη διηρημένοις. ἑτέρου δὲ μέν ἐστι ῥᾴδιον, πρὸς ἑκάτερον, ὧν ἦν, μάχεσθαι, τέλειον δὲ τὸ σῶμα πολλοῦ, ἂν μὴ κοινωνῇ τὸ ὅπλα ἔχον. quod si verum esset, inscienter sane, & imperite se gessisset Hippodamus, qui civitatem sine consilio, tanquam corpus sine animo, esse voluisset. at vero non ita inconsultus fuerat. extant enim magna ex parte leges ipsius, quae Aristotelis, hac quidem in re, singularem quandam improbitatem manifesto patefaciant. Descripserat autem ille civitatem tres in partes, quarum primam fecerat eorum qui consilio remp. gubernarent: alteram eorum, qui eandem armis defenderent: tertiam ex iis constituerat, qui artes necessarias exercerent. atque in hanc postremam, & opifices, & agricolas, & mercatores includerat. Id adeo prolatis ipsius verbis intelligetur. Φησὶ δ' ἐγὼ εἰς μοίρας τρεῖς διαιρεῖν τὸν σύμπαντα πολιτικὸν, τὴν μίαν μὲν εἶναι μοῖραν τῶν ἀρχόντων, κυριεύοντων τοῦ κοινοῦ. δεύτεραν δὲ τῶν ὁπλιτῶν, τρίτην δὲ, τῶν γεωργῶν καὶ χρηματιστῶν καὶ ἀναγκαίων. ἐκείνου δὲ τὸ μὲν αὐτῶν πλῆθος, βουλευτικὸν· τὸ δὲ δεύτερον, ἐπικουρικὸν τὸ δὲ τρίτον, βάναυσον. & aliquanto post: Τῷ δὲ βουλεύσῃ τὴν βουλευτικὴν, τὸ μὲν ἐκ γιγνομένου, τὴν φρόνησιν τῶν κοινῇ συμφερόντων τοῖς ἄρχουσι παρακολουθοῦντα· τὸ δὲ τεκταινόμενον, ὅρκους καὶ ἐπικοινωνήσεις τοῖς τῆς βίας ἀγώνισιν ἐκπορίζοντα. τὸ δὲ μεταβατικὸν καὶ ἐμπορευτὸν, ὃ καὶ μόνον ἐν τῇ πόλει ἀφελιμαίζοντα, ἐπὶ τῶν ξένων διάγον· τὸ δὲ, λύσιν τοῖς ξένοις ἐν τῇ πόλει. Sed & cetera si quis attente consideret, videbit, non tam multa in iis reprehendenda esse, quam videtur eis, qui, audita tantum altera parte, pronunciant. sunt autem apud Stobaeum ἐκ τοῦ περὶ πολιτείας.

CAPUT XV.

Durae compositionis duo insignia exempla: ex Euripide unum, alterum e Sophocle.

INTER ea quae duram atque insuavem orationis compositionem efficiunt, vix quicquam est, quod magis reprehendatur a dicendi magistris, quam crebra & continuata ejusdem litterae repetitio. Itaque in Virgilio, ca-

casus Cassandra canebat: in Terentio, *tantam*, *tam improvisam*, et, *consilia consequi consimilia*: in Cicerone, *statua tua stabat*: et, *invisae visae*, & in Coeliana, *unquam quanquam*, ejusdemque modi alia in aliis primae classis auctoribus notantur. Sed enim quae duo ejus rei exempla in duobus optimis ac praestantissimis poëtis reperi, ea (ita insignia visa sunt) hoc loco proponenda esse duxi. eorum unum Euripidis est: apud quem Medea cum Iasoni exprobraret, illum sua opera servatum esse, ita loquitur:

Σωτηρά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
Ταυτὸν ξυνοίσεσθαι Ἀργῶν σταλῇ.

quorum versuum in priore, crebra illa repetitio litterae ρ, locum etiam comicis jocis ac salibus dedit. si quidem Plato comicus, & Eubulus, ejusdem homo artificii, Euripidem ea de caussa urbanissime tetigisse traduntur. Alterum Sophoclis, & quidem ea in fabula, quae quasi regnum possidere inter tragoedias dicitur. ibi enim Oedipus cum Tiresia jurgans, eique & aurium, & mentis, & oculorum caecitatem objiciens, hoc eum versu indignabundus incessit:

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.

ubi cum saepius etiam inculcaverit litteram τ, quam ille alter litteram σ; tamen Euripides dicacium aculeos expertus est: Sophocles a nemine, quod sciam, notatus. Sophoclei non dissimilis est Ennianus ille, me puero, decantatus in scholis,

O *Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.*

neque valde ab eo abludit Homericum illud,

Μυδὶ γάρτοι πάγχυ μεμηκάμεν.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Conjecturae de aliquot locis e libello Demetrii περὶ ἑρμηνείας.

QUICUNQUE ille Demetrius fuit, cujus est libellus qui nunc omnium manibus teritur, περὶ ἑρμηνείας, (non enim mihi facile quisquam persuaserit, Phalereum esse) mile profecto nobis, & minime trivialis doctrinae plenum ingenii sui monumentum reliquit. neque vero parvum emolumentum Petrus Victorius studiosis attuliſſe censendus est, cum olim ad eum librum purgandum incubuit: laborque ipsius, ut semper alias, ita hic quoque admodum utilis & fructuosus fuit. cujus summi viri exemplo nos etiam incitati, longe quidem ac multum impari facultate, sed non dispari voluntate, eandem viam sequimur, & veterum scripta, quantum in nobis est, obscura illustrare, depravata emendare conamur. Igitur quae, cum eum librum attente diligenterque legeremus, nobis & correctione aliqua indigere, & non ita difficile corrigi posse visa sunt, eorum hic partem aliquam cum studiosis communicabimus: si forte nostra quoque industria tam polito scriptori opis aliquid afferri queat. Ipsum autem libri principium scio negotium exhibuisse multis. ita enim legitur: Ὥσπερ ἡ ποίησις διαιρεῖται τοῖς μέτροις, οἷον ἡμιμέτροις, ἰαμβείοις, ἢ ἑξαμέτροις, ἢ τοῖς ἄλλοις· οὕτω καὶ τὴν ἑρμηνείαν τὸν λογικὸν διαιροῦσί τινες καὶ διαιρείσθω τὰ καλούμενα κῶλα. sed cum absurdum sit, pro metrorum exemplo ἡμίμετρα ponere, pro, οἷον ἡμιμέτροις, legendum censeo οἷον ἢ διμέτροις.

Item, ubi loquitur de iis periodis quae habent speciem aliquam ἀντιθέσεως, cum tamen ἀντίθεσις in eis nulla sit, exemplo quidem hoc Epicharmi utitur,

Τὸν μὲν σὺ τλαῖος ἐγὼν λῶ, τὸν δ' ἐγὼ τλαῖος ἐγών.

deinde addit: τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ εἴρηται, τῇ ὕλῃ δ' ἐναντίον. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἰρωνείας μεμιγμένος, ἀντιθετόν τινα πλανᾶσθαι ἔοικεν. quam ultimam partem ita lego: Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἰρωνείας μεμιγμένος ἀντιθετοῖ τινα, πλανᾶσθαι ἔοικεν. Haud ita multo post, ubi de similiter desinentibus verbis disputatur, ostenditur-

Digitized by Google

que id ornamentum ad affectus exprimendos inutile esse; ubi legitur, Ποίαν γὰρ πόλιν ἢ ἐχθρὸν τοιοῦτον ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν κατέβαλον; pro ἔλαβον, libentius legerim, ἀπέλαβον. Ubi de magnifica oratione differitur, cum dixisset scriptor ille, de Aristotelis sententia, paeonicam orationem magnificam esse: paeona etiam duplicem esse docuit, unum πρωτοπαιωνικὸν, qui quatuor syllabis constet, longa prima, ceteris brevibus: ejusque exemplum ponit, ἤρξατο ὁ: alterum, qui superiori illi ex altera parte respondeat, & a tribus exorsus brevibus, in longam desinat. hujus autem exemplum esse vult, τὸ ἀμφίθυρον. quod quin corruptum sit, dubitari non potest. legi autem debere arbitror, περιβόλου. Exemplum Antiphontis, quo docet, negligentia quadam interdum orationi dignitatem ac granditatem comparari, ita legendum videtur: Ἡ γὰρ τῆς ἐπὶ Δηλίῳ ἀρχομένοις δάλη μὲν, καὶ πόρρωθεν μὲν ἐστιν ὑψηλὴ, καὶ τραχεῖα, καὶ τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστὶ, τὰ δ' ἄργα πολλὰ, σμικρᾶς ὠφελείας ἕσης. Paulo post autem, ubi agit περὶ παραπληρωματικῶν, notatque nonnullos qui eis intempestive utebantur: ubi est, καὶ τοῦ νυ, καὶ τοῦ πάτερον: lego, καὶ τοῦ νυ, καὶ τοῦ ποτὶ. Unum si addidero, cetera in aliud tempus rejiciam. ubi enim eos ipsos, quos modo dixi, comparat cum ineptis fabularum actoribus, verba, quibus ea comparatio exponitur, ita in omnibus libris leguntur: Οἱ δὲ ὡς ἐδὴν ἀναπλήρωτης, φησὶ, τὸ σύνδεσμον, ἐοικόσι τοῖς ὑποκριταῖς τοῖς τὸ καὶ τὸ ὡς ἐδὴν ἔπος λέγουσι. quibus in verbis insit fortassis etiam aliquid aliud vitij: illud quidem certe vix dubium est, quin postrema pars ita legenda sit: ἐοίκασι τοῖς ὑποκρισταῖς, τοῖς τὸ αἰ, καὶ τὸ φεῦ ὡς ἐδὴν ἔπος λέγουσι. non quin sciam, τὸ καὶ τὸ, Graecis valere *hoc & illud*: sed exempla ipsa, quae ponuntur a Demetrio, faciunt, ut ad eum, quem dixi, modum legi debere suspicer.

CAPUT XVII.

De forium aperiendarum ratione apud veteres Graecos. multis Plauti ac Terentii locis allata lux.

QUAESITUM est ex me, cur in Plauti ac Terentii fabulis nunquam fere quisquam egrederetur domo, ut non ante

antea crepuisse fores dicerentur. Respondi, eas fabulas e Graeco conversas esse, iccirooque quarundam consuetudinum, quibus olim Graeci usi essent, impressa in eis extare vestigia. Quod autem Romae antiquis temporibus M. Valerius Poplicolae frater honoris insigne habuisse dicitur, ut fores aedium ipsius, non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo aperirentur, id quondam in Graecia vulgatum fuit: omnesque omnium aedium fores eo modo pandebantur. quoniam igitur periculum erat, ne quispiam, qui aut praeteriret, aut pro foribus staret, ab impulsa janua pelleretur: ideo qui exituri erant domo, solebant prius ipsimet intrinsecus fores aedium suarum percutere: ut illo strepitu admonerentur, qui foris erant, cavere sibi, atque eatenus absistere, ut ne laederentur. Hoc a Plutarcho memoriae proditum est: cujus haec sunt in Poplicola: Τὰς δὲ θυρώσεις, de januis loquitur, αὐτὸς ἦν ἰδεῖν ἀνεῳγμένας λίγνυσι, δεῖ δὲ κωμῳδῶν λαμβάνοντες. ὅπως κόσμιοι καὶ ψοφῶσι πρὸς ἑαυτοὺς ἔσωθεν, οἱ πρόσω μίσθωσις, ἵνα ἀνθρώπους ἔξω γίνωσι τῆς περιχωρούσης, ἢ ἀφεστῶσι, μὴ προλαμβάνωσι προϊόντας τοῖς κλείθροις εἰς τὸ στενόν.

CAPUT XVIII.

Quod de fama Virgilius dixit, idem Callimachum de Cerere, Homerum de contentione dixisse.

SUSPICARI fortasse possit quispiam, versum illum, qui de fama apud Virgilium lib. 4. AEneidos legitur,

Ingreditur que solo, & caput inter sidera condit,

e Callimacho versum esse. quamvis Callimachus non de fama id, sed de Cerere dixerat. sed potuit Latinus poëta, quod de una dea Graecus dixisset, ad aliam accommodare. versus quidem certe tantum non ad verbum expressus est:

Ἔρχεται μὲν χέρσῳ, κεφαλὰ δ' οἱ ἄψατ' ὀλύμπου.

sed tamen verisimilius est totum illum Latini poëtae locum expressum esse ex iis quae apud Homerum De Contentione dicuntur:

Ἣ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα τρομέουσα, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

CA-

CAPUT XIX.

Quid sibi velit apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum pastoricia fistula, explicatum.

CICERONIS e libro primo Epistolarum ad Atticum verba sunt haec: *Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoricia fistula auferebamus* quo loco ἐπισημασίας vocat plausus, acclamationes, & similia, quibus populus bonum suum animum erga quem piam significare solitus erat, & laetitiam, quam ex illius aspectu caperet, ostendere. hoc enim Graeci vocant ἐπισημαίνειν. ut apud Isocratem in Panathenaïco: Καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωτῶν τῶν οὐ ταῖς ῥητορείαις διαλαμπτῶν, ἢ τὰς αὐξούσας ἐπισημαινειν ἢ θορυβεῖν ἀναγκάζουσιν. sed quod addit, *sine ulla pastoricia fistula*, id ita declarat Paulus Manutius: Pastores qui fistula scienter utuntur, ita interdum delectant, ut qui audiunt, influentem sensibus voluptatem gestu significent. at nos, inquit, populo ita cari sumus, ut ludorum gladiatorumque consessu mirandas ἐπισημασίας, id est, significationes daret, non ulla pastoricia fistula permotus, sed amore studioque impulsus. quae declaratio cur mihi nullo modo placeat, non dicam. quod mihi verum videtur, id proponere satis habebo. veritatis enim prolata lux omnes facile tenebras dissipabit. Intelligendum igitur est, non nunquam contigisse, ut cum quispiam alicui parti multitudinis carus & acceptus erat, cetteris autem odiosus & invisus, partim plausu exciperetur partim sibilo. plaudentibus enim iis quos aspectus ipsius hilarabat, ceteri sibilabant. Ergo Cicero ut ostendat, ἐπισημασίας illas suas ejusmodi non fuisse, sed puras omnino, & εἰλικρινεῖς, ait eas fuisse sine ulla pastoricia fistula id est, sine sibilo, cujus similem sonum notum est e pastoriciis fistulis reddi. itaque Graeci in utroque dicunt συρίζειν: iidemque interdum σύριγγα, id est, *pastoriciam fistulam*, pro sibilo dicunt. Haec cum jam scripsissem: venit ad me Petrus Morinus, Parisiensis, adolescens utriusque linguae peritissimus, idemque omnium artium, quas quidem ingenuum hominem decent, scientia mirifice instructus, quicum ego, quam diu hic fuit, mea omnia jo

c

Digitized by Google

ca seria, ut dicitur, libentissime communicabam: cum prope assidua quadriennii consuetudine raram quandam in eo & exquisitam eruditionem pari conjunctam bonitate cognosem. is igitur non modo declarationi meae calculum suum adjecit, verum etiam, quod tum in legendis Platonis libris De Legibus studiosissime versabatur, locum mihi indicavit, qui eam summopere confirmaret. quem appingere libuit: ut & sententiam stabilirem meam, & jucundissimam magni amici memoriam grata recordatione renovarem. ergo ita scriptum est in extremo tertio De Legibus: Τὸ δ' ὑπὸ τούτων, γυναῖκ' ἔφη, ἢ ἄνδρα γένηται δικάσαι, ζημιοῦν τε αὖ τὸν μὲ πείθοντα, ἐὰν σύριγξ λῇ, δεῖν πᾶσι ἄμεινον βοᾶν πλέον, φάσκοντ' εἶναι, δεῖ καὶ πρότερα ἐπαθλεύοντας ἀπολείπειν· ἀλλὰ τοῖς μὲ γεγονόσι δεῖ παίδευσιν, διδόντα αὐτοῖς λαβεῖν αὐτῆς μετρίως δικαίως, πρῶτα δὲ ἢ παιδιαγωγίᾳ, ἢ τῆς πλούτου ἄχλῳ μάθοι τοιοῦτος ὁ τυθέντος ἰχθύσιν. ubi Plato idem plane σύριγγα dixit, quod Cicero *pastoriciam fistulam*. Sed quam supra ad verbum e Pauli Manutii commentariis declarationem descripsi, eam admoneo in iis tantum exemplaribus legi, quae edita sunt antequam hi libri a me in publicum emitterentur. Nam ab iis quae biennio post edidit, deleta sunt ea omnia: & in eorum locum substituta quaedam, quae cum hac mea interpretatione consentiunt. cujus rei eo admonere lectores volui, ne quis forte quae a me, ut suo jure potest, accepit Manutius, ea me ipsi surripuisse suspicaretur. Profiteor enim, me, non more multorum, quicquid ab aliis accepi, id semper ad auctores ipsos referre: cum contra quidam, (*) qui mea impune rer compilavit, compilatum se a me impudentius conqueratur.

CAPUT XX.

Alius locus ex iisdem, Epistolis declaratus.

NE haec quidem satis intelliguntur, quae posita sunt in Epist. prima lib. secundi: *Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta.* ait enim Manutius, putare se, libellum significari, qui prognostica Ciceronis de eo complecteretur. sed ego malo tenere quod scio, quam putare quod nescio. Scio autem Ciceronem interpretatum versibus Arati prognostica: ut constat e libris De Divina-

(*) Lambinus.

Digitized by Google

natione. quare non habeo dubium, quin ea intelligat, m
minit horum etiam libro earundem Epistolarum xv. I
verbis: *Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica n
stra vera sunt. ranae enim ἰατρόμυες.* Respicit autem
illos versus:

Vos quoque signa videtis aquai dulcis alumnae,
Cum clamore paratis inanes fundere voces,
Absurdoque sono fontes & stagna cietis.

qui conversi sunt ex illis Arateis, sed liberius; id est, C
ceronis more,

Ἡ μάλα δὴ λαλαὶ γενεὴ ὑδάτων ἔασιν,
Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος· πυκινὴν βοὴν ἠδὲ γεγῶνεν.

Hic quoque meam sententiam secutus est Manutius, i
libris quos biennio post horum editionem divulgavit.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM, S. R. E. CARDINALEM *ILLUSTRISSIMUM*, VARIARUM LECTIONUM LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Correctus & explicatus locus e primo libro Aristotelis De Arte dicendi.

MORES dicentis plurimum valere ad persuadendum, & a magnis ac sapientibus viris traditum est, & res ipsa loquitur. omnes enim facile adducimur, ut assentiamur iis, quos bonis moribus praeditos esse opinamur. sed opinio & fama probitatis duobus modis comparari potest. primum ipso genere ac ratione vivendi; quae certissima & honestissima est via. deinde etiam spargenda ejusmodi sententiis oratione, quae significationem habeant omni ingenui ac liberalis, & honestatem omnibus aliis rebus anteponentis. prior ille modus ad rhetoricum artificium non pertinet. posterioris cum ab aliis dicendi magistris, tum in primis ab Aristotele multa praecepta traduntur. qui etiam negat se eorum sententiae accedere, qui iis in libris quos De Arte ediderant, posuerant, probitatem dicentis nihil habere momenti ad faciendam fidem. a quibus ipse ita dissentit, ut fere plurimum in ea positum esse dicat. Sed cum verba, quibus hoc exprimitur, corrupta sint in eis codicibus qui non immerito ceteris emendatiores putantur: homoque doctissimus, qui primus vero ac serio praetulit facem omnibus Aristotelicam in eo genere doctrinam intelligere cupientibus, in eorum ex-

explicatione ſui diſſimilis fuiſſe videatur: conſtitui primum ipſa philoſophi verba proponere, ut leguntur. deinde quid in eis mutandum putem, & cur putem, indicare: quo praeſtito, ſimul etiam ſententia, quae illum, quem dico, ſummum virum latuit, facile intelligetur. Ergo ita Ariſtoteles: οὐ γάρ, ὥσπερ ἴσως τινὲς τῶν τεχνολογούντων πέπαυται εὖ τῇ τέχνῃ τὴν ἀποδειξιν τοῦ λέγειν· quibus verbis optimus interpres accuſari putat eos qui, cum artem exponerent, in arte dicentis integritatem collocabant. deinde, ὡς δεῖ συμβαίνειν ἐπὶ τῶν πραγμάτων. hoc idem interpres putat cum ſtomacho & contemptu illorum magiſtrorum pronuncia tum eſſe. ſed profecto & valde coacta videtur haec declaratio: & ipſemet, quaſi hoc ſentiens, titubanter loqui videtur. Sequitur, ἀλλὰ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κενολογίαν ἔχει πρὸς τὸ ἔργον. ubi ille, Hinc, inquit, inſcitia horum doctorum intelligi poteſt: qui nihil momenti ad fidem faciendam habere crediderint, quod maximam omnium ferme vim habet. Haec ille. quae quam cohaereant, quamque inter ſe apta ſint, omnibus perſpicuum eſſe arbitror. Ego quae ille divulſit, conjungenda duco: & quam ſcripturam ipſe, cum reperiſſet in illo ſuo optimo & antiquiſſimo libro, rationem ejus ſe non diſpicere faſſus eſt, veriſſimam eſſe ſtatuo: (*) συμβαινόντων videlicet, non συμβαίνειν. etiam voculam δὲ deleo multis impreſſis libris auctoribus: atque ita lego denique: οὐ γάρ, ὥσπερ ἴσως τινὲς τῶν τεχνολογούντων πέπαυται εὖ τῇ τέχνῃ τὴν ἀποδειξιν τοῦ λέγειν, ὡς δεῖ συμβαινόντων ἐπὶ τῶν πραγμάτων· ἀλλὰ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κενολογίαν ἔχει πρὸς τὸ ἔργον. quid autem tam manifeſtum, quam illud, συμβαινόντων, ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν referri? ἐν τέχνῃ autem eſt, in libris de arte ſcriptis. Particulam σχεδὸν, eo addidit, quia ſine dubio plurimum ad fidem valent τὰ διαθέσεως. In eodem etiam libro, ubi oſtendit rhetoricen aequalem eſſe dialecticae: atque inter cetera argumenta ejus rei ponit id quoque, ut dialecticus adhibeat ad probandum duo inſtrumenta, ſyllogismum & inductionem, ſic a rhetore adhiberi alia duo, quae illis reſpondeant, enthymema & exemplum, non dubito quin ita legendum ſit: τὸν δὲ διὰ τῶν παραδειγμάτων, ὃ φαίνεται δίκαιον, παραπλησίως ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς τὸ μὲν ἐπαγωγή ἐστι, τὸ δὲ συλλογισμός. παλῶ δὲ ἐνθύμημα μὲν, ῥητο-

(*) Vide Lambini epiſtolam l. c. p. 590.

ἐπαγωγὴν ἐπιχειρήματος· παραδείγματος δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. quaecunque autem inculcata sunt, recte aberant ab aliis libris: & addita sunt ab iis qui, errore ducti, deesse aliquid existimarent: cum tamen nihil desit. hoc enim dicit Aristoteles: Eorum quae faciunt fidem, quod aut demonstrent, aut demonstrare videantur, aliud syllogismum esse, aliud inductionem: quemadmodum & in dialecticis. se enim vocare enthymema, syllogismum oratorium; exemplum vero, oratoriam inductionem. Verbum φαίνεται, & vox τοιαύτης objecisse errorem videntur iis qui aliquid praeterea addendum censuerunt.

CAPUT II.

De Psyllis, & ophiogenesin. Allatus locus Varronis, cujus testimonio usus erat Plinius.

PLINII verba sunt haec e capite secundo libri VII. *Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contactu levare solitos, &, manu impositâ, venenum extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi, eorum salivae contra ictus serpentum medeantur. Similis & in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cujus sepulcrum in parte Syrtium majorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore sopirent eas. Mos erat, liberos genitos protinus objiciendi saevissimis earum: eque genere pudicitiam conjugum experiendi: non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus.* Haec Plinius. qui eum Varronis testimonio utatur, cujus scripta, maximo studiorum incommodo, desiderantur; ego autem ea, quibus hoc ipsum doctissimus ille scriptor exposuerat, verba repererim, operae pretium facturum esse me duxi, si ea hic apponerem, ac cum Plinianis conferrem. Citat igitur haec Priscianus e Varronis libro primo Rerum humanarum: *Ut habent Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Psyllos. quorum ὀφιογενεῖς cum experiantur, suppositum esse aliquem in stirpe, ei admoveri, ut pungat, colubram. cum pupugerit, si de genere suo, vivere; si non sit, mori.* In eodem: *Admota aspis*

cum pupugerit, ſi non occidat, ſciat, ex Pſyllorum ſtir esſe.

CAPUT III.

Sententiam illam, Patria eſt, ubicunque bene eſt, acute a Lyſia reprehenſam.

QUOD in vetere tragoedia Telamonis filius Teucer d xisſe traditur, Patriam eſſe cuique, ubicunque cuiqu eſſet bene; id etſi pulchre ac ſapienter dictum videtu profectumque ab animo excelſo, & deſpiciente omn acerbitates, quas homini objicere fortuna poſſet: grav ter tamen & vere reprehenſum eſt ab oratore prudentiſ mo & acutiſſimo, Lyſia: demonſtratumque, eam ſente tiam hominis eſſe de ſuis tantum commodis ſolliciti, n que ad civilem communionem apti. non enim valde lab rabit, quid patria ſua fiat, quicunque eo erit animo, illius caritatem opportunitatibus ſuis metiatur. ſolum i ſum, cui primum inſtitit, & caelum ipſum, unde primu ſpiritum duxit, diligat oportet, qui ſe bonum civ perhiberi vult: aut, ſi forte, cum alibi natus eſſet, c vitate donatus eſt, eam imbibat opinionem, ut, niſi civ tati bene ſit, ne ſibi quidem putet bene eſſe poſſe. It que Ulyxes, ut eſt in fabulis, cum apud Calypſone poſſet in omnibus deliciis vivere, tamen illam aspera & lapidoſam patriam ſuam antepoſuit etiam immortalit ri: non ita facturus, ſi illam, quam diximus, Teuc ſententiam approbaſſet. Verum ipſa verba, quibus ea exagitat Lyſias, praeſtat, ut opinor, aſcribere. Sunt a tem in oratione adverſus Philonem, hoc modo: Καὶ ὁ φύσει μὲν πολῖταί εἰσι, γνώμῃ δ' ξένοι) , ὡς πᾶσα γῆ πᾶσ αὐτοῖς ἐστὶν, οὐ μὴν ἀν τὰ ἐπιτήδεια ἔχοιεν, ὅτοι δῆλοί εἰσιν , ὅτ παρόντες τὸ τ' πόλεως κρεῖττον ἡγοῦν, ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κἀκ ἴ θοιεν, διὰ τὸ μὴ τὴν πόλιν , ἀλλὰ τὴν οὐσίαν πατρίδα αὐτοῖς ἡγεῖ Igitur dictum illud Teucri, bonum quidem virum aliqua do fortaſſe non dedeceat: bonum certe civem non dece Eſt apud Ovidium ſententia quaedam non valde diſſim lis, niſi quod latius patet. ita enim apud eum Carmenta

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus aequor:
Ut volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Su

Digitized by Google

Sunt autem ii versus expressi ex illis Euripidis: (*)

Ἄναξ μὲν αἰὲν αὐτὸς πρόσπολον·
Ἄναξ ὁ χθὼν αὐδᾷ Φοιβείῳ πυρί.

CAPUT IV.

De verbi Alloquor. *Horatii in Odis explicatus locus.*

ALLOQUENDI verbum proprie admodum & venuste usurpatum esse a veteribus in eo sermone qui levandi ac mitigandi alieni doloris caussa haberetur, e Varronis libris jam pridem Petrus Victorius annotavit. acceptum autem id a Graecis videtur. παραμυθεῖσθαι enim, aut παρηγορεῖν, verbum e verbo, est *alloqui*. praeclare igitur Seneca: apud quem ita in Troade Ulysses:

Alios parentes alloqui in luctu decet.
Tibi gratulandum est.

quo exemplo haud scio an nullum in scriptoribus antiquis esse insignius & illustrius. & est profecto poëta ille praeclarior, & vetusti sermonis diligentior, quam quidam inepte fastidiosi suspicantur. *Allocutionem* etiam dixerunt παρηγόρημα ἢ παραμυθίαν: ut Catullus,

Quem tu, quod minimum facillimumque est,
Qua solatus es allocutione?

Alloquium, παραμυθία. quod cum esset ignotius, data est occasio imperitis corrumpendi carminis cujusdam Horatiani. quod cum in veteribus libris ita legeretur,

Illic omne malum vino cantuque levato,
Deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis,

fecerunt, *Deformis aegrimoniae, & dulcibus alloquiis.*

(*) Apud Stobaeum S. 38. p. 234.

quiis. atque ita interpretati sunt, moneri Achillem a Ch rone, ut ad Trojam levaret omne malum deformis aegr moniae tribus rebus; vino, cantu, & jucundis, sermon bus. Non autem id dixit Horatius: sed vinum & ca tum vocavit dulcia deformis aegrimoniae alloquia, id es γλυκία πικρμόνια.

CAPUT V.

De Callisthene & Philisto. locus Ciceronis emenda- tus, & declaratus. Capitales interdum a veteri- bus ingeniosos dictos esse.

M. TULLII verba haec sunt in Epistola quadam a Q. fratrem: *Itaque ad Callisthenem & Philistum redeo in quibus te video volutatum. Callisthenis quidem vulgar & notum negotium: quemadmodum Graeci aliquot locu sunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pa ne pusillus Thucydides.* Sed est apud me liber vetus in quo haec ita scripta animadverti: *Itaque ad Callisth nem & Philistum video: in quibus te video volutatu* Unde suspicor, primum quidem errore librarii bis positu esse verbum, *video*, quod semel tantum poni oportere deinde aliquem, qui corrigere vellet, ex, *video*, illo pr ori fecisse *redeo.* satis autem erat delere. videtur enim C cero ἰσοπλικῶς, ut saepe alias, locutus, hoc modo: *It que ad Callisthenem & Philistum; in quibus te video v lutatum.* eo magis, quod in iis quae antecesserunt, duobus illis historicis nulla mentio est: ut ad eos redi dicatur. Sequitur in eodem illo libro: *Callisthenes qu dem vulgare & notum negotium: quemadmodum Grae aliquot: Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevi. paene pusillus Thucydides.* quam scripturam veram & mendatam esse judico. Ipsum enim Callisthenem dicit se *vulgare & notum negotium*, id est, ἀκατάφρόνητον πρᾶ μα, καὶ ἐ πολλοῦ ἄξιον. *negotium*que ita dixit, ut Graeci i terdum πρᾶγμα. Lucianus in asino: ἀνὴρ, ἀκατάφρόνη πρᾶγμα. aut χρῆμα. Theocritus: σοφὸν τι χρῆμ' ἀνθρωπ & Cicero ipse alibi: *Teucris illa, lentum sane negotiu Vulgare* autem & *notum*, triviale, & in quo nihil a modum excellat. Horatius,

Jejanus stomachus raro vulgaria temnit.

Ide

Digitized by Google

Idem;

Ex noto fictum carmen sequar.

quod enim ibi *notum* dicit, paulo post vocat *de medio sumptum*. Jam illa verba, *locuti sunt*, quin melius absint, non dubito. hoc enim dicit, aliquot alios Graecos similes esse Callisthenis, id est, non magni ipsos quoque pretii. Nam quod a Manutio dictum scio, Callisthenem locutum in historia non exquisite, sed quomodo vulgo loquerentur; miror unde id sumpserit: cum ipsius scripta non extent: Cicero autem ipse alibi ajat, cum paene rhetorico more historiam scripsisse. Dissentio etiam ab eodem, in eo quod *capitalem*, gravem, & capita rerum attingentem exponit. primum, quoniam si Philistus capita modo rerum attigit, plane Thucydidi similis non fuit. fuisse autem, & Cicero hic, & libro secundo De Oratore, & Marcus Fabius libro decimo docet. omnium autem optime ac luculentissime Dionysius Halicarnasseus, cujus verba melius erit ascribere: cum & admodum pervulgata non sint, & illud ostendant, Philistum neque gravem fuisse, sed humilem & abjectum: neque capita modo rerum attigisse, sed potius eo nomine reprehensum, quod in descriptionibus quibusdam prope otiosis nimis immoraretur. Φίλιστος δὲ μιμητὴς ἐστι Θουκυδίδου, ἴζηλωτὴς τοῦ ἤθους. τὸ μὲν γὰρ, ἰλαρόθριον, καὶ φορτικῶς μισόν. τοῦτο δὲ διαφαινόντων τῶν τραγῳδιῶν καὶ ἄλλων πλειόνων ἐζήλωκε δὲ περῶτον μὲν τὸ τὰ ὑποθέσεων ἁπλῶν καταλιπεῖν, καὶ αὐτὸν οἰκείαν τρόπον, ἐμέλησε ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπαξίαν αὐτῶν τῆς οἰκονομίας. καὶ δυσπαρακολούθητον τὴν συγγραφὴν ἐποίησε τῶν ἀριμένων πεπείκει τὸ δὲ λέξεως τὸ μὲν γλαφυρὸν καὶ ἐφέλκυσον ἐκ ἐζήλωκε Θουκυδίδου, τὸ δὲ τραχὺ, καὶ πνικτὸν, καὶ εὐτονον, καὶ ἐναγώνιον πάνυ ἀκριβῶς ἀπεμάξατο. ἐμέλησε δὲ τῆς καλλιλογίας, καὶ τῆς ἡδυσμένης, καὶ τῆς ἐπιπλοκῆς τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ τῶν βαρέων, καὶ τῶν ἀγωνιστικῶν. ἐκεῖνος δὲ ἐστι καὶ πεπαικὼς κομιδῆ, ταῖς ἐναφορήσεσι τῶν τόπων, καὶ παραβολαῖς, καὶ πεζῶν ἐνθυμήμασι, καὶ εἰκόσμοις πάλαι. λέγω δὲ ἀπὸ τοῦ μεγέθους καὶ τραγῳδικῶς ἐζησε). συνετὸς μέντοι, καὶ κατὰ τὸ ἐμφαινόμενον, Θουκυδίδου πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους ἀγῶνας ἀφελιμώτερος. Haec igitur, cur ei declarationi non assentiar, una causa est. altera, quod nomen *capitalis* eam vim habere apud Latinos non puto. Quo fit, ut hoc loco *capitalem* accipiam ingeniosum, &, ut paulo post dicit, *acutum*. Id autem valuisse vocabulum illud apud

veteres, docet Ovidius libro tertio Faſtorum, qui
Minerva capta diſferens, multasque ejus appellation
cauſſas proferens: hanc primam ponit, dictam vide
poſſe captam, quaſi capitalem: quod ingenioſa ſit. Ve
ſus, quibus ea ſententia continetur, hi ſunt:

Parva licet videas captae delubra Minervae,
Quae dea natali coepit habere ſuo.
Nominis in dubio cauſſa eſt. capitale vocamus
Ingenium ſollers, ingenioſa dea eſt.

neque me latet, alibi Philiſti brevitatem a Cicerone la
dari. ſed aliud eſt brevem eſſe, aliud capita rerum atti
gere. Brevitas quidem etiam in Thucydide, Salluſti
que laudatur. Fieri tamen poteſt, ut ille aliud quippia
ſecutus ſit, quod me fugiat. neque ego ipſius judic
meum anteponi poſtulo. tantum, quid mihi videatu
aperte ac libere dico: judicium aliorum facio.

CAPUT. VI.

Pauperum cognationem a nemine libenter agnoſci.
Terentii loco allatus non diſſimilis Menandri.

QUOD homo impurus apud Terentium ſubdole & m
litioſe Phormio dicit, iccirco nolle Demiphonem agn
ſcere eam puellam, cujus ipſe ſe defenſorem eſſe
mulabat, tanquam cognatam ſibi; quod illa egens relic
eſſet: id olim Menander generatim atque univerſe
ſumma cum elegantia, dixerat: pronunciaratque, diff
cile & operoſum eſſe, reperire cognatum pauperis. n
minem enim fateri, ſibi quicquam eſſe eum, qui auxil
alicujus indigeret: propterea quod ſtatim putaret a
aliquid petitum iri. Terentii verſus ſunt:

Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligitur ipſa. vide, avaritia quid facit.

Menandri autem,

— ἔχει δίκην συγγενῆ
Πένητας ἴσως· ἰδίους γὰρ ὁμολογεῖ,
Αἰτεῖν φοβεῖται τ' βοηθεῖσθαι πάλι

Διὰ

λείψανον, αὐτεῦζ γὰρ ἄρα ἡ σωτηρία.

Menandrea vero haec ita in Latinum ſermonem converterit quiſpiam:

—— aegre inveneris
Cognatum egentis. nemo enim agnoſcit libens,
Ad ſe attinere eum, opis alicujus qui indiget.
Nam mox petitum quippiam a ſe iri putat.

CAPUT VII.

Ciceronis locus e Dinarcho expreſſus oſtenditur.

M. TULLIUM in Orationibus ſuis multa e Graecis oratoribus mutuatum eſſe conſtat: neque tantum artificii, quo illos in verſandis ac regendis auditorum animis uſos eſſe perſpiceret, acrem ac diligentem imitatorem fuiſſe, verum etiam integra non parum ſaepe enthymemata illorum, in orationes ſuas tranſtuliſſe. Juvat autem me, quatenus licet, id obſervare: profiteorque, me ex ejusmodi locorum contentione ſingularem quandam, eamque, ut opinor, neque illiberalem, neque frugis expertem capere animo voluptatem. & quia ex meo ſenſu de aliis judico, puto ceteris quoque idem uſu venire: nemo ut ſit paulo humanior, cui non gratum ac jucundum ſit cognoſcere, quid a quoque Cicero ſumpſerit, quoque modo quae illorum erant, imitando fecerit ſua. Quocirca talia quaedam his libris inſpergere eſt animus: non illo quidem certo ordine, neque enim genus hoc ſcriptionis ordinem poſtulat; ſed ut quicque in mentem venerit. Nunc autem occurrit illud quod ſcriptum eſt in priore actione in Verrem. Nam cum judicum fidem non nihil ſuſpectam haberet orator, acute vidit, quomodo eos excitare ac perterrefacere, ne ſe corrumpi ſinerent, oporteret. affirmavit enim, totam civitatem eſſe in ſpeculis, obſervantem, quam quisque reipublicae praeſtaret fidem: &, ut ipſi de Verre judicaſſent, ita de ipſis populum R. judicaturum. Idem autem, & iisdem prope verbis, dixerat antiquis temporibus Dinarchus in acerbiſſima oratione qua inſectatus eſt Demoſthenem: ut non

Digitized by Google

sine caussa videri possit, Ciceronem, cum illa scriberet, Dinarchi locum sibi propositum, quem imitaretur, habuisse. quod ut magis intelligatur, Ciceronis primum, deinde Dinarchi verba subjiciam. Cicero: *Nunc autem homines in speculis sunt: observant, quemadmodum se unusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conservandisque legibus.* & paulo post: *Hoc est judicium, in quo vos de reo, populus R. de vobis judicabit.* Dinarchus: Ὅρᾶτε γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τοῦτ' μὲν ὑμῖν Δημοσθένης ἐστὶν ἀγών, τοῦτο δ' ἐν τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς. οἱ σκοπεῖσι πᾶς ἅπαντ' ἀγάμενοι ἕξετε καὶ τὴν πατρίδ' συμφέροντα. καὶ πάντων τῶν ἰδίας τύχων δυσχερείας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε, ἐν μισεῖτε τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν δόξαν λαμβάνοντας.

CAPUT VIII.

Quod Victorius de auctore libri De Mundo ad Alexandrum credidit, verum non videri.

LIBER qui vulgo Aristoteli tribuitur, De Mundo ad Alexandrum, quin Aristotelis non sit, nemini dubium esse arbitror. nam, si nihil aliud, ipsum certe dictionis genus ita ab Aristoteleo disidet, ut eam discrepantiam qui non videat, nihil omnino videat; etsi Justinus Martyr τὸ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικὸν λόγον, eum Aristoteli tribuere videtur. sed quod Petrus Victorius putavit se verum illius auctorem reperisse, in eo falsus opinione sua videtur. neque sane satis mirari possum, quid hominem & magna doctrina, & acri judicio praeditum moverit, ut, nullo alio argumento, nisi quod Nicolaus Damascenus aliquid iisdem de rebus scripserit, librum eum illius esse affirmarit. Nicolaus enim, ut notum est, Augusti temporibus vixit. at liber ille ad Alexandrum Philippi filium scriptus est. quomodo igitur haec quadrare possunt? non enim minus ridiculus fuisset hac ratione Nicolaus, quam si quis hodie ad Priamum, aut ad Hectorem scriberet. Itaque etiam si antea creditum esset, librum illum a Nicolao scriptum, tamen id falsum esse, aperte, eo, quod dixi, argumento convinceretur. nedum, in tanta temporum repugnantia, sine ulla firma ratione ei tribui debeat.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IX.

Pisces parvulos a majoribus devorari, multorum scriptorum testimoniis confirmatum. emendatus Varronis locus.

PETRUS Victorius libro sexto Variarum lectionum, cum doceret, id quod hodieque proverbii loco dicitur, minutos pisces majoribus pro cibo esse, etiam antiquis temporibus dici solitum: confirmavit id duobus locis prolatis, uno Polybii, altero Varronis. sed Varronis versus, nisi me fallit opinio, non satis emendate scriptos protulit. Visum est igitur ita eos proponere, ut distinguendos emendandosque arbitrarer. Varro Margopoli περὶ ἀρχῶν

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, urget. pisces ut saepe minutas
Magnus comest: ut aves enecat accipiter.

eum autem esse in piscibus feritatem, ut in genus suum saeviant, multi optimae notae auctores prodiderunt: ut Oppianus libro secundo ἁλιευτικῶν, his versibus:

Ἰχθύσι δ' ἔστι δίκη μετεμέμφετο, ἤν τις αἰδώς,
Οὐ φιλότης. πάντες γὰρ ἀνάρσιοι ἀφραδέουσιν
Δυσμενίης πλέῳσιν. ὁ δὲ κρατερώτερος αἰεὶ
Δαίνυτ' ἀμφυρτῆρας. ἄλλο δ' ἐπιπρὸ ἄλλο
Πέτρον ἄγων· ἔπρο δ' ἐτέρου πέρσενεν ἐρωδιόν.

sque tantum a majoribus minores, sed interdum quoque majores a minoribus arte superari ac vorari docet. Homerus quoque Trojanos Achillem fugientes comparat piscibus delphina fugientibus, ne ab ipso vorentur. Versus ipsius sunt Iliados φ.

Ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
Φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχὸν λιμένος εὐέρμου,
Δεδιότες. μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσιν.
Ὡς Τρῶες πεπάσθαι ἐνὶ δεινῷ ῥίμφα
Πᾶσσον ὑπὸ κρημνούς.

sed & apud Aelianum principio librorum De Varia historia, & apud Aristotelem libro VIII. De Natura animalium, quaedam idem confirmantia leguntur.

CAPUT X.

Jugurtham, cum in triumpho ductus esset, desipere ac delirare coepisse. Plutarchi in Mario locus.

DE vi doloris Venetiis, magno stipatus studiosoru hominum corona, aliquando disputabam: cumque mi occurisset, ut dicerem, eo dolore, quem e magnis i fortuniis & calamitatibus homines caperent, mente quoque ipsam saepe turbari; adigique ad insaniam eo qui antea cati in primis & sollertes fuissent: cum ali complures nominavi quibus id contigisset, tum Numid rum regem Jugurtham. ejus autem rei testem atque au torem laudavi Plutarchum in Mario. Postridie ejus di venit ad me unus eorum qui sermoni illi interfueran homo & probus, & ceteroqui non ineruditus, sed Gra carum inscius litterarum. Is cum mihi prius, sive offi caussa, sive quod ipse errore ductus ita sentiret, magn pere gratulatus esset, dixisseque, me & sibi & aliis va de in eo sermone placuisse: Unum, inquit, est, qu magnam hercule mihi molestiam exhibuit. nam cum, d mum reversus, in bibliothecam me abdidissem, coepi quae tu dixeras, mecum in animo recolere. ac cete quidem, nihil abfuit, non sane multum, quin ita uti dixeras, in iis, quos dixeras, libris scripta repereri unum de Jugurtha reperiendi nulla potestas fuit. & q dem ea caussa totam Marii vitam ita diligenter perleg ut ne littera quidem una me fugerit. Velim igitur, commodum est, quem mihi injecisti scrupulum, tute e mas; recogitesque tecum, unde id sumpseris. nam Plutarcho quidem, fugit te ratio Tum ego, Facile ist quidem, inquam, fuerit. nam & memoria nemo est h minum qui valeat minus: & here ad dicendum non sa valde meditatus accesseram. sed tamen quid vetat Pl tarchum a me quoque inspici? Ut tibi quidem, inqui plane satisfacias, animumque expleas. nam quod reperi te id posse censeas, nihil est. Haec eo dicente, ego ja puerum codicem popposceram: in quem ut primum co jeci oculos, obtulit se mihi id quod quaerebam, his v bis explicatum: Καὶ Μάριον δὲ λίθους μὲν ἔφη τραπέζαις διαφωνεῖν, αὐταῖς καλάνδαις ἰανουαρίαις, ὧν ἔτυς ἀρχὴν ἄγ Ρωμαῖοι, ἡνίκα τὸν ἥλιον ἀνίσχειν, καὶ τὸ σκιάμενον ἀποίλλεσ ἄπ

ἐπὶ ἐπιδείξεσι θέατρα Ῥωμαίοις. Ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, ἐξ οὗ ἐπὶ τὴν ἡλικίαν πολεμίων κρατῆσαι, ἔτει τε ἐκ τοῦ ποικίλου καὶ ἐκ τύχης ὁμιλήσαντα, καὶ παντοίᾳ τοῦ μανιώδους ἔχοντα τὸ φρονεῖν, ἀπ' ἐξέτης τε τοῦ κορυφώδους, ὡς λέγουσι, τότε δ' ἔφορεῖν μετὰ τοῦ θεάματος εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν, ὡς οἱ μὲν αὐτοῦ βαρέως ἀπήγαγον τὸ χρυσίωνα, οἱ δὲ στρόβιλοι ἀφιλέως βιαίως τὸ χρυσοῦν ἐπίσιον, ἅμα τε λοῦσαι συνεπέμψαντο, ἀνθρώπους δὲ γυμνοὺς εἰς τὸ βαθὺ κατέλιπον, μέσους ἐν παρυφῇ, καὶ διασπορᾷ, Ἡφαίστου, εἶπε, δὸς ψυχρὸν ἡμῖν τὸ βαλανεῖον. quae, pro tempore, ipsius caussa, ita tum a me in Latinum sermonem conversa sunt: *At Marius ex Africa cum exercitu advenit, Kal. Jan. ipsis, quod anni principium Romanis est, tum consulatum denuo iniit, tum triumphum egit, in quo incredibile Romanis spectaculum exhibuit, captivum Jugurtham; quo vivo se potiturum nemo hostium ipsius speraret. ita vario erat vir ille, & multiplici ingenio, & fortunae vicissitudines versatili; & ea praeditus audacia, cui multa calliditas esset admista. sed in triumpho nudus, desipere, ut fertur, ac delirare coepit. itaque post triumphum, in carcerem compactus, ut ei alii quidem violenter abrupere tunicam, alii autem auream inaurem per vim eripere properantes, infimam una quoque auriculam diviserunt: ipse autem nudus in barathrum pulsus ac dejectus est, stuporis plenus, retectis, ridentis in morem, dentibus, Jupiter, inquit, ut frigidum vestrum balneum est.* His lectis, & interpretatis, miratus ille, suum quoque librum afferri voluit. sed in eo ita erant omnia haec non perite modo & incondite, verum etiam absurde, & procul a vero posita, ut meminisse pigeat. Indignatus igitur, & multa mala precatus istis librorum contortoribus, ita cum discessit a me, ut qui se, etsi natu jam grandior, primo quoque tempore alicui Graecae linguae magistro operam daturum esse juraret. Non est autem praetereundum silentio, suspicari me, quod apud Plutarchum legitur, τύχας ὁμιλῆσαι, legi debere, ὁμιλῆσαι. (*) puto enim τύχας ὁμιλῆσαι. esse, naturam suam versare, & ad formae mutationes inflectere. sed de hoc alii judicabunt.

(*) Infelix conjectura. Vide Is. Casaubonum ad Theophrast. Char. 3. p. 112.

CA-

CAPUT XI.

Aristotelis locus, allatis Theognidis versibus, qui eandem sententiam continent, illustratus.

ARISTOTELES primo Rhetoricorum, cum enumeraret ea quae animum facere alicui possent ad injuriam alteri inferendam, id quoque posuit, quod quotidie experimur: amicitiam, non illam quidem veram & perfectam, sed ut vulgo amicitiae nomine utimur, cum quamlibet familiaritatem ac consuetudinem vitae, amicitiam vocamus: eam igitur efficere, ut homines improbi ad imponendam injuriam sint audentiores. facilius enim se id quod volunt, effecturos esse credunt: cum ab inimicis omnes sibi caveant: ab amicis nemo sibi cavendum putet. id autem ante Aristotelem sapientissimus poëta dixerat Theognis: cujus hi versus sunt:

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν ἐξ ἀνομιῆ ἐξαπατῆσαι,
Κύρν. φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

quos versus ita ludibundi convertimus:

Fallere difficile est inimicum. at amicus amicum
Fallere non magno, Cyrne, labore potest.

Sed & Cicero libro primo accusationis ait, *nullas esse occultiores insidias, quam eas quae latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.*

CAPUT XII.

Genus quoddam loquendi Horatianum indicatur e Graeco fonte manasse.

CUR me querelis exanimas tuis?
Nec diis amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Maecenas, mearum
Grande decus columenque rerum.

Versus hi sunt, ut notum est, e secundo lib. Odarum Horatii; in quibus genere loquendi usus est apto illo quidem

Digitized by Google

dem & eleganti, sed apud Latinos non valde, nisi me fallit animus, usitato. nam *amicum esse* (*) *aliquid diis*, pro eo quod est, diis ita videri, ac placere, ubi praeterea legatur, equidem haud facile dixerim. neque sane ea dicendi ratio Romanis domestica ac vernacula est, sed transmare petita, ob idque non obesae naris hominibus ἀδεως πως ἔχουσι ξενίας. id ut magis perspiciatur, aliquot illius exemplae duorum post homines natos eloquentissimorum hominum sumpta libris proferam; Homeri, & ejus quem Panetius Homerum philosophorum vocabat. apud Homerum igitur Pallas ad Jovem pro Ulysse verba faciens, orat eum, ut, si quidem diis amicum est eum domum redire, Mercurium mittat, qui id Calypsoni nuntiet. ejus verba sunt:

Ω πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη ὕπατε κρειόντων,
Εἰ μὲν δὴ νῦν τῶν φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
Νοστῆσαι δολόφρονα ἔνδοθι δώματα, &c.

Apud Platonem autem Socrates, in Apologia, cum diceret, se tentaturum, si posset e judicum animis evellere pravam illam opinionem, quam, adducti calumniatorum sermonibus, de ipso conceperant: sed putare, id difficile factu fore: Verum tamen, inquit, hac quidem de re ita sit, ut deo amicum est. ὅμως δὲ τοῦτο μὲν ἴτω, ὅπη τῷ θεῷ φίλον. & in dialogo ἐν τῷ πρωταγόρᾳ, cum ei dixisset Crito navem eo die e Delo appulsuram; ideoque ipsi postridie e vita migrandum fore: *Atqui*, inquit, *o Crito, bene omiat: si ita diis amicum est, ita esto. ego tamen eam hodie venturam non puto.* Ἀλλ', ὦ Κρίτων, τύχῃ ἀγαθῇ. εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔστω. ἐγὼ μέντοι οἶμαι οὔτε αὖ τήμερον. & in Theage: Εἰ μὲν τῷ θεῷ φίλον ἦ, πάνυ πολὺ ἐπιδέομαι, ἐκ τοῦ. & libro x. legum: Τὰ μὲν δὴ τῶν ἀρχαίων περὶ, πάντα, ἢ τὰ κάλλιστα, ἢ ὅπη θεοῖς φίλον, λελέχθω ταύτῃ. tale quoque est illud Aeschyli:

—— ὡς μόθῳ τὰ χρὴ
Δρᾶσαι· ἢ λίαν τοι δαίμονι πρᾶγμ' ἔπεσι φίλα.

Sed & illa non dissimilia sunt: Πολυδάμᾳ, σὺ μὲν σὸν ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις: & in Protagora: Ἃ σοι φίλον: & apud Furi-

(*) Vide Lambini epistolam l. c. p. 397.

Euripidem in Jone, τὸ γὰρ ξὺν φίλοις. ejusdemque generis alia. Saepe autem monui, solitum Horatium, inspergenda scriptis suis Graecitate, salem eis ac Venerem quaerere.

CAPUT XIII.

Platonis locus conversus a Cicerone in Hortensio, in quo Marsilius leviter lapsus est.

QUI aut aucupandae inanis gloriolae studio, aut convincendi magis quam docendi adversarii gratia disputant; ii acriter urgere ac premere eum solent: neque fere, si quid ipse inconsideratius aut fasus, aut infitiatus est, mutandae postea sententiae potestatem facere. at qui veritatem modo in disputando spectant, & docere eos cum quibus agunt, volunt, aequiores liberalioresque sunt; neque ad vivum omnia resecant: sed si quid is quicum sermo est, dederit, cujus postea dati poeniteat; in eo non pertendunt, pervicacesve sunt: lubentibusque ipsis, corrigere se, qui sibi lapsus videtur, potest. Id se facere, cum significare vellet Socrates in Hipparcho, eleganti admodum similitudine usus est, sumpta a ludo XII. scriptorum, (*) his verbis: Ἀλλὰ μὰ τὸν Δία, ἔστιν ὅστις ἀποδώσων, ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅ, τι βούλει τοῦτο εἰρημένον, ἵνα μὴ οἴῃ ἐξαπατᾶσθαι. quae summi philosophi verba cum a summo oratore Romano in Latinum sermonem elegantissime conversa reperissem, non indignum id putavi, quod annotarem. Citat igitur haec Nonius Marcellus e Ciceronis Hortensio: *Itaque tibi concedo, quod in* XII. *scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati poenitet.* Marsilius autem, qui locum illum Platonis ad ludum talorum retulit, falsus videtur. Sed & in illo e Protagora, Ἀλλ' ἴσα γε τὸν ἀναθέσθαι ἔξεστιν, & in primo πολιτικῶν, ubi Polemarchus, aliter amicum & inimicum definire volens, quam prius fecerat, ita loquitur: Ἀλλὰ μεταθώμεθα. κινδυνεύομεν γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸν φίλον τε καὶ ἐχθρὸν θέσθαι: & aliis similibus locis, facile crediderim, metaphoram ex eodem illo XII. scriptorum ludo desumptam subesse.

(*) Vide Lambini epistolam l. c. p. 398.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Ciceronis locus, quem Silius eleganter imitatus est.

SILIUM Italicum poëtam, meo quidem judicio, praestantem, Ciceronis apprime studiosum fuisse, ejusque libros diligentissime atque assiduissime lectitasse, non modo Martialis, qui ejus coaevus (*) fuit, testimonio cognoscimus, sed multo magis ex eo intelligimus, quod eum multa Ciceronis in poëma suum transtulisse, eaque scienter admodum accommodasse ad illa, quae tum tractabat, videmus. cujus rei exemplum hic unum proponere libitum est. Libro igitur septimo, cum Q. Fabius Annibalem ludificando, & cunctando, & bellum trahendo frangeret; Romanique milites pugnae avidi, & conferendarum cum hostibus manuum ingenti desiderio incensi, quidque mora proficeretur, nescientes, imperatorem suum, tanquam ignavum, &, ut Horatius loquitur, inaudacem, summa verborum immoderatione increparent; jamque sublato clamore, injusu ipsius rem gerendam esse vociferarentur: gravi oratione furentem illorum impetum repressurus Fabius, ita exorditur, ut dicat, nunquam sibi Romanos in tanto discrimine summam rerum tradituros fuisse, si se talibus clamoribus turbatum iri credidissent:

Fervida si nobis corda, abruptumque putassent
Ingenium patres, & si clamoribus, inquit,
Turbari facilem mentem: non ultima rerum,
Et deplorati mandassent Martis habenas.

Cicero quoque in ea oratione qua C. Rabirium perduellionis reum protexit & eripuit, cum quiddam paulo confidentius dixisset, clamorque concionalis secutus esset, *Nihil me*, inquit, *clamor iste commovet; sed consolatur: tum indicat, esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Nunquam, mihi credite, populus R. hic, hic qui sitet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum se arbitraretur.*

(*) *Coaevus* vox minus Latina, judice Lambino in epistola l. c. 1398.

CA-

CAPUT XV.

Quodnam sit verbum illud Graecum quo usos esse Athenienses in discordiis sedandis ait Cicero in Philippicis.

VERBUM Graecum, quo in sedandis discordiis ait Cicero usam esse Athenienſium civitatem, non est, ut opinor, ἀμνηστία: (*) quanquam ab omnibus qui eum locum attigerunt, ita esse traditum scio. neque me movet, quod Plutarchus ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι scitum illud vocat τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα: quodque alii scriptores Latini idem confirmant. neque enim nego ita eam legem postea vocatam esse. at verbum ipsum, quod in lege positum est, ajo fuisse, μὴ μνησικακεῖν. cujus rei multos locupletes & idoneos auctores habeo, ut Xenophontem, cujus haec sunt e secundo Ἑλληνικῶν· Καὶ ὀμόσαντες ὅρκοις οἷς μάλιστα μὴ μνησικακήσειν, ἔτι καὶ νῦν ὁμῶν τοῖς πολιτεύεσθαι, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένει ὁ δῆμος. ut Aeschinem, qui in oratione De corona ita loquitur: Νῦν δὲ οὑτοσὶ μὲν, μεγάλων κακῶν συμβάντων, ἔσωσε τὴν πόλιν, τὸ κεφάλαιον οὐκ παιδείας ῥήτρᾳ φθεγξάμενος, μὴ μνησικακεῖν. Quin & Aristoph. eodem respexit hoc versu:

Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ Φυλλὶδῃ καπήλευες.

Sed quid conjecturis, ut in re dubia, utimur? triplex jusjurandum fuit, quo se, compositis rebus, obstrinxerunt Athenienses: unum commune totius civitatis, quod in haec verba conceptum est: Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενί, πλὴν τῶν τριάκοντα, καὶ τῶν ἕνδεκα, οὐδὲ τούτων ὃς ἂν ἐθέλοι δίκην διδόναι τῶν ἀρχῶν ἃς ἦρξεν. alterum senatus: Οὐ δέξομαι ἔνδειξιν, οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν ἐκ τῶν τριάκοντα γεγενημένων, πλὴν τῶν φευγόντων. tertium eorum qui res judicabant: Οὐ μνησικακήσω, οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι. ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους. Haec ita scripta sunt apud Andocidem in oratione De Mysteriis.

CAPUT XVI.

Ciceronis ex oratione pro Dejotaro loci duo emendati.

SOLEO libenter veteres libros, quicumque in manus meas incidunt evolvere: cuicuimodi tandem illi sint, & quo-

(*) Vide Franc. Fabricium ad Oros. II. 17.

Digitized by Google

quocunque litterarum charactere exarati. quod enim Plinius de toto librorum genere dicere solebat, nullum esse tam malum, ex quo non caperetur aliquid fructus: id ego in his maxime verum esse comperio. multos enim nanciscor mutilos, laceros, corruptos, evanescentibus litteris: tum, quod molestius est, descriptos ab hominibus imperitissimis, ideoque ἁλίσεις βρώσεως, ut in eis legendis incredibilis quaedam molestia exhaurienda sit. sed non in multos incido, qui omni ex parte frustrentur opinionem meam. fere enim semper aliquid tamen lucelli facio. sive autem haec constantia vocanda est, sive etiam quidam mentis error, (non enim, quominus quisque quo volet nomine appellet, impedio) ita obstinato animo sum, nulla ut sit tanta erratorum multitudo, quae me a legendo absterreat. neque mihi male operam collocasse videor, cum ex illis difficultatibus, tanquam e salebris quibusdam, emersus, in recensione reperio, unum aut alterum boni alicujus scriptoris locum biduí triduive labore purgatum esse. multi autem amici, qui me hoc morbo teneri sciunt, multas ad me schidas undecunque collectas mittunt. neque ego illa mihi κτῆμα ἐς ἀεὶ esse duco; quin avide arripio quicquid offertur; & in hac inopia, ubi siligineus panis deest, cibario me, ut possum, tueor: beatos illos esse dicens, quibus amplae illae ac nobiles bibliothecae patent, ubi tam laute, tam copiose, tam splendide pascere animos suos hoc genere epularum queant. nos tenuiores victitamus ut possumus; neque invidemus aliis fortunam suam: sed, ut eadem nobis quoque aliquando contingat, optamus. nunc cujus rei caussa susceptus hic a me sermo, & unde ortus sit, exequar. Habeo librum quendam, aut potius discerpti & dilacerati veri aliquot paginas, ipsas quoque ita male acceptas, ut alicubi canum ludibrium fuisse videantur: in quibus haec scripta sunt: pars orationis pro Marcello: tota fere pro Ligario: & pro Dejotaro fere dimidiata. Nupet igitur placuit ea omnia cum vulgatis libris conferre: itaque feci. e duabus autem prioribus nihil admodum repperi, quod alicujus momenti videretur. in ea quae pro Dejotaro est, pauca quae subjiciam, non indigna, quae notarentur, censui. Primum ergo ubi vulgo legitur, *Cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas, si tum auxilia Pompejo, si etiam filium misisset, ipse tamen excusatione aetatis*

usus esset. in illis fragmentis elegantius, ni fallor, & ve rius ita scriptum est: *Cui tamen ipsi regi veniam te dat rum fuisse dicebas, si, cum auxilia Pompejo, vel etiam filium misisset, ipse tamen excusatione aetatis usus esset.* Item hoc, quod non ad nitorem & elegantiam orationis sed ad sententiam ipsam non mediocriter pertinet In iis enim libris quibus vulgo utimur, ita legimus: *Ego me hercule C Caesar initio, cum est ad me ista causa delata, Philippum medicum, servum regium, qui cum legatis miss sus esset, ab isto ipso adolescente existimavi esse corruptum: hac suspicione sum perculsus medicum indicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni* at in illis ἀλωπέκιος (ita enim plane vocari possunt) multo sincerius multo que emendatius, meo quidem judicio, scriptum est: *Ego mehercule C. Caesar initio, cum est ad me ista causa de lata, Philippum medicum, servum regium, qui cum le gatis missus esset, ab isto adolescente esse corruptum: ha suspicione sum percussus. medicum indicem subornavit? fin get videlicet aliquod crimen veneni.* Quae scriptura qui plane integra & incorrupta sit, nemo dubitabit, qui lo cum illum paulo attentius consideraverit.

CAPUT XVII.

Illustratus locus ex oratione pro Coelio.

IN oratione pro Coelio cum conatus esset M. Tullius impuram mulierem Clodiam in eam suspicionem adduce re, ut qui aderant, veneno ab ea sublatum Q. Metellum existimarent; hac postea amplificatione usus est: *Ex ha igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate di cere audebit? nonne ipsam domum metuet, ne quam vo cem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam fu nestam ac luctuosam perhorresset?* Suspicor autem, ub *eliciat* legitur, *ejiciat* legi debere. significat enim, ho ipsum metuere debere Clodiam, ne vocem ipsa domu tam impii facinoris conscia emittat. eliciendi autem ver bum, ad hoc indicandum, non nimis aptum videtur. Eu ripidis etiam versibus quibusdam ex Hippolyto coronat hanc conjecturam non nihil adjuvari puto: e quibus totu ille locus manifesto expressus est. sunt autem hi:

Digitized by Google

Οὐδὲ σκότον φείσεται τ' ξαυτῆς τέκνῳ,
Τίκτουσά τ' εἶναι, μὴ πολὺ φθέγγῃ μόνη;

Id est:

Neque tenebras noctis perhorrent conscitae,
Neque, ipsa ne quando ejiciat vocem domus?

loquitur autem ibi Phaedra de mulieribus, quae se pudicas esse simulant, cum tamen clanculum libidini serviant: quas miratur prodire audere in conspectum virorum: neque timere, ne a nocte ipsa, & a domo conscia indicentur. Hanc meam conjecturam Lambinus, (*) homo omnium, sed nolo in mortuum, quoquo modo de me meritum, gravius dicere, principio quidem ita exagitavit, ut illa sollemnia effunderet, Barbaros esse, & omnium bonarum rerum imperitos, & quaecumque praeterea solebat, quoties ab aliquo dissentiebat, si qui putarent, *ejicere vocem*, Latine dici. deinde, mutata sententia, in Notis ad Ciceronem, ipse se ad illam imperitorum numerum aggregavit: neque tamen mihi prorsus assensus est, sed nutavit, ut plerumque in gravioribus rebus solebat: fassus, conjecturam meam duorum veterum librorum testimonio comprobari. Extitit deinde, qui, gratiam, credo, Lambini aucupari volens, quam tamen, cujusmodi esset, ipse postea expertus est, eum emendationem meam aliquot Lucretii locis confirmari videret, secutus quidem eam est: sed ejus Lambinum fecit auctorem, a quo illa diu oppugnata, non me, a quo primum prolata erat. Sed haec & levia sunt, & a me ipso mirabiliter negliguntur. Aut non curanda gloria, aut ex gravioribus rebus petenda est.

CAPUT XVIII.

Cicero in oratione pro Sylla, locum quendam Demosthenis imitatus ostenditur.

VIDETUR Cicero duobus ex Oratione pro Sylla locis Demosthenicum quendam adumbrasse: qua in parte ex-

fit

(*) Vide Lambini epistolem l. c. p. 398.

sat se, quod in reo defendendo multa de se ipso dicere cogatur: cujus sermonis impositam sibi esse dicit ab accusatore necessitatem. nam & Demosthenes idem in defendendo Ctesiphonte dixerat: quem quomodo Latinus orator sit imitatus, ut appareat, utriusque verba describam. Ita igitur Demosth Εἰ μὲν οὖν σοὶ ὦν ἰδίᾳ μόνον κατηγόρει Αἰσχίνης, περὶ σοῦ αὐτοῦ τοῦ σεσυκοφαντημένου δίκην ἂν ἀπελογούμην· ἐπειδὴ δὲ κοινὰ λέγει. πάλιν δίκαιόν, ἀνάλωτε, καὶ πάλιν κατηγόρησά μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω καὶ δίκαιον ἅμα, βραχέα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν Cicero autem: *Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, judices, existimavit, si nostram in accusatione sua necessitudinem familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meae defensionis posse detrahere, cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei.* Post autem etiam apertius: *Nam si Torquatus Syllam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset, defenderem. sed cum ille tota oratione in me esset invectus, & cum, ut initio dixi, defensionem meam auctoritate spoliare voluisset, etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitasset.*

CAPUT XIX.

Alius Ciceronis locus e Demosthene expressus.

SUMPTUM ex eadem illa Demosthenis oratione videtur & id, quod in secunda Philippica scriptum est: *Ut igitur in seminibus est caussa arborum & stirpium: sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti.* Nam & ille eum Aeschinem omnibus calamitatibus, quibus Athenienses conflictati erant, caussam praebuisse dixisset, ita id confirmavit: Ὁ δὲ τὸ σπέρμα τοῦ κακοῦ, οὗτος ἦν φύσιν κακῶν αἴτιος

CAPUT XX.

Theocriti Ἀδωνιαζούσας correctus & explicatus locus.

NOn puto me rem studiosis ingratam facturum fore quanquam hic Latinorum praecipue scriptorum caussa susceptus a me labor est, si non numquam etiam Graeci

opi

Digitized by Google

quis aliquid afferre coner. jam pridem enim persuasum esse existimo omnibus qui versantur in litteris, sine Graeci sermonis cognitione mancam omnem ac mutilam esse doctrinam, & qui ejus expertes sint, ab eis ne Latine quidem scripta penitus percipi nunc igitur Theocriti versus quosdam, quos neque satis emendate scriptos circumferri, neque satis intelligi arbitror, quomodo scribendi, quoque modo accipiendi videantur, aperiam. sed primum eos describam ita, ut leguntur;

Γ. Μᾶ ποθὲν ἀῖξηκτ⊙; τίδι τὸν ἐὶ κωπίλαν εἰμὶς;
Παστάμεν⊙ ἱππῶσι. Συεκηράσας ἱππίσσους,
Ὡς εἰδῆς τᾷ τῦτο. Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
Ὡς κᾷ ὁ Βελλεροφών, Πελοποννασιτὰ λαλίσμες.
Δωρίσδιν ἁ ἔξεστι, δικῶ, τοῖς Δωριέεσσι.
Π. Μὴ φύᾳ μελιτώδης, ὃς ἀμῶν κρεῖσσος ἔᾳ,
Πλὰν ἐτός. σὺ δ' ἀλέγω μή μοι κίνεαι λάπαρύξης.

Inducuntur autem ibi duae mulieres Syracusanae, Gorgo & Praxinoa, quae profectae ad spectandam pompam sacrorum Adonidis, cum, qui mos mulierum est, assidue garrientes, implerent omnia strepitu, & aures eorum, qui prope erant, obtunderent; offensus tanta earum garrulitate hospes quidam, illamque ferre amplius non valens, subcontumelioſe imperavit eis, ut tacerent. Tum indignata Gorgo, quaeso, inquit, quid hoc tandem hominis est? quid vero tua refert, si garrulis esse nobis liber? addit deinde: Παστάμεν⊙ ἱππῶσι. ubi legendum censeo, πασσάμεν⊙, non παστάμεν⊙. neque vero parum interest. nam πάσσαλ⊙ prima syllaba brevi, est γόμφ⊙. ex quo poetae, cum eam syllabam producere volunt, faciunt πᾶσσαλ⊙. at πάσσαλ⊙ prima longa, est κτήσσαλ⊙. unde est πολυπάσσαλον. estque ea vox Dorum propria erit igitur πασσάμεν⊙. κτησσάμεν⊙. atque hoc dicet Gorgo hospiti; Impera ancillis tuis, ἱππῶσσι ἀῖς κέκτησαι. nobis enim cum imperas, scito te Syracusanis imperare: ne forte nos viles aliquas & abjectas esse feminas putes. Corinthiae sumus a prima origine, non minus quam Bellerophon. Postremo quoniam hospes reprehenderat eas, tanquam πλατισταὶς, id est, lato & diducto ore pronuntiantes: (erat enim Dorum in Graecia eadem fere pronuntiatio, quae a Italia Bergomatium) iccirco addit, se ita loqui, ut

Digitized by Google

in Peloponneſo loquerentur: ceterum non putare, cauſſam eſſe ullam, cur non Doribus Dorice pronuntiare fas eſſet. In iis autem duobus verbis, qui poſtea dicuntur a Praxinoa, mihi quidem tenebrae ſunt. Nam quod Scholiaſtes ait, μελιτωδὴ vocari Perſephonem; vix credibile mihi videbatur, ante quam legerem Porphyrii Commentariolum περὶ τῆ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν νυμφῶν ἄντρου, qui mihi omnem hac de re ſcrupulum exemit. Ita enim ibi ſcriptum eſt: Πυγμὴ ἡ τὰ πάμφιλα αἰτεῖται παῖς ὕδρεύσῃ νύμφας. τὸ ἔτι γὰρ μᾶλλον νύμφας παῖς ψυχαῖς· ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἁδρῶς ἅπασι ἐργασικὰς· ὅθεν καὶ ὁ Σοφοκλῆς τὰς κτησικάους τῶν ψυχῶν ἔφη. Βομβεῖ δὲ πικρὸν σμιλῶδες, ἔχει δ' ἅλη. τὸ πᾶς Δημητρὸς ἱερίας, ἃς τ' χθονίας θεᾶς μυσίδας, μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ᾠκτιδὼ τε τὴν Κόρην, μελιτωδῆ. Optat igitur mulier a Perſephone, quae partubus praeeſt, ne quis unquam naſcatur, qui in ipſas imperium exerceat. addit autem, praeter unum: quoniam alioqui male precari videretur reginae, & optare, ne quis unquam ex ipſa filius naſceretur. Jam quod ſequitur, ἀλλ' οὐκ ἀλίγω, μή μοι κονιὰν ἀποψήσῃς, quam ſententiam habere voluerit Scholiaſtes, ipſe viderit, cum illa ſua praeclara expoſitione: μή μοι κονιὰν ἀποψήσῃς, μή μοι κενὸν τὸ μέτρον ἀποψήσῃς. & ille alter, qui ita reddidit:

Non metuo, ne menſura tibi ludar inani.

ego non dubito, quin pro κονιὰν, legendum ſit κοινὸν: ut hoc mulier dicat: Non vereor, ne in me pulverem abſtergeas: id eſt, ne me impune contemptam ac deſpicatam habeas. eſſet enim extremi contemptus ſignum, ſi quis pulverem e calceis, aut e veſte ſua, ludibrii cauſſa abſtergere in alios vellet. ſed & in illo verſu qui paulo infra eſt,

Ἄπις τὸ Σπίρχον τ' Ἰάλιμον ἐείσεται,

pro Ἰάλιμον, legendum crediderim Ἰαλίμιν. Sed & illum κονιὰν defendit & explicat in Novis lectionibus Canterus, idque ex Aurati ſententia. Cedamus igitur non invitis Aurato enim in litteris adverſari, ὦ δίκαιε.

M. A

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De quorundam admirabili memoria.

HIPPIAS apud Platonem, tanquam de magno quodam & praestanti bono gloriatur, posse se quinquaginta nomina semel tantum audita recitare. at hoc nihil est, praeut quae de se Seneca scribit: cujus haec sunt e libro primo Declamationum: *Sed cum multa jam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retuderit, auditum sensum hebetaverit, nervorum firmitatem fatigaverit: inter ea quae retuli, memoria est, res ex omnibus partibus animi maxime delicata & fragilis, in quam primum senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam: & ab iis qui ad audiendum praeceptorem nostrum convenerant, singulos versus a singulis dictos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum, recitabam. nec ad complectenda tantum quae vellem, velox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda quae acceperat.* Haec Seneca: quae semper mihi mirabilia, ac prope dixerim, incredibilia visa erant, donec vidi ipse, quod nunquam credidissem. Habitabat Patavii in vicinia mea homo adolescens, genere

Digitized by Google

Corsicus, (*) honesto, ut ferebatur, & credibile erat, apud suos loco natus, qui eo venerat ad jus civile discendum: quo in studio ita diligenter & attente annos aliquot consumpserat, ut magna jam esset de doctrina illius hominum opinio. Ventitabat autem fere quotidie in aedes meas, devexo jam & inclinato Sole, aestas enim erat: ibique, quod aedes satis amplae erant, satisque apricae, aut sub dio ambulans, & cum aequalibus suis jucundissime colloquens, aut saltu, aut lucta, aut trigonali pila corpus exercens, fessas studiorum laboribus vires honestissime reficiebat. rumor erat, tenere eum artem quandam memoriae, cujus auxilio multa efficeret, quae credi, nisi spectata, non possent. is cum ad aures meas perlatus esset, cupido me incesit mirabilia illa & inaudita spectandi. ejusmodi enim in rebus minime omnium auditis credulus esse soleo. visum est igitur, quando ipse domo mea arbitratu suo uteretur, hoc ab eo quasi κοινῶσον exigere, ut, quod sibi commodum foret, praesente me, artis suae specimen aliquod daret. ille nihil gravatus, lubentissimo animo se, cum vellem, facturum esse respondit. placuit. statim, cum per ipsum mora non esset, una omnes qui aderamus, in proximum cubiculum ingressi, consedimus. coepi ego dictare nomina Latina, Graeca, Barbara, significantia, nihil significantia, tam varia, tam nihil inter se cohaerentia, tam multa, ut & ego dictando, & puer, cui mandatum erat, ut ea exciperet, scribendo, & ceteri qui aderant, audiendo atque exspectando, fessi jam miris modis esemus omnes. ipse unus ex omni numero alacer ac recens, assidue plura poscebat Sed cum ego ipse modum aliquem fieri oportere dixissem, abunde mihi satisfactum iri, si vel dimidiam partem eorum quae dicta erant, recitare potuisset: tum ille fixo ad terram obtutu, magna nostra omnium exspectatione, tacitus aliquamdiu stetit quid verbis opus est? vidi facinus, ut ille ait, mirificissimum ἐ θαυμάσιον ἐκεῖνον exorsus loqui, plane omnia, eodem ordine, nusquam prope insistens, nusquam haesitans, nobis stupentibus, reddidit deinde ab ultimo incipiens, sursum versus pervenit ad primum. rursus ita, ut primum, tertium, quintum, ac sic dein-

(*) Ego nomen hominis tam mirabilis: civitas, quam patriam, requisivi. Idque pertinebat ad fidem narrationi faciendam.

dinceps omnia diceret. quo denique quisque voluerat ordine, sine ullo errore omnia referebat. idem postea, cum ei jam familiarior factus esſem, saepe expertus, usquequaque verum deprehendi. ipse mihi aliquando affirmavit, & erat ab omni jactantia alienissimus, se triginta sex millia nominum eo modo recitare posse. Quodque admirabilius est, ita haerebant omnia in animo, ut vel post annum diceret, se quaecumque memoriae commendasset, minimo negotio repetiturum. ego certe post multos dies facto periculo, verum comperi. Neque hoc satis. Diversabatur apud me Franciscus Molinus, patricius Venetus, adolescens optimarum artium studiis mirifice deditus, qui cum se memoria parum firma esse sentiret, oravit hominem, uti se artem illam doceret. vix ostenderat se id velle; cum Corsicus operam ei suam prolixissime detulit. dictus est locus, dicta hora, ad quam cotidie convenirent. nondum sex aut septem dies abierant, cum ille quoque alter nomina amplius quingenta sine ulla difficultate, aut eodem, aut quocunque alio libuisset, ordine repetebat. Haec ego vix auderem litteris prodere, mendacii suspicionem reverens, nisi & res adhuc recens esset, (nondum enim annus est) & Nicolaum Lippomanum Petri Alexandri filium, Lazarum Mocenicum Francisci filium, Joannem Mulipetrum Nicolai filium, Georgium Contarenum Laurentii filium, patricios Venetos, optimos & nobilissimos adolescentes, aliosque praeterea innumerabiles ejus rei testes haberem. a quibus, si mentirer, vanitatem meam coargui nollem. artem vero illam Corsicus accepisse se dicebat ab homine Gallo, quo puer domestico praeceptore usus esset. Huic ego ne ex antiquitate quidem, quem opponam, habeo: nisi forte Cyrum, quem Plinius, Quinctilianus, & alii Latini scriptores tradiderunt, tenuisse omnium militum nomina. Sed hoc, ut verum fatear, semper veritus sum, quam confiderate atque explorate tradidissent. Xenophon enim, a quo illi vel uno, vel praecipue, quae de Cyro dicebant, accipere potuerunt, istud tam incredibile non dicit; sed tantum eum tenuisse nomina τῶν ἱππέων αὐτὸν ἠγεμόνα. quod ut in imperatore laudabile est, ita non excedit fidem. Locus, si quis requirit, est libro quinto παιδείας. Fieri autem potest, ut Latinorum aliquis, qui locum illum Xenophontis male accepisset, alios postea auctoritate sua in

errorem induxerit. hoc enim non semel novimus contigisse. sed tamen hac de re nihil affirmo Non erit alienum, ut puto, ascribere hoc loco distichon, quo Simonides, qui ejus, de qua locuti sumus, artis pater fuisse traditur, jam octogenarius gloriatus est, neminem sibi memoria parem esse:

Μνήμῃ δ' ὑπνά φημι Σιμωνίδη ἰσοφαρίζειν
Ογδωηκοντούτῃ παιδὶ Δωσιθέῳ.

At Apollonius Tyaneus, cum centum haberet annos, tum quoque memoria excelluisse fertur.

CAPUT II.

Sublata menda quae inhaeserat in Euripideo versu apud Porphyrium. Item de formae dignitate quaedam non indigna cognitu.

CUM Porphyrii libellus De quinque vocibus, quo viam muniri putatur ad totum illud corpus librorum Aristotelis quod ὄργανον vocant, teratur quotidie omnium manibus, mirum est tam diu in eo insedisse mendum quoddam, quod nunc indicabo etsi enim non est ejusmodi, ut cuiquam errorem possit objicere; tamen in bonis libris ut ne qua vel minima macula insit, opera danda est. Porphyrius ut probet, εἶδος usitate dici de forma corporis ea quae sub aspectum cadit, ex qua formosi aut deformes nominantur, citat hunc Euripidis versum:

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον περιστέλλω.

ita enim vulgo legitur: cum tamen non ἄξιον, sed αἰσχύνην legi debeat. Ii quidem erant haec verba apud Euripidem cujuspiam optantis videre e filiis, ut opinor, suis maribus procreatos mares, qui primum quidem ea forma essent, in qua inesset regalis quaedam dignitas, deinde alii etiam bonis excellerent. hoc cognoscere est de Stobaeo apud quem ὁ περὶ ἕξεως πρῶτον λόγος haec scripta sunt:

Digitized by Google

Ἰδεμὲν δ' αὐτῶν ἦκον' ἄρρεν' ἄρρενα,
Πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίως τυραννίδος.
Πλείστη γὰρ ἁρμὴ τοῦδ' ἐκατέρχει ἐν βίᾳ,
Τῷ ἀξίωσιν δ' κωλᾶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

It autem Euripides quandam formam esse voluit quae regium quiddam haberet: ita Plautus; qui eam etiam formam regiam dixit:

Sed ubi Artotroguſt? Hic eſt. ſtat propter virum
Fortem atque fortunatum, & forma regia.

Xenophon quoque in convivio ait, φύσει βασιλικόν τι τὸ καλὸν εἶδος. Aristoteles primo Politicon affirmat, si qui reperirentur ea corporis pulchritudine, quam in deorum statuis cernimus, neminem dubitaturum, quin eos aliis omnibus imperare oporteret. Idemque libro quarto & libro septimo ait, Aethiopas & Indos in mandandis imperiis, proceritatis ac pulchritudinis habere rationem. & notum est, multatum a Lacedaemoniis Archidamum regem, quod exiguam duxisset uxorem: querebantur enim, non reges, sed regulos sibi procreatum iri. Ita enim hoc dictum commemorat Athenaeus libro XIII. βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων. At Plutarchus ἐν τῇ περὶ παιδῶν ἀγωγῆς, paulo aliter: ὦ βασιλίσκε, ἀλλὰ βασιλίδιον.

CAPUT III.

Locus Terentii e Phormione illuſtratus.

ITA scripti leguntur in omnibus libris hi versus e Terentii Phormione:

PH. *Imo vero tu uxorem eedo.* DE. *In jus ambula.*
PH. *In jus? enimvero ſi porro eſſe odioſi pergitis.*

ego autem in scholiis quibus nonnullos ejus poëtae locos illustravi, fassus sum, mihi non satis constare, quid de illo *in jus* facerem. nam & non invenustam esse illam repetitionem, & confirmari auctoritate librorum veterum, & tamen versum, ea recepta, uno pede, quam deceret, fieri longiorem. postea autem mihi venit in mentem, solitos

Digitized by Google

litos esse olim histriones talia quaedam de suo in recitan dis fabulis addere; ut oratio quotidianae similior vide retur: id quod & Demetrius in libello περὶ ἑρμηνείας pro didit: & multa ejus rei vestigia in Euripidis fabulis repe riuntur. quorum aliquot hoc loco proponam: ut, quo dico, clarius ab omnibus perspici queat. Ita ergo loqui quitur Polydorus in Hecuba:

Φιδ, ὦ μῆτερ ἥκω σὰς ἐκ τυραννικῶν δόμων,

ubi illud φιδ, extra versum est, ab histrione additum. in eadem Agamemnon:

Ελ. Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσεν;

& Clytaemnestra in Iphigenia in Aulide:

Φιδ. Πῶς ἄν σ' ἐπαισίαμι μὴ λίαν λόγοις;

& Medea:

Βάκ. τὸ δὴ πάθαν τίς μὲ δίξει πόλις;

Sed talia multa colligere, nihil negotii fuerit. Ut erg illa φιδ, ἔα, οἴμ, sunt extra versum; sic & illud, *In jus* ejusdem generis esse apud Terentium puto.

CAPUT IV.

Duo genera loquendi, quibus Latini poëtae utuntur, a Graecis accepta esse.

Virtutem (*) *Catonis* pro Catone ipso dixit Horatii in hoc versu,

Narratur & magni Catonis
Saepe mero caluisse virtus.

& alibi quoque eodem genere loquendi usus est:

Virtus Scipiadae, & mitis sapientia Laeli.

D

(*) Vide Lambini epistolam l. c. p. 397.

Digitized by Google

Dictum autem id est ad Graecorum poëtarum consuetudinem, qui βίλω Ἡρακλείλω, & βίλω Ἰφικλείλω pro Hercule & Iphiclo dicunt, ad eundemque modum alia multa: quod & alii notarunt, & Plutarchus in lib. adversus Colotem. sed & ejusdem generis est, quod *Turni corpus* pro ipso Turno Virgilius dixit,

——— *quo pulchrior alter*
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

ita enim & Eurip.

Ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ' ὅπερ τυγχάνει,
Σῴζειν ἕτοιμός εἰμι.

& alibi:

Ἀλλ' εἰσορᾷς γὰρ τῶνδε διακόνω δίκας
Ἀγαμέμνονος.

& in Phoenissis, σὺν δίκαις θεραπόνω. ut ergo illi Graeca dicendi genera exprimebant, ita facere oporteret eos, qui se nostris temporibus poëtas perhiberi volunt.

CAP. V.

Aeris Corinthii temperatura quomodo inventa.

SUPER aere Corinthio, quaenam illius origo fuerit, varia tradita sunt ab antiquis. Plinius casu mistum esse ait, Corintho, cum caperetur, incensa. L. quoque Florus eandem sententiam sequitur, a quo ita hac de re scriptum est: *Aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit injuria: quia incendio perustis plurimis statuis earum simulacris, aeris, auri, argentique venae in commune fluxere.* At alii unam modo antiquis temporibus domum Corinthi arsisse dicunt, in qua cum auri argentique nonnihil inesset, aeris autem magna vis; commista ea, & in eandem confusa massam, ex eo metallo cujus major inerat pars, Corinthii aeris nomen acceperint. Alii tam, quod propius ad veri similitudinem accedere videtur, narrant, aerarium quendam fabrum Corinthi fuisse, qui

qui cum incidisset in thecam auri plenam, eamque sib abstulisset, ne id resciretur, metuens, dissectum in mi nutas particulas aurum paulatim aeri admiscuerit, admira bilemque illam temperaturam effecerit, qua magnas sib opes postea comparavit.

CAPUT VI.

Indicata vetus scriptura duum locorum e libro secundo De Divinatione.

BENE & emendate scriptus erat in veteribus libris lo cus hic e secundo De Divinatione: *Ad nostri auguri consuetudinem dixit Ennius:*

Quom tonuit laevum bene tempestate serena.
At Homericus Ulysses apud Achillem querens de ferocitat Trojanorum, nescio quid hoc modo nuntiat:
Prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit.

atque ita eum legit Petrus Marsus: indicatque, versu esse sumptum ex Iliados nono. ut valde mirer, quae fu erit eorum audacia, qui Ajacem postea pro Ulysse scri pserunt. Nam quod Victorius credidit esse μονομιμὸν Cice ronis ἐμφατικὸν, non viderat videlicet veteres libros, ne que commentarium Marsi. Quem si legisset, cognovis set etiam, se non valde necessariam operam sumere i emendando quodam loco e primo eorundem librorum ubi de lamidarum familia mentio est. cum enim Marsu & probe ac incorrupte scriptum repererat, & erudit interpretatus erat, adducto (*) eo ipso Pindari loco, quer adduxit postea Victorius. Iniquum autem puto, quer quam sua laude fraudari: ideoque verum harum emenda tionum auctorem indicavi. neque dubito, quin Victoriu ipse, quem ut insigniter eruditum esse video, ita insign ter probum & plane ingenuum esse audio, si & haec, alia quaedam, quae ut nova profert, ab aliis notata sc visset, aut non attigisset, aut suis auctoribus accepta re tuli

(*) *Adducere* & *producere locum*, pro afferre, non reperitur apu antiquos. Recentiorum consuetudo, sic verbum usurpans, nob quoque aliquando fraudi fuit. Vide quae ad T. I. p. 133. notavimu

Digitized by Google

tulisset. quod idem mihi etiam de aliis quibusdam eruditissimis hominibus facile persuadeo. Elegantem enim & liberalem doctrinam liberalis etiam natura plerumque comitatur.

CAPUT VII.

Cur Tibullus porcum hostiam mysticam dixerit.

NON satis, quod sciam, a quoquam explicatum est, cur Tibullus porcum hostiam mysticam vocaverit, eo versu,

Hostiaque e plena mystica porcus hara.

quin etiam ejus rei ignoratione, in quibusdam libris e *mystica* factum est, *rustica*. sciendum autem est, in iis Cereris sacris quae mysteria dicebantur, eam consuetudinem fuisse, ut quisque pro se Cereri porco faceret, seu quod animal illud infestum Cereri crederent: quia semina pando, ut ait Ovidius, eruisset rostro, annique spem intercepisset; ob idque deam ejus caede gaudere crederent: seu quod e suillo rostro arandae & invertendae terrae ratio primum accepta esset: nam id quoque multi prodiderunt. neque sane satis convenit inter antiquos scriptores, de causis, ob quas hoc aut illud animal huic aut illi deo immolaretur. alii enim, quod cuique deo gratissimum esset, id ad illius aras mactari solitum ajunt. itaque equus Martis erat hostia, & quod aper Adonin interfecisset, apro Veneri rem divinam fieri nefas erat. alii, quod quisque deus odisset, ejus potissime illum caede oblectari putabant. itaque Nocti sacrificabatur gallus gallinaceus: quod cantu suo diem provocare noctem fugare videretur. capra Palladi: quod oleam insigniter laederet. Sed utra de causa porcus Cereri caderet: illud certe observabatur, ut & praepinguis esset, & nulla sui parte mancus ac mutilus. quod etiam universo in toto victimarum genere servabant. ergo *porcos mysticos* aut *mystericos* vocabant, qui pinguissimi & integerrimi essent. Plautus *sinceros sacres* vocat: quare Megarensis ille Aristophaneus, qui filias suas pro porcis vendere cupiret, jubet eis, ut saccum ingressae ita grunniant, ut arci mysterici esse videantur:

K

Κ' ἤπειτ' ἐς τ' σάκχον ἀφ' ἑσπέρης·
Ὅπως ἢ χρυσίξῃς τὴ κλίξι,
Χ' ἡσᾶς φωνὰν χοιρίων μυστικῶν.

& paulo poſt interrogatus a Dicaeopoli, quid ferret porcas ſe myſticas ferro reſpondet:

Δι. τί δαὶ φέρεις;
Μι. χοίρους ἰγὼ γα μυστικούς.

CAPUT VIII.

C. Verres qua ex gente fuerit. emendatus locus e libro quarto accuſationis.

ORIUNDUM e gente Cornelia fuiſſe C. Verrem, a quibusdam Romanarum antiquitatum peritiſſimi, hominibus traditum eſt: quod tamen mihi perſuaderi non poteſt, vix enim veriſimile videtur, e tam illuſtri gente ortum eum, cujus pater fur ac diviſor fuiſſe dicatur. Sed & illud non immerito miretur aliquis: hoc, quod iſti volunt, poſito, cur nusquam eum Cicero gentis nomine appellaverit: praeſertim eum illud ipſum judicium lege Cornelia exerceretur. non enim obſcurum eſt, ex eo ſententiam quampiam aptam & accommodatam ad exasperandos judicum animos, facile potuiſſe duci. ſunt & alia non pauca, quae mihi quidem videntur aliquid juſtae admirationis habitura, ſi Cornelium eum fuiſſe fateamur. nituntur autem, qui hoc dicunt, argumento, quod ſciam unico. ajunt enim libertum quendam Verris a Cicerone Cornelium haruſpicem vocari. Sed ego cum omnes accuſationis libros & ſaepe & diligenter evolverim, videor affirmare poſſe, nullam in eis eſſe iſtius Cornelii mentionem ipſi igitur viderint. Cornelius quidem Verris lictor libro primo accuſationis nominatur. Sed quid ad Verris gentem ea res pertinet? Fieri ergo poteſt, ut fallar. nunquam enim harum rerum valde diligens indagator fui: non equidem quo eas contemnam ac deſpiciam; ſed quod diffidam parem eſſe me poſſe perferendo labori, quem video capiendum eſſe iis qui ſubtiliter talia perſcrutari volunt: & alioqui ſuo quisque ſtudio ducitur. quare, ut ante dixi, fieri poteſt, ut fallar: ſed tamen exiſtimo ipſum

Digitized by Google

ipsum Verris nomen gentilicium esse. Hoc arbitror colligi posse e fine libri secundi, ubi de illa tabularum corruptione sermo est, in quibus Verres se pro Verre Verrutium fecerat. nam si in illis ita scriptum fuisset, C CORNELIUS VERRES, non sane oportuerat, ex Verre fecisse Verrutium. neque procederent illa, quae a Cicerone urbanissime dicta sunt: *Responde mihi nunc tu Verres, quem esse hunc tuum paene gentilem Verrutium putes.* nam nominis cum cognomine similitudo nihil ad gentilitatem pertinet. Alium locum proferam. qui hoc quod dico, ita manifesto confirmet, ut vix ullum dubitationi locum relictum iri putem. atque hunc eo recitabo libentius, quod & in vulgatis libris corrupte legitur, & quidam emendare conati, magis etiam corruperunt. Ita igitur Cicero libro quarto accusationis: *Ridiculum est nunc de Verre me dicere, cum de Pisone Frugi dixerim. verumtamen, quantum interfit, videte. Iste cum aliquot abacorum faceret vasa aurea, non laboravit, quid non modo in Sicilia, verum etiam Romae in judicio audiret. ille in auri semuncia istam Hispaniam scire voluit, unde praetori annulus fieret. nimirum ut hic nomen suum comprobavit, sic ille cognomen.* Nunquam, ut opinor, ita locutus esset Cicero, si & Verres, & Frugi cognomina fuissent.

CAPUT IX.

Correctus Plauti locus e Milite glorioso.

APUD Plautum in Milite glorioso ita vulgo leguntur versus:

Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo,
Ne lamentetur, neve animum despondeat,
Quia se jam pridem feriatam gestitem.
Quae misera gestit fractum facere ex hostibus.

Cum autem illud, *fractum facere*, depravatum esse, facile constaret, homo eruditissimus, cujus labore & industria Plautinae fabulae plurimis sane locis emendatiores leguntur, scribendum eo loco censuit, *fratrem facere*. id, quoniam fratres interdum a Graecis ὁμαίμονες dicuntur, nec in voce ejusdem sanguinis significatio est, iccirco hoc

militem dicere credidit, cupere machaeram, tingi hostiu
sanguine. quod si reciperem, *fratres* tamen potius leg
rem, quam *fratrem:* ne perturbata numeris esset orati
sed suum cuique, ut dicitur. mihi displicere nondum po
est ea conjectura, quam, cum adolescentulus in Gal
Plautinas fabulas explicarem, jam dudum de hoc loco f
ceram. *farctum* enim legendum admonueram, ubi vul
legitur *fractum.* atque ea voce farcimen, ut isitium, a
ejus generis aliquid, credideram indicari. ut, quonia
tales cibi e carnibus minutissime disfectis confici solen
diceretur machaera gestire hostes ita minutatim concid
re, ut ex eis farcimen fieri posset.

CAPUT X.

Quae se facturos juraverint Graeci cum Xerxis copiis congressuri.

PRAECLARUM sane & magni animi plenum est jusj
randum illud, quo se obstrinxerunt Graeci omnes, cu
adversus copias Xerxis dimicaturi essent. id autem
haec verba conceptum est: *Vitam libertate pluris non f*
ciam. neque deseram imperatores, neque vivos, neq
mortuos, sed eos e sociis, qui in proelio occubuerint, o
nes sepeliam: & ubi barbaros devicero, ex iis quidem
vitatibus quae pro Graecia pugnaverint, nullam devast
bo: quae autem barbari partes sequi maluerunt, omn
decimabo. fanorum quae a barbaris incensa & diruta sun
nullum omnino excitabo, sed finam, impietatis barbaric
extet in omni posteritate monumentum. Adscribam & Gra
ca, si quis ea forte cognoscere cupiat, οὐ πεισόμεθα κ
κλείονσι τὸ ζῆν τῆ ἐλευθερίᾳ· οὐδὲ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας,
ζῶντας, ὅτι λελεύκασι. ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ πολυτησαμένους τὴν σω
ρίαν ἀπαντας θάψω. τῶν καστήσας τῆς πολίμου τοὺς βαρβάρους,
μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλιν ἰδίαμεν ἀνάξιον ποιεῖ
τοὺς ἢ τὰ τῶν βαρβάρων προτιμῶντας ἀπαντας διαφθερῶ. τῶν δὲ ἱερῶ
ἐμπεπρησθέντων τῶν καταβληθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδόμη
παντάπασιν. ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγενομένοις ἐάσω καταλιπεῖν
τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.

CAPUT. XI.

Locutio quaedam, quae Euripidis esse credebatur, rejecta: & ipsius poëtae emendatus locus.

TRADITUM est à quibusdam, & quidem iis in libris, qui clarissimi, & utriusque linguae intelligentia praecellentissimi viri, Gulielmi Budaei nomen prae se ferunt, νίκας φέρειν apud Euripidem legi, pro eo quod est; *victoriam reportare*. ego autem, qui poëta illo singulariter oblectatus sum, plurimumque studii in ejus fabulis posui, praestare ausim, nusquam id loquendi genus apud ipsum reperiri; sed eos ita putasse, inductos in errorem, his e Medea versibus:

Δοκῶ γάρ. ἔστοι ἡδέως γε συμβαλὼν
Ἔχθρας ἐς αὐτὴν, κελαδίσειεν εἴσω).

cum tamen ibi legendum sit, ἔξω), non εἴσω). est enim κέλαδος genus cantilenae, quod canebatur victoribus, quos etiam honoris caussa κελαδίζειν appellabant: ut, *Io paean*, aut, *Io triumphe*. idque diserte tradidit Athenaeus libro XIV. tripudiantes autem eam cantilenam canebant unde apud eundem poëtam in Hercule furente,

Τὸν κελάδησον μὴ θεὸν ἐκμάρψαν.

sit igitur nutrix, non facile fore, ut paeana canat, qui eum Medea inimicitias susceperit. ne quis autem dubitet, quin ita, ut dixi, legendum sit, proferam alium locum similem ex eodem poëta, eaque, quam proxime nominavi, fabula, ubi senum chorus se ait Herculi redeunti κέλαδον canere velle. Versus hi sunt:

Ἐν τοῖς Ἡρακλέους
Καλλίστοις ἀέθλοις.

in Electra:

Ἀλλ' ἐπεύξῃ κελάδοις ἔξω δόμων χόρευμα.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Atticum loquendi genus, quod imperiti ex Euripidis Hecuba sustulerant, restitutum.

APUD Euripidem Hecuba, versus hi sunt Ulyssis Hecubam alloquentis:

οἶσθ' ἂν ὃ δρώσας; μὴτ' ἀπωσθῇς βίᾳ,
Μήτ' εἰς χερῶν ἄμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί.

In quorum priore erratum est ab iis qui Atticae linguae imperiti essent. non enim scribendum erat, οἶσθ' ἂν δράσας; sed, οἶσθ' ἂν ὃ δρῶσαν; quod valet quidem plane idem cum illo superiori: sed venustius, & Ἀττικώτερον dicitur. Itaque scholiastes quoque ita legit: & simile exemplum e Menandro citat:

οἶσθ' ἄ, τι ποίησον;

Ego autem saepe admodum Euripidem ita locutum annotavi. ut Iphigenia in Aulide:

οἶσθ' οὖν ὃ δρῶσαν ἅ γυνὴ; πιθοῦ δέ μοι.

& in Helena:

οἶσθ' ἂν ὃ δρῶσαν; ἢ πάρα- λαβόμενα.

& in Ione:

οἶσθ' ἂν ὃ δρῶσαν; χαρὰς ἐξ ἐμοῦς λαβοῦ
Χρύσωμα' Ἀθάνας, &c.

sed & alii Attici eodem modo locuti reperiuntur. ut Aristophanes in Avibus,

οἶσθ' ἂν ὃ δρῶσαν, ἅ τρέχειλε; ἢ διατόπου
Ἡμῖν κέλευσον.

quare sine controversia ita etiam in illo ex Hecuba vel legendum est. etiamque illud, quod in Cyclope ita legitur,

οἶσθ' ἂν ὃ δρῶσας, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;

eodem modo emendandum facile crediderim.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Antelogium quid. Plauti e Menaechmis correctus locus.

QUOD dixi supra, cum, quid valeret apud Ciceronem, *in acta*, explicarem, Siciliam eo olim sermone usam, qui neque plane Graecus, neque plane Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mistus esset: id & e Cicerone, & e Q. Asconio intelligi potest. Plautus autem, qui jocandi occasionem undique quaereret, in Menaechmis, quod ea fabula, ut ipse ait, Siciliensitabat, nomen quoddam finxit e duabus vocibus, altera Latina, & Graeca altera junctum. *Antelogium* enim dixit pro eo, quod olim Pacuvius dixerat *prologium*, quod qui non intelligebant, ex *Antelogium* fecerunt *ante elogium*: cum tamen *elogium* nihil neque Graecis, neque Latinis significet: ut alibi docebimus. sed praestat Plauti versus subjicere, simul enim alia corrigentur:

Atque adeo hoc argumentum Graecisat tamen:
Verum non Atticisat, at Sicilisitat.

Pabergensis Plauti corrector, praeter cetera peccata, e secundo horum versuum detraxerat particulam, *at*: deinde cum animadverteret, una syllaba minus esse, quam requireret lex carminis; pro *Sicilisitat*, scripsit, *Siciliciisat*. acute. Siciliciam pro Sicilia hac ratione diceremus. sequitur:

Huic argumento antelogium quoddam hoc fuit.

Idem, una lepidissima voce lacerata, nullo sensu scripsit, *ante elogium*. & pro, *quoddam*, *quidem*. sequitur:

Nunc argumentum vobis demensum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.
Tanta ad narrandum argumentum est benignitas.

Tanta enim legi debet: non, ut in illius libris, *tantum*. quippe cum hoc dicat, tantam esse sibi benignitatem ac largitatem ad narrandum argumentum, seque ita illius

Digitized by Google

esto πρῶτον, ut daturus sit illud demensum, non modio neque trimodio, verum ipso horreo. Sed & ex eade illa, de qua dixi, Siculorum consuetudine, joco dictu est in eadem fabula, *Epidamni* nomen junctum esse ἐπὶ, & *damnum*: quia illuc nemo fere, nisi damno su divertere soleret, quod omen fugiens populus R. an quum oppido restituit Dyrrachii nomen. Haec a me an hos quindecim annos edita, nuper Coelius quidam p novis ac suis venditavit.

CAPUT XIV.

Historia de oraculo quod Peleo (*) redditum est. Xenophontis locus correctus.

QUI crebro Veneri operantur, eorum genitalem h morem liquidiorem, iccircoque minus aptum ad genera dum effici constat. quare inter ea quae praecipi solent qui liberos procreare cupiunt, id quoque est, ut co gressu Venereo non ita frequenter utantur. atque is er sensus oraculi quod Aegeo quondam redditum traditu qui cum petiisset a deo indicari sibi rationem aliquam qua pater fieri posset; multos enim jam annos frustra ux ris hortum conseverat: responsum hoc tulit:

Ne solvas ex utre pedem qui prominet, ante
Cecropiae pingues quam sis delatus in agros.

ita enim putavi hos versus reddi utcunque posse:

Τὸν πρῶτον' ἀσκοῦ πώδιον', ὃ φίλτατε λαῶν,
Μὴ λύσῃ, πρὶν γαῖαν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.

Utrem vocabat deus ventrem ipsius Aegei: ex quo promineret πώδιον, nihil ullo opus est Oedipo ad inte gendum. illo igitur verborum circuitu praecipiebat, se uxori castum & integellum servaret, afferretque eam graves & plenos probatae pecuniae loculos. Il quoque cognitum est & ratione & experientia, si q gig

(*) Imo, *Aegeo*. quem memoriae lapsum correxit Paulus L tardus Emendat. VII. 13.

Digitized by Google

gnatur ab iis qui se nimis saepe in illa palaestra exercent, infirmum id atque imbecillum esse: cum contra qui parce ac bono modo id faciunt, robustiores plerumque ac solidiores filios edolent. Quam ob causam Lycurgus statuerat, ut novi mariti & raro & furtim congrederentur cum uxoribus: hac ratione judicans fore, ut & ardentius se mutuo desiderarent, & vegetiores liberos producerent. Xenophontis verba, quibus hoc de Lycurgo exponit, haec sunt: ἦγε δὲ αἰδοῦς μὲν εἰσιούσας, αἰδοῦς δὲ ἐξιούσας τοὺς συνόντας, πολυωρίαν μὲν ἀναγκαίαν τοῦ αὐτὸν ἔχειν, ἵππων μίσγειν δὲ λάγνους, ὅτι βλάπτουσι, ὅτι μέλλουσι, ἢ οἱ διάκονοι ἀπαλλάττουσιν. Recitavi autem illa, ut legi debere censeo, non ut vulgo leguntur. in omnibus enim, quos ego quidem viderim, libris, pro βλάπτουσι, legitur βλαστοῦσι, qui primo aspectu pusillus error quas Francisco Philelpho tenebras offuderit, sciant, qui interpretationem illius inspexerint. quin autem verbum βλαστάνειν, ab iis quae oriuntur e terra, elegantissime ad homines transferri potuerit, dubitaturum existimo neminem.

CAPUT XV.

Xenophontis alius locus correctus.

MULTA depravata sunt in Xenophontis libris: plura male intellecta ab iis qui eos in Latinum sermonem convertere studuerunt: quale est quod modo protulimus: itidemque quod nunc prolaturi sumus. sed hoc Xenophontis proprium non est. optimi quique scriptores & Graeci, & Latini, quanquam Graeci magis, sed tamen & Graeci & Latini ita multis ulceribus scatent, ut vix eorum πονήσεως quoddam sanum integrumque permanserit. Indoctorum autem audacia nunquam solutior, nunquam projectior, quam nostris temporibus, fuit. Convertunt, aut inverunt potius, & pervertunt omnia, philosophos, poëtas, oratores, historicos, rhetores, grammaticos, etiam ea quae naturam, ut verti possint, non habent: suntque ita impudentes, ut quae se intelligere profiteri non audent, audeant interpretari. Quo magis laudanda est Petri Victorii, Pauli Manutii, Adriani Turnebi, praeclarorum hominum, ac primorum, signiferumque, & aliorum similium industria: qui omne studium suum eo conferunt,

ut omnes, καθ' ὅσον οἷόν τε, maculas ex antiquorum monumentis eluant; & labore suo laborem minuunt iis, qui ex animo aspirant ad veteres illos vero ac serio intelligendos. Equidem neque horum institutum satis laudare, neque illorum impudentiam satis mirari queo: neque satis miserari eorum vicem, quibus, quod aditum sibi ad fontes patefacere neglexerint, ex impuris illis ac turbulentis talium interpretum lacunis hauriendum est. Sed omittamus haec, &, quod instituimus, unum etiam mendum e Xenophonte tollamus. etsi enim parum videri potest, cum tam multa sint, unum aut alterum tollere: tamen nihil est tam pusillum, quod non evide accipi debeat, quod quidem ad tam politum, tamque utilem scriptorem pertineat. Parvum est, quod afferimus; sed magnus is, quem adjuvamus. Ergo in libello de rep. Lacedaemoniorum, cum dixisset ita instituisse Lycurgum publica illa civium suorum convivia, ut neque deessent epulae, neque superessent, addit: πολλὰ γὰρ καὶ παράλογα γίγνεται ἐπὶ τῶν δαινυμένων. οἱ γὰρ πλύσιοι εἰσὶν ὅτι καὶ δεῖπνα ἀνεπιτήδεια ἐπιφέρουσιν ὅτε ὅτι ἔρημός ποτε ἡ τράπεζα βρωτῶν γίγνεται, ἢ ὅτι ἀναγκαῖον, ὅτι πολυδάπανον. quae verba ita interpretatus est Philelphus: *Permulta quoque ab otiosis & absurda patrari solent. ac locupletes interdum otiosi similitudinem reddunt. proinde neque vacua cibis mensa unquam fit, quoad discubuerint; neque item sumptuosa.* In quo illud primum est, quod admirer. crediderit ne re vera, id quod ipse diceret, e Xenophontis verbis colligi posse. si enim ita credidit, valde stupidus, valdeque imperitus fuit. sin, cum sibi conscius esset, Xenophontem nullo modo hoc dicere: quidvis tamen maluit, quam institutum omittere, & abjicere illas paucas paginas, quas jam convertisset, & convertere se ad aliquid aliud, quod praestare posset: hoc, inquam, si fecit, nolo quicquam asperius dicere. malo in aliorum cogitationibus relinquere, quo illum nomine fuisse dignum putem. Deinde illud libenter ex eo, si viveret, quaererem: illa absurda, quae patrari ab otiosis diceret, quid tandem ad convivia attinerent: aut qua ratione fieret, ut, quia multa absurda patrarentur ab otiosis, iccirco mensa neque inanis, neque sumptuosa esset. sed ego fortasse culpandus, qui tam apertam stultitiam tam multis verbis infecter. Locus Xenophontis corruptus est. hoc primum. ita autem corrigendus

dus videtur: ut pro ἠγοράσαντο, quod verbum nihili est, legamus, ἀγοράσαντες: & pro ἄγγον, ἄγγος. Ita hoc dicet Xenophon: praeter quotidianum illum & legitimum apparatum, multa inexspectata afferri solita ab iis qui venatum essent. Illi enim libenter ea quae ceperant, ad publicas illas mensas afferebant. interdum etiam divites afferre solitos aliquid, quo quasi compensarent aliorum capturam: ne viderentur asymboli venire ad ea fruenda quae alieno labore parta essent. Hac ratione mensa sine magno sumptu commode instruebatur.

CAPUT XVI.

Particulam ἄν, e quodam loco ex apologia Socratis apud Platonem, delendam videri.

ACCUSATORES Socratis, ut ejus orationi fidem detraherent, eamque suspectam judicibus efficerent, praemonuerant eos, ut caverent sibi: multum enim eum posse dicendo, & habere eam vim eamque calliditatem, ut inferiorem causam dicendo efficeret superiorem. Quare Plato in defensione, quam homini sanctissimo scripsit, in eum, cupientem ampliri a se illam opinionem, loquentem facit: ut dicat, se mirari quid ipsis venerit in mentem id dicere, quod ipse statim re ipsa refutaturus esset: locuturum enim non ornate & exquisite, sed simpliciter ac populariter, ut soleret. itaque sperare, omnes facile judicaturos, se minime esse, quod illi dixerant, δεινὸν λέγειν. addit deinde: εἰ μὲν ἄρα δεινὸν καλοῦσιν αὐτοὶ λέγειν, ἓτ τ' ἀληθῆ λέγω. εἰ δὲ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἐγωγε ἐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. Sed ego ex illo ἐ κατὰ τούτους, particulam ἄν, delendam putarem: ut hoc diceret Socrates: si illi forte aliter acciperent nomen eloquentis, quam vulgus soleret: & eloquentem vocarent non eum qui ornate diceret, sed eum qui vera loqueretur: se tunc fassurum se non illo usitato ac populari modo, sed ex ipsorum sententia rhetorem esse. Marsilius tamen illud ἄν, agnoscit, & alio quodam modo exponit: cui non assentior.

CAPUT XVII.

Emendatus Plauti locus e Milite glorioſo.

PLAUTINI verſus ſunt e Milite glorioſo:

Quid iſtuc quaeſo? quid oculo factum eſt tuo?
PL. *Habeo quidem hercle oculum.* PYR. *at laevum dico.*
PL. *eloquar.*
Maris cauſſa hercle ego hoc utor oculo minus.
Nam ſi abſtinuiſſem a mari, tanquam hoc uterer.

in quibus cum jocus elegantiſſimus, & Plautino dignisſimus ingenio ſubſit, una litterula depravata ita eum corrumpit, vix ut a quoquam ſentiri queat. nam cum Athenienſis ille adoleſcens, qui ornatu nauclerio amicam militē per fallaciam abducturus venerat, oculum ſibi laevum, ne agnoſceretur, obligaſſet: interrogatus a milite cur id faceret, urbaniſſime reſpondet, ſe id maris cauſſa facere. nam, inquit, ſi *amare* abſtinuiſſem, eo aequo atque altero uterer. ludit autem militem ambiguitate vocabuli. cum enim dicere videatur duabus vocibus, ſi *mare* abſtinuiſſem; non id dicit: ſed, ſi *amare* abſtinuiſſem. revera enim amor ipſi in cauſſa fuerat, ut eo oculo minus uteretur: aut ſaltem ita fingeret. *Mare* autem ſexto caſu dixiſſe veteres conſtat. Sic Varro:

Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Sed & Ovidius: — *& Libyco*, inquit, *de mare carpam aquam*. ita igitur Plautinus ille verſus legendus eſt:

Nam ſi abſtinuiſſem amare, tanquam hoc uterer.

Hoc quoque pro ſuo nuper edidit Coelius: ſed Secundus. Ego enim abhinc quindecim annos primus edideram.

CAPUT XVIII.

Lentos debitores aliter a Cicerone, aliter a Lucilio dictos. Lucilii verſus apud Nonium emendati.

Lentos uſitate vocamus tardos & ſegnes: opponiquetum id nomen prompto ac celeri videtur. interdum auten

len

Digitized by Google

lentum aliter accipimus: ut cum *lentum vimen* dicimus: & cum Virgilius *lentam salicem*: & — *lento ducunt argento*. *lentum* enim tum idem valet quod molle, cedens, quodque, quocumque velis, facile trahi ducive possit. id denique, quod κατὰ Graeci vocant, Latini nonnunquam *facile*: ut Tibullus:

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili compositaque luto.

eadem enim qualitatem significavit in luto, quam in cera Plinius his versibus:

Ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur
Si doctos digitos, jussaque fiat opus.

flexibilem videlicet naturam quandam, & minime contumacem. Ad priorem illam hujus vocabuli vim respexit M. Tullius, cum C. Antonium *lentum* vocavit: *Teucris*, inquit, *illa*, *lentum sane negotium*. hoc enim significavit, eum libenter subterfugere, & tergiversari, & diem ex die ducere, neque promptum esse ad dissolvendum quod deberet. at contra olim Lucilius *lentum solvere* acceperat, pro eo, qui facile solveret, bonumque nomen esset. Credo, quod lenta quae sunt, facile sequuntur quo velis: *lentum* quoque vocavit eum, qui facile ad solvendum adduceretur. Versus ejus, in quibus hoc vocabulum ita ponitur, extant apud Nonium Marcellum: sed misere depravati. sic enim ibi legitur: *Tricones, morosi & ad reddendum duri. Lucilius Satyrarum lib.* IX. *Lucil. Cotta senex Crassi pater hujus pacem magnus fuit triconum, Marius solvere nulli lentus, id est, facilis.* Mihi ita legendum videtur: *Tricones, morosi & ad reddendum duri. Lucilius Satyr. lib.* IX.

Lucius Cotta senex Crassi pater hujus peracer,
Magnus fuit trico nummarius, solvere nulli
Lentus, id est, facilis.

Jam qui fuerit ille Cotta, & qui potuerit, nisi forte per adoptionem, Crassi cujusquam pater esse; cum alterum Aurelium, alterum Licinium fuisse verisimile sit: quanquam

quam fieri etiam poteſt, ut Craſſi nomen hoc loco proprium non ſit: ſed hoc, utut eſt, quaerant, quibus iſta curae ſunt. ego quod potui, praeſtiti.

CAPUT XIX.

Horatii verſus e quinto Odarum illuſtrati.

HORATIANI (*) verſus ſunt ex Ode qua [illegible] veniam a Canidia venefica petit:

Unxere matres Iliae addictum feris
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem:
Poſtquam relictis moenibus rex procidit
Heu pervicacis ad pedes Achillei.

variant autem libri veteres: quod in aliis, *Unxere*, legitur, in aliis, *Luxere*. quam poſteriorem ſcripturam mirifice Homerus confirmat: apud quem Iliados omega, Hectorem relatum ad ſuos Andromacha, & Hecuba, & Helena θρῆνον, ceterae autem mulieres ἐπαμύξαι, καὶ στενάξαι: neque tamen illa prior repudianda eſt: cum conſtet, ungi ſolita apud antiquos cadavera, ut diutius integra conſervarentur: ejusque muneris muliebrem curationem fuiſſe, vel ex illo Ennii,

Tarquinii corpus bona femina lavit & unxit.

Itaque & urbanus ſcurra Martialis, non illepidum dictum ex eo duxit:

Qui non coenat, & ungitur, Fabulle,
Is vero mihi mortuus videtur.

& quidam Graecus Epigrammatum ſcriptor ait, malle ſe vivum madere unguentis & vino, quam utrumque ſervare ad exequias ſuas. ſed ea quidem res dubitationem non habet. quare utro quis modo legerit, peccaturum non crediderim. Id quod ſequitur, *addictum feris alitibus atque canibus*, Homericum eſt: nota enim ſunt illa,

(*) Vide Lambini epiſtolam l. c. p. 997.

—— αὐτὰρ ἐπεὶ ἰλάσσατο θυμὸν ἀρείων
Οἰνοβαρὲς, ὃ κύνεον, ἐλάβετο κτλ.

&,

Οἱ δέ κ' ἐμὸν ἀπάνευθε μάχης πεπιδοίατο νόστου,
Μυρόμενοι πατρὸς νυοὺς τοκέωσιν, ἑοὶ ἴκοντο
Ἀργείην ἐπὶ γῆν φυλέων κακόν, ἠδ' ὀλετῆρα.

epitheton quoque, quo Hector ornatur, ex eodem poëta sumptum est:

—— εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορι δηϊοφόνῳ
Θύσκοντες πίπτωσι.

&,

Θωρηκτῆρι ἀλαλήτῃ ὑφ' Ἕκτορι δηϊοφόνῳ
Φεύγοντες.

itemque,

Ἕκτορι δηϊοφόνῳ αἰχμὴ μετὰ χερσὶν ἔχοντα.

languidius tamen, &, ut ita dixerim, enervatius est Latinum, quam id Graecum unde expressum est. δηϊοφόνος enim significari videtur is, qui viris fortibus in acie animam eripiat: at homicida magis est ἀνθρωποκτόνος. ut quantum inter hominem & virum intereſt, tantum inter haec duo epitheta interesse videatur.

CAPUT XX.

Declaratus locus quidam e Ciceronis Hortensio.

CICERONIS ex Hortensio apud Nonium haec verba referuntur: *An cum videat me, & meas comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat?* quamvis autem liber ipse non extat, tamen non est difficile homini in Ciceronis scriptis exercitato videre, quorsus illa dicta essent. Erat enim magnis inter philosophos agitata contentionibus quaestio: posset ne quis in tormentis beatus esse. Theophrastus dixisse putabatur, vitam beatam in rotam non ascendere. Stoici contra pugnabant: &, qui beatitudinem in sola virtute ponerent, acerrime defendebant, etiam in saevissimis asperrimisque cruciatibus, hominem

vir-

virtute praeditum beatum fore. Utebantur autem ad eam ſententiam illuſtrandam, & ſubjiciendam ante oculos quadam imagine: ut dicerent, cum chorus ipſe virtutum raperetur ad tortorem, beatam vitam non ſubducere ſe, neque manere extra oſtium, ſed illas usque comitari. Cicero igitur aut juſtitiam, aut quam aliam virtutem, ſed juſtitiam, ut puto, ea de quibus agitur verba dicentem fecerat: id ita eſſe cognoſcitur e V. Tuſculanarum, ubi Cicero ipſe ita loquitur: *Quid igitur? ſola ne beata vita quaeſo relinquitur extra oſtium limenque carceris, cum conſtantia, gravitas, fortitudo, ſapientia, reliquaeque virtutes rapiantur ad tortorem, nullumque recuſent nec ſupplicium, nec dolorem?* & in eodem libro: *Dabit, dabit, inquam, ſe in tormenta vita beata, nec juſtitiam, temperantiam, in primisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam proſecuta, cum tortoris os viderit, conſiſtet, virtutibusque omnibus ſine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, reſiſtet extra fores, ut ante dixi, limenque carceris.* Poſſem multo plura colligere, quae hoc verum eſſe oſtenderent: ſed haec ſatis eſſe duco.

M. AN.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Historia de Pindaro poëta, multato a suis, ornato ab Athenienſibus.

PAUSANIAS in Atticis narrat, Athenienſes, quod a Pindaro in quodam aſmate laudati eſſent, tanti fecisſe ampli illius ac grandiloqui poëtae teſtimonium, ut & dona ei plurima ob id miſerint, & ſtatuam in civitate ſua ſtatuerint. Non igitur mirum eſt, ſi illis temporibus multi ac praeſtantes poëtae fuerunt; cum qui ea facultate excellebant, & maximis muneribus honeſtarentur, & honoribus amplisſimis mactarentur. aetate noſtra vocalis ille olim Muſarum chorus conticuit; quaeque avaritia marſupia potentium cluſit, eadem venas Heliconii liquoris obſtruxit. Sed quod de Pindaro perſtringit Pauſanias, id fuſius ediſerit in quadam epiſtola Aeſchines. Ait enim illum, cum Athenienſium urbem commendaſſet his verbis, αὐτὴ λιπαροῦσι τῇ δεδόμεναι Ἑλλάδι ἱμερτὴ Ἀθῆναι, multatum eſſe a civibus ſuis, aegre ferentibus, alienis eum potius, quam ſuis, illam tantam laudem dediſſe, quod ubi reſcivere Athenienſes, confeſtim miſerunt ei duplum ejus pecuniae, quam multae nomine erat exactus: ipſumque aenea ſtatua ornarunt. ea ſtatua viſebatur Aeſchinis aetate ante regiam porticum: ſedens Pindarus

Digitized by Google

darus cum pallio, & diademate, lyram tenens: & supra genua apertum librum.

CAPUT II.

Quod Aristoteles sensit de iis qui se ipsos interficerent, Euripidis testimonio confirmatum.

CUM vulgo crederetur, viri fortis esse, mortem sibi conscisscere potius, quam grave aliquod & acerbum malum perpeti: sapienter animadvertit Aristoteles, falsam esse illam hominum opinionem: eosque qui ita facerent, non modo fortes, sed ignavos, parvique & abjecti animi habendos pronuntiavit. docent enim, se id quod fugiunt, ferre non posse, neque pares esse ei casui sustinendo, propter quem vita ni relinquunt. id autem effeminatam potius animi mollitiem, quam magnitudinem arguit. Disputavit eadem de re doctissime ac sapientissime divus Aurelius Augustinus lib. 1. De Civitate Dei, multisque rationibus ostendit, Lucretiam, Catonem, ceterosque ejusmodi, frustra in historiis a fortitudine laudari. longius etiam progressus, demonstravit, nullam esse posse bono ac sapienti viro ἐξαγωγὴν, ut Stoici loquebantur, ἄλογον. Sed & Euripides id ante docuerat: qui Herculem primo facit succumbentem magnitudini ejus doloris quem hauriebat e caede uxoris & liberum, quam ipsemet, furore divinitus immisso correptus, perpetraverat: & ob id e vita discedere meditantem: deinde redeuntem ad se, & mutantem consilium, verentem, ne id sibi ignaviae adscriberetur, si lucem relinqueret, tanquam aegritudini impar ferendae. Aristoteles ita hac de re scribit, lib. III. Νικομαχείων· Τὸ δ' ἀποθνήσκειν, φεύγοντι πόνον, ἢ ὄνειδος, ἢ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. οὐ γὰρ ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. Eurip. autem versus hi sunt:

Ἐπισφάλλω γ', εἰ πρὸς τὸ κρεῖσσον ὢν,
Μὴ δειλίαν ὄφλω τιν', ἐκλιπὼν φάος.
Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὧδε οὐχ ὑφίστατο,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δοκοῦντ' ἀπωλέσαι βίον.

sed

Digitized by Google

sed & apud Martialem memini esse Epigramma quoddam in hanc sententiam: cujus haec clausula est:

Rebus in adversis facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit qui miser esse potest.

CAPUT III.

Correctus Ciceronis locus e libro tertio De Legibus.

De tribunicia potestate longa & copiosa est disputatio apud Ciceronem lib. III. De Legibus. nam cum illam Q. Cicero pestiferam & exitiosam esse dixisset; respondens Marcus, multa ei vitia inesse non negat: sed quae tamen facile compensentur pluribus & majoribus bonis: eo maxime, quod nihil ea utilius cogitari potuerit ad plebem cum patribus in concordia continendam. tum dissolvens ea quae Quinctus adversus eam dixerat, ita loquitur: *At duo Gracchi fuerunt. & praeter eos, quamvis enumeres multos licet, cum deni creantur: nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos: leves, etiam non bonos fortasse plures. invidia quidem summus ordo caret.* Sed habet dubitationem, quid sit quod Cicero ait, *Cum deni creantur*. ita enim loqui, quasi deni creari desierint, videtur. Neque melius, aliquanto etiam deterius, videtur, quod Adrianus Turnebus scripsit, qui locum hunc ita edidit: *At duo Gracchi fuerunt? & praeter eos, quamvis enumeres multos, licet. Cum deni creantur, nullos in omni memoria*, &c. quasi aliquando deni creentur, aliquando aliquo alio numero: &, cum deni creantur, tum nulli pernicioſi reperiantur. quod si esset, ne mirificam ille vim numerus habuisset. ego addendam particulam, *non*, & totum locum ita legendum puto: *At duo Gracchi fuerunt. Et praeter eos quamvis enumeres multos licet, cum deni creentur. Non nullos in omni memoria*, &c. Illud enim, *At duo Gracchi fuerunt*, quasi ex Quinctii persona Cicero dicit. Deinde respondens, at non eos tantum proferri posse, verum etiam eorum similes quamvis multos, neque id mirum esse, cum deni creentur. etenim in tanto numero, non est mirabile, plures improbos extitisse, quam in iis magistratibus qui bini creabantur. Tum subjungit: si evolvantur annales, &

antiquitatis memoria replicetur; nonnullos repertum i
pernicioſos tribunos; leves aut etiam non bonos fortas
plures. Hoc tamen magnum bonum in tribunatu ineſſe
quod efficit, ut ordo ſenatorius invidia careat. Nullo
autem in omni memoria pernicioſos tribunos fuiſſe, n
mo, opinor, niſi plane ἀνιστόρητος, dixerit.

CAPUT IV.

De veteri proverbio, quo dicebatur, quod pulchrum eſt, placere.

QUAE pulchra ſunt, habere eam vim, ut ſtatim con
ſpecta, omnium ſibi voluntatem concilient, amoremqu
adjungant, nemini ignotum eſſe, niſi communis ſenſu
experti, poteſt. Itaque ſcitum eſt illud Ariſtotelis, qu
interrogatus ab aliquo, quî fieret, ut pulchri tam facil
ab omnibus amarentur: caeci eam interrogationem eſ
reſpondit. & Graeci ſapienter ſua lingua pulchro ex e
indidere nomen, quod omnes ad ſe alliciat: dixerunt enim
καλὸν, παρὰ τὸ καλεῖν, ὅτι πάντας ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ. Teſtati ſun
idem vulgato olim proverbio, quo dicebant, quod pul
chrum eſſet, id demum amicum eſſe. eo uſus eſt Eur
pides in Bacchis; ubi hic verſiculus legitur,

Ὦ, τὸ καλὸν, φίλαν ἀεί.

& Plato in Lyſide: Ἆρα τοῦ ὅτι μάλιστα ἐλιγχῶ τὸν τοῦ λόγ
ἀπορίας, καὶ κινδύνου, καὶ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλ
εἶναι. Ejus autem originem ad Muſas & Gratias referunt
quae cum convenisſent ad nuptias Cadmi & Harmoniae
pulchrum carmen, quo ea ſententia contineretur, im
mortali ore cecinerint: novae nuptae pulchritudinem, u
veriſimile eſt, commendantes. Hoc de ſapientiſſimo poë
ta Theognide cognovimus: cujus haec ſunt,

Μοῦσαι τε Χάριτες, καὶ ὅσοι Διὸς, αἵ ῥα τότε Κάδμῳ
Εἰς γάμον, ἐλθοῦσαι, καλὸν ἐείσατ' ἔπος.
Ὅτι, τὸ καλὸν φίλον ἐσ'; τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐσί.
Τῶν ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

nam ad illas nuptias venisſe divos, teſtatur etiam Eur
pides in Phoenisſis:

A

Ἀρχέλας δ' ἐν τοῖς ἐπεσὶν
Ἡλθον ἐρατεινὴν.

Sed & Hellanicus, & Apollodorus Musas cecinisse in nuptiis Cadmi, ad easque convenisse divos, & novae nuptae munera obtulisse scripserant.

CAPUT V.

De loco quodam Varronis adversus Petri Victorii sententiam disputatum.

POSUI jam pridem magnum studium in iis fragmentis M. Varronis, quae dispersa passim apud veteres Grammaticos, ac praecipue apud Nonium leguntur. magis autem mihi placere meum illud studium coepit, postequam Petri Victorii (quem ego hominem, etsi saepe ab eo dissentio, longe tamen facio plurimi) variarum lectionum libri praeclari sane & utiles in lucem prodierunt. Laudat enim ille pluribus locis eos qui id faciunt: datque plurimas luculentas significationes diligentiae quam ipse in isdem illis fragmentis reconcinnandis adhibuerit. sed ita contigit, ut multos locos, quos ego conjectura tantum ausus emendare conatus eram, ipse postea longe aliter a se emendatos ediderit. quare etsi non sum tam stultus, ut me cogitem tanto viro ἀντιβολῆσαι, proferam tamen veteres quasdam opiniones meas, ut de iis cum ab aliis, tum ab ipso in primis Victorio judicetur. Citantur igitur ista e Varrone Margopoli, ubi legitur: *Cui celat die nos dilemmatos logos Antipatri Stoici filius tutro caput displaceat.* quae cum corrupta esse appareat, putat Victorius legendum esse *dilemmatos logos*. Sed ea conjectura mihi quidem parum digna auctore suo videtur. primum, quod tantum recedit a vetere scriptura. Deinde quod Antipater logis uteretur non dilemmatis, sed monolemmatis. id testatur Alexander his verbis: ὡς δὲ οἱ περὶ Ἀντίπατρον μονολημμάτοις συλλογισμοὺς λέγουσιν, οὕτω καὶ οὗτοι συλλογισμοί, ἀλλ' οὐκ ἐκ διεζευγμένης). quae verba ille cum ad stabiliendam conjecturam suam attulit, videtur suo se gladio, quod aiunt, jugulare. jam dilemmati quidem syllogismi sunt ex Aristotelis sententia. quis est enim ita hospes in analyticis, ut nesciat, duo lemmata praecedere ad efficiendam conclusionem?

Sed quid in hac re pluribus moror? Ego, nihil addei nihil detrahens, locum ita legendum semper credidera neque sane me sententiae poenitet: *Cai celer ἢ ἀνὴρ le maioi logos.* Idem enim puto esse λόγος μετελαμβάνους, λόγος ἢ ἀνὴρ λάμπρος. cujus rei volo Victorium ipsu judicem esse.

CAPUT VI.

Fragmentum Varronis e Marcipore, quo tempestas eleganter describitur.

ATTEXAM etiam huic loco elegantem quandam scriptionem tempestatis, quae versibus jambicis inclus apud eundem Grammaticum, e Varronis Marcipore le tur; sed divulsa. neque tamen quenquam puto infitia rum, eam a me recte & vere conjunctam esse. est aute haec:

Nubes aequali frigido velo leves
Caeli cavernas aureas subduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.
Ventique frigido se ab axe eruperant
Phrenetici, septem trionum filii,
Secum ferentes tegulas, ramos, syras.

mutavi pauca quaedam: tuto, ni fallor. sed tamen dicabuntur. *Aurea*, in vulgatis libris legitur, non, *a reas:* & *frigidos*, ubi scripsi, *frigido se:* &, *erumpeba* non, *eruperant*. sed hoc posterius verum esse demo strat carminis lex, & praeterea orationis ipsius ἀκολου propter illud, *subduxerant*.

CAPUT VII.

Enniani versus ex Euripide expressi. notata Nonii inconstantia.

CERNERE, ait Nonius, amittere. Varro χρυσ ἀλυσιάλω. *Non vides, apud Ennium esse scriptum, sub armis malim vitam cernere, Quam semel modo parer* Sed falsam esse & ineptam illam ejus verbi declarati nem, ipsomet, qui eam attulit, teste pervincam. cu en

enim paulo post docuisset, *cernere*, nonnunquam esse idem, quod dimicare, aut contendere: ei rei probandae hoc exemplum subjicit. Ennius Medea exule:

Nam ter sub armis malim vitam cernere.

Hoc autem Euripides, ex quo illam fabulam verterat Ennius, dixerat, πολλῷ δόρατος τῶνδε. cum enim Medea multa questa esset de infelicitate mulierum: addit, errare eos, qui putant, melius agi cum mulieribus, quam cum viris; propterea quod illae domi vitam sine periculo exigant: cum viris saepe sit de vita in bello dimicandum. se enim, si optio detur, malle ter vitam sub armis, ut locutus est Latinus poëta, cernere, quam semel parere. Euripidi versus subjiciam:

Λέγουσι δ' ὡς ἡμεῖς, ὡς ἀκινδύνως βίον
Ζῶμεν πρὸς οἴκοις, οἱ δ' μάχονται δορί,
Κακῶς φρονοῦντες· ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

CAPUT VIII.

Emendati Varronis loci duo.

ARISTOTELES libro tertio ad Nicomachum, homines intemperantes & asotos, cum in iis voluptatibus versari dixisset quae communes sunt nobis cum mutis animantibus, sis nempe, quae gustatu percipiuntur, quaeque tactu; addit postea, eos gustatu aut nihil omnino, aut perparum uti. cum enim gurgites illi ita vinum in guttur suum quasi in utrem aliquem invergant, nihil curantes, nisi ut quam plurimum exhauriant, prope ut percolando vino nati esse videantur, non admodum possunt ejus suavitatem gustando percipere: cum contra delicati & elegantes homines, qui grato illo liquore linguam sibi ac palatum probe titillari volunt, paulatim eum in gurgulionem instillent verius, quam infundant, guttatim prope ducentes: etiam antequam bibant, oculis poculum saepe ac naribus admoventes, nulla ut sit in eo particula suavitatis, quam non ipsi accurate exprimant, exquisiteque persentiant. quod in Euripidi Sileno optime cerni potest.

id non faciunt, qui gutture tantum pro infundibulo utu
tur. Hoc autem auguror dixisse etiam Varronem in
Satyra quae inscribebatur, *Est modus matula* [illegible]
inde enim citantur haec: *Quis in omni vita helio* [illegible]
facit temetum; quae ego ita quodammodo legenda ce
suerim; *Quis in omni vita heluo probe olfacit temetum*
potest autem aut proprie usus esse *olfaciendi* verbo, a
etiam illud ad gustatum transtulisse. Sed haud aliterm
fore puto, si ex eadem Satyra versus aliquot attulerin
quibus vinum elegantissime celebratur:

Vino nihil jucundius quidquam vlait.
Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.
Hoc hilaritatis dulce seminarium.
Hoc continet coagulum convivia.

CAPUT IX.

Duo versus Horatii conversi e Simonide.

DUDUM admonui, versum illum Horatianum,

Mors & fugacem persequitur virum,

ad verbum expressum esse e Simonide; illum enim i
cecinisse:

Οὐ γὰρ ἀπύει θάνατος ἀνδρὸς φυγέμαχον.

nunc cum in alium inciderim, qui itidem ex eodem poë
conversus est, annotandum duxi, est igitur Horatii qu
dem hic:

Quicunque terrae munere vescimur:

Simonidis vero, Εμπέδως ἔστι πᾶσιν ἀνθρώποις χθονός,
qui ex Homero, ut videtur, sumpserat:

Εἰ δέ τις ἐστὶ βροτῶν, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι.

reperitur autem Simonideus apud Platonem in Protagora
& apud Plutarchum in Commentario De Communibus no
tionibus adversus Stoicos: sed lacer & mutilus. Utinam
exstarent veterum illorum lyricorum poëmata non de
hisc, quin propemodum omnia ornamenta, quibus Ho
ratius splendet, ab eis corrogata esse constaret.

C

Digitized by Google

CAP. X.

Sententiae cuidam Ovidianae allata similis ex Euripide.

OVIDIUS in epistola quadam earum quas scripsit exul, cum multa incommoda collegisset, quae in tali fortuna obstarent sibi carmen pangere cupienti, illud etiam posuit, quod tristitia & moerore confectus esset, cum carmina fine opus hilarae mentis, *serenoque*, ut ipse loquitur, *animo deducta proveniant*. Idem autem multis ante saeculis dixerat & Euripides: addiderat que hanc causam: quod qui domesticis ac propriis doloribus angitur, alios delectare non possit. Sed praestat; (*) ut versus quibus ea sententia continetur, ascribam. Sunt autem Ἰξιονίδου

Τὸν δ' ἀφρονοῦντα, κἂν τὰ πάντ' εὖ πράσσῃ,
Χαίροντα πλεῖν. Ἐμὲ δ' οὐ μὰ τὸν Διὸς θρόνον,
Οὔτοι διώσει' ἂν εἰκότως γ' ἀπ' ὀμμάτων,
Τίμων δ' ἄνακτ', ἀλλ' ἡδὺ Κύπριδος ἔχει.

Utrum igitur Ovidius ad illa Euripidea respexerit, an idem ipsi, quod illi, in mentem venerit; incertum est. idem certe uterque dixit.

CAPUT XI.

Quae Aristoteles in antiquis dicendi magistris reprehendit, idem Isocrates antea reprehendisse ostenditur.

NON primus Aristoteles accusavit eos, qui ante ipsum de arte rhetorica scripserant, quod cum una eademque sit methodus deliberativi generis & judicialis, illi, relicto eo in quo multo plus inerat dignitatis, tractandarum modo causarum forensium se rationem tradere profesi essent, omnesque praeceptiones suas ad id unum genus contulisset. Sed & Isocrates antea idem reprehenderat, ingeniumque eorum fuisse stultitiam ostenderat, qui arti suae nomen ab ea parte quae odiosissima erat, indidisset: cum tamen artis rhetoricae praecepta nihilo magis ad lites judiciarias, quam ad quodlibet aliud orationis genus per-

(*) Rectius, certe usitatius, est *praestat* cum infinitivo.

pertinent. fecerant igitur, quod illos potius facere decuerat, qui ei facultati odium conciliare vellent. qui enim infenti sunt alicui disciplinae, eamque in odium adducere cupiunt; si quid in ea est odiosum ac molestum, ab eo potissimum eam appellare consueverunt: contraque qui eam se aut tenere, aut docere profitentur, solent, quod ipsa in se pulcherrimum ac speciosissimum habet, ex eo ipsi nomen imponere. Utriusque verba, si quis requirit, apponam. Aristoteles igitur ita scribit libro primo τῶν ῥητορικῶν τέχνης· διὸ γὰρ τοῦτο, τὸ αὐτῆς ἔργον μᾶλλον ἐστὶ τὸ δημηγορικὸν, ἢ τὸ συμβουλευτικὸν, ἢ τὸ πολιτικώτερος τῶν δημηγορικῶν σχημάτων ἐστὶν, ἢ τὸ ἐπὶ τὰ συναλλάγματα, ἐπὶ μὲν οὖν ταύτης οὐδὲν λέγουσι· περὶ δὲ τῆς δικαζούσης, πολλοὶ πεποίηνται τὸν λόγον. Isocrates autem in Oratione adversus Sophistas: λοιπὸν δ' οἶμαι ὑμῶν οὐκ ἂν ἥδιστα, εἰ τὰς ῥᾳδίους τέχνας γράψας παρέδωκεν, ἐπὶ τὰς ἀφύτους ἀπεπήδησεν, οἵ τινες ὑπέσχοντο δικάζειν διδάξειν, ἐπαλλάξαντες τὸ δεσμώτιον τῷ ἐνάγοντι. ὃ δὲ φθονοῦσιν ἔργον ἐμοὶ λέγειν, ἀλλ' ὃ δεῖ πεποιήκασι τοὺς τοῦτο παιδεύοντας. ἐν τούτῳ, τῷ συγγράμματι, καὶ ὅσον ἐν διδακτὸν, μᾶλλον ἐστὶ τὴν δημοσίαν λόγου, ἢ περὶ τὰς ἄλλας ἀπάσας, ἀφειλῶ διωκάσιν.

CAPUT XII.

Antiqui quoties die cibum sumpserint.

FALSA multorum animos occupavit opinio, veteres semel tantum die cibum sumpsisse. quam, ut puto, conceperunt e verbis Platonis, qui in illa nobili epistola ait, displicuisse sibi, quod in Sicilia bis die saturi fierent. Sed aliud est, capere cibum, aliud ἐστιᾶσθαι. Ego in Graecorum Commentariis reperio, quater die ipsos cibo ac potu corpus reficere solitos: quod etiam hodie multis locis fit apud quasdam transalpinas nationes. primum quidem diluculo. id vocabant ἀκρατισμὸν, aut ἀκράτισμα: quod non dilutum, sed merum, ut ait Ausonius, merum biberent aut etiam ἀκρατισμὸν, quam vocem una cum re ipsa nostrates retinuerunt. sequebatur ἄριστον: ita dictum, quod post oporteret ἐργάζεσθαι. inde ἀπόμισθος: cujus hora erat, cum jam noctesceret, antequam tamen contenebrasset postremo δεῖπνον, aut δόρπον, aut ἐπιδεῖπνις. aliter tamen haec ab aliis traduntur. sunt enim, qui tantum tria agnoscant ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα. & de ipso δ δείπνου tempore ac nomi-

nc

e non omnes idem sentiunt: omninoque confunduntur
aec apud veteres. In Romanis scriptoribus reperio *fila-*
um, sive *jentaculum*, *prandium*, *coenam*, *vespernam*.
ulor autem, quid sibi voluerint, cum fili vinum condi-
ent: jocunditatemne aliquam in eo, an salubritatem
pestaverint.

CAPUT XIII.

Terentianus versus imitatus e Caecilio. loci cujusdam e quarta Tusculana vulgata scriptura adversus Nonium defensa. item ejusdem Grammatici alia quaedam improbata. Correctus locus e libro quarto De Finibus.

VERSUS est Terentii, in fabula quae inscribitur Adel-
phoe, in extremo:

Quod proluvium, quae istaec subita est largitas?

cum autem constet, multa sumpsisse eum e veteribus poë-
is Latinis: non injuria credi potest, in hoc versu Caeci-
ium imitatus esse. ejus enim est illud ex Hypobolimaeo:

—— *mea rastraria,*
Quod proluvium, quae voluptas, quae te lactat largitas?

Hunc versum citat Nonius, exponens, quae sit vis verbi,
ectare: apud quem tamen, vitio librariorum, *Coelius*,
on *Caecilius* legitur. sed enim quem ibidem Ciceronis e
uarta Tusculana adducit locum, melius in vulgatis libris
egi, quam quomodo ipse vult, arbitror; ostendit enim
e ita legere, *Voluptati malevolentia lactans malo alieno*,
lectatio, *jactatio*, *& similia*; melius autem vulgo legi-
ur, *malevolentia laetans malo alieno* non enim dubium est,
uin Cicero expresserit Graecum vocabulum ἐπιχαιρεκακία.
ed multa eo modo & apud Nonium, & apud ejusdem
lasis alioe parum emendate leguntur; quale est illud
Academicis, *Qui enim serius honores adhamaverunt;*
quo quis est. qui aliquem sermonis Romani sensum ha-
eat, quin multo malit, *adamaverunt?* ejus generis est
illud quod apud eundem Nonium legitur, *Conjectari-*

um, efficax, perfectum. M. Tullius de Finibus bonorum & malorum libro quarto, *Illud vero minime conjectarium sed in primis hebes illorum.* Haec ille. Sed profecto ad locum ipsum non legerat, aut quid cum hominis fuisset dicam, nescio, si, cum legisset, non animadverterit, *conjectarium*, non *conjectarium*, legendum esse: eumque vocem neque efficacis, neque perfecti significationem ullam habere. Utcunque autem sit, praeclare agitur cum quibusdam Grammaticis, quod tam multa eorum qui ab ipsis citantur, auctorum monumenta perierint, pericerint ipsi nisi illa periissent. emolumento mihi tamen alicui hoc quoque loco Nonius fuit; lumen enim praetulit ad locum illum e libro quarto De Finibus corrigendum. neque pigebit, hoc quicquid est lucelli ac quaesticuli communicare cum ceteris. Ciceronis igitur verba ita in vulgatis libris leguntur: *Illud vero minime conjectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignum esse beatam vitam, quae non possit sine honestate contingere ut jure quisquam glorietur.* Quare primum miratus sum quid ita venisset in mentem Nonio, ut in voce, *illorum* sisteret: eumque non aut eam omisisset potius, aut ali quanto longius progressus esset. deinde attentius cogitanti illud quoque loquendi genus insolens visum, *illorum scilicet nominum gloriatione dignam*. etenim, *gloriatione dignum*, apud Ciceronem reperias: *dignum gloriatione alicujus nominis*, non videar legisse. Quid plura? coepi suspicari, voces illas duas, *scilicet nominum*, suppositicias esse; &, delapsas ex aliquo glossemate, locum occupasse non suum. post autem idem illud non jam suspicatus sum, sed ita visus videre, ut ea quae cernuntur oculis inspecto vetere libro, in quo erat; *Illorum scilicet nominum aut Stoicorum gloriatione*, &c. quis est enim, qui dubitet, quin totum illud, *scilicet nominum, aut Stoicorum*, magistri fuerit ἐξηγητοῦ, ἢ ἀναγνώστου, & illud *illorum*, quo referri diceres, ambiguitatis? comprobavit autem ille, quicunque fuit, exemplo suo Euripidis dictum: posteriorem enim cogitationem habuit sapientiae rem, sed & in eodem libro scriptum erat paulo post *quod non possit*, non, ut in aliis, *quae non possit*. Quare ἀναφωνηματικῶς ita legendum est: *Illud vero minime conjectarium, sed in primis hebes illorum gloriatione dignum esse beatam vitam, quod non possit sine honestate contingere*

ri, *ut jure quisquam glorietur.* Atque hoc ita esse, magis, qui magis consideraverit, judicabit.

CAPUT XIV.

Theriacam olim sibi solitam, verum non videri. emendatus Varronis locus.

PROPECTO quo quisque plus auctoritatis habet in litteris, eo solicitius ac circumspectius cavere debet, ne quid sibi, quod parum exploratum habeat, excidere patiatur. nam leves ac contempti homines, cum tale aliquid delignant, facilis jactura est. non est verendum, ne quis eos sequatur duces. horum ut maximo quisque in pretio est, ita maximo periculo peccat. sed humanus animus novitatis studio ducitur. ejus interdum specie illectus, neque satis id quod objectum est attendens, vana pro veris, pro solidis inania amplexatur. Equidem de Petro Victorio nihil a me, nisi ut de viro summa doctrina praedito, dictum velim. neque aliter decet: qui non faceri tantum, sed prae me ferre etiam ac praedicare soleam, tantum me ex illius vigiliis cepisse fructus, quantum ex alii, qui hoc tempore vixerit, neminis. sed cogor interdum, quod bona ipsius pace ac venia dictum sit, pluseulum in eo diligentiae & accurationis desiderare. Nam quale tandem est, quod de Leda matre Helenes prodidit? eam, Euripidem dicere, in leaenam esse conversam: cum in eadem illa tragoedia, unde ipse se mirificam illam metamorphosin invenire putavit, tam saepe legatur, Ledam laqueo sibi elisisse fauces, prae dolore quem e filiae dedecore perceperat. sunt enim hi versus in ipsa embasi:

Ελέ. ἀπωλόμεσθα. Θεσπίας δ' ἐπὶ κόρᾳ;
Τδ. Λήδαν ἔλιξας; οἴχ') ὑπεύθυνος δίκῃ.
Ελέ. Οὕτω νιν Ελένης αἰσχρὸν ἄλιτο κλέος;
Τδ. φασὶ, βρόχῳ γ' ἄψασαν δίγυιᾷ δέρην.

Itaque Helena ipsa paulo post mala sua percensens, ita de matris morte loquitur:

Λήδᾳ δ' ὸ ἀγχόνας
Θάνατον ἔλαβεν αἰσχύνας ἵμερός νιν ἀλγίων.

Sic enim legendum puto. & chorus ὑπολέξας·

Μάτηρ μὲν οἴχ'). locum

locum autem illum, quem ipse de Leda accepit, de C
listone accipiendum esse, vel caeco appareat. quid, qu
in primo De Oratore, *actionibus*, sine ullo certo ar
mento, legi voluit? ubi noster postea Duarenus, *cre
nibus*, legendum esse demonstravit. ac sunt sane in i
Variarum lectionum libris ejusmodi plura, quam velle
valde enim ejus viri gloriae faveo. sed quod libro pri
de theriaca prodidit, id, quia errorem objicere alicui p
est, dissimulandum non videtur. Ait enim theriacam
deri olim bibi solitam: quare necesse esse, ut tum liq
dior fuerit: hoc enim tempore crassiorem ac durior
conformari. hoc elici ex verbis M. Varronis, quae legu
tur apud Nonium, e libro De Liberis educandis. si
autem haec: *Vel maxime illic didici, & sitienti, ther
cam, mulsum; esurienti, panem cibarium, siligineu
& exercitato somnum suavem.* Non, ita vivam, possi
satis mirari, hoc Victorium, talem ac tantum viru
dixisse. primum enim ubi tandem verbum unum de i
liquida theriaca legerat? nam nostram quidem, quae,
opinor, & veterum fuit, cujusmodi sit, omnes agyrt
ac pharmacopolae sciunt. deinde cum constet, ibi Va
ronem vulgares, & plebejos cibos lautis & opiparis o
ponere: quaero, cui se hoc probare posse speraveri
tenues olim & egenos homines, ut panem cibarium esi
ita theriacam, amaram videlicet quandam & tristem p
tionem, bibere solitos. quam quidem cuicunimodi finga
oportebit, ut reor, pluris venire, quam mulsum, qua
vero aquam gratis sumere non praestiterit, quam eme
quod torqueret. nam si amarum aliquid e medicinis qua
rebat, quod mulso opponeret; debuit sane eadem ratio
siligineo pani opponere, non panem cibarium, sed aga
cum, aut colocynthidas. Ego quod senseram de illo Va
ronis loco, antequam Victorius Variarum lectionum
bros ederet; idem nunc quoque sentio: idque nunc ap
riam, ut ex contentione, utra verior sententia sit, ex
stimetur. Puto igitur ita legendum esse: *Vel maxime ill
didici, sitienti videri acam mulsum, esurienti panem cib
rium siligineum, & exercitato somnum suavem.* Nam
duabus vocibus, *sitienti videri*, suspicor factum ab imp
ritis librariis, *sitienti teri*. *Acam* autem pro, *aquam*, a
tiqua scriptura est: ut *loci*, pro *loqui*: *cond*, pro *quond
cotidie*, pro *quotidie*. Hoc igitur dicet Varro, se ill
did

didicisse; sitienti videri aquam mulsum. quae conjectura si cui displicet, ipse meliorem afferat. quidvis certe potius, quam ut illam liquidam theriacam sorbeamus. Crediderim autem, Varronem, cum illa scriberet, respexisse ad hunc locum Xenophontis e primo παιδιᾶς. οἱ Ν ης ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀθλημάτων ὑγιεινοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίγνονται; ἢ ἐδίσκον ἀνδρὸς, ὅταν πρόθυμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ ἔργῳ, ἢ πίνειν ἀνδρὸς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμενόντων, ἕως ἂν ἐθέλῃ ἡ ῥίζα, ἢ ἄρτον πυρῶν φαγεῖν, πῶς ἂν ἐθὺ ὕδωρ δύνωνται πίνειν. eo magis, quod alium locum reperio ex eodem Varronis libro, qui ex eodem Xenophontis conversus est. Xenoph. αἰσχρὸν μὲν δὴ ἐν τῷ νῦν ἐστι πίονας, καὶ τὸ ἀσκαθὲς, καὶ τὸ ἀσπρόπλευρον, καὶ τὸ φύσει μαστὺς φαίνεσθαι. Varro: *Persae propter exercitationes puerilis moderatas, eam sunt consecuti corporis ficcitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur, sufflatoque corpore essent.*

CAPUT XV.

Sententia quaedam Horatii ab Arato prius prolata ostenditur.

QUOD Horatius in Odis elegantissime cecinit, cum ostenderet, quanta facta essent ad hominum nequitiam accessio, qualisque vaticinaretur, eam majorem assidue factum iri, videndum est, num ex Arato (*) sumpserit. Certe ut hic noster dixit, ab avis deteriores esse prosapinatos patres; se deinde editos nequiores patribus; ac liberos etiam corruptiores a se procreatum iri: ita Graecus ille Justitiam fecerat, cum argenteae aetatis mortales alloqueretur, exprobrantem iis, quod tantopere degenerassent a patribus, simulque praedicentem, fore, ut tamen perditiores etiam liberos gignerent:

> Οἷον, inquit, χρυσείου σπείρης γενεὴν ἐλίποντο
> Χειροτέρην. ἐμοῦς δ' αὖτις πεξεσθε.

quibus non ita multum abludunt Horatiana illa:

> *Aetas parentum pejor avis tulit*
> *Nos nequiores: mox daturos*
> *Progeniem vitiosiorem.*

Prin-

(*) Vide Lambini epistolam l. c. p. 197.

Princeps autem Homerus, tot ante saeculis, materiam hisce sententiis dederat; cum sapientissimam deam introduxisset dicentem, paucos filios patrum similes evadere deteriores plerosque, paucos praestantiores.

Πολλοὶ γάρ τε κακοὶ ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλείονες ἤπιοι, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

CAPUT XVI.

De loco quodam e quarto Aeneidos adversus Servium.

NAM *quia nec fato, merita nec morte peribat,*
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygiaque caput damnaverat Orco.

Hos e quarto Aeneidos versus Servius Grammaticus oscitanter interpretatus est; ita enim scribit: *Trahit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium ei comam secantem, quia fato peribat mariti.* Sed apud Euripidem nulla prorsus, hac quidem in re, Mercurii mentio est. Introducitur quidem Mors, quae se venisse ait, ut illi optimae mulieri crinem secet: neque tamen id fieri ait, quod illa mariti fato peritura esset: quin ostendit, eum secari solitum eis omnibus quibus fatalis advenisset dies. Universe enim pronunciat, eum sacrum esse diis manibus, cujus ipsa crinem hasta libaverit. ita enim loquitur:

Στείχω δ' ἐπ' αὐτὸν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
Ἱερὸς γὰρ ὅστις τῷδε κρατὸς ἐγγίσῃ,
Ὅτῳ τόδ' ἔγχος πέμπτον ἀγνίσῃ πλόκα.

Haec igitur apud Euripidem ὁ θάνατος loquitur: qui tamen illic quoque, librariorum vitio, falso esse putatur Charon.

CAPUT XVII.

Proverbium quoddam ab illo scriptore qui tam multa alia collegit, praetermissum.

MULTAE ac variae lectionis hominem, qui memoria nostra ex utriusque linguae scriptoribus tantam vim collegit proverbiorum, fugere quaedam, & quidem illustri in pri-

Digitized by Google

primis loco sita: quod quidem mihi nonnunquam per videri mirum solet. Nam, si omissa essent, quae vel ex rebus inventis, vel obscuris & ignobilibus libris petenda erant, minus mirum foret: at vero praeterita esse, quae et in promptu posita sunt, & apud praestantissimos auctores legantur, id vero justam, ut opinor, admirationem habet. Ex hoc numero est, quod apud Ciceronem legitur, *familiam ducere*. eo enim proverbio homo eloquentissimus utitur, cum praecipuum aliquid significat, quodque principem in re quapiam obtineat locum. Ter autem id me legere memini. Primum in epistola qua C. Trebatium Testam commendat Caesari. nam cum eum multis laudibus affecisset, ad postremum addit: *Accedit etiam, quod familiam ducit, in jure civili singularis memoria, summa scientia.* quibus verbis significavit, hanc primam & praecipuam Trebatii esse laudem: ceteras ei cum multis fortasse communes: hoc esse ipsius paene proprium bonum. Deinde libro quarto De Finibus: ubi Catonem alloquens, *Sed primum illud*, inquit, *vide: gravissimam illam vestram sententiam, quae familiam ducit, honestum quod sit, id esse solum bonum, honesteque vivere, bonorum finem: communem fore vobis cum omnibus, qui in sua virtute constituunt finem bonorum.* Et quinta oratione in Antonium: *Lucius quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnavit, familiam ducit.*

CAPUT XVIII.

In bonorum comparatione dissensio inter Platonem & Aristotelem indicata.

INTER multas ac varias bonorum divisiones quas ab antiquis sapientibus accepimus, haec quoque tradita est. Bonorum partim suapte tantum vi expeti: neque usquam alio referri: alia & per se, & aliorum causa, quae ex ipsis efficiantur: nonnulla etiam, cum in se nihil expetendum habeant, aliorum modo gratia amari. Primi generis et voluptas. neque enim eam propter aliud expetimus, ipsa per se, a quocumque sentiri potest, ei desiderium accidit sui. in secundo ordine sensus collocari licet, quos et per se, & propter vitae commoditates diligimus. sed et valetudinis ac virium firmitas eandem in numerum conji-

jici poteſt. Tertiae, ut ita dixerim, claſſis ſunt lab
rioſae exercitationes corporum, ſectiones venarum, ad
ſtiones quarundam partium, amarorum medicamentoru
ſumptiones. quae omnia, & eodem de genere alia,
tantum expetuntur, quod ad aliud quippiam conduce
putentur. Hac igitur tripertita diſtributione propoſit
utri ſuperiorum generum debeatur principatus, (nam te
tium quidem in hoc ſe certamen non offert) non co
venit inter principes philoſophorum. Plato enim prin
pio ſecundi πολιτικῶν Socratem ei generi, quod ſecund
loco poſuimus, τὸ πρακτικὸν adjudicantem facit. quod eni
duobus nominibus expetitur, melius eſſe, quam quod ut
tantum. At Ariſtoteles a magiſtro diſſentiens, id ſum
me bonum eſſe definit, quod tantum propter ſe, nul
autem modo propter aliud expetatur. Finem enim omnibu
optimum eſſe. Itaque ut in quodque ὁ τοῦ τέλους λόγ
maxime conveniat, ita id optimum ac praeſtantiſſimum eſ
Finis autem proprium eſt, cum ad eum pertineant ceter
ipſum nusquam alio dirigi. Hunc nodum diſſolvent ii, q
Platonem & Ariſtotelem ubique συμφωνῶν volunt. ego qu
dem, quid mihi tenendum ſit, non valde dubium habe

CAPUT. XIX.

De loco quodam ex Oratione in Piſonem adverſus Petrum Victorium.

RECTE emendatus eſt locus Ciceronis ex Oratione i
Piſonem, ubi de rationibus a Piſone ipſo ad aerarium r
latis agitur, & Plautinus hic e Trinummo verſus adduc
tur,

Ratio quidem hercle apparet: argentum ἀπόλωλεν.

nam quod Budaeus, deceptus corruptis antiquae ſcript
rae veſtigiis, putavit, legendum eſſe, *Ratio quidem he
cle apparet: argentum decoctum ἀπόλωλεν*: id ipſa carminis rat
manifeſto repudiat. Tota enim illa pars apud Plautum trim
tris jambicis conſtat; qualis hic quoque eſt: qui plane corrum
petur, ſi vocem illam inferſeris. quare non illi peccarunt
qui eam ſuſtulerunt: ſed ii peccant, qui peccaſſe illos putan
Nam quod Petrus Victorius (is enim ſe corruptae illi
ſcripturae defenſorem profeſſus eſt) pro firmo ac ſolid
a

mento attulit, Graecos veteres ſemper adjungere eo participium aliquod ad verbum οἴχομαι: miror equidem, hominī accurate & diligenter verſato in Graecis literis, earumque, ut res ipſa loquitur, in primis intelligenti, quicquam ita perſpicue falſum excidiſſe. neque ego nego, id eos interdum ac ſaepe facere: ſed interdum etiam, ac non minus ſaepe aliter eo verbo uti, ſexcentis exemplis, ſi opus ſit, me docere paratum eſſe profiteor. Aliquot proferam: ne Victorii auctoritas quemquam inducat.

Homerus:

Ὡς μὲν Τηλεμάχῳ ὁ μὲν οἴχετο· αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Εἶσ', οἳ περ βουλὴν ἀλαλήσιον ἠγερέθοντο.

Aeſchylus:

Τοιόνδ' ἄνθρ' Περσῶν οἷος
Οἴχεται ἀνήρ.

Sophocles:

Ἰὼ, ἰώ. δύστηνος· οἴχομαι τάλας.

Theognis:

Ὤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεός.

Euripides:

Μάτηρ μὲν οἴχεται,
Δίδυμοί τε Διὸς σὺν ἀ-
δελφιδοῖ τέκνα φίλα.

Idem:

Πεφίλας λέγεις ἄγαλμα; εἰς αἰθέρ' οἴχεται.

Idem:

Ἀπ' ἐξέβημεν, ἡ πόλις μὲν οἴχεται,
Τυχὴ δ' ἰσάζει.

Idem:

Βέβακεν δύστηνος. οἴχομαι
Ἀπώλειν', ὦ δυσπραξίᾳ συμπίπτουσα πλήμμ.

Plato Parmenide; ἄρα γὰρ ἐπὶ μικρὰ οἰκεῖα οἴχῃ. Idem Hip
majore; ἐκεῖνα μὲν τοίνυν οἴχῃ, τὰ δεινὰ τε καὶ χρήσιμα ἐκ
ἄλλα ἀγαθά. Aristophanes: Ἆρα μὴ ἐμοῦ τι πατρικὸν οἴχ
Aristoteles: ΑΠ. οἴχῃ τὰ ἐν τῇ τῶν ὅλων εἰκὼ ἐν τῷ διαγράμ
pus δὲ ἀποτετμημένου. Λοιπὸν δὴ αὐτῶν μόλις πεντεκαίδ
ρους τοὺς χρωμένους, ἢ ἐλαττοῦ οἱ τῶν δέκα τὸ πλῆθος. Plutarc
αὖ σωμάτων ἐκπεσούσης· Οἴχῃ γὰρ ἡ πᾶξις, εἰ πάντων ἐν
μεταμφιέσαιεν ἄνθρωποι. Sed mihi facile fuerit vel juſtae
gnitudinis librum ex ejusmodi exemplis confiecre: niſi
quoque verear, ne qui haec legent, in re ſatis ap
plus ſatis immoratum eſſe me judicent. cujus tamen
in me culpa non haeret: non enim qui diligenter fa
convincit, ſed qui indiligenter ea pro veris prodit,
pandus eſt.

CAPUT XX. (*)

Horatiana quaedam ex Graeco ducta.

LEGEBAMUS Tiburi, aeſtivis menſibus, a prand
dum ſe calor frangeret, vitandi ſomni cauſſa, & διαγρ
χέειν, Odas Horatii, easque libentiſſime, quae de vet
illius loci ſalubritate atque amoenitate loquebantur:
ſi quid veniebat in mentem, quod aut e Graecis effictu
aut exquiſitius dictum, aut denique ab ejus poëtae in
pretibus praetermiſſum, neque tamen cognitu indignu
videretur, id, pro ſuo quisque captu, quaſi ſymbo
quasdam, amice & ſimpliciter in medium conferebam
Atque ex illis collocutionibus excerpta pleraque in his
bris legentur. Quale eſt hoc, quod cum recitata eſſent i

Quem tu Melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine videris:

& quae ſequuntur: dixi, ea mihi videri expreſſa de f
tentia quadam Callimachi, qui in epitaphio patris ſui
ſuit, quos Muſae pueros aſpexerunt, eos per totam
tam Muſis amicos manere;

M

(*) Pro hoc capite aliud eſt in prima Editione, pravam
bens interpretationem Euripidis Electr. 1218. quod Muretus, a L
bino in epiſtola ſaepius laudata p. 100. admonitus, abjecit; ho
ea in locum ſubſtituto.

Μοῦσαι δ' ὅσους ἴδον ὄμμασι παῖδας,
Ἄχεϊ βάλε, πολίους εἰς ἀνίδρυτα φίλους.

Venit & ex eo in mentem, quod ex vetere quodam refert Eſtathius, quos non aſpiciunt Muſae, eis Circes pocula mitio eſſe. ὃς δ' ἀστερώπων αἱ Μοῦσαι, τούτους ποτῷ ἐθελύσατο κύκι, Sed & illud quaſi praetereuntes notavimus, quod in eodem illo Epigrammate eſt,

ὁ δ' ἔσσην πρέσβυσα βαρυσμὸς,

conſimiliter locutum videri Horatium quodam alio loco, ubi ſe *invidia majorem* vaticinatur fore.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

Insularum fortunatarum descriptio, & situs.

PRODITUM est a veteribus poëtis, esse quas dam in Oceano insulas, ad quas post morten deferantur eorum animi qui sancte religiose que vixerint. ibi eos inter se jucundissime a suavissime vivere, in amoenissimo quodan prato, quod gemmea florum oculis naribusque gratissimo rum varietate perpetuo distinctum picturatumque (*) sit nunquam non illic nitere caelum, frondere arbores, pube scere herbas, ridere omnia. spirare assidue mollissimo Favonios, quorum flabellis arborum comae leniter vent latae, placidissimo murmure auribus blandiantur. eo ac cedere innumerabilem vim ac copiam immortalium avicu larum, quae usque & usque liquidissimos cantus tenu gutture funditantes, intimos audientium sensus incredibi voluptate permulceant. pratum ipsum perennibus rivuli varie intersecari, quorum aquula nitidissima ad versicolo res lapillos molliter fracta & allisa susurrum efficiat du cissimum. ita, qua floscul orum ambrosios odores exhalan tium suavitate, qua Zephyrorum viridantibus arborun ramis illudentium sibilo, qua volucrum concentibus, qu bla

(*) *Picturatus*, poëticum verbum.

Digitized by Google

blando murmurantium rivulorum ſtrepitu beatas illas mentes continenter hilarari. ergo alios ad Orphei, Amphionisve lyram choreas agere, alios pſallere, alios corollas texere, alios in herba fuſos, qua tellus tremulis lauorum ac myrtorum opacatur umbraculis, jucundisſimos ſermones conſerere: humum ipſam opum ſuarum prodigam, ſine ullo cultu, ter quotquot annis, ubertate ſumma, alimentorum copiam eis ſuggerere ac ſubminiſtrare. Haec aliaque ſimilia de inſulis illis poëtae, ut dixi, fabulantur, ſed de earum ſitu non idem ab omnibus traditur. nam cum plerique omnes, Homerum ſecuti, eas in Hiſpaniae finibus collocent: non deſunt tamen qui Indiae vicinas eſſe dicant. in primis autem mihi viſum eſt admirabile & abſurdum, quod apud Graecum quendam Grammaticum reperi, eas in Britannia eſſe. talem enim quandam fabulam narrat. eſſe in littore ejus maris quod inſulam Britanniam alluat, homines quosdam piſcibus capiendis victitantes: qui Francis quidem pareant, neque tamen ſint vectigales. Ii nonnunquam in aedibus ſuis dormientes, audiunt vocem, qua inclamantur; ſentiuntque, pro foribus adeſſe multitudinem quandam hominum ſumma cum hilaritate plaudentium. expergefacti autem, & domo exeuntes, neminem quidem conſpicantur: naves tantum quasdam reperiunt, non ſuas, quas, ex ipſo ſtrepitu, vectorum plenas eſſe intelligunt. ſubeunt igitur illas, &, ex conſuetudine, remigant Britanniam verſus. & quo alioqui ne velis quidem paſſis, ſecundo vento, ſuis navibus pervenire breviore quam quatuor & viginti horarum ſpatio ſolent: eo tum unica, eaque non longa, remigatione deferuntur. ibi incognitos illos vectores exponunt. eumque neminem omnino videant, ſentiunt tamen ingentem concurſum fieri ad littus, hominum congratulantium iis qui recentes venerunt, eosque maxima cum laetitia excipientium. audiunt etiam eos inter ſe humaniſſime conſalutantes: cum alius alium proprio nomine, alius a tribu, alius ab artificio, alius etiam gentis ac cognationis nomine appellet. tum iisdem illis navibus conſcenſis, qua celeritate venerant, eadem revehuntur domum. Quin etiam a quodam hiſtoriae ſcriptore proditum eſt, C. Julium Caeſarem eo aliquando una trireme cum centum hominibus delatum: eumque incredibili loci amoenitate captus, ſedes ibi ca-

pore vellet, ab illis *indies* incolis invitum & reluctantem ejectum esse.

CAPUT II.

Tibulli versus illustratus.

SUPERIORE anno edidi Scholia quaedam in Tibullum & , quantum licuit per angustias temporis, perque occ pationes quibus distinebar, operam dedi, ut mea ind stria poëta ille & emendatius legi, & minore negotio i telligi posset. multos enim locos depravatos restitui, o scuros declaravi, nonnullos etiam, qui integri putaba tur, mancos ac mutilos esse indicavi: ne quem obduc forte cicatrix falleret. sed, inter cetera, cum versus i e libro secundo ita legerentur,

Ludite. jam Nox jungit equos: currumque sequuntur
Martis lascivo sidera fulva choro:

admonui, non *Martis*, sed *Matris*, legendum esse. ipsa enim Noctem, matrem siderum dici. Hoc nullo tu testimonio confirmandum ratus sum: quod neminem p tabam ita stolidum fore, qui non statim illius emendati nis bonitatem ac veritatem perspiceret. Nunc, cum v deam, reperiri quosdam usque eo *ἀμούσους*, ut negent, f eis lepide dici posse Noctem siderum matrem: ideoque illam vulgatam scripturam defendendam inepta quaeda de Martis sidere commentantur: visum est testari, primu in libro vetere, qui penes me est, *Matris*, non *Marti* legi: deinde ita etiam locutum Euripidem; ac Nocte *siderum nutricem* (*) vocasse. ita enim apud eum Elect loquitur:

ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφέ.

id est:

Nox atrorum furva nutrix siderum.

(*) In Editione prima Muretus scripserat *siderum alumnam*; quo mutavit de admonitione Lambini in epistola laudata p. 399.

Digitized by Google

sed & alia, quae idem confirmarent, afferre quamlibet multa possem: nisi hoc satis superque fore arbitrarer.

CAPUT III.

Virgilii versus, in quo Ciceronem imitatus videri potest.

MULTA sumpsisse Virgilium non a poëtis modo, qui ante ipsum fuerant, verum etiam ab iis, qui soluta oratione scripserant, notum est. quare facile crediderim, versum illum e secundo Aeneidos,

Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit,

e Ciceronе imitatum esse. ita enim ille Oratione XIV. in Antonium scripserat: *Refugit animus, P. C. eaque formidat dicere, quae L. Antonius in Parmensium liberis & conjugibus effecerit.*

CAPUT IV.

Platonis in Hippia majore emendatus locus.

APUD Platonem in Hippia majore, cum sophistes ille de cujus nomine dialogo impositum nomen est, ter jam rem definire conatus esset; neque tamen attulisset quicquam, quod non Socrates falsum & absurdum esse docuisset: ita denique loquens inducitur. ponam autem verba Platonis, ita ut vulgo leguntur: deinde Marsilii interpretationem subtexam: tum demum, quia ea depravata esse existimo, ostendam, quomodo corrigenda, quoque modo interpretanda videantur. Platonis igitur haec sunt: Ἱππ. Ἐγώ σοι ἐρῶ, ζητῶν γάρ μου ἔοικας, τοιοῦτόν τι εἶναι καλὸν ἐπιχειρῶ, ὃ φαίνεται σοι ἐγχεῖν μεδαμοῦ μᾶλλον φαῦλον. Σω. Πάνυ μὲν οὖν ἐπαινῶ, ὦ πολλοῦ γε καὶ ἐπιτιμήσεως. ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο ἐρῶ τὸν ἐμὸν ἔτι τρόπον, ἐὰν ἔχῃ τι, τὸ ἐπιτάττον, φάναι καὶ μαὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ λέγω δὲ εἰ τάχιστά σοι δοκῶ. quae Marsilius ita interpretatur: *Hip. Dicam equidem: requirere namque mihi videris tale quiddam pulchrum respondere, quod nunquam alicui turpe videri queat. Soc. Omnino, o Hippia, recte hunc accipis. audi modo, & vide si quis contra hoc obmurmurare possit, dicereque nihil me laudare posse. dic per deos ito.* Ego vero primum male distinctam esse personis &

tionem existimo: deinde, non ἐπαινῶν, sed ἐπῶν lego describam autem eam tantum partem, in qua vitium in esse arbitror. Σω. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἱππία, ἡ γοῦν γε νῦν ἐπιλαμβάνει. Ἱπ. Ἄκουε δή. σοὶ γὰρ τοῦτο, ἴσθι, ἐάν τις ἔχῃ ἃ ἀντείπῃ, φάναι ἐμὲ μηδ' ἐπῶν ἐπαΐειν. Σω. λέγε δὴ ὡς τάχιστα σοὶ γὰρ θεόν. Jam totum locum hoc modo interpretor: *Hip. Ego dicam tibi. videris enim mihi quaerere, quomodo tal aliquid pulchrum esse respondeas, quod nullo unquam mo do cuiquam turpe esse videatur. So. Plane, o Hippia recte tu quidem nunc putas. Hip. Ausculta igitur. adver sus id enim, quod nunc afferam, si quis quod dicere possi habeat, scito me fasurum, nullius me omnino rei narum atque intelligentem esse.* Hanc ego interpretationem ve riorem puto. cum autem & Platonis auctoritas tanta sit & Marsilii conversio merito ab omnibus magni fiat: no male mihi operam navare videor, cum, quae minus ben ab eo reddita putem, indico. neque vero id facio, quo de ipso parum magnifice sentiam. potius ex eo intellig volo, eum a me in bonorum & eruditorum interpretum numero haberi. nam ni ita esset, nunquam sane ipsum tanti facerem, quid bene aut male vertisset.

CAPUT V.

Emendatus locus e Ciceronis agrariis.

CICERONIS in Rullum haec verba sunt, ubi eum eum Cn. Domitio comparat: *Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit; hic, quod adimi nullo pacto poterat potestate, quadam ratione eripere conatur.* quae si emendate leguntur, necesse est, ibi Cicero dixerit, *potestate*, id quod alibi, *pro potestate*, aut, *pe potestatem*, dicere consuevit. Sed ego quidem eam scri pturam vitium in se continere arbitror: neque admodum dubito, quin ita legendum sit: *Hic, quod adimi nulli pacto poterat, potestve, quadam ratione eripere conatur.* Nondum tamen mihi contigit, quemquam veterem libru videre, qui conjecturam meam confirmaret. sed facile i eo labi potuisse librarios, nemo, ut opinor, non videt.

CA

Digitized by Google

CAPUT VII.

Plautinae Stichi principium emendatum, & distinctum.

Cum multa mihi impedimento sint, ne possim Plautum a me emendatum tam cito, quam speraveram, edere; constitui interea inspergere libris meis nonnullos ejus poëtae locos, eosque quomodo legendos arbitrer, exponere: ut & aliquem gustum dem conatus mei, &, juxta (*) praeceptum Hesiodi, σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ κατατίθεσθαι, paulatim totum opus absolvam. neque vero me pigebit, Apellis exemplo, si quis quid monuerit, in quo peccasse videar, errorem corrigere, &, quod rationi magis consentaneum videbitur, id amplecti. quin id ab eruditis & harum rerum intelligentibus hominibus in magni beneficii loco etiam atque etiam peto, ut qua tum libertate, tum moderatione alienos a me errores detegi vident, eadem ipsi meos detegant: ut sine ulla maledicentia studia harum vere ingenuarum artium adjuventur. Nunc igitur principium Stichi, quod in omnibus libris corruptissime legitur, describam ita, uti legendum censeo. in quo optima fide affirmare possum, voculas aliquot, quas sustuli, auctoribus antiquis libris esse sublatas. in ordine ipso verborum, & in versibus distinguendis, fateor, me conjectura tantummodo esse usum. cum enim quidam homo eruditus tradidisset, versus illos esse numeris permistis, τετραμέτρους, & δημιουργούς, ἀκατάληκτους, κατακλειστικούς, & βραχυκατάληκτους, putavi hanc confessionem potius quandam esse ἀμφιγνοίας, quam certi atque explorati judicii professionem. itaque qui omnes senarios esse crederem, ita distinxi:

PANEGY. *Credo ego miseram fuisse Penelopam, sorbi,*
Ex animo, quae tam diu suo caruit viro.
Nam nos ejus animum de nostris noscimus.
Quarum viri nunc hinc absunt: quorumce nos
Negotiis, ut aequum est, absentium.
Solicitae noctes & dies, soror, sumus.
PIN. *Semper nostrum officium nos facere aequomst; neque*
Id faciemus magis, quam nos pietas monet.

Sed

(*) Imo, *fortasse*. Alterum est eadem Latinitate. Idem monuit Scioppius Rhetor. Exerc. p. 17.

Sed hic mea soror adsit: multa dum volo
Tecum loqui de re viri. PA. *Salvaene, amabo?*
PI. *Spero quidem, & volo: sed hoc crucior soror:*
Patrem tuum, meumque adeo qui unus unice
Ex omnibus perhibetur civibus probus,
Cum nunc improbi officio fungi viri.
Tantas viris qui absentibus nostris facit
Injurias immerito: nosque abducere
Ab iis volt. hae res vitae me saturant, soror:
Hae mihi dividiae & senio sunt. PA. *ne lacruma,*
Soror: neve tuo id animo fas, tibi quod tuus
Minatur facturum pater. spes est, eum
Melius facturum. novi ego illum. istdec loco
Dicit. neque ille mereat Persarum sibi
Montes, qui esse perhibentur aurei, istud ut
Faciat, quod tu metuis. &, si faciat, tamen
Minime irasci decet, neque id immerito eveniet.
Nam tertius hic est annus, ut nostri domo
Viri abierunt. PI. *ita ut memoras.* PA. *cum ipsi interea*
Vivant, valeant, ubi sint, quid agant, ecquidve agan
Neque participant nos, neque redeunt. PI. *an id doles*
Soror, quia illi officium non colunt suum,
Cum tuum facis? PA. *ita pol.* PI. *tacesis. cave audiam*
Ego istuc posthac ex te. PA. *nam quid jam?* PI. *quia*
Pol meo animo sapientis officium suum
Aequomst colere, & facere. quamobrem ego te hoc, soror
Tametsi es major, moneo, ut memineris tuum.
Et si improbi sint illi, atque aliter nos faciant,
Quam aequomst, tamen, ne quid malis obnoxiae
Simus, opibus omnibu' nostrum officium nos decet
Meminisse. PA. *placet. taceo.* PI. *at, ut memineri', facit*
PA. *Nolo ego, soror, me credi esse immemorem viri.*
Neque ille honores mihi quos habuit, perdidit.
Nam pol mihi grata acceptaque hujusce benignitas.
Et me quidem haec conditio nunc non poenitet.
Neque est, cur studeam has nuptias mutarier.
Verum postremo in patri' potestate est situm.
Faciendum id nobis, quod parentes imperant.
PI. *Scio, atque cogitando, moerore augeor.*
Nam propemodum jam ostendit suam sententiam.
PA. *Igitur quaeramus, nobis quid facto usu' sit.*

Quae

Quaeso autem, si qui reprehendere haec volent, ut prius diligenter & accurate considerent. nolim enim me ita reprehendi, ut in refutandis temerariis reprehensionibus novus mihi capiendus sit labor. Hoc quoque Coelius, os hominis, non veritus est pro suo venditare.

CAPUT VII.

Adonin Dianae ira interfectum.

DIANA (*) apud Euripidem in Hippolyto coronato, indigne ferens honestissimi adolescentis mortem, cujus culpa omnis in Venere haerebat, minatur, eam non impune lacturam. nam se quoque interfecturam aliquem, qui Veneri eximie carus sit, ut ipsam pari dolore afficiat.

Ἐγὼ δ', inquit, οὐτὸς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς,
Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος βροτῶν ἄνῃ,
Τίσω· ἀφύκτους τοῖσδε πημονὰς ἐγὼ.

quem locum declarans Scholiastes, Sunt, inquit, qui putent, obscure significari Adonin, sed nugari hoc quidem est. neque enim Dianae sagittis, sed a Marte, interfectus est Adonis. quem igitur dicat, obscurum est. Haec ille. Apollodorus tamen, non malus harum quidem rerum auctor, libro tertio Bibliothecae, Ἄδωνις, inquit, ὑπ' αὐτοῦ, Ἀρτέμιδος χόλῳ πλαγεὶς ἐν θήρᾳ ὑπὸ συὸς, ἀπέθανε.

CAPUT VIII.

Confirmatae duorum locorum Ciceronis emendationes a P. Victorio factae.

RECTE judicavit Victorius, locum illum e secunda Ciceronis Philippica ita legi debere, ut in multis antiquis libris, & in Manutianis legitur: *Illam suas res sibi habere jussit, ex* XII. *tabulis claves ademit, exegit.* non, ut in aliis, *Causam addidit, exegit.* Nam & Nonius Marcellus aperte id confirmat, qui in libro De Varia significatione

(*) Hoc caput resticit ex, quae scripsit P. Victorius Var. Lect. N. 17.

tione sermonum, cum dixisset, *exigere* idem esse qu*
excludere; M. Tullius, inquit, *Philippicis lib.* II. C*
pes adémit, forasque exegit. Illud autem, *forasque*,
recipiendum sit, alii viderint. mihi quidem non displic*
quamvis non legitur in veteribus libris, quos ego quide*
viderim. Sed & aliam conjecturam ejusdem Victorii *
loco quodam e primo libro accusationis, sive ex actio*
secunda in Verrem (ita enim liber ille citandus est; n*
ut a Victorio, qui, accommodans, credo, se ad consu*
tudinem vulgi, septem faeit actiones in Verrem, qu*
sint tantum duae) eam igitur conjecturam non mane*
fuisse, idem Grammaticus ostendit. Cum enim vulgo i*
legatur, *Quòd ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi ne*
erat ignarus, &c. Victorius admonet legendum, *tamet*
erat ignarus. apud Nonium autem paulo aliter leg
tur, sed eadem plane sententia; nempe hoc modo: *Ta*
metsi erat ignarus. Has igitur doctissimi hominis conje
cturas veteris Grammatici auctoritate confirmare, ope
rae pretium duxi.

CAPUT IX.

Emendati loci aliquot e Mostellaria Plauti.

APUD Plautum in prima Mostellaria lepidissimum col
loquium est duorum servorum, Grumionis rustici, qui
absente sene, herilem filium corrumpi, remque familia
rem dissipari doleret: & Tranionis, nequam hominis, qu
hero adolescentiori esset voluptatum ac libidinum admi
nister. sed ea tota pars & in omnibus libris corrupte le
gitur, & in iis, quos Joachimus emendavit, corruptissi
me. Nunc igitur libet locos aliquot emendare: ceter*
alias, cum videbitur. ubi ergo Grumio ita minitans dicit

Augebis ruri numerum, genus ferratile:

legendum est:

Augebis ruri numero genus ferratile.

genus enim *ferratile* vocat servos, qui ruri in compedi
bus agerent: atque id genus *numero*, id est, brevi, nempe
cun

Digitized by Google

m redierit ſenex,' a Tranione auctum iri ait. Aliquot ſubus poſt, ubi ita loquitur Tranio:

Quid tibi, malum, mea, ut quid ego agam, curatio eſt?

gi debet:

Quid tibi, malum, me, aut quid ego agam, curatio eſt?

a enim dictum eſt, ut illud, *quid tibi hanc tactio eſt?* le autem verſus,

Meum bonum me, te tuum maneat malum

Grumione dicitur, hoc ſenſu: Non recuſo, quo minus go nunc duriter vivam, tu laute, & opipare: dum me uidem maneat bonum meum, te vero maneat malum um, cum venerit ſenex. Unum etiam mendum tollam: etera in aliud tempus rejiciam. In libris Joachimi ita guntur hi verſus:

Quid eſt? quid tu me nunc obtuere furcifer?
R. *Pol tibi iſtuc credo nomen actutum fore.*
R. *Dum intereas, ſic ſit iſtud actutum ſino.*

ſtremus autem eorum ita legendus eſt:

Dum interea ſic, ſit iſtud actutum: ſino.

t enim haec oratio hominis praeſentia tantum ſpectan-, futura negligentis. Dum, inquit, interea ſic ſit, ut nc eſt, quid actutum futurum ſit, non laboro.

CAPUT X.

Ciceronis locus converſus e Chryſippo.

QUOD apud Ciceronem libro ſecundo De Natura deo-m, de ſocietate, quam parandi cibi gratia ineat pinna m parva ſquilla, e Chryſippo ſumptum eſſe arbitror: magis, quod ibi Balbum de Stoicorum ſententia diſpu-tem facit: ut credibile ſit, magnam partem illius diſpu-tatio-

tationis non aliunde potius, quam e Stoicorum li esse hauſtam. Sunt autem Ciceronis verba haec: *Pi vero (ſic enim Graece dicitur) duabus grandibus pa conchis, cum parva ſquilla quaſi ſocietatem contrahit c parandi cibi. Itaque cum piſciculi parvi in conchan ſi tem innataverint, tum admonita a ſquilla pinna mor comprimit conchas. ſic diſſimilibus beſtiolis communiter bus quaeritur. In quo admirandum eſt, congreſſione quo inter ſe, an jam inde ab ortu natura congregatae ſi* Neque non eam conjecturam adjuvat, quod hanc ipſ ſocietatem exponi facit a Catone, libro tertio De Fi bus: ubi etiam Stoicorum placita defendebat: ut pla videatur hoc Stoicum quiddam eſſe. Chryſippus auc libro quinto, περὶ παλῶν καὶ ἡδονῆς ita ſcripſerat: Ἡ πίνν ὁ πινοτάρσης συναγωγὴ κάλλιος, κατ' ἰδίαν ἡ ἀναίσθητα συναγω ἡ μὲν οὖν πίνν ὄντως ἐστίν. ὁ δὲ πινοτάρσης καρκῖνός μυρμ πίνν διαπίσσατα τὰ ἄστρακα ἀναχάζει, τηνίκα τὰ ἐπεισιόντα ἰχθύ ἡ δὲ πινοτάρσης παροτὸς, ὅταν ἀνίλῃ τι, δάκνει αὐτὸν, ὥσ συμαίνων. ὁ δὲ δυχθὲν συμμύλ. καὶ ὅτως τὸ λάλαβρον, ὑπὸ τιθέμενοι κενῇ. φασὶ δέ τινες, καὶ συγγενεῖς αὐτὰ αὐτοῖς, καὶ ἐν ἐξ ἀνὸς πίσσουσ χίνας. neque tantum eo in loco, & multis aliis eandem hiſtoriam repetierat: ut oſten Plutarchus in Commentario quo quaerit, Terreſtriane, in aquis degentia animalia prudentiora ſint, his verb δὲ ἐκ καὶ ὁ τὸ πλῆθος ἐξεταλάσας. Χρύσιππος μέλαν πινοτάρ παντὶ καὶ φυσικῷ βιβλίῳ καὶ ἠθικῷ σπουδαίαν ἔχων. Plinius qu que poſtea & Oppianus libro ſecundo idem prodiderun

CAPUT XI.

Explicatus & emendatus locus e ſecundo Epiſtolarum ad Atticum.

CICERO in quadam Epiſtola libri ſecundi ad Atticu cum ſcripſiſſet, ſe cupere Alexandriam & reliquam gyptum viſere, rogat eum poſtea, ut ad ſe ſcribat, q niam Nepos proficiſcitur, cuinam auguratus deferat *Quo quidem*, inquit, *uno ego ab iſtis capi poſſum.* dit deinde: *Videte civitatem meam. ſed quid ego hae quae cupio deponere, & toto animo, atque omni cu* φιλοσοφῶν? *ſic*, inquam, *in animo. ſic vellem ab* Haec igitur verba, *Videte civitatem meam*, quem ſ

m habeant, alius viderit. Manutius ait, esse hemisti-
hium ex veteri poëta in miserabilem civitatis aspectum.
o locum corruptum esse opinor, & ita legendum,
ide levitatem meam. plane enim levitatem quandam &
inconstantiam consiliorum suorum tota illa Epistola indi-
it Cicero. fieri autem potest, ut ex, *vide le*, factum sit,
idete. deinde illud, *vitatem*, quod nihil significaret,
insierit in *civitatem.*

CAPUT XII.

Virgilii versus ex Aeschylo imitati.

PRAECIPERE ac praesumere oportere sapientem
omnia, quae homini acerba & gravia accidere possunt:
atque praemeditatione leviora illa, & perpessu facilliora
effici, disputatum est copiose a Cicerone, libro quarto
Tusculanarum, allatique versus Euripidis e Theseo, &
Terentii e Phormione, quibus id confirmaretur. Virgi-
lius autem Aeneae suo, quem omnis virtutis exemplar
esse voluit, ut ceteras laudes, ita hanc quoque tribuit;
cum eum his verbis de se utentem facit:

—— non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies, inopinave surgit.
Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

qui quidem videri non immerito possit hoc ex Aeschylo
sumpsisse, apud quem Prometheus ita loquitur:

Καίτοι τί φημι; πάντα προξυπίστομαι
Σαφῆ τὰ μέλλοντ'. οὐδὲ μοι πρόσπτυτον
Πῆμ' οὐδὲν ἥξει.

id est:

Quanquam quid ajo? cuncta praevovi optime:
Futura, nec ventura calamitas mihi
Inopina quisquam est.

CAPUT

CAPUT XIII.

Ennii hemistichium ex Euripide.

CICERO libro secundo De Finibus adversus Epic reos disputans, qui summam voluptatem detractione o nis doloris terminabant, *Hoc*, inquit, *dixerit potius E tius;*

— *nimium boni est, cui nil mali est.*

nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione bo judicemus. quanquam autem non exprimit, ubi id Enni dixerit: facile tamen crediderim, esse hoc hemistichiu ex Hecuba; idque Hecubam ipsam pronunciasse. ap Euripidem certe infelix anus exemplo suo docet, inan esse bona illa, quae plerumque in animis hominum supe biam pariant. eum itaque felicissimum habendum, c nihil eo die obtingat mali. versus hi sunt:

— κἄν᾽ ὀλβιώτατ᾽ᾖ,
Ὅτῳ μὴ᾽μπρ᾽ ἡμῖν τυγχάνῃ μηδὲν κακόν.

CAPUT XIV.

Falsum argumentum allatum esse ab A. Gellio ad ostendendum, inter Platonem & Xenophontem aliquid simultatis intercessisse.

A. GELLIUS lib. XIV. Noctium Atticarum, aliquo argumenta collegit, quibus doceret, inter Platonem & Xenophontem nescio quid occultae simultatis intercessisse multo plura autem, & multo accuratius exposita apu Athenaeum lib. undecimo leguntur: sed eorum, quae po fuit Gellius, primum falsum esse, comperi. ait enim *neque a Platone Xenophontis, neque contra a Xenophon Platonis ullam unquam factam esse mentionem: cum tame uterque complurium Socratis sectatorum meminerit.* Eg autem, ecquid Plato Xenophontem usquam nominaverit non sane pronunciare ausim. apud Xenophontem quide libro tertio ἀπομνημονευμάτων, Platonem nominari vide Narrat enim Xenophon, Glauconem Aristonis filium qui ad populum verba facere, & remp. gerere cuperet cu

Digitized by Google

cum annos viginti nondum haberet, saepe ob id delusum, & deractum e suggestu: neque tamen amicorum ac domesticorum precibus a tam temerario incepto eum revocare cupientium obtemperantem, destitisse tandem Socratis auctoritate adductum. Socratem autem ei amicum fuisse ait propter Charmidem Glauconis filium, & propter Platonem. Γλαύκωνα ϑ', inquit, τὸν Ἀρίστωνος, ἀπ' ἐπιχειρεῖ δημηγορεῖν ἐπιτηδεῖον ἀφιστάμενος τῆς πόλεως, ἐᾶν οὐκ ἔστιν ὑπ' ἀγνοίας, ὅπως ἂν αὐτὸν καὶ φίλον, καὶ ἱκανὸν ποιήσαι, ἐπιμελούμενος τῶν λόγων ϑ', καὶ προσέχων ὅτου. Σωκράτης ϑ' ὅτως ἀν αὐτῷ διὰ τὸν πατέρα τὸν Γλαύκωνος καὶ διὰ Πλάτωνα, μᾶλλον ἐπεκείνετο. Hoc cum primum scripsi, non memineram, idem a Laertio in Platonis vita notatum esse.

CAPUT XV.

Secundam fortunam difficile ferri, multorum gravium scriptorum testimoniis confirmatum.

GRAVEM admodum sententiam Gobryae Xenophon dedit: quamque quotidiana experientia veram esse declarat. Difficilius videlicet reperiri qui secundam, quam qui adversam fortunam bene ferant. Secundis enim rebus insolescunt (*), plerique homines, & efferuntur: adversis omnes ad temperantiam moderationemque revocantur. id quod ille expressit his verbis: δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι φέρειν ἄνδρα εὐτυχοῦντα πολλῶν φέροντα, ἢ τὰ πρακτέα. τὰ μὲν γὰρ τῶν πολεμίων, τὰ δ' εὐφροσυνώμενα τοῖς πόνοις ἐμποδίζει. M. autem Cato ille censorius, etsi a Xenophonte, ut opinor, non hauserat, ut qui a Graecis litteris abhorreret: prope tamen idem dixerat in Oratione pro Rhodiensibus. ex ea enim citantur haec: *Adversae res se domant, & docent, quid opus sit facto: secundae rei laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo.* Itaque non sine causa dictum est ab Horatio:

—— bene ferre magnam
Disce fortunam.

&c.

(*) Vide Lambini epistolam 1. c. p. 1996.

&,

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laetitia. &,
Rebus angustis animosus atque
Fortis appare. sapienter idem
Contrahens vento nimium secundo
Turgida vela.

aliisque multa eodem pertinentia. Non paucos enim fo
mina ſ quos adverſa non moverat, propitia percuſſit: mu
tisque contingere videmus id quod Tantalo contigiſſe a
Pindarus: quem ait nequiſſe concoquere felicitatem ſuan
οἱ ϛ δέ τιν' ἄνδρα θνατὸν ὀλίγῳ πλοτοι ἐνίσπασεν, ὃν Τάνταλ
ὄγκῳ. ἀλλὰ ϛ κατασχὼν μείζονα ἄλεον ἐν ἔπεσεν.

CAPUT XVI.

Ebrii nomen ad alia quaedam a vino eleganter tralatum.

INFATUATUM proſperis rerum ſucceſſibus Cleopatra
animum eleganter admodum ac ſignificanter expreſſit Ho
ratius, cum eam *dulci fortuna ebriam* fuiſſe dixit. Pa
autem elegantia olim Euripides, cum induceret El
ctram conquerentem de contumeliis quas patri ſuo mo
tuo imponeret Aegiſthus, fecit ipſam dicentem, ea omn
illum Clytaemneſtra ebrium facere. Ita enim loquitur

Μέθῃ ϛ βραχέως τ' ἐκπὸς μαχὸς πόνος
Ὁ πλοῦτος, ὃς λίγιστον, ἀνθρώπους τέρφῃ,
Πίπτουσι τὸν λόγον μνήμων λαθόν παροῖς.

Sed & Flavius Philoſtratus in Herodis vita ſimili mod
dixit homines divitiis ebrios. ita enim ſcribit: οἱ
πλούτῳ μεθύοντες, ὥσπερ οἱ ταῖς ἀνθρώπων ἐκπεπλῆξι. & alicu
Lucretius homines *ebrios curis*. quam ad formam nc
quoque haud ita pridem in Ode quadam ad Anaſtaſiu
Jusbertum Melchioris F. adoleſcentem eleganti ingenio
moribusque optimis praeditum, ita cecinimus:

— πό

——— non didicit modum
Servare, nec se legibus alligat,
Sed semper impermissa quaerit
Immodico ebria mens amore.

CAPUT XVII.

Horatiana quaedam genera loquendi e Graeco expressa.

Cum multa & in his libris & in aliis loquendi genera notaverim, quae Horatius a Graecis poëtis mutuatus est, videor mihi conveniente instituto meo consuescendique facturus, si plura etiam notare pergexero. nam & de me ipso conjecturam faciens, hanc curiositatem meam iis qui colunt haec studia, non injucundam fore duco: & utile puto esse iis, qui pangendis versibus laudem aliquam sibi parare in animo habent, pernoscere, quomodo veteres Latini poëtae Graecos loquendi modos in Latium invexerint: ut ipsi quoque, illorum exemplo, in eodem illo peregrinitatis aucupio elaborent. Ergo quod Nereus Paridi praedicens ea mala quae ob raptam Helenam consecutura erant, quasi jam in re praesenti versaretur, ita loquitur:

——— ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre:

id quisquis legit, sentit, opinor, quiddam transmarinum, neque in Romanorum consuetudine positum. Nam, *furit reperire*, vehemens quidem, & illustre, & evidentiae plenum loquendi genus est; sed Latinis non usitatum. est autem Euripidis, apud quem in Phoenissis, is qui enarrat, quemadmodum mutuis se ictibus Eteocles & Polynices interfecerint, ita eos mox pugnaturos describit:

Ἔστησαν ἄμφω, χρῶτα δ' ἐν σφαγαῖσιν,
Μαχοῦνθ' ὑπ' ἀλλήλοιν ἐκεῖνον ἤδη.

id est:

Steterunt coruscis, vultu eodem quo prius,
Hastam furentes mittere alter in alterum.

neque non illud Ἐμβωίζει, quod *meliorem patre* dixit, cu significet fortiorem. ita enim Graeci κρείττονα, aut ἀμείνονα ut, Μηδ' ἴθυν' ἐξ ἴππου στὸν ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι. & ip alibi, *Cervus equum pugna melior*. ubi etiam *minore* dixit, qui vinceretur: id est, ἧττονα.

CAPUT XVIII.

Brevitatem & obscuritatem aptam esse ad terrorem inferendum, aliquot exemplis confirmatum.

BREVITAS loquendi, & sermonis obscuritas imperi sam quiddam habet: ideoque aptissima est minantibu utraque, mirificeque prodest ad animos eorum quibu cum agimus, perterrefaciendos. nam ut in tenebris ma gis timentur omnia, quam in luce: sic illae orationis qua tenebrae terribiliora reddunt ea quae proponuntur. Ita que, ut opinor, fecuti sunt Lacedaemonii, cum ad Ph lippum ita scripserunt: *Lacedaemonii Philippo. Dionysiu Corinthi*: Multo enim fortior, &, ut Lucretii verb utar, penetralior illa brevitas fuit, quam si ita dixisse Dionysius cum aliquando praepotens tyrannus fuerit, tu es, nunc tamen regno exutus privatam Corinthi vita agit. Vide, ne, dum aliorum libertatem studes oppr mere, idem tibi quoque contingat. quae jam non dete rere, sed admonere cupientium fuisset oratio. Nequ dissimile illud Demetrii ad Locrenses: *Faxo, cicada apud vos humi canant*. cum significaret, totam a se ill rum regionem devastatum iri. Atoeas quoque, Scyth rum rex, hanc olim epistolam ad Byzantinos misisse fe tur: *Nolite vectigalibus meis detrimento esse, ne equae mea ad vos aquatum eant*. Idantharas autem, qui & ipse Sc this regio imperio praefuit, multo etiam obscurius. na ad Darium, qui Istrum trajecerat, litteras quidem, qu bus ei minaretur, misit nullas, sed pro litteris symbo lum hoc: *murem, ranam, avem, sagittam, aratrum* Cumque haec in Darii castris alius aliter interpretaretu

Oro

(*) Stesichoro hoc dictum tribuit Aristoteles Rhetor. II. 2 III 11 Στησίχορος ἐν Λιβυκοῖς εἶπεν ὅτι ἐδεῖ βέβρυχας ὄντας, ἵνα μὴ οἱ τέτ τωκες χαμαίζηλα ἄδωσιν. Dionysio, Siciliae tyranno, Demetrius magn Ἑρμ §. 99. Ac nescio, an Muretus *Dionysii* pro *Demetrii* scribere voluerit

Orontopagas, tribunus militum, censuit significari, eos omnium rerum deditionem esse facturos. domorum: hoc autem innuere. (*) aquarum, aëris, armorum, regionis: harum rerum symbola esse, ranam, avem, sagittam, aratrum. At Xiphodres longe alio modo interpretatus, Nos ero, inquit, quantum haec symbola ostendunt, nisi aut terram subeamus, ut mures: aut aquam, ut ranae: aut volemus, ut aves: non effugiemus ipsorum tela. neque enim terrae, quam ipsi arant, domini sumus. Hoc Phe-recydem Syrium narrare, ait Clemens Alexandrinus. Herodotus autem in Melpomene hanc ipsam historiam aliquanto aliter narrat.

CAPUT XIX.

Locus Virgilii aliter, quam a Servio & Macrobio, expositus.

EXCESSERE *omnes, adytis, aristque relictis,*
Di, quibus imperium hoc steterat.

Hos versus, qui ab Aenea in secundo Aeneidos proferuntur, Servius, & post eum Macrobius referendos censuerunt ad veterem quandam Romanorum consuetudinem, qui cum obsiderent urbem hostium, eamque jam capi posse confiderent, certo carmine evocarent tutelares illius deos: quod aut aliter urbem capi posse non crederent: aut, etiam si posset, nefas existimarent, deos habere captivos. Ego autem, cum iis qui hanc opinionem sequuntur, non sane contenderim. nam & ratione satis probabili nixa est, & a bonis auctoribus profecta. neque ea tamen hanc veriorem & simpliciorem puto: ea nocte, qua capta est Troja, visos esse deos Aeneae, exeuntes e templis, & simulacra sua asportantes. Solitas certe a diis suis deseri eas civitates, quae mox in hostium potestatem venturae essent, aut saltem eam fuisse veterum opinionem, ostendit Aeschylus, apud quem Eteocles offensus superstitione mulierum, quae vagantes per templa, in tanto civitatis periculo, implebant omnia clamoribus, jubet nihil modo optare ac precari, ut turris cives ab armis ho-

(*) *Hostis*, pro significo, barbarum est.

hostium protegat. quem cum illae interrogassent, und
nam id, nisi a diis, futurum putaret: respondens ill
quasique illudens, ait vulgo dici solitum, excedere deo
cum urbs aliqua capitur. Versus hi sunt e fabula, qu
inscribitur ἐπὶ ἐπὶ Θύσαις·

Ευ. Πόργοι φίγων οὔχεθ' πολεμίων λίπα.
Χο. Οὐκῶν τάδ' ἔρως σοῖς θεῖον; Ευ. οὐκ ὁ θεὸς
Τὰς ἀλώσεις πόλεως ἐκλείπων λέγει;

quem in locum Scholiastes ait, id contigisse Trojan
Λέγει δὲ, inquit, ὅτι ὅτε ἐμέλλε πρδοῦναι ἡ Τροία, ἐφάν
οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν ἀπολείποντες αὐτὴν καὶ τὸ ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐ
Acneae autem(*), propter singularem ipsius pietatem, e
potius, quam cuiquam alii, apparuisse, credibile est. S
& Tyriorum multis, cum Tyrum Alexander Philippi
lius obsideret, visus est in somnis Apollo dicere, se
Alexandrum abire: non enim sibi placere quae in civita
fierent. neque ita multo post capta est Tyrus.

CAPUT XX.

Illustratus Platonis locus ex Alcibiade primo.

URBANO & eleganti artificio usus est Socrates ad r
primendum Alcibiadis fastum, in eo dialogo qui inscrib
tur Alcibiades primus. nam cum sibi persuaderet adol
scens ille, (quod ejus aetatis esse ingenium solet) abun
jam instructum esse se iis omnibus rebus, quae ad adm
nistrandam remp. pertinerent, blande aggressus homine
Socrates, paulatim interrogando eo perduxit, ut ex ipsi
responsionibus aperte efficeretur, eum nullam esse adhu
justi & injusti scientiam consecutum. eumque aegre fer
quodammodo Alcibiades, & indignaretur, quod insci
tiam sibi exprobrari putaret: purgat se Socrates, affi
matque, se nihil prorsus tale in eum dicere: ipsum es
Alcibiadem qui de se fateretur. Ita autem loquitur: τὸ
Βούλομαι ἔγω σαφέστερόν, ὦ Ἀλκιβιάδη. σὺ γάρ μοι δοκεῖς θαυμάζειν, ὅ
ὑπ' ἐμοῦ λέγεσθαι. οὐ γάρ εἶμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ. ὑ

(*) Huius loci constructionem reprehendit Lambinus epistola I
dem p. 199

ὑμῖν μάσθω. Usu venit, inquit, nobis, o Alcibidiade, id quod ait Euripides. periculum est, ne tu ex te ipso haec, non ex me, audias: neque ego sum hujus sermonis auctor, sed tu. me autem frustra incusas. Quae verba, si quis forte avet scire, quem ad locum Euripidis referantur: legat Hippolytum coronatum. ibi enim hos versus reperiet:

Τρ. Τί φῄς; ἰφῄς, ὦ πάτερ, ἀπῄρόκαν πόδε;
Θησ. Ὅσις ποθ' ἁγνὸς ἐσθ' ὁ τῆς Ἀμαζόνος.
Τρ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Θησ. σὺ πᾶν, ὡς ἐμοῦ κλύῃς.

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER SEXTUS.

CAPUT I.

De praenotionibus, quibus scientiarum omnium principia debentur, explicatum & correctum principium posteriorum Analyticorum Aristotelis.

EORUM quae ab hominibus aut discuntur aut docentur, nonnulla ejusmodi sunt, u plane nullam mentis agitationem requiren tia, sensu prope nitantur uno: alia, in qui bus motus quasi quidam mentis necessariu est, progredientis ex uno in aliud, viam que sibi paulatim ex aliis ad alia munientis. etenim ub quis, exempli causa, saltare discit, nullo ad eam ren mentis motu indiget: tantum opus est, ut quod magi strum facientem viderit, id ipse quoque imitari studeat & ea quae videt, in memoria infigere: ut, cum vole postea, etiam sine doctoris opera, eodem modo, atque ordine corpus movere possit. iis autem in rebus nullun omnino mentis esse munus, vel ex eo intelligi potest quod talia etiam bestiae discunt: quodque in hominun genere non minus saepe tardo & hebeti quam celeri & acuto praeditis ingenio, talium artium praestantiam con tingere videmus. ac cum illa philosophiae, ut ita dixe rim, progymnasmata discimus, quae, propter perfectio nem, commune disciplinarum nomen effecerunt suum

Digitized by Google

quoque magis, cum ad illam ipsam bonorum omnium parentem philosophiam accedimus: ibi vero cernitur & exercetur illa vis, quam Graeci, quorum fuit & doctrina major, & verborum copia uberior, δόξαν, vulgares sapientiae magistri, non usitato veteribus, magis quam ad rem exprimendam non apto vocabulo, *discursum* nominarunt. Quod utinam venisset in mentem priscis illis Latini sermonis auctoribus, aut hoc ipso uti, aut aliud nobis quo uteremur tradere: simulque alia quam plurima procudere, quorum ope philosophia Latinis litteris explicari commode posset. praestiterat, aliquid diligentiae, sine fuco, & sine pompa, conferre ad eam rem, quam stultos illos non modo ante victoriam, sed prope ante pugnam paeanas canere: & tam saepe gloriari, ac clamare, victam a se etiam verborum copia Graeciam: cujus ipsi lautam illam ac copiosam supellectilem non modo adaequare, sed ne contemplari quidem satis atque inspicere potuissent. sed profecto ita est, ut dicam; nulli unquam, qui res ignorarent, nomina, quibus eas exprimerent, quaesierunt. beati autem illi, & opulenti, & omnium gentium victores Romani in petendis honoribus, & in prensandis civibus, & in exteris nationibus verbo componendis, re compilandis occupati, philosophandi curam servis aut libertis suis, & Graeculis esurientibus relinquebant. ipsi, quod ab avaritia, quod ab ambitione, quod a voluptatibus reliquum erat temporis, ejus si partem aliquam aut ad audiendum Graecum quempiam philosophum, aut ad aliquem de philosophia libellum vel legendum, vel scribendum contulissent, jam se ad eruditionis culmen pervenisse, jam victam a se & profligatam ejicere Graeciam somniabant. sed nos, eis omissis, pergamus id exequi, de quo dicere institueramus. Est igitur quaedam διδασκαλία τῶν κρίσεως διανοητικῆς; quaedam in qua τῇ διανοίᾳ nullum munus, nullum officium est. ad hanc nullius rei necessaria est praenotio. illa perfici, nisi antecepta aliqua & antegressa notione, non potest. e perceptis enim quibusdam & cognitis rebus moveatur ὁ διάνοια, necesse est: & ex iis ad alia quae nondum etiam cognita sunt, feratur. atque id causae est, cur summus magister, Aristoteles, principio libri tertii Analyticorum, scripserit, omnem διδασκαλίαν, & omnem μάθησιν, quae quidem sit διανοητική, effici & existere ex anticipata notione.

ne. Atque id in Geometria, ceteriſque mathematicis facillime perſpici poteſt. etenim quem, quaeſo, ordinem tenent, qui eas docent? num acceptum auditorem eorum feſtim deducunt ad ea, in quibus vi & facultate τῆς διανοίας opus eſt? minime vero: ſed primum tradunt finitiones, poſtulata, communes ſententias: quae omnia ſine ullo, ut ita dicam, diſcurſu mens apprehendit. tum demum veniunt ad theoremata, & ad problemata, in quibus jam τῇ διανοίᾳ ἐνεργεῖ: quod facere nunquam poſſet, niſi eae quas diximus, notiones antecesſiſſent. Semper enim (dicam Graece, quo dicam melius) τῇ τῆς διανοίας ἐνεργείᾳ νοῦς, ἢ αἴσθησις ἀκολουθεῖ. Neque non idem in ceteris artibus fieri videmus. etiamque tum qui ſyllogiſmo, tum qui inductione ad aliquid probandum utuntur, eandem viam tenent. illi enim ſumunt τὸ πρῶτον, tanquam notum & exploratum iis quibuscum verba faciunt: hi e ſingulis rebus, quae notae ſint ei quocum diſputant, probant τὸ καθόλου. eademque apud rhetoras exemplorum & enthymematum ratio eſt. Duo ſunt autem genera praenotionum. nam & quae ſit cujusque vocabuli vis, praecognitum eſſe oportet, antequam accedas ad ullam διδασκαλίαν διανοητικὴν, & quae ponuntur in diſputando, ut ea eſſe praecognoſcatur, neceſſe eſt. duae igitur praenotiones: τί ἐστι τὸ λεγόμενον, καὶ ὅτι ἔστι: quarum aliis in rebus altera tantum neceſſaria eſt, in aliis utraque. Jam poterat ex iis, quae dicta ſunt, dubitatio quaedam exoriri. Si enim diſcere eſt cognitionem alicujus rei aſſequi, quomodo fieri poteſt, ut e praecedenti cognitione fiat μάθησις? quid autem opus eſt doceri, id, quod jam antea praenoveris? ad hanc dubitationem eximendam, ait Ariſtoteles, Ἔστι δὴ γιγνώσκειν, τὰ μὲν ἀπ' ἀρχῆς γιγνώσκοντα, τὰ δὲ καθ' ὑπάρξιν τὴν γνῶσιν. id eſt: Fieri autem poteſt, ut aliquis γιγνώσκῃ id, quod partim prius ἐγνώκειν, partim ejus eo ipſo tempore ὑπάρξει τὴν γνῶσιν. Scio autem, haec verba longe aliter ab omnibus interpretibus accipi. quorum ſi ſententiam probarem, cauſſa non erat, cur his de rebus verbum facerem. Nunc, recte, an minus, alii viderint: certe quidem ab eis toto, ut dicitur, caelo diſſentio. Τὰ μὲν & τὰ δὲ, (*) accipio, ut in illo e libro primo De Arte dicendi: τὰ μὲν, δι' ἀναλύσεως, τὰ δὲ, δι' ἀλλοιώσεως, τὰ δὲ τῷ δι' ἄλλης ἀνάγκης.

Ac

(*) Vide Lambini epiſtolam l. c. p. 199.

Ac quamvis posteriore loco vulgo legitur, ἢ ὡ, tamen in quibusdam vetustis libris, eam, quam ipsi afferimus, scripturam fuisse, vel de Philopono cognosci potest. neque non libentius, pro γνωρίζοντα, legerem, γνωρίσαντα, sed tamen nihil refert. Non est igitur absurdum, etiam si quis dicatur discere id, quod antea quodammodo sciebat, sed si diceretur eodem modo discere quo antea sciverat: id demum absurdum esset. quod Aristoteles ipse his verbis exprimit: Ἄτοπον δ', εἰ οἱ ὁ οἶδε πως μανθάνει, ἢ ὃ οἶδε. οὐκ ἢ μανθάνει, ἢ οὐ. ita enim legenda illa sunt, non, ut vulgo leguntur. idque etiam de illa, rudi & inculta, sed fideli vetere tralatione cognoscitur. Etenim fieri potest, ut quis universe sciat, omnia frigida habere vim ad inducendum somnum, qui tamen papaver aut lactucam ejus generis esse nesciat. Is cum de eorum alterutro idem γνωρίσῃ, discet id, quod quodammodo antea sciverat. quod enim de toto genere scitur, etiam de qualibet parte scitur: sed tamen ita distincte ac definite nesciverat. Ergo τὸ μὲν ἀόριστον ἐγνώκειν, τὸ ἢ ὡρισμένον λαμβάνει τὸν γνῶσιν. Sic quoque qui didicit finitiones, postulata, communes sententias, a quibus exordiuntur Euclides: is cum postea discit, Super propositam lineam rectam triangulum aequilaterum constitui posse; discit id, quod quodammodo praescierat. nam ex illis hoc efficitur. & qui novit principia, novit quodammodo conclusionem. non tamen discit, ἢ ὡς ἐγνώκειν, sed distinctius & enucleatius. Non autem in omnibus quae discuntur, καὶ τὸ μᾶλλον τὸ ἧττον γνωρίζειν: imo vero sunt quaedam, quae ἁπλῶς cognoscuntur: ut principia, & ea quae sub sensum cadunt. Mentis enim & sensus ἁπλῆ cognitio est. Aristoteles eo loco ponit tantum exemplum ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα: sed de principiis idem alibi docet. Cum autem vulgo legatur, ὅτα οἶδε ἢ καθ' ἕκαστα τυγχάνει ὄντα, non ὃ legendum est, sed ὅτι, ut & vetus interpres legit. in quo falsi sunt ii qui se disertos, quam intelligentes, haberi maluerunt. His autem de rebus disputaverat etiam Aristoteles eo libro qui proxime antecesserat, ἐν τῷ περὶ ἀποδείξεως ἀνάλυσιν. Haec judicari cupio ab hominibus & Graecae linguae intelligentibus, & re, non verbo, philosophis. ἄγνοια ἢ ἀμαθία quomodo acceptari sint, ἐν ἄλλοις ἐπισκεπτέον.

CA-

CAPUT II.

Axiomata quomodo Latine vocanda sint.

INEPTE faciunt, qui ἀξιώματα *dignitates* vocant: cujus pravae consuetudinis Hermolaus Barbarus auctor fuit. neque nego ἀξίωμα interdum idem valere, quod *dignitatem*, sed nihil hoc ad ea, de quibus agimus, axiomata. neque minus ineptiunt, qui *proloquia* vocant, aut *pronuntiata*: in quorum tamen posteriore Ciceronem se habere auctorem putant. sed falluntur. Nam Cicero hanc vocem, ita ut Stoicis accipiebatur, interpretatus est: qui axioma vocabant quamlibet enuntiationem, id est, ἀποφανσιν. id quod Laërtius docet. ac si quis eo modo ἀξίωμα accipiat, tum fane vel pronunciatum, vel, si volet, proloquium dicat. Apud Aristotelem quidem & mathematicos alia hujus vocabuli vis est. qui, ut notum est, axiomata vocant communes quasdam sententias, quae non tantum verae sunt, sed etiam verae omnibus videntur. Verbum autem ἀξιῶν saepe apud Graecos, sine ulla dignitatis aut indignitatis significatione, idem valet, quod *existimare*. ac *sentire*. Inde igitur ἀξιώματα, ἃ τινες ἄτοπα ἀξιοῦσιν. unde & ἄτοπα ἀξιώματα vocantur. Aut igitur vocem Graecam retinuerim aut *sententias* potius, quam vel *pronuntiata*, vel *proloquia*, vel *dignitates* dixerim.

CAPUT III.

Comparatione quadam Lucretiana usus etiam Themistius ostenditur.

NOTA est comparatio, qua usus est Lucretius, cum se idem facere dixit, quod medicos: qui amaram aliquam potionem pueris dare cupientes,

> —— *prius oras pocula circum*
> *Contingunt dulci mellis flavoque liquore.*

videtur autem ea fuisse etiam apud Graecos celebris. Themistius quidem certe ea utitur: quem verisimile est eam ex aliquo vetustiore sumpsisse. Nam in oratione qua Nicomedenses ad philosophiam exhortatus est, Imitan-

undi sunt, inquit, nobis sapientiores medici: qui pharmaca ea, quae amariora sunt, circumlito prius melle poculo, bibenda praebent. μιμητέον ἡμῖν τὰς σοφωτέρας τῶν ἰατρῶν, οἳ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων, μέλιτι τὸν κύλικα περιχρίσαντες, ἐν δίδασι.

CAPUT IV.

Ut multas alias diphthongos, quae nunc usurpari desierunt, ita oi pro oe, apud veteres fuisse. emendatus Plauti locus.

MULTIS usos diphthongis veteres, praeter eas, quibus hodie utimur, constat. nam & *Fourios* dicebant pro *Furiis*, & *Paitos* ac *Aimilios* pro *Paetis* & *Aemiliis*; & de *Sabineis* triumphasse Tarquinium, de *Etruscois* Ser. Tullium, in veteribus monumentis legimus. Quin etiam ut *ai* pro *oe*, sic *oi* pro *oe* interdum scribere, ut optimoe, solebant. itaque apud Plautum in Menaechmis *proitium*, & *proitio*, in veteribus libris scriptum animadverti, pro eo, quod nunc *proelium*, & *proelio* scriberemus. Versus hi sunt, quibus Erotii meretricis cum parasito Peniculo, & cum Menaechmorum fratrum altero colloquium quoddam continetur.

ER. *Anime mi Menaechme salve.* PE. *quid ego?* ER. *extra numerum es mihi.*
PE. *Istud idem aliis ascriptivis fieri ut legionem solet.*
ME. *Ego istic mihi hodie apparari jussi apud te proilium, Hodie ut fieret: in eo uterque proitio potabimus.*

hoc qui non intellexerant, priore loco discesserunt a vetere scriptura, & fecerunt, *proelium*: posteriore autem, unam vocem discerpserunt in duas, & scripserunt, *proelio*. quod qui ad Trojanas plagas retulerunt, etsi eis plurimum tribuo, adduci tamen, ut ipsis assentiar, haec quidem in parte non possum.

CAPUT

CAPUT V.

Dominos, nisi cupiditatibus suis imperent, ne servi quidem suis imperare posse.

QUIBUS in domibus aut paterfamilias, aut mate milias nequiter libidinoseque vivat, in eis servos non se servos, neque communi conditione servitutis u sed liberius, licentius, dissolutius vivere, & quotidi docet experientia, & M. Tullius in Coeliana defensi gravissime ac sapientissime dixit. servi enim, ut alic falsissimus, urbanissimusque scriptor posuit Lucian omnium conscii sunt, quae a dominis aut pulchre turpiter fiunt. quocirca qui ea delignant flagitia, q latere atque occultari expediat, ii, tantum abest ut r tentur a servis, ipsimet metuunt servos: utpote quos cessario habeant assiduos suorum facinorum (*) testes. E igitur argumento usus est Cicero, ut doceret, verisi non esse, M. Coelium cum Clodiae servis consilium veneno ei praebendo communicasse. Lysias (†) quoque Oratione, quam scripsit ei qui sacram oleam incidisse guebatur, hoc ipso cum argumento uentem fecit: nu quam ausurum fuisse se id facinus committere, cum conscios ejus servos adhibere oporteret. & ipse, eo p petrato, non servos eos postea, sed dominos habitu esset: neque ullo modo ausurus in eos animadverte quicquid illi tandem fecissent. πῶς ἂν, inquit, οὖν ἀ ἀλλοτρίοις ἀνδράσιν ἐπίστευσα, οἱ τὰς ἰδίους θεραπαίνας, μ δίκην ἴσασιν ἔχει, οὐκ ἀναγκαῖον ἦν λαμβάνειν, πῶς ἔχω ν δίκης, ἢν εἰ μὴ μόνον οὐκ ἐμὲ ἐξαμάρτοιεν, οὐκ ἂν οἶμ δῆλον με παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. εἰ δ' ἀν οὐδεῖς, ὅτι ἐν οἰκέ δεῖ τῆς ἐμῆς πιστεύσας, ἢ μόνος μεμνήσεσθαι δοκήσει. ferrima igitur est impure ac turpiter viventium condi quibus ad cetera damna illud etiam accedit, ut in qu imperium exercere debuerant, eos reverenti ac metue adigantur.

(*) Latina consuetudo postulat *flagitiorum*, ut recte animadve Lambinus in epistola laudata p. 599.

(†) Vide Lambinum l. c.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Homerum & Aeschylum Athenienses, Tyrtaeum Lacedaemonii quo honore affecerint.

HOMERI poëmata quanti fecerint Athenienses, quamque utilia esse ad inflammandos honestatis ac dignitatis amore animos judicarint, hinc existimari licet: quod legem tulerunt, ut quinto quoque anno in Panathenaeis, ejus unius ex omni poëtarum numero carmina publice canerentur. ita enim cogitabant, leges praecipere quidem, quid faciendum, fugiendumque sit, sed propter brevitatem, non docere: at poëtas, qui vitam hominum imitantes, res praeclare ac fortiter gestas, copiose exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum. Similem autem honorem habuerunt Lacedaemonii Tyrtaeo. cum enim ceteroqui a poëticis studiis alieni essent, neque poëtarum cantus libenter audirent, lege tamen constituerant, ut quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus; convocarentur milites in tabernaculum regium: ibique audiendis Tyrtaei carminibus ad spernendam (*) pro patria vitam incitarentur. Aeschylo quoque idem prope honos a populo Atheniensi tributus est. unius enim ex omnibus tragicis fabulae, ipso etiam mortuo, ut docerentur, decreto publico statutum erat.

CAPUT VII.

Illustratus locus ex Aristotelis Categoriis.

ARISTOTELES in extremo libro Categoriarum cum docuisset, multis modis *habendi* verbum accipi, addit: ἔτι δὲ ἕξις ὁ ἔχει τινὰ ἔχειν, οἷον ὁ γυνὴ ἀνδρί. Quid autem illud sit, cum vir mulierem, aut mulier virum habere dicitur: id quia vulgo non satis intelligi video, explicabo. Is ergo mulierem quampiam habere dicebatur, aut qui cum uxorem duxerat, aut etiam cui illa dicto audiens erat, qui ad eam, pro suo jure, cum volebat, ventitabat,

(*) Lambinus in epistola laudata p. 309. docte disputans de discrimine inter *spernere* & *contemnere*, malit *contemnendam*.

CAPUT V.

Dominos, nisi cupiditatibus suis imperent, ne servis quidem suis imperare posse.

QUIBUS in domibus aut paterfamilias, aut materf milias nequiter libidinoseque vivat; in eis servos non e se servos, neque communi conditione servitutis ur sed liberius, licentius, dissolutius vivere, & quotidia docet experientia, & M. Tullius in Coeliana defensio gravissime ac sapientissime dixit. servi enim, ut alicu falsissimus, urbanissimusque scriptor posuit Lucianu omnium conscii sunt, quae a dominis aut pulchre a turpiter fiunt. quocirca qui ea delignant flagitia, qu latere atque occultari expediat, ii, tantum abest, ut m tuantur a servis, ipsimet metuunt servos: utpote quos n cessario habeant assiduos suorum facinorum (*) testes. H igitur argumento usus est Cicero, ut doceret, verisimi non esse, M. Coelium cum Clodiae servis consilium veneno ei praebendo communicasse. Lysias (†) quoque Oratione, quam scripsit ei qui sacratam olean incidisse a guebatur, hoc ipso eum argumento utentem fecit: tu quam ausurum fuisse se id facinus committere, cum conscios ejus servos adhibere oporteret, & ipse, eo pe petrato, non servos eos postea, sed dominos habitur esset: neque ullo modo ausurus in eos animadverter quicquid illi tandem fecissent. πῶς ἂν, inquit, οὗτος ὁ ἀπολωλεκὼς τὸν ἐλαίαν ἀνέστην, εἰ τοὺς ἐμοὺς δούλους ἐφοβούμην, μὴ δηλώσουσι ἅπαντα ἴσασι, οὗτοι ἐμοῦ ἐπιβουλεύσαντος ἀκούσαντες, ἐξ ἐμοῦ ἐλευθερίαν ἐλπίσαντες, οὐκ ἂν ἐμοὶ ἐπιτρέψαντος, οὐκ ἂν οἶμαι τὸν δῆλον με ποιῆσαι αὐτῶν λαμβάνειν. εἰ δὲ ἂν εἰδείην, ὅτι ἐκ' ἐμοῦ ἀκούσαντες ἢ ὑπ' ἄλλου προτραπόντος, ἢ καὶ αὐτοὶ μηχάνασθαι βουλόμενοι ἐλευθερίας ἔφυγε. M servitima igitur est impure ac turpiter viventium conditi quibus ad cetera damna illud etiam accedit, ut in qu imperium exercere debuerant, eos reverenti ac metue adigantur.

(*) Latina consuetudo postulat *flagitiorum*, ut recte animadver Lambinus in epistola laudata p. 399.

(†) Vide Lambinum l. c.

C

Digitized by Google

CAPUT VI.

Homerum & Aeschylum Athenienses, Tyrtaeum Lacedaemonii quo honore affecerint.

HOMERI poëmata quanti fecerint Athenienses, quamque utilia esse ad inflammandos honestatis ac dignitatis amore animos judicarint, hinc existimari licet: quod legem tulerunt, ut quinto quoque anno in Panathenaeis, ejus unius e omni poëtarum numero carmina publice canerentur. ita enim cogitabant, leges praecipere quidem, quid faciendum, fugiendumque sit, sed propter brevitatem, non docere: at poëtas, qui vitam hominum imitantes, res praeclare ac fortiter gestas, copiose exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum. Similem autem honorem habuerunt Lacedaemonii Tyrtaeo. cum enim ceteroqui a poëticis studiis alieni essent, neque poëtarum cantus libenter audirent, lege tamen constituerant, ut quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus; convocarentur milites in tabernaculum regium: ibique audiendis Tyrtaei carminibus ad spernendam (*) pro patria vitam incitarentur. Aeschylo quoque idem prope bonos a populo Atheniensi tributus est. unius enim ex omnibus tragicis fabulae, ipso etiam mortuo, ut docerentur, decreto publico statutum erat.

CAPUT VII.

Illustratus locus ex Aristotelis Categoriis.

ARISTOTELES in extremo libro Categoriarum cum docuisset, multis modis *habendi* verbum accipi, addit: [illegible]. Quid autem illud sit, cum vir mulierem, aut mulier virum habere dicitur: id quia vulgo non satis intelligi video, explicabo. is ergo mulierem quampiam habere dicebatur, aut qui eam uxorem duxerat, aut etiam cui illa dicto audiens erat, qui ad eam, pro suo jure, cum volebat, ventitabat,

(*) Lambinus in epistola laudata p. 399. docte disputans de discrimine inter *spernere* & *contemnere*, malit *contemnendam*.

bat, eaque ad arbitrium suum fruebatur. atque ita dictu
est olim ab *Aristippo*. ἔχω Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι. & apu
Lucianum: Τὴν πρατιόντα, φησὶ, τὴν Ἀχαιρνέα, ὡς πάνυ
Λεξόντων ἔχω, μετὰ ταῦτα ἢ ἐμοῦ ἦν, εἶπα; neque no
Latini idem eodem verbo indicabant. ut Cicero, qui
lud voluptarii philosophi dictum, quod modo memorav
mus, ita extulit: *Sed tamen ne Aristippus quidem il
Socraticus erubuit, cum esset objectum, habere eum Laid
habeo, inquit, non habeor. Graece hoc melius. tu,
voles, interpretabere.* Nam illum Ciceronis locum,
hoc ἐδὲ πάρεγω admoneam, ita legendum judico: & qu
omissi voces, glossas esse. neque alio sensu dictum e
a Terentio:

——— *heus puer,*
Dic sodes quis heri Chrysidem habuit?

ad eandem etiam rem exprimendam *ductandi* verbo uteba
tur, ut enim ductat exercitum is, cui paret exercitus
ita *ductare mulierem* dicitur is, cui illa obtemperat, m
rigeraque est in rebus omnibus. Plautus:

Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli.
Solus si ductim, referre gratiam nunquam potes.
Solus ductato, si semper solus quae poscam dabis.

& eodem modo Terentius,

Ut phaleratis dictis duoas me, & meam ductis gratiis?

atque ita intelligendum est illud Fabii libro octavo: *Ducta
exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sane
& antique, ridentur a nobis, si diis placet.* Nam
illo altero verbo in Catullum diximus. Sed & idem sig
ficantes, mulierem *cum aliquo esse* dicebant. Plautus:

*Mane, mane, audi. dic quid me aequom censes p
illa tibi dare,*
Annum hunc ne cum quiquam alio sit?

Idem:

Diabolus filius Nicocli Cleretae
Lenae dedit dono argenti viginti minas,
Philaenium ut secum esset noctes & dies,
Munc annum totum.

Gra

Graeci autem συνεῖναι saepius, ut videtur, [illegible] hoc est, de ipsa corporum commistione accipiebant. nonnunquam tamen aliter, ut, ὁ μὲν ἠλικιώτης συνῆν, ὁ δὲ γέρων Ἀριστοτέλης ἦν, γαμεῖ ἤδη, καὶ σωφρονεῖ· ἢ μᾶλλον τίνος ἕνεκα σωφρονεῖ; Neque non Aristoteles ipse intellexit, se hoc, quod dico, intelligere: sed tecto verbo, & pudoris ac verecundiae pleno, subjunxit enim: ἢ ἐπὶ τῷ ἔχειν γαμετὴν σωφρονεῖ, ἢ ἐπὶ σωφρονεῖ· nam [illegible] si quis hoc loco idem valere putat, quod in iisdem rebus degere, ac non illud potius ipsum, quod sequitur ἐπὶ τῷ ἔχειν, fallitur. ita enim eos hoc quoque dicere esse constat. Hippocrates, περὶ παρθενίων· Κελσὸν ὑγρὸν τὸ παρθένιον, ὅκοταν τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς τάχιστα ξυμισγέσθων ἀνδράσιν. Andocides: ἢ συνῆκεν ὁ πατὴρ χειλιώτατον ὄντα τὸν μοιχὸν τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί. Lucianus, Θέλω κρίνειν ἐκ τῆς αὐτῆς συνουσίας ἰδίαν γυνή. & Laërtius in Aristippo: [illegible] ἀπόρρητον ἐπὶ τοῖς ἐκ συνουσίας, ἔφη, καὶ ἐπὶ λοιπὰς ἰδίας λαβεῖν, ἢ ἡ πρώτη τῶν ἐντυχόντων, ἢ μηδείς. Id autem quod vocaverat συνουσίαν, paulo infra vocat ὁμιλίαν.

CAPUT VIII.

Correcti loci duo e primo libro Topicorum. Item alius e quinto Ethicorum.

LIBRO primo De Arte Dialectica, quae Topica nuncupantur, ita scriptum est: Ἔχομεν δὲ πολλὴν καὶ μεγάλην ὕλην, παρ' ἧς ἐπιχειρήσομεν, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν προβλημάτων, καὶ αὐτοὶ ἐξ ἑαυτῶν εὑρήσομεν, καὶ παρ' ἑτέρου μαθόντες ἀκολουθήσομεν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις. semper autem mihi suspectus fuit is locus: neque umquam aliter mihi persuadere potui, quam totum illud, καὶ παρ' ἑτέρου μαθόντες ἀκολουθήσομεν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις, indusiendum esse: neque scriptum ab Aristotele, sed temere inculcatum ab aliquo imperito. nullus enim iis verbis sententiae subesse sensus: etsi non sum nescius, quomodo haec vulgo accipi soleant. sed qui purgatas aures habent, facile mihi hoc, ut spero, videor, assentientur. Neque hic argumentum ad hanc conjecturam firmandam petari potest: quod vetus Latinus interpres facit a me: illaque verba omnino non agnoscit. nam constat eum & expressisse, si non eleganter, fideliter quidem certe, omnia quae reperiebat: & usum libro, [illegible] mendosissimo

mendatiore iis omnibus qui nunc circumferuntur. Alexa
der quoque, aut quisquis est Graecus ille, qui Commen
tarios scripsit, nullo modo ea videtur agnoscere. quo
me magis, ut in sententia permaneam, facit. Sed
paulo infra, eodem modo peccatum est. ubi enim vulg
legitur: ἐν δὲ ἀριθμῷ ἴσα τὰ αὐτὰ, ἐξ ὧν τι οἱ λόγοι, ἃ
σοὶ δὲ οἱ συλλογισμοί. γένοι μὲν γὰρ οἱ λόγοι οὐκ ἂν ποτε ἀγνοήσαι
σοὶ δὲν ἡ οἱ συλλογισμοὶ, τὰ ἀσυλλήπτα ἐστ: ibi ego nem
nem, qui Aristotelicam dicendi rationem calleat, dubit
turum puto, quin praestet ita legi: ἐν ἡ ἀριθμῷ ἴσα,
τὰ αὐτὰ, ἐξ ὧν τι οἱ λόγοι, ἡ σοὶ δὲν. γένοι μὲν γὰρ οὐκ
ἀγνοήσαι, σοὶ δὲ δὴ, τὰ ἀσυλλήπτα ἐστ. λόγοι autem no
mine & syllogismos intelligit, & inductiones. eoden
prope modo memini, correctum esse a me jam pridem lo
cum quendam e quinto Νικομαχείων, qui vulgo ita legitur
ὁ δ' ἄδικος οὐκ ἀεὶ τὸ πλέον αἱρεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἴλαττον ἐπὶ
ἀγαθῇ καιδὶ. ἀλλ' ὅτι δικαῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθὸν πως οὖσα
τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστιν ἡ πλεονεξία, διὸ τῶν δοκεῖ πλεονέκτης εἶνα
ἔστι δ' ἄδικος: τοῦτο γὰρ ἀφεῖχε, καὶ κοινὸν καὶ παράνομον. τὸ
γὰρ, ὁ ἀδιστοσία, ἦτοι ὁ ἀνισότης, ἀφεῖχε πᾶσαν ἀδικίαν,
κοινὸν ἐν πάσης ἀδικίας. ego autem legendum censeo: ἐν
ἄνισον, καὶ παράνομον. τοῦτο γὰρ ἀφεῖχε καὶ κοινὸν ἐν. cete
verba, iis admissa, delenda esse. In quo quid librari
deceperit, non est difficile conjicere hominibus in ho
genere exercitatis. Hanc correctionem a me acceptam
Dionysius Lambinus, vir acutissimo ingenio, acerrim
que judicio praeditus, retulit in Scholia in eos libros su
nisi quod, cum meam sententiam exponeret, verba illa
πᾶσαν ἀδικίαν, & πάσης ἀδικίας, reliquit. quae mihi v
maxima causa fuit hoc quoque loco testificandi, qu
sentirem. non tantum enim existimo, e glossematis i
fluxisse, verum etiam e falsis & ineptis glossematis. na
verba illa, ἀφεῖχε, καὶ κοινὸν ἐν, si quis attente considere
non ἀφεῖς πᾶσαν ἀδικίαν, sed ἀφεῖ τὸ πλέον, καὶ ἀφεῖς τὸ ἴλατ
referenda sunt.

CAPUT IX.

Videri Plautum dixisse rem voluptatum *eodem plane modo, quo Graeci dicerent* τὸ χρῆμα τῶν ἡδονῶν.

REM *voluptatum*, pro ipsis voluptatibus dixisse vi
tur Plautus in Amphitruone: ubi Alcumenam ita loqu
tem facit:

Digitized by Google

Satin' parva est res voluptatum in vita atque aetate aguntur
Prae quod molestum est? cuique hominum in aetate ita
comparatumst.
Ita dis est placitum, voluptati ut moeror comes consequatur.

quod si est, haud facile dixerim, ubi praeterea in tota lingua Latina hoc loquendi genus reperiatur. sed videri potest sumptum a Graecis. illi enim plane ita dicerent, τὸ χρῆμα τῆς ἡδονῆς. Ita locutus est Euripides in Phoenissis:

Φιλόψογον δὲ χρῆμα γλῶσσ' ἔφυ.

qui tamen versus ab imperitis depravatus, ita vulgo legitur,

Φιλόψογον δὲ χρῆμα γλῶσσ' ἀεὶ φέρει.

sed vocem ἀεὶ delendam esse, & lex carminis indicio est, & e scholiaste facile colligitur. Ita etiam Xenophon libro secundo παιδείας· Τὸ Λεξίθεον ἢ Μαργίτην, ἴσασιν οἱ ἐν ἡλικίᾳ, ὃ ἄχρηστα εἰς ἑκάτερα, ἢ ὑφειδωλοῦ πάντα τὰ χρήματα. & Herodotus libro tertio: πάντα τὰ χρήματα τῆς ἐρήμου ἐπλήσθη. & Aristophanes Pluto;

Πολὺ χρῆμα πρόσεχε, καὶ σμικρὸν ἀνατρόπιμον.

& principio πρόλογ.

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νυκτὸς, ὅσον
Ἀνήριθμον. ἔστιν ἆρα μοῖρα φαίνῃ;

quos versus ita olim pueri interpretati sumus, cum eam fabulam, exercitationis causa, in Latinum sermonem converteremus:

Rex Jupiter, quam immensa res est noctium.
Nunquamne pulsa nocte nascetur dies?

CAPUT. X.

De quodam Plautino joco, itemque de loco quodam e Catone majore Ciceronis disputatum.

JOCATUS est, ut solet, Plautus, cum in Pseudolo i cum lenone loquentem induxit coquum:

Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,
Item ut Medea Peliam concoxit senem,
Quem medicamento, & suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum,
Item te ego faciam.

Neque enim Peliam Medea, sed Aesonem e sene juv nem reddidit: cum autem recepisset, idem se factura Peliae; effecit, ut infelix senex natarum suarum n nibus concideretur, quod si coquus ille item fecisset j venem Ballionem, ut Medea Peliam fecerat; non sa bonam neque expetendam operam ei dedisset. fieri etia potest, ut personae servierit: & cum loquentem indux set hominem sordidum & abjectum, de industria perp ram, ab eo narrari veterem illam fabulam fecerit. Quo si Ciceronis etiam illud e Catone majore ita legendum e ut sane legendum puto: *Quo quidem me proficiscent haud sane quis facile retraxerit; neve tanquam Peli recoxerit:* nimirum tale aliquid hic quoque comminisce dum est. nam aut decorum id & consentaneum Cato credidit: quod & memoria vacillare γηροντικὸν ἔπος & terdum habet aliquid gravitatis in magnis viris minus a curata fabularum, & talium rerum cognitio: aut hoc qu que inter μνημονικὰ Ciceronis ἀμαρτήματα numerandum e

CAPUT. XI.

Euripidem aliter, quam ceteros omnes, de Helenae sidere locutum.

De sidere Helenae non idem ab omnibus traditum Plinius quidem libro secundo Naturalis historiae, de e ut navigantibus exitioso, locutus est. nam cum gemi llas flammas, quae Castoris ac Pollucis esse putabantu

salutares ac prosperi cursus praenuncias esse dixisset: *Harum*, inquit, *adventu fugari diram illam ac minacem, appellatam Helenam ferunt.* Solinus quoque cum exposuisset multa mala, quae menstruus mulierum efficeret cruor: *Habet*, inquit, *plane id solum salutare, quod averti fidus Helenae perniciosissimum navigantibus.* Papinius quoque idem de illis fulgoribus sentire se ostendit hoc versu:

—— *cum jam damnata sororis*
Igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.

Quin etiam Franciscus Vicomercatus Aristotelis Meteorologica exponens, & cur Castor ac Pollux salutares essent, & cur diri ominis Helena, caussas, ut in ejusmodi re, satis probabiles reddidit. At Euripides tamen in Oreste salutarem eam nautis esse pronunciat. Ita enim de ea Apollinem loquentem facit:

Ζηνὸς δ' ἔστιν, ζλῶ νιν ἄφθιτον χρεών.
Ἑλένην σε, Πελοπίδη, τ' ἐν αἰθέρι στυγεῖς
Σώτειραν ἔσω, ναυτίλοις σωτῆριαν.

CAPUT XII.

Emendatus Plinii locus.

REDUNDARE videtur vox, *voluptatibus*, apud Plinium libro XIV. ubi de natura vini agitur. cum enim vulgo ita legatur, *Prorsus ut jure dici possit, neque vires corporis utilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit:* melior videtur fore sententia, si ea quam dixi, vox deleatur. hoc enim dicet: immodico vino maxime debilitari corporis vires. quod & Lucilius dixerat his versibus:

Scito etenim bene longinquum mortalibu' morbum
In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

Et Theognis:

Οὐδ' ἀνόμασ' πυλὺς κακός· ἢν δέ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισπένδων, ἦ κακὸς, ἦ' ἀγαθός.

Et Panyasis:

Ὡς οἵτ' ἀνέρες ἦσαν ὑπέρβιον ἄλκιμον ἦτορ,
Πυγμῇσίν τ' ἠδὲ μάχῃσι, καὶ ἐγχείῃσιν ἀρῄοις.

sed & libri testimoniorum pleni sunt, & exemplorú plena vita. illud tamen, *voluptatibus*, quod nos expu gendum esse credimus, & Hermolaus, & Politianus agn sunt.

CAPUT XIII.

Emendatus versus quidam Horatianus.

HORATII versus hi sunt e libro Odarum tertio,

Testis mearum centimanus gigas
Sententiarum notus, & integrae
Tentator Orion Dianae
Virginea domitus sagitta.

Eamque scripturam veteres Grammatici comprobant: q etiam centimanum gigantem Briareum accipiunt. eg autem in quibusdam non contemnendae auctoritatis libr scriptum reperio, non *gigas*, sed *Gyges*. & sane c Gyge illud etiam apud Ovid. legere memini:

Sphingaque, & Harpyias, serpentipedesque gigantes,
Centimanumque Gygen, semibovemque virum.

Hesiodus quoque Caeli & Terrae filios facit Cottum Briareum, & Gygen, centenis singulos manibus, qui quagenis capitibus metuendos:

Αὐτοὶ δ' αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὑπερφιάλοι; ἐκ γενετῆφι,
Κόττός τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ', ὑπερήφανα τέκνα.
Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀίσσοντο
Ἀπλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον.

Sed & jam pridem admonui, scriptum esse in quibu dam veteribus libris, *Gyas*: neque de eo amplius qua re

rendum putare. quanquam enim mihi novum erat illud nomen; tamen ne eam quidem varietatem aut dissimulandam, aut contemnendam esse ducebam. Nuper ergo cum Apollodori bibliothecam, quae tunc primum in meas manus venerat, percurrerem; in ipso statim principio haec reperi: Οὐρανὸς πρῶτος τῶν πάντων ἐβασίλευσε κόσμου· γήρᾳ δὲ γλῶ, γήμας τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἐκγόνους ἀπεκύησεν ἑκατόγχειρας, Βριάρεων, Γύην, Κόττον. quae verba ita reddidit Benedictus Aegius Spoletinus: *Caelus primus orbis universi imperio praefuit. qui ducta uxore Tellure priores ex ea filios sustulit, quos Centimanos appellarunt, Briareum, Gyen, ac Coeum.* quin & apud Hesiodum in iis, quos citavi, versibus, quaedam optimae notae exemplaria non γύην habent, sed Γύης.

CAPUT XIV.

Correcti apud Ciceronem Ennii versus.

ENNII versus de Q. Fabio Maximo ita vulgo apud Ciceronem leguntur:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

sed in multis veteribus libris eorum postremus ita scriptus est,

Ergo magisque viri nunc gloria claret.

ut valde verear, ne quis, ut versum, ad cujus mensuram aliquid deesse videbat, expleret, de suo addiderit illud, *postque*. ego autem potius crediderim, illud, *magisque*, geminandum esse. non raro enim contigit, ut eae voces, quae geminandae erant, semel tantum ab imperitis librariis ponerentur. notum est autem, *magis magis*, & *magis magisque*, saepe ab antiquis scriptoribus dici, pro quo Ennius fortasse dixerit, *magisque magisque*. ut sit simile illi Catulliano:

Omnibus inque locis celebretur fama sepulti:
Clarescatque magis mortuus atque magis.

CAPUT XV.

Ecquid adhibenda sint in conviviis acroamata, an minus.

RECTENE faciant, an secus, qui tibicines, aut etiam thaedos, aut alia id genus acroamata in conviviis adhibeant, merito ut dubitari posse videatur, quorum in philosophia summorum hominum hac de re, ut videtur, diversa sententiam facit auctoritas. Nam apud Platonem in Protagora Socrates abjectos modo, & imperitos, & circumforaneos homines id facere solitos dicit: qui cum eam vim non habeant, ut urbana aliqua & eleganti collocutione tempus illud epularis accubationis traducere, & mutuis sermonibus animos suos hilarare possint, ejus rei remedium a mimis, & ab histrionibus, & a vocum fidiumve cantibus petunt. at quas ad epulas boni & eruditi convivae convenerint, in eis neque tibicinam, neque psaltriam audiri, neque saltatricem spectari ullam: ablegatis eos ejusmodi nugis atque ineptiis, modeste inter se & hilare colloqui: neque unquam deesse ipsis de quo sermones jucundissimos conferant, etiam si multam in noctem convivium producatur. itaque ex illo nobili apud Agathonem convivio ejicitur tibicina, & aut sibi, aut mulieribus canere jubetur. At hercule alumnus ejusdem disciplinae Xenophon in id convivium in quo & Socrates esset, & Antisthenes, & alii sapientia praestantes viri, non modo Philippum excitandi risus artificem induxit, verum etiam sublatis epulis, Syracusanum illum comessatorem cum tibicina, & saltatrice, & formoso puero, qui & ipse tum saltando, tum fidibus canendo, summa eos, qui aderant voluptate perfunderet. In Homericis etiam epulis & Phemius canit, & Demodocus, & in Virgiliano Jopas. sed haec fortasse aliquis, intemperantium procorum, & luxuriosi regis, & regnare jam tum amoris tulo percussae dixerit, esse convivia. Quid, quod epulantibus diis, canere Apollinem & Musas ferunt? Nam Euripidi quidem serenitatem mirari saepe soleo: qui non in conviviis, sed in luctu potius Musicam adhibendam esse censet: quod convivia satis ipsa per se laeta sint: in luctu autem quaerendum sit aliquid, quo minuatur dolor. Ego vero si usquam, inter pocula maxime, talibus blandimentis & re-

laxa-

Digitized by Google

rationibus animi locum esse ducor? neque, dum ea moderatio retineatur, ut turpitudo omnis & obscoenitas abſit, causam video ullam, cur in mensa aut comoedum versari, aut auloedum, fidicinemve refugere sapiens debeat. nam si semper tam facundi ac diserti convivae contingerent, quam illi sunt Platonici: tum fortasse non immerito talia omnia excluderentur. quod enim esse potest tam mirabile acroama, quod non collatum cum illorum sermonibus sordeat? quos equidem arbitror, si Apollinem vidissent ipsum cum lyra & plectro ingredientem, uno ore omnes oraturos fuisse, ut aut abscederet, aut ne cantu suo sermones abrumperet instituros. Et tamen, si valde fallor, non multo turpius fuisset, tibicinae alicujus cantum audire, quam vel orationem Aristophanis, vel ea quae de Socratis temperantia ebrius Alcibiades intemperantissime narrat.

CAPUT XVI.

Correctus locus e secundo De Divinatione.

TOTAS *noctes somniamus: neque ulla fere est, qua non somniamus: & miramur aliquando id, quod somniavimus, evadere?* Ciceronis haec verba sunt e secundo libro De Divinatione, exagitantis vanitatem somniorum, et negantis, si quaedam somnia eventus comprobet, ex eo effici, ut ne somnia pro somniis habenda sint. nam infinita copia & varietate, magis mirum foret, si nihil unquam eorum quae per quietem videntur, eveniret. quamquam autem, ut ego Ciceronis verba recitavi, ita in omnibus, quos vidi, libris legunturr: tamen excuti hoc mihi non potest, quin depravata illa, & ad hunc modum corrigenda sint: *Totas noctes dormimus: neque ulla fere est, qua non somniemus: & miramur, aliquando id, quod somniavimus, evadere?* Quod quidem ita mihi perspicuum videtur, ut ne confirmatione quidem egeat. aliorum tamen judicium facio.

CAPUT XVII.

Semiramis quo astu ad regnum pervenerit.

VARRA in primis & astuta ratione ad regnum ex humili & abjecta conditione pervenisse Semiramis dicitur: quae historia cum haud ita multis nota sit, neque Latinis quod sciam, litteris prodita, referetur a me ita, ut scripta in Graecorum Commentariis reperi. Ajunt igitur eam initio vernae cujusdam regii ancillam, ac concubinam fuisse, in quam cum aliquando incidisset rex Ninus, forma ipsius & lepore captus, amare coepit. obsecuta regi mulier, ita eum sibi paulatim stupri consuetudine astrinxit: ut nihil esset tantum, quod aut a rege petere non auderet Semiramis, aut petenti rex auderet negare. Ergo cum aliquando injecisset in sermone, quiddam se valde cupere, rexque eam, quicquid tandem illud esset, aperte ac libere proferre jussisset: Cuperem, inquit, hoc mihi a te tribui, ut unum modo diem sedere mihi liceret in solio tuo, & jus dicere; utque omnes toto illo die, quemadmodum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent. Risit rex & quod petebatur, concessit. nec mora. edicitur, ut certo quodam die omnes Semiramidi dicto audientes sint ita regi placere: eam illo die, regio imperio ac potestate praeesse omnibus. ubi ille advenit dies: mulier regio cultu in solio assedit. fit concursus maximus. illa de principio experiendi causa, quaedam haud magni momenti imperat. ubi serio omnes sibi omnibus in rebus parere vidit, jubet satellitibus, ac stipatoribus corporis regii, ut regem ipsum comprehendant. comprehenditur. ut vinciant, vincitur. ut interficiant. interficitur. ita imperium ex diurno diuturnum effecit. haec est, quae Babylonem muris latericiis cinxit: cujus horti illi pensiles tantam admirationem habuerunt: quae cum equo concubuisse dicitur: quae postremo, cum filii quoque sui concubitum petiisset, ab eo trucidata memoratur.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Ut honorem *Latinis, ita Graecis* τιμὴ & καλὸν *ambigua vocabula esse.*

SIGNIFICATIONIS ambiguae verbum esse *honorem*, tradidit Gellius: idque probavit his verbis ex Oratione Q. Metelli Numidici de triumpho suo: *Qua in re quanto universi me unum anteflatis, tanto vobis, quam mihi, majorem injuriam atque contumeliam facit, Quirites. & quanto probi injuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt: tanto ille vobis, quam mihi, pejorem honorem habuit. Nam me injuriam ferre, vos facere vult, Quirites: ut hic conquestio, istic vituperatio relinquatur.* Eodem autem modo Graeci quoque τιμὴ (*), cum fere in infamiae ac turpitudinis significatione ponatur, nonnunquam tamen pro gloria accipiunt. ut,

Καλόν γε μοι τὴν τιμὴν ἐξευρίσκεις.

&,

Θήβαις κράτιστον τιμὴν.

&,

Καλὸν γ' ἡ τιμὴ τῆς νεωτὶ νυμφίης.

Sed & καλὸν nonnunquam in malam partem accipitur. idque non ex eo tantum intelligi potest, quod apud Homerum saepe legitur κακὸν καλόν: ut ex eo conjiciamus, esse etiam aliquod καλὸν & κακὸν: sed multo magis ex hoc Euripidi versu, quem apud ipsum dicit Helena:

Ὄνειδος ἦν Ἑλένης αἰσχρὸν οὐκ ἀγαθὸν καλόν;

In illis autem Metelli verbis nescio, an illud annotare debe-

(*) Aliter τιμὴν accipit Lambinus in epistola laudata p. 400. At cum Mureto sentit Valckenarius ad Euripidis Phoenisf. vs. 828.

beam: *facere contumeliam*, quod loquendi genus Cicero in Antonio reprehenderat, legi. ſed & apud Plautum, & apud Terentium crebra illius exempla ſunt. Neque tamen injuria notaverat Antonium Cicero: quod vulgo creditur. nam Antonius ita dixerat, *facere contumeliam*, ut, *facere damnum*, aut *facere jacturam* dicimus. quae modo nunquam quisquam, opinor, praeter eum locutus reperietur.

CAPUT XIX.

Correctus locus ex Oratione Ciceronis pro Domo ſua.

VOCABULUM, *actus*, pro eo quod Graeci dicunt ἐπεισαγωγή, plane barbarum eſt, & priſcis illis temporibus, quibus Romani ſermonis integritas viguit, inauditum. eo tamen nonnullos uti video, & quidem eorum, qui ſe non Latine modo, ſed etiam, ſi diis placet, Ciceronis more loqui putant. Decipiuntur autem praecipue corrupto quodam loco ex Oratione pro domo ſua ad pontifices: quem emendare inſtitui: ut iſti, qui ſe e Nizolii libro germanos Cicerones eſſe credunt, errore hoc ſuo liberentur. Non enim ita locus ille legendus eſt: *Omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata compreſſo odio atque tacito jam erumpebat in actum, tam audaces duces excepi meo corpore.* Sed hoc modo, ut in antiquis libris eſſe, homines certi & fide digni affirmant: *Omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata compreſſo odio atque tacito jam erumpebat, nacta tam audaces duces, excepi meo corpore.*

CAPUT XX.

Correctus locus e ſecundo De Finibus.

EJUSDEM generis eſt *odrilicium*: quae inepta vox, & nihil plane ſignificans, ita inſedit in loco quodam e ſecundo De Finibus, ut omnes prope jam libros occupaſſit. Ita enim ibi legitur: *Aſſint etiam formoſi pueri, qui*

Digitized by Google

qui *ministrent*. *resplendeat his vestis, argentum, odrilicium*; *locus ipse*. at in libris veteribus hoc modo: *Assint etiam formosi pueri, qui ministrent. respondeat his vestis, argentum, Corinthium aes, aut Deliacum, aedificium, locus ipse*. quae quia vera scriptura sit, non est cur quisquam dubitandum putet. Itaque ipsum quoque *resplendendi* verbum mihi quidem valde suspectum est. nam hoc uno loco nitebantur, qui illud, ut Latinum, recipiebant. nunc autem, nisi aliquod aliud testimonium reperiatur; videtur sane ei quoque lege Papia periculi aliquid imminere. hoc igitur alii cogitabunt.

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

Sorores uxores ducere, num apud Athenienſes licuerit.

PERELEGANS extat Aemilii Probi ad T. Pomponium Atticum libellus, quo Graecorum imperatorum vitae mundiſſimo ac caſtiſſimo orationis genere explicantur. eum nuper cum animi cauſa evolveremus, in ipſa ſtatim praefatione, quiddam deprehendimus, quod ſane miratus ſumus. Negat enim, Cimoni, ſummo Athenienſium viro, turpe fuiſſe, ſororem germanam habere in matrimonio: quippe cum cives ejus eodem uterentur inſtituto. Ego vero de Perſis & aliis quibusdam barbaris nationibus ſaepe id legeram: de Athenienſibus nihil tale, niſi ab eo, memineram proditum eſſe. Itaque cum attentius de eo cogitare coepiſſem, quaſique excutere memoriam meam recordatus ſum loci cujusdam ex oratione, quam antiquiſſimus & nobiliſſimus orator Andocides adverſus Alcibiadem habuit: qui ex diametro, ut ajunt, cum eo, quo ab Aemilio dicitur, pugnat. oſtendit enim, eam ipſam fuiſſe cauſſam, cur Cimon in exilium miſſus ſit, tam quam legum contemptor. neque quicquam ei profuiſſe quod & ipſe Olympia vicisſet, & pater. veteres enim illos, non certaminum, aut victoriarum, ſed legum & inſtitutorum, in judicando habuiſſe rationem. Andocid

we

Digitized by Google

verba si quis requirit, haec sunt: Ἀναμιχθῆναι δὲ τῇ τῶν ἀστῶν, οἷς ἀρχὴν ἡ σωφροσύνη ἦσαν. οἵπερ ἐξεστόμισαν Κίμωνα δι' ὑβριστείαν, ὅτι τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ συνῴκισε. πρώτου δ' μέντοι αὐτὸν Ὀλυμπιονίκας ἐν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῷ Μιλτιάδης. ἀλλ' ἐπεὶ ἀεὶ διελογίζοντο τὰς νίκας, ἃ ἢ οὐ τῷ ἀγῶνι, ἀλλ' οὐ τῷ στρατηγήσαντι, ἔφερεν αὐτόν. in vulgatis tamen libris Κόνωνα, non Κίμωνα legimus: quod mendum esse librariorum puto. ab aliis enim Cimonem vocari video. Neque pigebit emendare locum quendam e libro sexto Valerii Maximi, ubi de hoc ipso Cimone ita scriptum est: *Cimonis vero incunabula opinione stultitiae fuerunt referta. ejusdem stultitiae imperia salutaria Athenienses senserunt.* Ego autem non dubito, quin vox, *stultitiae*, e posteriori loco delenda sit. Cimonis enim, non stultitiae, dicit imperia Athenienſibus salutaria fuisse.

CAPUT II.

De consuetudine Graecorum non adhibendi honestas mulieres ad convivia virorum. Illustratus locus ex Eunucho Terentii: itemque locus Ciceronis e libro primo in Verrem.

In conviviis liberius & hilarius fere loqui homines solent: neque quisquam ita severus est, qui non inter vinum & epulas tum jocetur interdum ipse, tum libenter jocantes alios audiat. fieri autem vix potest, quin vacuo & soluto animo jocantibus nonnunquam parum verecundum aliquid excidat: quodque si alibi diceretur, reprehensione merita non careret. quocirca prudenter olim Graecorum consuetudo muliebrem sexum a conviviis amoverat: neque ulla in virorum symposiis accumbebat mulier, nisi quae quidvis non audire modo, verum etiam perpeti posset. videbant enim alioqui fore, ut aut matronalem virginalemve pudorem libertas jocantium offenderet, aut jocandi libertatem illius habita ratio retardaret. Inde igitur est, quod cum apud Terentium Thraso introduci jussisset in convivium Pamphilam, indignata Thais, *minime*, inquit, *gentium. In convivium tu illam?* quod enim suis integram eam ac pudicam reddere ac restituere cupiebat, vix id consequi posse videbatur, si hoc, quod portulabat miles, passa esset. Ex eadem etiam con-

consuetudine intelligendum est id quod apud Ciceronem libro primo accusationis legitur. *Posteaquam satis cultus res Rubrio visa est: Quaeso, inquit, Philotame, cur tu nos filiam tuam non intro vocari jubes? homo, qui summa gravitate, & jam id aetatis, & parens esset, ob stupuit hominis improbi dicto. instare Rubrius. tum ille ut aliquid responderet, negavit, moris esse Graecorum ut in convivio virorum accumberent mulieres. hic tum alia ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est, voteti mulier, & simul servis suis Rubrius, ut januam claud veni, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Quod ubi il intellexit, id agi, atque id parari, ut filiae suae vis affer retur, servos suos ad se vocat: his imperat, ut seipsum ne gligant, filiam defendant.* Nam quod nonnullos cetero qui non ineruditos homines opinari video, id tum a Phi lodamo pro tempore confictum esse: quantopere in co fallantur, vel de his, quae subjiciam, nobilissimi ora toris Isaei, quem veteres Demosthenicae in dicendo fa cultatis fontem vocarunt, verbis cognosci potest. it enim loquitur in oratione, qua de Pyrrhi cujusdam here ditate contenditur: Καίτοι εἰσήγαγε μὲν γαμετὰς γυναῖκας εἰσ ἂν καμόζειν τολμήσειεν, ἢ δὲ αἱ γαμεταὶ γυναῖκες λεγεται μὴ τ ἀνδρῶν ἐπὶ τὰ δεῖπνα, ἀλλ' οὐδεπώποτε ἀξιῶσι μὴ τ᾽ ἀποστέγειν, τ παύεται μὴ τ᾽ ἐπιτυχόντων. Romani autem innuptas modi virgines, quod quidem sciam, a conviviis amovebant quod haec Varronis verba ostendunt: *Virgo de convivio abdicatur ideo, quod majores nostri virginis acerbae aure Veneris vocabulis imbui noluerunt.*

CAPUT II.

Euripidis locus in Medea correctus & declaratus.

INTERPOSITA jurisjurandi religio in observandis con ventionibus homines plerunque diligentiores facit. quan quam enim boni viri est fidem servare etiam nullo ejus modi vinculo alligatam; contingere tamen videmus, u saepe causam aliquam reperiant, qui ea quae recepe runt, praestare nolunt: cum in iis quae affirmate qui deo teste promissa sunt, nemo id facere, nisi plane im pius, soleat. itaque prudenter & callide apud Euripide Medea, cum Aegeus tutum ei apud se hospitium for pro

Digitized by Google

omisisset; non temere tamen ei statim fidem habere
ult: sed illud ipsum jurejurando sibi confirmari petit.
uod cum ille miraretur, quaereretque ex ea, an non
i fideret: ita vafra & astuta mulier respondens inducitur:

Πίστευε. Πελίᾳ δ' ἐχθρὸς ἐὼ μέγ' δόμος,
Κρέων τε. τάφοις δ' ἐρχθεῖσι μὲν ζυγεῖς,
Ἄγεσθ' ἂ μεθῇς ἀν σὺ γαίας ἐμέ.
Λόγοις δὲ συμβὰς, τῷ θεῶν ἀνόμοτον,
Φίλον γένοιο' ἂν, μ' ἀπεπιστοποιήσεσθαι
Οὐκ ἂν πίθοιο. πάρεσθι μὲν γὰρ ἀσθενεῖ,
Τοῖς δ' ἔλθοις ἐπ, τῷ δόμῳ παρεπιπτέ.

ui quidem versus & aliquot locis depravati vulgo legun
r, & a Scholiaste, mea quidem sententia, non intelli-
ntur. ego igitur ita eos interpretor. Fido equidem
bi. ceterum inimica mihi est Peliae domus: itemque
reon. τάφοις δὲ, nempe Peliae & Creontis ἄγεσθ' ἐμὲ σὺ
ίας, si venerint, cupientes me a finibus tuis abducere:
μεθῇς ἄν, tu id non permittes, neque me eis trades:
quidem jurejurando fidem mihi tuam obligaveris. At si
dis tantum sermonibus mecum conveneris: (hoc enim
, λόγοις δὲ συμβὰς) neque deos testes adhibueris: tum
fortassis amice cum illis geres, neque stabis iis, quae
ter nos conventa erunt. ea enim vocat ἐπιπαρεπδήσεται.
dit deinde caussam probabilem, cur versetur, ne ita
eniat. Cum autem vulgo legatur μεθῶσιν, aut μεθεῖς ἄν,
i ego legendum censeo, μεθῇς ἄν: & ὀνόμοτον, ubi
o, ἀνώμοτον: quantam ea res ἀμουσίαν Scholiastae ob-
cerit; quamque longe eum a poëtae sententia abduxe-
: dicerem, si liberet ostentare me in exagitandis alio-
n erroribus. nunc eo ingenio sum, ut id, quod mihi
um videtur, nude ac simpliciter proponere, satius
tam.

CAPUT IV.

Quid interfit inter imperium patris & domini. Emendati Afranii versus apud Gellium.

MULTUM interesse inter imperium patris & domini,
eque alia ratione regendos esse liberos, alia servos.

multi & philosophi & poëtae veteres tradiderunt. na
servilis quidem animus naturali quodam dominorum od
imbutus, coërceri fore, nisi malo, non potest. liber
quos cum parentibus arctissimo caritatis vinculo natu
copulavit, officiis sunt, & obsequio, & benevolentia d
vinciendi. sed habendus diligenter est modus. nequ
enim laudandi sunt, qui ita indulgenter filios habent,
ad omnia eorum peccata conniveant: qualis a Terenti
inducitur Mitio: multoque minus si qui se eis praebe
inhonestarum libidinum administros, &, quod ait apu
Euripidem Medeae nutrix, ἡμᾶς πιθοῦ κἀσῶσον συναγωνιζω
Ut fugiamus enim, proponuntur illa in theatris, non
imitemur:

Omnes parentes, Libane, liberis suis
Obsequelam faciunt, qui auscultabunt mihi:
Quippe qui mage amico utantur gnato, & benevolo.
Atque ego me id facere studeo: volo amari a meis.
Vola mei patris me similem, qui, causa mea,
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam abduxit a lenone mulierem.
Neque puduit eum id aetatis sycophantias
Struere, & beneficiis me emere gnatum suum sibi.
Eos me decretumst persequi mores patris.
Nam me hodie oravit Argyrippus filius,
Amanti ut facerem argenti copiam sibi.
Et id ego percupio obsequi gnato meo.
Volo amori obsecutum illius. volo amet me patrem.

Flagitiosa quidem illa sunt, & a paterna lenitate nimiu
quantum abhorrentia. an vero si quis pater filium a
brachio, aut crure, aut aliqua corporis parte debilito
inutilemque reddat, teter & immanis habeatur: qui an
mum, quo nihil est divinius, detorquebit, depravabit
corrumpet, hunc lenem atque indulgentem putemus
ego vero immitem potius, & crudelem nominaverim
non hercle minus, quam si desipienti ac deliranti, & me
tis vitio mortiferum venenum petenti pro cibo praeb
at, eique se nihil negare posse dicat. Satis sit errant
admonere, & admista blanditiis severitate in viam red
cere, lapsos erigere, ignoscere: non saevire, non dam
excludere, non in manicis & compedibus habere: pra
cip

Digitized by Google

cipitare quidem labantes, & suapte sponte ruentes in exitium impellere, non comitatis est, neque clementiae, sed crudelitatis, & dementiae: neque hoc qui faciunt, benigni patres, sed importunissimi filiorum suorum hostes sunt judicandi. Pari quoque propemodum in vitio sunt, qui ad illam summam veritatis normam exigere omnia, quae a liberis fiunt, volunt: neque fas putant, inconsultam illam & improvidam aetatem usquam offendere, & illectam blanditiis voluptatum a rationis praescripto deflectere: cum senes quoque ipsos, quibus multo facilius est domitas & compressas libidines habere, nonnunquam tamen abripi earum aestu, neque ἐρᾶν τὸν παῖδα perpetuo tenere posse videamus. Illi ergo superiores a filiis pro amore contemptum ferunt. nunquam enim contemptum cognita nequitia effugit. hi, quibus, naturae lege, vita ipsa cariores esse debuerant, eis invisos se, odiososque reddunt: & illud consequuntur, ut filii paternae vitae finem, suae principium putent fore. Jam qui ne liberis quidem carus sit, cum, consentaneum est, ne ceteras quidem familiae carum esse. Cui autem dulce quicquam esse possit in vita, qui se vivere tota sua domo norit invita?

Θάνοιμ' ἄν, ὅστις μὴ πάντες ἄχθονται θεοῖς.

ait ille, non male. nam quid miserius, quam ita vivere, ut neminem videas, qui te salvum velit? quod consequuntur illi, ut dixi, qui metu potius, quam reverentia quadam, filios in officio continendos putant. Itaque praeclare Afranius:

Horumce parentum est vita bilis liberis,
Qui malant metui, quam vereri se a suis,

e jus versus eo libentius adduxi, ut emendarem. apud illum enim mirabiliter depravati leguntur. Quare nec exultanti juvenum libidini frena laxanda sunt: nec ferox aetas duriore, quam par est, imperio magis am exasperanda: sed ea utendum dexteritate, ut ii qui prehenduntur, ipsi, non odio sui, sed amore potius & benevolentia id fieri sentiant: omninoque ita temperanda

omnia, ut & ab odio severitatem comitas vindicet, & contemptu severitas comitatem.

CAPUT V.

Emendatus Varronis locus, qui citatur a Nonio.

ASSE *vinum: asse pulmentarium. sed eas, quo natur aurigatur, non necesitudo.* Ita plane citantur haec ve ba Varronis a Nonio: nisi quod librariorum vitio, *sedea* conjuncte legitur pro, *sed eas.* Mirum est autem, V Norium, qui haec verba diligenter consideravit, eorun que sententiam satis commode exposuit, non vidisse magnum in eis adhuc haerere vitium, idque tale, ut sententiam plane absurdam & ineptam efficiat. nam quid est tandem *quo natura aurigatur, non necesitudo?* aut quo aurig tur natura, nisi quo etiam necesitudo? puto autem tr primas litteras ultimae vocis ab aliquo librario sine caus geminatas esse, hoc modo: *nec necesitudo.* deinde illud *nec*, mutatum esse ab aliis in, *non.* ut plane ita leger dum sit: *Asse vinum: asse pulmentarium. sed eas, qu naturae aurigatur necesitudo.*

CAPUT VI.

Ab igne ad vitam crebro tralatas esse multas ab antiquis scriptoribus voces.

IGNEAE naturae esse animum, plerique veteres cred derunt. adducebantur autem in eam opinionem, quo calore foveri, ac vegetari omnia viderent: tum quo frigere cadavera: unde & *frigidam vitai pausam* dix Lucretius. Sed & movetur per se ignis, & pascitur quae certo quodam modo propria animalium sunt. erg ex ea opinione multa loquendi genera fluxere in quot dianam loquendi consuetudinem. nam *extinguendi* ve bum, quod in igne proprium est, etiam in animalibus d citur. ut, — *natumque patremque Cum genere extin xem.* &, *animam extinguam seni.* & *vivere*, ab iis qua animata sunt, ad ignem transfertur. Plautus:

Na

Digitized by Google

Nam si ignis vivet, tu extinguère extempulo.

& Horatius *vivas lucernas* dixit accensas:

Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat astra Phoebus.

quod autem mihi rarum in primis visum est, etiam *interfectum torrem* pro extincto Accius dixit. ejus enim extant hi versus Meleagro:

Tum suum vitae finem, ac fati internecionem fore
Meleagro, cum torris esset interfectus flammeus.

CAPUT VII.

Correctus locus e primo Rhetoricorum Aristotelis. item locus Callimachi ex hymno in Apollinem.

ARISTOTELES libro primo De Arte dicendi, ubi felicitatis partes percenset, εὐημερίαν, id est, ut Victorius erudite & eleganter interpretatur, bonam commodamque senectutem in eo positam esse dicit, ut & tarde senescat quis, & sine dolore ac molestia seneſcat: nam neque quem cito deserit juventus, feliciter seneſcere dicendus est; neque is, cujus ingraveſcentem aetatem magni dolores molestiaeque comitantur. In iis autem verbis, quae statim apud Aristotelem sequuntur, vitii aliquid inesse arbitror: neque Victorii aut scripturam, aut interpretationem ea in parte probo. Ille enim legit: Εἰ δὲ δεῖ τὸ εὐημερεῖν ἀφεστῶτα, τὸ τύχης. μὴ ἄνοσον μὲν ὄν, μηδὲ ἰσχυρὸς, οὐκ ἐνδέχεται ἀπαθὴς, οὐδ' ἄλυπον, τὸ πολυχρόνιον, ὅτ' ἂν δύτυχὴς διαμένειν ᾖ. quibus ex verbis quam sententiam efficiat, ex ipsius commentario perspici potest. ego autem ita legendum censeo: μὴ ἄνοσον μὲν ὄν, μηδὲ ἰσχυρὸς, οὐκ ἐνδέχεται ἀπαθὴς, οὐδ' ἄλυπον, τὸ πολυχρόνιον· οὐδὲ τύχης διαμένειν ᾖ. cum enim dixisset, ad εὐημερίαν concurrere oportere cum corporis, tum fortunae bona: causam statim addidit, cur utraque necessaria essent. nam & nisi qui prospera utatur valetudine, integrisque sit corporis viribus, is ut ἀπαθὴς sit, fieri prorsus non potest: & cui parum amica fortuna sit, neque vacare molestiis poterit, neque diu vivere, multa

Digitized by Google

enim fortuito objici posſunt, quae partim magnas & gra ves moleſtias afferant, partim etiam vitae ſpatium con trahant. hoc eſt igitur quod ait, ἀλλὰ τύχας, ὅτι ἄλυπον ὅτι πολυχρόνιον διαμένειν οἷόν τε ἐστί. Eodem prope modo me mini correctum olim eſſe ab Jo. Aurato, homine do ctiſſimo, mihique amiciſſimo, verſum quendam Callima chi ex hymno in Apollinem: qui cum vulgo ita legatur

Οὐδ' ὁ χορὸς τὸ Φοῖβον ἐφ' ἱν μόνον ἅμαρ ἀείσῃ.
Καὶ γὰρ δύσμορός τις. ἂν ἔρια Φοῖβον ἀείδῃ.

legendus eſt, ut is, quem modo dixi, vir eruditiſſimus admonuit, hoc modo:

Καὶ γὰρ δύσμορός. πῶν ἂν ὁ ῥῆσα Φοῖβον ἀείδοι;

hoc enim dicit poëta, neminem eſſe usque eo rudem & indiſertum, cui non facillimum ſit laudare Apollinem nam ita multa in eo laudanda eſſe, ut nemini, ne infan tiſſimo quidem, qui eum celebrare inſtituerit, deeſſe posſit oratio.

CAPUT VIII.

Conatus emendandi duos locos e tertio libro Ariſtotelis De Arte dicendi.

SUMMUM ſtudium adhibere debent, quicunque aliquid dicendo perſuadere meditantur, in ipſo dicendi artificio occultando & obtegendo. natura enim comparatum eſt ut facilius aſſentiamur iis, qui ita uti naturae impetu fert, loqui videntur, quam illis, a quibus naturalem illum curſum arte quadam inflecti opinamur. etenim ve ritatis, ut ait Euripides, ſimplex eſt oratio. quo fit, ut quicunque ab illa naturali ſimplicitate diſcedunt, venian nobis in ſuſpicionem, quaſi decipere nos, ac circumſcriber moliantur. Sapienter igitur a dicendi magiſtris praecipi tur, ſummam artem in arte diſſimulanda ſitam eſſe. quo Ariſtoteles libro tertio his verbis complexus eſt: Διὸ δεῖ λανθάνειν, ποιοῦντα. τὸ μὲ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως. πιθανὸν γὰρ τοῦτο, ἐκεῖνο δ' ἐπιβουλικόν. διὰ γὰρ τοῦτο ὑποβλέπουσι ὅταν διαβάλλωσι. Quae verba exponens optimus interpre tur

tum, ait, verbum διαβάλλω) alio quodam modo accipi, quam plerunque soleat. cum enim διαβάλλειν ὑ usitate dicatur pro eo quod est criminari, aut calumniari, hic valere idem, quod male animo affectos esse. ego autem, quod bona ipsius venia dictum sit, nunquam id verbum eam vim habere arbitror: neque sane eo loco quem ipse ex Plutarcho protulit, declarationem illam ullo modo confirmari puto. potius autem crediderim, erratum esse a librariis, qui διαβάλλω) scripserint, cum scribendum esset διαβαῖν). ac ne illud quidem pigebit admonere: paulo supra eum quem modo recitavimus, locum, ubi in vulgaris libris legitur, οὐ γὰρ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πιστεῦσαι, mihi quidem legendum videri, οὐ γὰρ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πιστεῦσαι εἰσὶν. ipsa enim orationis ἀκολουθία, nisi valde fallor, aliter constare non potest.

CAPUT IX.

Illustratus locus e primo Topicorum Aristotelis.

QUODAM loco e primo Topicorum Aristotelis, vis particulae πρὸς non satis e Latinis interpretibus percipi potest: ubi sic philosophus loquitur: Μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς, ὅτι τὰ πρὸς τὸ ἴδιον, καὶ τὸ γένος, καὶ τὸ συμβεβηκὸς πάντα λεγόμενα, καὶ πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς ὑπάρχει λέγειν. Non enim vertendum est, ita ut illi faciunt, *ad proprium, ad genus, ad eventum, ad definitiones: sed adversus.* Hoc enim docet philosophus: quae argumenta afferri solent ad docendum aliquid non esse alicujus rei proprium, aut eventum, aut genus, eadem valere adversus definitiones. Nam ut, si quid non reciprocatur, proprium non est, ita neque definitio. & si doceatur, genus non esse id, quod in definitione pro genere positum est: ipsa quoque definitio perimetur. quin etiam si quid ostendatur eorum quae ad definiendum adhibita sunt, καὶ οὕτως, tolletur definitio: cum in tollendis etiam eventis eadem ratio valeat. est autem ita dictum πρὸς, ut in illis, πρὸς λυπίνην, πρὸς τὸν φιλόσοφον ἐπιχειρεῖν, & similibus. Sic & libro secundo τὰ πρὸς τὸν ἥττω vocavit ea, quae ad oppugnandam ἧτταν valerent.

CAPUT X.

Correctus & illustratus locus e secundo Topicorum.

SI QUANDO thesis nobis aliqua impugnanda sit, quae sterilis, ut ita dicam, & jejuna sit, neque magnum ullum habeat campum, in quo excurrere possit oratio: qua ratione huic incommodo occurrere ac mederi debeamus, copiòse Aristoteles libro secundo Topicorum docet. inter cetera autem quae ponit apta & accommodata ad orationem in planum ac patentem locum ex illis angustiis educendam, vafrum quoddam & callidum artificium detegit, quo sophistae uti solerent: ob idque locum illum sophisticum vocat: τόπον enim plane, non τρόπον, eo loco legendum videtur. id erat hujusmodi. habebant sophistae meditatos ac paratos multos diversis de rebus communes locos. in iis & ornamentorum & argumentorum omni genere abundabant. ergo si forte in suis illis ἐνδόξοις, quaestio inciderat quaepiam, ad quam ipsi tractandam minus instructi forent, quacunque via poterant, abducebant disputationem a re proposita ad unum aliquem e locis illis communibus, in eoque postea se se jactabant. Id quatuor modis fieri potest. quorum priores duo neminem dedecent: tertius habet aliquid sophisticum: ideoque parce ac modice eo utendum. quartus autem continet apertam significationem impudentiae. quare totus sophistis relinquendus est. Primus modus est, cum eorum quae a nobis sumuntur ad evertendam thesin, aliquid negatur ab adversario. ita autem res fert, ut ad id ipsum, quod negatur, tractandum instructiores simus, quam ad eam, cujus caussa id sumptum erat, quaestionem. tunc enim licebit, diis hominibusque approbantibus, quanta maxima poterimus orationis ubertate ac copia versari in eo confirmando quod negatur. Exempli caussa. finge, disputari inter duos de summo bono: quorum unus in voluptate illud ponendum esse defendat: alter eam sententiam impugnet, hunc autem ponamus, non valde tritum esse in ea parte philosophiae, quae format mores: sed in physicis egregie exercitatum. nempe igitur ad propositam quaestionem, quae ethica est, non poterit ei magna vis argumentorum suppetere. quodsi quid physicum ageretur, haberet, ubi facultatem ostentaret suam, accingi

Digitized by Google

se tamen ad disputationem: in eamque ingreditur hoc modo. Motionem omnem imperfectum quiddam esse. quare voluptatem, cum motio sit, esse etiam imperfectum quiddam: neque dignandum summi boni nomine. Neget ille alter, quod prioris syllogismi initio sumptum est. omnem videlicet motionem esse imperfectam: quis inficiari audeat, voluptatem impugnanti licere, transferre orationem ad demonstrandum id quod negatum est? pandet igitur vela, & emersus ex illo, in quo deprehensus erat, fretu, in explicanda vi ac natura motionis, pleno mari feretur. quippe. est enim ea tractatio Physicorum. Altera ratio his verbis ab Aristotele exponitur: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπολαυστικοῦ βίου καὶ τῆς διὰ τῶν κινήσεων ποιητικῆς, ἀναιρῶν ἐπιχειρῇ. τότε δὲ ἀναιρεθήσεται, εἰ τὸ συγκείμενον ἀναιρεῖ). quae verba magnum negotium facesserunt Alexandro. ita enim sane vocemus eruditum illum interpretem, si non suo, at usitato tamen nomine, cujus quae hoc loco ἀμηχανία, videre est. ego autem, cum ab eo dissentiam, non constitui sententiam ipsius referre. petant eam e libro, qui volent, meam proponam: ut, cui placuerit, eam sequatur. Primum igitur Aristotelis verba ita legenda censeo: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπολαυστικοῦ βίου καὶ τῆς διὰ τῶν συγκεκριμένων ποιητικῆς, ἀναιρῶν ἐπιχειρῇ. τότε δὲ ἀναιρεθήσεται, εἰ τὸ συγκείμενον ἀναιρεῖ). In quo, ne quis forte aliter putet, profiteor, me unam tantum litteram ex me mutare esse ausum. nam quod pro ἀπολαυστικοῦ, scripsi ἀπολαυστικὸν, conjectura ductus, ut verum fatear, feci. συγκεκριμένων, ubi vulgo legitur κεκινημένων, apud Alexandrum reperi. idque melius visum est, propter id, quod sequitur: εἰ τὸ συγκείμενον ἀναιρεῖ). ποιητικῶν, pro ποιητικήν, antiqua scriptura est. ut apparet ex eodem Graeco interprete. unam autem litteram mutare, non nimis improbum, neque inverecundum esse arbitror. Nunc dicam, quam subesse his verbis sententiam putem. In illa superiori ratione, abducebatur disputatio ad antecedentia: hic ad consequentia abducitur. ait enim, si non satis multa nobis occurrant argumenta, quae proprie pertineant ad labefactandam thesin: videndum esse: num quid ex ea consequatur, quod multis argumentis impugnare possimus. licebit enim eo traducere disputationem: cum, si quid alicui consequens est, everso eo, id quoque unde consequitur corruat. Exempli gratia. si quis disputet adversus eos, qui animos cum corporibus inter-

ire censent: & ostendat, eo, quod illi volunt, posit omnem cultum divinum, atque omnem religionem fu ditus sublatum iri. Deinde nactus dicendi campu ostendat, quanta confusio ac perturbatio omnium rerum quanta generis humani miseria & infelicitas consecutu sit, sublata religione. quae si vel cogitatu horrenda sun exterminanda quoque est e mentibus hominum opin illa, quae animos mortales facit. eodem modo liceb disserentem adversus necessitatem fati, ostendere, si sit, supervacaneas esse leges: tum disputare ample copiose de legum dignitate, ac praestantia: & quantope sint necessariae; utpote quibus, tanquam nervis, hom num societas devincta teneatur. Hanc ego germana esse Aristotelis sententiam existimo: eamque facile ipsius verbis elici, ad eum, quem dixi, modum eme datis. Tertius modus est, cum videtur quidem is, q disputationem alio derivat, necessario id facere: neq tamen facit. ut si quis disputaturus de motibus anim repetat sermonis principia ab iis, quae de motu ap Physicos disputantur. videbitur enim auditoribus n acutissimis aliquid, quod ad rem faciat, dicere; cum motu utrobique agatur. ac tum maxime, si adversari eorum aliquid negaverit. Illud autem praeteriens adm nebo: in hoc loco explicando, ubi apud Aristotelem le tur, οὔτε λὸγ ἐπαγωγῆς ἐνδέχε, mihi legendum videri, ἀπαγωγῆς ἐνδέχε. Quartus modus est, qui neque necessit tem, neque necessitatis similitudinem habet ullam. qua sit, si τὸ ἀντικείμ inter disputandum exciderit soloecismu aut falsa historia, aut aliquid tale: & tu in eo eum urge

CAPUT XI.

Emendati loci aliquot e libello Q. Ciceronis De Petitione consulatus.

NUNC, quia non omnes eadem juvant: estque, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδου, μυριοβολὸν πάντων γλυκύ, omittamus pa lisper Aristotelem: & alios levioris operae scriptore quoad possumus, adjuvemus. Est autem in omni re la dabili atque honesta, etiam non consecuta operis effec one, voluntatis laudanda propensio. ac quoniam M. T lii libros a mendis jam aliquot vindicavimus: voluim

q

Digitized by Google

quidem certe, Q. etiam Tullio ejus fratri praestemus idem officium: & quem illius unicum habemus de Petitione consulatus commentariolum accuratissime atque artificiosissime scriptum, operae aliquid in eo purgando sumamus. Igitur ex ipso quidem limine ac vestibulo mendum unum sustulimus jam, iis in Scholiis, quae anno in Propertium edidimus. cum enim vulgo ita legatur, *Etsi tibi omnia suppetunt, quae consequi ingenio, aut usu homines, aut diligentia possunt*. docuimus, vocem, *homines*, temere additam, & illud, *consequi*, τοῦ ἁμαρτεῖν positum esse. paullo post autem ubi fratris amicitias generatim enumerat, ita legitur, *Deinde & amicorum multitudo, & genera appareant. habes enim ea, quae novi habuerunt: omnes fere publicanes, totam fere equestrem ordinem, multa praeterea municipia*, &c. quo loco, quin isti παρολίνοφοι qui praeclaras suas glosas ubique inferciebant, verbum, *habuerunt*, de suo addiderint, neminem, considerata re, dubitaturum opinor. Nam qui tandem illa novi habuerant? aut quid magni erat, ea habere Ciceronem quae novi habuissent? *Novi* igitur, priore syllaba producta legendum est: ut sit: ἴχνος δὲ ἀ ἰχνῶν: non autem ἴχνος δὲ ἀ ἴχνον οἱ νεωτεροι. (*) leviusculum hoc est, quod dicturus sum: sed dicam tamen. nulla est enim tam parva macula, quam, non pulchrum sit, e bonis libris eluere. ubi ergo est, *Jam P. Galbam, & L. Cassium*: pro *Jam*, legendum puto, *Nam*. Illud gravius: quod cum exposuisset multas causas, ob quas Antonium Cicero pro nihilo putare deberet, de Catilina ingrediens loqui, ita scribit: *Alter vero, dii boni, quo splendore est? primum nobilitate eadem. num majore? non: sed virtute.* Idem autem illi stercorei glossographi, quos glosis suis aliquid aliud facere, non libros contaminare oportebat: ad illa verba, *Primum nobilitate eadem*, auctarium addiderunt, *qua Catilina*. atque ita fuere bardi, ut non animadverterent, de ipso Catilina sermonem esse. Nam illa, quae sequuntur, *Quamobrem qui inanius umbram suam metuit*, corrupta esse video: quomodo emendari debeant, non video. Venit mihi quidem in mentem aliquid:

(*) Editio prima male, οἱ νεω. quod Muretus correxit admonitus a Lambino epistola laudata p. 400. ubi etiam Q. Ciceronis locus rectius emendatur.

quid: sed nihil satis firmi. nemo autem, qui prae
quod potest, quod quaedam non possit, reprehend
dus est.

CAPUT XII.

Ex eodem libello emendati aliquot loci.

NON eos modo, qui corruptos praestantium scrip
rum locos emendant, praeclare operam suam ponere a
tror: verum illos quoque, qui, cum aliud nihil possu
eos indicant; proponunt enim hominibus ingeniosis,
copiosa veterum codicum supellectile instructis, ma
riam, in qua se exerceant: eosque excitant ad aliq
excogitandum. quod nunc faciam: locumque indicat
ex eodem illo libello, qui sine dubio corruptus est. q
modo corrigi debeat, divinabit fortasis alius. *Dei
ut quisque optimus, ac maxime domesticus, ut is am
quisque fidelissimum esse te cupiat, valde elaborandum
to: tum ut tribules, ut vicini, ut clientes, ut denique
berti, postremo etiam servitus.* Hujus periodi prima p
ita deformata est, ut, quid sibi velit, suspicari poti
quam intelligere, liceat. in extremo autem, ubi est, *
vitus*, legendum censeo, *servi tui.* Sequitur: *Nam s
omnis sermo ad forensem famam a domesticis emanat auc
ribus.* quae verba ut integra & incorrupta sunt, ita
pravata & male distincta, quae sequuntur, *Deinde in
tuendi sunt cujuscunque generis amici ad speciem homi
illustris honore ac nomine: qui etiam si suffragandi stu
non navant; tamen afferunt petitori aliquid dignitatis
justitiam obtinendam. Magistratus, ex quibus maxi
consules, deinde tribunos plebis ad conficiendum centur
homines excellenti gratia, qui tribuent centuriam,* &
tera. Spero, omnes homines mihi assensuros, null
omnino idoneam sententiam ex iis verbis extundi pos
Ego autem puto eum facere tria genera amicorum: unu
ad speciem: alterum, ad justitiam obtinendam: si q
forte competitorum malis artibus eum dejicere moliat
tertium, ad conficiendum centurias. ac, ne longum
sciam, ita legendum censeo: *Deinde instituendi sunt cu
que generis amici. Ad speciem, homines illustres hon
ac nomine: qui etiam si suffragandi studia non navan
tamen afferunt petitori aliquid dignitatis. Ad justiti
o*

Digitized by Google

obtinendam, magistratus: ex quibus maxime consules, deinde tribuni plebis. Ad conficiendum centurias, homines excellenti gratia. Illud autem, Qui tribuent centuriam, alterius periodi principium est. quae ne ipsa quidem vitio vacat. Haud ita multo infra, in eodem libello ita legitur: Et omnino, quoniam eo genere amicitiarum petitio tua maxime initiata est, quod caussarum defensionibus adeptus es, &c. Ego pro initiata, libenter legerim, tentata. Paulo post: Et quemadmodum memini, quod nulla in re illis unquam molestus fuisti, sic cura, ut intelligant, omnia te, quae ab illis tibi deberi putaris, ad hoc tempus reservasse. Sed quis est, qui cum illas sermonis sordes videt, Memini, quod nulla in re fuisti molestus illis, non clamet, δὸς μοι ἀνάβλω? Vox illis, abest a quibusdam olim impressis libris. unde mihi verisimile fit, ita legi debere: Et quemadmodum nemini ulla in re unquam molestus fuisti, &c.

CAPUT XIII.

Ex eodem libello emendati aliquot loci.

PRAESERTIM cum id tibi casus afferat, uti tecum petant, quorum amicitia aut contemnenda, aut fugienda sit: ex eodem illo commentariolo sunt haec: in quibus libentius legerim, Ut ii tecum petant. at hoc non magni momenti est. Illud paulo gravius: quod, rem honestam, scripserunt, ubi sine dubio scribere oportuerat, honestatem. Quis enim non offendatur, haec legens? Haec tu plane ab iis postulato, ut, quoniam nulla impensa per te alii rem honestam, alii salutem ac fortunas omnes obtinuerunt. &c. Honestatem autem dicit dignitatem & existimationem. Assentior etiam homini eruditissimo, Dionysio Lambino, qui ignoratione antiqui verbi locum hunc ex eodem libro depravatum judicat. Nam cum id petitur, quod honeste, aut sine detrimento nostro promittere non possumus: quomodo si quis roget, ut contra amicum aliquam caussam recipiamus; belle negandum est: ut ostentas necessitudinem: demonstres, quam moleste feras: aliis te id rebus exacturum esse persuadeas. neque enim censet ille, ibi legi debere, exacturum: sed, exsarturum. idemque ita legit versus illos ex Heautontimorumeno:

An-

Ancillas, servos: nisi eos, qui, opera rustico Faciundo, facile victum exsarcirent suum.

unum etiam locum Q. Ciceronis corrigam: qui in optimis omnium Manutianis libris asteriscis notatus est: deinde alio me convertam. Ita ergo ibi legitur: *Præsertim cum multo magis irascantur iis qui negent, quam iis quem videant ea causa impeditum, ut facere quod promisit cupiat, si ullo modo possit.* Legendum autem videtur, *Quam ei, quem videant*, &c. Errorem objecit obsoleta jam scribendi ratio. *Eiis* enim scribebant, pro *ei*: & *reis* pro *rei*. & de eodem genere cetera ad eundem modum.

CAPUT XIV.

Quod apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum legitur, ἐν αἰνιγμοῖς, unde sumptum sit.

NOTUM est, Ciceronem in veteribus utriusque linguae poëtis lectitandis multum fuisse: crebroque eorum modo integros, modo dimidiatos versus, modo etiam leviter immutatos scriptis suis immiscuisse: quin & nonnunquam unam aut alteram vocem ab iis sumptam usurpasse, quae tamen facile ab hominibus in eodem studio tritis agnosceretur. Tale est, quod in Epistola quadam ad Atticum posuit, ἐν αἰνιγμοῖς. Cum enim diceret, se, si perfidelem haberet tabellarium, omnia de rep. scripturum plane: sin aliter esset, subobscure quidem: sed tamen, ut Atticum facile intellecturum confideret: *In iis*, inquit, *epistolis me Laelium, te Furium faciam. cetera erunt* ἐν αἰνιγμοῖς. Sumpsisse autem hoc videtur ex Euripide: apud quem in Rheso ita loquitur chorus:

Τὰ δ' ἄλλα ἐν αἰνιγμοῖσι σημαίνει τροχός.
Σαφῶς δ' οὐδεὶς συμμίσχει ὁλωλόσι.

CAPUT XV.

Proverbium quoddam, quo Cicero De Senectute usus est, ex Euripide sumptum esse.

PRINCIPIUM libri De Senectute e primo Platonis πολιτείας prope ad verbum conversum esse, nemo paulum modo

Digitized by Google

modo humanior nescit. sed quod ibi dicentem facit Scipionem de quibusdam senibus, quibus ita odiosa senectus esset, ut onus se Aetna gravius dicerent sustinere: id unde sumptum sit, a nemine, quod sciam, proditum est. Eruditus sane vir, ac multae lectionis, qui tot millia παροιμιῶν unum in corpus contulit, hoc non vidit. Est autem ex Euripide: apud quem Ἡγεμὼν μαινομένων chorus, qui e senibus constat, juventutem quidem celebrat ac praedicat: malam vero, ut veteres loquebantur, aetatem miris modis exagitat, eique multa mala precatur. inter cetera autem, eam dicit onus esse Aetna gravius, quo perpetuo prematur senum caput. Versus hi sunt: qui tamen vulgo aliter leguntur. sed ego ita legendos puto:

ἀ νεότης μοι φίλον.
τὸ δ' γῆρας ἄχθος αἰεὶ
βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
ἐπὶ κρατὶ κεῖται.

Sed & apud Plautum non raro ita senes de aetate sua, ut de gravi aliquo ac ponderoso onere loquuntur.

CAPUT XVI.

Ut Cicero dixit, conficere famam, *ita Graeci dicunt* πόνον ἔνεγκαι.

IN dialogo De claris oratoribus ita de Catulo loquitur Brutus: *Catulus erat ille quidem minime indoctus, ut a te paulo est ante dictum: sed tamen suavitas vocis & lenis appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat.* Videtur autem hoc loquendi genus, quo res quaepiam alicui *famam conficere* dicitur, a Graecis manasse. Socrates quidem certe apud Platonem in Apologia eo utitur. cum enim dixisset, mirum nonnullis videri posse, si nulla in re ceteris antecellebat; quid tandem ipsi tantam famam, tantamque invidiam conciliare potuisset: *Ego vero*, inquit, *conabor demonstrare vobis, quid mihi & famam & calumniam confecerit.* Verba, quibus hoc dicit, haec sunt: κἀγὼ ἐμοὶ πιστεύσατε ἄνδρες, ἡγοῦμαι ἐγὼ τοῦτο, ὅτι μοι πονηρίαν τὸ, τί ἔνεγκαι; ἡ τὴν διαβολήν.

CAPUT

CAPUT XVII.

Quod Theopompus de Lacedaemoniis dixit, idem de fortuna quoque merito dici posse.

EVOLVEBAM nuper Theodori cujusdam Metochitae librum, cujus mihi copiam fecerat homo cum philosophiae ac Theologiae scientia praestans, tum ita comis atque amabilis, ut eum ipsae suis manibus Gratiae finxisse ac composuisse videantur, Sixtus Medices, Dominicanus. continet autem liber ille centum viginti non sane contemnendas variis de rebus disputationes Graeco sermone conscriptas; quarum in una reperimus haec quae subjiciemus in fortunae instabilitatem atque inconstantiam non inurbane, neque illepide dicta: quae nobis causa fuit, cur ea hoc loco proponeremus. Theopompus historicus aculeata Lacedaemonios oratione perstringens, improbarum eos mulierum cauponam exercentium similes esse dicebat. quae hospitibus ad se divertentibus vinum initio & gustatu suave, & usu salubre praebent, callide id astuteque facientes, ut argentum ab eis eliciant. postea vero aliud infundunt vile, & corruptum & acidum, eoque ipsos uti cogunt. Sic enim & Lacedaemonios initio ejus belli quod adversus Athenienses gesserunt, callide fecisse, ut ceteros Graecos, tanquam suavissimo poculo oblato, allicerent; cum quasi tabellis publice propositis profiterentur, ac promulgarent, cupere se Graeciam a dominatu Athenienſium vindicare. post autem eis amarissima & insuavissima pocula miscuisse, refertae undique molestiis vitae, & negotiorum acerbissimos dolores inurentium: cum praeficerent civitatibus Xviros, & praesides importunissimos, qui eas tyrannico imperio premerent, agerentque ea quae asperrima perpessu, planeque intolerabilia essent. Sed enim quod Theopompus de Lacedaemoniis dicebat, id meo quidem judicio de hominum fortuna convenientius dici potest. quae quidem multis initio obviam se se ferens, miris eos ad se blanditiis allicit, tum inani praesentium successuum laetitia complens, tum spe ita semper in posterum fore. ubi autem inhiantes sibi homines sua levitate in altum sustulit, saepe eis praeter opinionem maximas exhibet difficultates. nonnumquam etiam illos, qui futura non prospicientes, magnos spiritus

s, ipsius inflati favore, conceperant, deserit: non ali-
r, quam dolosus quispiam, & perfidus itineris comes,
ui quibus maxime in locis societate, & viribus, & mu-
n defensione opus est, ibi potissimum fugiens confisum
bi comitem derelinquit. Ita fere Theodorus: cujus li-
er cum adhuc divulgatus non sit, judicavi, si haec ex
o pauca describerem, non malam me a studiosis gratiam
nirum. Sed Plutarchus in Lysandro hoc ipsum narrans,
Theopompum hunc comicum vocat.

CAPUT XVIII.

Ciceronis e Lucullo correctus & declaratus locus.

EXPERIRI libet, ecquid opera mea corrigi possit lo-
cus quidam e Ciceronis Lucullo, quem cum depravatum
esse constaret, exstiterunt etiam alii, qui emendare vel-
lent: sed eos, quod petebant, assecutos non puto. ha-
betur autem ibi sermo de iis qui ab ineunte adolescentia
ita se alicui disciplinae philosophorum addixerant, ut ejus
omnia placita ac decreta sequerentur: & ut Ulysses Ho-
mericus ait, solum Tiresiam apud inferos sapere, ceteros σκιὰς πίσσεσθαι, ita ipsi qui ex eadem essent haeresi, iis
veritatem patere solis, ceteros omnes vagari temere, &
huc illuc a vero avsos ferri judicarent. negat autem id
eos statuere potuisse: non enim aliorum cognovisse ratio-
nes: ut, omnibus diligenter examinatis ac perpensis, con-
stituerent, qua tandem una cunctae aliae praeponderа-
rentur. Scitum autem est illud, sive Ἀπίθανον est, sive,
ut creditur, ψυδόπιθανον: Μηδὲ δυὸν δυάσιν, πρὸν ἀμφοῖν
ἦν ἀκοῦσαι. id igitur non fecisse ipsos; sed infirmissimo
tempore aetatis, aut obsecutos amico cuidam, aut una
alicujus, quem primum audiissent, oratione captos, de
rebus incognitis judicasse, & ad quamcumque disciplinam
quasi tempestate delati essent, ad eam, tanquam ad saxum,
adhaesisse. Porro eandem stultitiam eleganter exagitavit
Lucianus in dialogo qui Περὶ πίστεως inscribitur. & multo
gravius Origenes lib. primo κατὰ Κέλσου. Sed Cicero (ejus
enim caussa haec susceptа & instituta oratio est) ita hoc
de re loquitur: *Nam quod dicunt, omnia se credere ei*
eum judicent fuisse sapientem: probarem, si id ipsum re-
ti & indocti judicare potuissent. statuere enim, qui sit

ſapiens; vel maxime videtur eſſe ſapientis. ſed ut po
runt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquor
ſententiis, judicaverunt: aut re ſemel audita, ad unius
auctoritatem contulerunt. Ex his poſtremis verbis c
appareret, aut nullam ſententiam effici, aut eam, q
quodam modo cum ipſius Ciceronis mente pugnaret: vi
eſt homini eruditiſſimo, & alioqui in ſanandis ejusm
vulneribus felicisſimo, ita legi debere: *Sed ut potueru*
omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſent
iis, judicare: ita, re ſemel audita, ad unius ſe auct
tatem contulerunt. quam ego correctionem eo prob
deterreor; quod Cicero, ſi ita legamus, fateri videbit
eos tanta de re judicare potuiſſe, ſi omnium ſenten
audiiſſent. at rudes & indocti erant. non igitur potera
ne auditis quidem & cognitis omnium ſententiis, judi
idonei eſſe. Quocirca alio modo (*) corrigendum arbitr
nempe ita, ut pro *potuerunt*, legamus *potuerint*; pro
aut, ſubſtituamus, non *ita*, ſed *an*: totam autem co
prehenſionem interrogando efferamus, ad hunc modu
Sed, ut potuerint: omnibus rebus auditis, cognitis et
reliquorum ſententiis judicarunt, an, re ſemel audita,
unius ſe auctoritatem contulerunt? Ita enim duobus r
dis eorum judicium reprehendetur. quod neque judic
potuerunt, cum rudes & indocti eſſent; &, ut eos
tuiſſe demus (ea enim vis ineſt in his verbis, *ut pot*
rint) non tamen cognoverunt omnium ſententias:
indicta cauſſa condemnatis aliis, unius auctoritatem ſ
ſecuti. de rebus autem neque auditis neque cognitis re
judicare nemo quamlibet ſapiens poſſit.

CAPUT XIX.

Ciceronis locus ex Iſocrate, ut videtur, imitatus.

ISOCRATES cum Evagorae laudationem ad Nicoc
ejus filium mitteret, principio uſus eſt pereleganti,
deque ad ornandum, ac commendandum munus ſuum
commodato. putare enim ſe dixit, ſi quis eorum q
hic fiunt, ſenſus ad mortuos perveniret, nihil poſſe
Evagorae accidere optatius, quam ut res ab ipſo praec

(*) Aliter emendat Lambinus l. c. p. 401.

Digitized by Google

fortiter gestae eloquentis alicujus hominis voce, ut earum dignitas posceret, celebrarentur. non erat autem dubium, quin plurimi facturus esset filius id, quod ipsi animi, de quo omnibus modis ornando cogitabat, probatum iri existimaret. perbono igitur, perque apposito argumento usus est rhetor ille, cum, cujus laudes oratione complexurus erat, ejus ipsius ea de re, quatenus liceret, judicium ac sententiam protulit. Vidit id, qui Isocratis libros diu in deliciis habuerat, multasque de floribus illis corollas sibi texuerat, Tullius. itaque cum in senatu ageretur de Ser. Sulpicii statua; quam pedestrem fuisse oportere censeret: eandem illam Isocrateam rationem adhibuit: ut non immerito credi possit, eum Isocratem hoc ipsi tum in mentem fuisse. Utriusque verba ponam, ut conferre liceat. Isocrates: ἡγοῦμαι δὲ χρῆσθαι, κ. τ. λ. Cicero: *Tibi autem recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones, gratior illa videtur, si quis est sensus in morte, ornata statua futura, & ea pedestris magis, quam inaurata equestris.* Subjicit deinde uterque orationes, quibus verisimile efficiat, eum illorum fuisse sensum, de quibus honestandis agebatur.

CAPUT XX.

De quodam loco secundo De finibus, neque Manutii, neque Victorii sententiam veram videri.

CICERO lib. secundo De finibus adversus Epicuri sententiam disputans; qui in constituendis, conservandisque amicitiis suam quemque utilitatem sequi debere affirmaverat: cum aliis argumentis uticur ad eam opinionem labefactandam, tum hoc quoque: quod ista ratione suas quisque affectiones potius facere deberet, quam amicos: cum ex illis uberes cuique plerumque fructus, ex his damna molestiae non parum saepe capiantur. His autem verbis Torquatum, quem ab Epicuro dicentem fecerat, alloquitur: *Num igitur utiliorem tibicinem Tiarium putas fore posse, quam si tuo sint Puteolis gramina?* quae verba

jam pridem diligenter ponderans Paulus Manutius judi
verat, aliquid vitii subesse in voce, *gramina:* ostend
ratque se suspicari, pro *gramina* legendum *praedia.* M
tis annis post, P. Victorius lib VI. Variarum lectionu
vulgatam scripturam defendere conatus est, planec
pronunciavit, eam mendo carere Duobus autem ar
mentis id probat. primum, quod *gramen* non tant
valeat certam herbam, quam ἄγρωστιν Graeci vocant,
alias etiam ostendat, ex quibus foenum cogitur. dein
quod Cicero lib. secundo De Natura deorum de eadem
disputans, ita scripserit: *Prata & arva, & pecudum g*
ges diliguntur isto modo, quod fructus ex his capiunt
Mihi difficile & arduum videtur, a duobus ejusmodi
minibus dissentire: quorum utrumque, ut debeo, pl
mi facio, alterum etiam incredibiliter diligo. sed tam
quia, quod de se fortissimus ille Trojanorum apud E
pidem dicit, —— φιλῶ λίην τ' ἀλαπαδνὸς ἐόντ', κ' ἐ δο
πόνον ἀνήρ, non possum reticere, quid mihi videa
Primum igitur, cur Victorii sententiam non probe
post cum Manutio agemus. Quid igitur ait homo er
tissimus Victorius? *Gramen* proprie quidem esse eam h
bam, quam Graeci ἄγρωστιν vocent: interdum tamen
nomen patere latius, ita ut complectatur eas omnes h
bas e quibus cogitur foenum. quod quidem ita esse,
mo nescit, eorum dumtaxat, qui Latinarum literar
penitus rudes non sint. foenum esse oporteret, si q
qui tractaret literas, ad hanc rem doctore egeret.
illud quoque intelligendum est, quod Victorius, caus
ut opinor, ferviens, omisit dicere, hoc posteriore mo
graminis nomine solos uti poëtas: idque eadem licen
qua *notum* pro quolibet vento, pro qualibet arbore
num interdum, aut *abietem* dicunt. quam licentiam n
quam sibi sumpsissent, qui soluta oratione scribeb
& minime omnium, nisi fallor, Cicero. nam quo
ejus scriptis nusquam hoc nomen legitur, nisi hic, d
& controverso loco, id etsi tantum valere non de
ut haec vox propterea expungatur: (multa enim
apud Ciceronem singularia, & magna pars librorum
us intercidit) non immerito tamen, cum praesertim
concurrant, scripturam reddiderit suspectiorem. Vic
us certe, quem ego libenter auctorem ac ducem sequ
hoc argumento utitur, ut e quodam loco ex epistoli

Digitized by Google

at vocem, *fugacia*. Non poſtulo tamen, ut hoc mihi numerum procedat. nam ipſe quoque quandam hoc loo vocem reponere cogito, quam nusquam praeterea apud Ciceronem reperiri arbitror. id me magis movet, quod graminis nomen pro illo toto genere herbarum pratenſium, quibus exiccatis & aridis ad paſtionem animalium utimur, apud ſolos poëtas lego. Deinde, ut ſatis hoc e Ciceronis conſuetudine dici poſſe demus: inſulſa tamen & illepida erit oratio. hoc enim denique dicet Cicero: *Num igitur utiliorem tibi hunc Triarium eſſe poſſe putas, quam ſi tuae ſint Puteolis herbae?* At dices: prata hoc quaerendi genere intelligit. Et poteſt cuiquam perſuaderi, Ciceronem tam contorte locutum, ut, cum vellet prata dicere, noluerit ea ſuo nomine appellare, ſed gramina maluerit: ut qui audirent, legerentve, pro graminibus herbas, pro herbis prata acciperе neceſſe haberent? Nam locum quem e primo De Natura deorum adduxit Victorius, quid valeret ad illam ſcripturam confirmandam credidi, neſcio; ego, qui eam impugno, eum ipſum locum facile facere a me puto. Etenim ſi ita dixiſſet Cicero; gramina, & arva, & pecudum greges diliguntur iſto modo; tacerem, quieſcerem, verbum amplius non addderem: nullo modo de ſcripturae illius integritate dubitarem. nunc quid ait? *Prata, & arva, & pecudum greges* & cetera. nempe igitur, ut hic prata ſuo nomine expreſſit, ita illic quoque, ſi prata dicere voluiſſet, prata dixiſſet, non gramina. recte igitur judicavit Lanutius, locum hunc vitio non carere. illud minus recte: quod ſine auctoritate vetuſti codicis, *praedia*, pro, *gramina*, ſubſtituendum putavit. Ego in quibusdam ſatis antiquis libris ita ſcriptum reperio: *Num igitur utilior tibi hunc Triarium putas eſſe poſſe, quam ſint tua Puteolis granaria?* atque haec poſtrema vox ita etiam in quibusdam olim excuſis legitur. quae ſcriptura cum abſurdi nihil habeat, cur ei quae vulgo recepta eſt, antehabenda non ſit, non video. nihil enim prohibet, Torquatum hunc granaria quaepiam Puteolis, e quibus maximos fructus perciperet, habuiſſe.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Qui fuerunt Aristotelis libri De philosophia, quodque illorum argumentum. Illustratus locus e primo libro Ciceronis De natura deorum.

VELLEIUS, qui apud Ciceronem De Natura deorum Epicuri partes tuetur, principio disputationis suae, veterum philosophorum super ea re sententias enumeran percenset: credo, ut cum alias omnes aut refellisset, aut illusisset, constitueret eam, quam sequebatur. Ibi Aristotele ita loquens inducitur: *Aristoteles in tertio philosophia libro multa turbat, a magistro Platone uno dissentiens*. & quae sequuntur. quem locum declarat Petrus Marsus, homo, ut illis temporibus, non contemnendus, multa enim jam tum notavit, de quibus, ta quam novis, & a se primum animadversis, multi hodie sibi placent: is igitur libros Aristotelis De caelo tertium De philosophia librum vocari putat: & ut stultam opinionem suam, quoquo modo poterat, confirmaret, errorem ut fit, errore cumulat, librorum ejus philosophi ridiculum quendam ordinem commentus. primum enim De philosophia librum ait esse libros τὰ μετὰ τὰ φυσικά. secundum, libros φυσικῆς ἀκροάσεως: tertium, libros de caelo quam ineptiam pluribus verbis exagitare nihil opus est. id modo admonere non ab re fuerit, scripsisse Aristotelem libros tres, quibus nomen fecerit, περὶ ἀγαθοῦ, ἢ περὶ φιλοσοφίας, quibus complexus erat ea quae in sermonibus a Platone acceperat, itemque nonnulla Pythagorae dogmata. Numerum librorum a Laërtio accepimus: qui indice scriptorum Aristotelis ponit, περὶ φιλοσοφίας α β. Ipsemet autem eorum meminit lib. primo De anima, verbis: Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις δογμάτοις quae verba ita exponit Simplicius: περὶ φιλοσοφίας τοῦτο λέγει τὸ περὶ ἀγαθοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συλλογισμῶν ἐν οἷς ἱστορεῖ τὰς τῶν Πυθαγορείων, καὶ Πλατωνικὰς περὶ ἀγαθοῦ δόξας ex his autem facile cognosci potest error illorum qui ap Ciceronem legebant, *A magistro Platone uno dissentie*

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Ciceronis e tertio De natura deorum locus ex Aristotele expressus.

SEMPER existimavi ea quae libro tertio De natura deorum Cicero Cottam dicentem facit, ut ostendat in diis virtutem inesse non posse, deprompta esse ex Aristotele. Sed ut de hoc meo judicio ceterorum judicium faciam, hoc loco utriusque verba proponam. Ita ergo loquitur Cotta: *Quid enim? prudentiamne Deo tribuemus? quae constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu bonorum & malorum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus utimur ad eam rem, ut apertis obscura asequamur. at obscurum Deo nihil potest esse. Nam justitia, quae suum cuique distribuit, quid pertinet ad Deos? hominum enim societas & communitas, ut vos dicitis, justitiam procreavit, temperantia autem constat praetermittendis voluptatibus corporis: cui si locus in caelo est, est etiam voluptatibus. nam fortis Deus intelligi qui potest? in dolore, an in labore, an in periculo? quorum Deum nihil attingit.* Apud Aristotelem autem libro x. De moribus ad Nicomachum haec leguntur: Πρῶτον δὲ πῶς ἀπονέμομεν ἀρετὰς αὐτοῖς; πότερον τὰς δικαίας; ἢ μᾶλλον φανῆναι, συναλλάττοντες, τὰς σωφρονικὰς ἀποδίδοντες, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα; ἀλλὰ τὰς μὲν δικαίας; ἐπιτίμια γὰρ φαῦλον, ἢ κινδυνώδεσιν, ὅτι κακόν; ἢ τὰς ἐλάττους; ἀτιμον δὲ. ἢ τὰς αὐτοῖς ἴσας νόμισμα, ἢ τὰς πάσας; ἃ δὲ ἀσώματος, τί ἂν εἶεν; ἢ φρονήσεις ὁ ἔπαινος; ὅτι δὲ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας. διεξιὼν δὲ πάντα, φαίνοιτ' ἂν γελοῖος μικρὸν τὰ ἀνάξια θεῶν. quanquam autem inter utriusque orationem non ita magna est dissimilitudo, longe tamen aliud Cottae, aliud philosophi consilium fuit. ille enim scelerate & impie efficere voluit, nullam illius generis in diis inesse virtutem. hic eum docere vellet, τὰς θεομιμητικὰς τῶν ἀρετῶν praestare ταῖς πραγματικαῖς, ostendit, has humiliores esse & abjectiores, quam ut in divinam naturam convenirent. Praeclare autem Platonici, omnes omnino virtutes in Deo inesse dicebant, sed longe alio modo, quam in hominibus: nempe ὑπερδεδυνημένως καὶ ὡς αἰτίους. nobis quidem nihil esse certius atque

exploratius debet, quam Deum esse principium ac finem omnium virtutum, bonorumque adeo omnium: ipsum solum vere ac per se bonum: cetera eo tantum bona, quod ab ipso proficiscuntur, ad eundemque referuntur.

CAPUT XXIII.

Locus e Miloniana cum duobus Demosthenis uno, altero Lysiae comparatus.

CALLIDE & ingenioſe locutus eſt Cicero in Miloniana, cum illuc venisset, ut fatendum esset, Clodium a servis Milonis occisum fuisse. nam qui prospiceret, rem ipsam per se odiosam esse (nemo enim fere est, qui ad caedis mentionem non exhorrescat, & aversetur eum, a quo illa perpetrata dicitur) noluit eam suo ac proprio nomine appellare; sed eam orationi suae sententiam intexuit, quae ad avertendum odium, & ad facinus ipsum excusandum cogitari potuit aptissima. *Fecerunt*, inquit, *servi Milonis, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset*. neque enim non satis ex eo intelligitur occisum Clodium: sed asperitas rei tollitur, mitigatur quidem certe, cum cogitat quisque, se quoque idem facturum fuisse, si in tale discrimen incidisset. Omnes enim facile ignoscunt, cum quis quid fecit, quod ipsi quoque fecissent. Usus est autem in re quidem & dissimili & dispari, sed tamen usus est eadem sententia Demosthenes in oratione adversus Midiam. Se enim dicit, contumeliis affectum a Midia, id fecisse, quod eorum qui judicabant quisque sibi faciendum esse duxisset. Ἐγὼ δ' ἔφην ἂν ὑμᾶς ὅτῳ ὑβριζόμενος ἐπεβάλετο πρᾶξαι, τοῦτο κἀμὲ ποιῆσαι. Idem artificium adhibuit subtilissimus oratorum Lysias in oratione quam scripsit ei qui Eratosthenem quendam in uxore sua deprehensum occiderat. non enim aperte ac simpliciter dicit, eum a se interfectum, sed consecutum ea quae legibus constituta essent in eos qui talia facinora facerent. ὥστε, inquit, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνον τοῦτον ἔσχον, ὅσπερ ἂν νόμοι κελεύουσι τοὺς τοιούτους πεφυλάχασι.

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

Illustrati Virgiliani versus e quarto Aeneidos.

FUROREM illum quo correpta est Dido, cum cognosset, captum jam esse Aeneae abeundi consilium, ut magis exprimeret optimus poëtarum, comparavit eam cum duobus, qui saepe in tragoediis furentes inducebantur, Pentheo & Oreste. noti autem sunt illius versus:

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.
Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

ac Servius eorum exemplorum utrumque a Pacuvio sumptum esse dicit, qui furentem induxerit Pentheum, idemque fecerit Orestem sedentem in Apollinis templo, neque audentem egredi: quod comitata furiis matris umbra limen templi obsideret. neque sane infitias iverim, potuisse Virgilium hoc a Pacuvio sumere. mihi tamen nescio quo modo verisimilius fit, hausisse eum ex ipsis fontibus, atque ex Aeschylo potius, & Euripide, quam e Pacuvio, ornamenta operi suo quaesiisse. apud Euripidem quidem in Bacchis ita loquitur Pentheus:

Καὶ μοὶ δοκῶ μοι δύο μὲν ἡλίους ὁρᾶν,
Δισσὰς δ' Θήβας.
Videre videor jam duos soles mihi,
Duplicesque Thebas.

apud Aeschylum autem in Eumenidibus ea spectantur, quae Latinus poëta de Oreste perstringit. aut igitur a Graecis illa repetiit, aut a Pacuvio, qui eas, quas nominavi, fabulas verterat.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD HIPPOLYTUM ESTENSEM,

S. R. E. CARDINALEM

ILLUSTRISSIMUM,

VARIARUM LECTIONUM

LIBER OCTAVUS.

CAPUT I.

Poëtarum & apum comparatio. Illustratus Horatii versus, Nocte meo Lamiae coronam.

LIBENTER ac saepe faciunt poëtae, ut quidem apibus, studium autem suum me lificio cuidam comparent. neque, si qu diligenter inspiciat, parum multa utrisq inter se similia reperientur. Apes in str endis operibus suis naturam tantum mag stram sequuntur: artem non adhibent. sic & poëtae n tura tantum valent: arte si qui se poëtarum nomen tue posse confidunt, eos gravissimus auctor Plato pronuncia nihil unquam egregium ac memorabile effecturos. Itaq Pindarus eo se gloriatur adversariis suis, Bacchylide nin rum & Simonide, esse superiorem: quod ipse natura po ta sit, illi autem didicerint a magistris: in quo tantu esse vult, ut eo potissimum nomine se aquilae, ill corvorum similes esse dicat.

σοφὸς, inquit, ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δ', λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς, ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

Digitized by Google

Apes, nisi irritentur, innocuae sunt: irritatae figunt aculeis eos a quibus lacsae sunt, & acerbissimos eis dolores infligunt. idem poëtis ingenium. nulla, ubi non laeduntur, innocentior hominum natio: lacesiti, ita se ulciscuntur, ut interdum eos quibus offensi erant, ad mortem adegisse narrentur. nam praeter id quod de Archilocho accepimus; novi ego, qui hac aetate tantum versibus suis inimico dolorem inusserit, ut ex eo ille sit mortuus. neque non hoc de se ipsis poëtae praedicant, quorum sunt illa:

Cave, cave: namque in malos asperrimus,
Parata tollo cornua.

&,

Ne quisquam noceat cupido mihi pacis. at ille,
Qui me commovit: (melius non tangere, clamo)
Flebit, & insignis tota cantabitur urbe.

Quocirca Plato in Minoë praecipit iis qui bonae famae studiosi sunt, ut diligenter caveant, ne cum poëtis inimicitias suscipiant. Apes e variis floribus succum exprimentes, opus dulcissimum conficiunt. Poëtae quoque vagantes per hortos illos Gratiarum & Veneris, de quibus est apud Pindarum, & ex iis bellissimum quodque carpentes, ea concinnant carmina, quibus ne mel quidem ipsum mellitius videri potest. Inde igitur illa sunt:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetua semper dignissima vita.

&,

——— ego apis Matinae
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uvidique
Tiburis ripas, operosa parvus
Carmina fingo.

Merito igitur Eustathius ait, apem ζῶον εἶναι συγγενὲς τῇ ποιήσει, διά τε τὸ μέλιτος τὸ ἐπὶ τῇ ἡδονῇ, καὶ διὰ τὸν ὃ ἔχειν γλυ-

γλυκύτητα, καὶ τὸ ἔαρ ἡδύσμενον. ἐν πάντων μανίᾳ καὶ πλήσης, πόνῳ τε ἀσχόλων, ἀλλ' ἐξ ἅπ πλοῦν πάντ χαρᾶς, ἴχνια καὶ γλυκύπλοκα πάντ ἐλίχθω, ἐναγλαΐζομένη ἐν τῇ τῇ μέσῳ ἀσωμένα
Est etiam, cum poëtae jucundissima quadam allegori utentes, poëmata sua coronas vocant, quibus ajunt, or nari ac redimiri a se caput illius quem laudant: ut in Py thiis: σὺν ἀμφιπόλοις πέμπε πάντα. & alibi saepe. quod imitatus Horatius dixit:

——— *e quae fontibus integris*
Gaudes, apricos nectere flores,
Nectere meo Lamiae coronam
Pimplea dulcis.

Deliciae autem meae, Euripides, Hippolytum quoque hy mno, quo Dianam celebraverat, ita ut de corona qua piam loquentem facit:

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
λειμῶνος ἁ παρθένος κομίσασα φέρω,
ἵνθ' οὔτε ποιμὴν ἐξέβη φέρβων βοτὰ,
οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος. ἀλλ' ἀκήρατον
μέλισσα λειμῶν' ἐαρινὸν διέρχεται.
αἰδὼς δ' ποταμίαισιν ἁρδεῖ φύσεις.
ὅσαις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἁ τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν εὔλυκται εἰς τὰ πάντ' ἀεὶ,
τούτοις θέμιστ', ἐς ταῦτα δ' ἁ θέμις.
ἀλλ' ἁ φίλη δέσποινα χρυσέας κόμας
ἀνάθημα δέξαι, χειρὸς ἁσεβοῦς ἄπο.

atque equidem hos versus, si potero, vel potius, utcun que potero, Latine exprimam: ut etiam ii qui Graec nesciunt, singularem eorum suavitatem quoquo modo odorentur. ab iis autem qui Graeca per se satis intelli gunt, valde peto, ut haec mea aut ne legant, aut con niventibus oculis legant:

Tibi hanc corollam diva nexilem fero,
Aptam e virentis pratuli intonsa coma:
Quo neque protervum pastor umquam inigit pecus,
Neque falcis umquam venit acies improbae.
Apis una flores vere libat integros,

Pur

Digitized by Google

Puris honestus quos rigat lymphis Pudor.
Illis, magistri quos sine opera, perpetem
Natura docuit ipsa temperantiam,
Fas carpere illinc: improbis autem nefas.
At tu aureae regina vinculum comae
Amica suscipe. pia quod porgit manus.

& quoniam semel audere coepi, subjungam etiam versus aliquot ex Edyllio, quod abhinc annos novem ad FRANCISCUM TURNONIUM, Cardinalem omnibus maximis honoribus dignissimum, scripsi. In eo igitur ita erat, in extremo:

Ipse ego tum e terra pennis sublatus Amoris,
Per Charitum, Venerisque hortos, pictosque perennt
Flore ferar campos, & vulgo incognita prata.
Unde metens violasque, & purpureos hyacinthos,
Intactasque rosas, immortalesque amaranthos,
Non prius audito texam tibi more corollam,
Quae, damnosi expers senii, tua tempora circum
Ardeat, aeternoque nitens scintillet honore:
Donec ad aequoreis ignotos fluctibus ignes
Clara Ariadneae rutilabunt signa coronae.

CAPUT II.

De quodam loco e libro secundo Rhetoricorum Aristotelis, adversus Petri Victorii sententiam.

AEQUIORE animo se puniri ferunt, quicunque se, qui puniantur, dignos putant. Quocirca Aristoteles libro secundo De Arte rhetorica, inter ea quae ad mitigandum animum pertinent, ponit id quoque, ut iis qui sibi factam injuriam censent, ostendamus, ipsos priores in injuria inferenda fuisse, & merito ipsis contingere ea de quibus queruntur. ira enim ex opinione injuriae (*) nascitur. quare si desinent putare, injuriam sibi fieri, irasci desinent. Sed in ejus rei tractatione quaedam verba sunt, quorum sententiam Victorium assecutum esse non existimo. Sunt autem haec: Διὰ τοῦ λόγου δεῖ ἀποπαλίζειν· ἀγανακτοῦσι δ' ὅταν πολαζόμενοι ᾖ οἱ ἄλλοι. quae ita exponuntur

(*) Vide Lambini epistolam l. c. p. 401.

tur a Victorio: *Ne facile irascamur, & ex tenui quaq*
ac saepe injusta caussa accendamur animo, qua ex re magn
saepe mala exoriuntur, praecipit, quo modo nos gener
debeamus. Ne temere igitur, inquit, in dlios irruamus
non est cunctandum ratione animum praeparare, & qua
ante motum illum castigare: haec enim caussa est, cur ser
vi male nobis ati aequo animo ferunt, nec valde indignan
tur: antea enim iniquam suam conditionem cogitantes, t
lenandis miseriis se praepararunt: Id autem apud Plau
tum in milite ferum dicere. Peraplectemus tradit. Nam
homini servo suos domitos habere oportet oculos, & nu
nus, orationemque. Haec Victorius; quae an vera sint
nescio. mihi quidem non videntur. Credo autem, ho
Aristotelem dicere: Cum reapse punire aliquem volumus
prius eum oratione esse castigandum, atque efficiendum
ut ipse plane intelligat, qualique oculis cernat, se con
meritum poenam. Nam & servi minus indigne ferunt sup
plicia, quae de ipsis sumuntur, si hoc modo cum e
agamus.

CAPUT III.

Collatio loci cujusdam e Phaedro Platonis cum ejusdem loci interpretatione Ciceroniana.

NOBILEM illum Platonis e Phaedro locum, ubi an
morum immortalitas necessaria ratione probari creditur
Cicero, ut notum est, & in libris De Rep. & in prim
Tusculanarum disputationum interpretatus est, mihi au
tem hoc loco decretum est, cum Platonis verbis, Cice
ronis interpretationem, quam diligentissime potero, con
tendere, puto enim, cum apud utrumque nonnulla hau
satis emendate legantur, ex hac collatione aliquid emersu
rum. Plato: Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀειδίνητον, ἀθάνατον
Cicero, omissa propositione: *Nam quod semper movetur*
aeternum est. In quo illud observatione dignum puto
quod ἀθάνατον vertit *aeternum*. quamvis enim Plato ani
mos non immortales modo faciebat, verum etiam aeter
nos; neque quicquam apud philosophos immortale sit
quod non sit etiam aeternum: tamen haec vocabula vulg
distingui solent, cum Cicero plane pro eodem accipia
Plato: τὸ δ' ἄλλο κινοῦν, τῷ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἴσ
κινήσεως, παῦλαν οὐκ ἔχει ζωῆς. Cicero: *Quod autem motum a*
se

Digitized by Google

ferri alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat necesse est. Praeclare omnino reddita haec pars videtur. cum autem illa ejusdem verbi repetitio, quae in Graeca oratione nihil habet insuavitatis, in Latino sermone parum elegans, neque satis dilucida fore videretur, varietate vitavit hoc incommodi: *motum afferre*, dicens, pro *movere*: & *agitari*, pro *moveri*. sed & illud ἔχον, in quo colligendi vis inest, ita expressum est, ut nihil melius optari queat. Plato: μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολείπον ἑαυτό, ἄποστον κίνησιν παύσεται. ἀλλὰ καὶ τἆλλα ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴν καὶ ἀρχὴν κινήσεως. Cicero: *Solum igitur quod se movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. quin etiam ceteris quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi.* In quibus illa praecipue annotanda duco: ἅτε, commode verti, *quia*: & κινήσεως, *movendi*. Plato: ἀρχὴ δ' ἀγένητον. Cicero: *Principii autem nulla est origo.* eleganter. neque enim poterat una voce dicere ἀγένητον: cum *ingenitum* sit ἄμορφον. Plato: ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι· αὐτὸν δὲ μηδὲν ἐξ ἑνός. Cicero: *Nam ex principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest.* ἀνάγκη γίγνεσθαι, dixit simpliciter, *oriuntur*. & illud, τὸ γιγνόμενον, omisit. Plato: οὐ γὰρ ἂν ἐκ τοῦ ἀρχὴ γένοιτο, εἰ μὴ ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. Cicero: *Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde.* videtur ergo apud Platonem legisse: εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἀρχὴ γένοιτο. quod mihi, ne quid dissimulem, verius videtur. Aristoteles quoque principiorum tres proprietates esse voluit: ut ne gignerentur ex aliis: ut ne ex se invicem: & ut ex ipsis cetera gignerentur. Plato: ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, τὸ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι, ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολλυμένης, ἔτι οὔτε ἐκεῖνο ἄλλο ἐξ ἐκείνου γένοιτο, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὸ πᾶν γίγνεσθαι. Cicero: *Quodsi nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur: nec ex se aliud creabit.* (in quibusdam libris legitur, *recreabit.*) *si quidem necesse est, a principio oriri omnia.* Plato: οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχή, ἡ αὐτὸ κινοῦν. Cicero aliquanto liberius: *Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur.* Plato: τοῦτο δ' οὐκ ἀπόλλυται, οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν. Cicero: *Id autem nec nasci potest, nec mori.* legit igitur apud Platonem, οὐ γίγνεσθαι, οὐδ' ἀπόλλυται. & sane is ordo melior, & magis na-

Digitized by Google

naturae consentaneus videtur. Plato: ἢ πάντα τε οὐρανὸν πεσόντα τε γῆν συμπεσόντα φῶμεν, ἢ μή τινα αὖθις ἴσχειν φῶμεν δύναμιν κινηθέντα ὀρθήν). Cicero: *Vel concidat omne caelum, omnisque natura, & consistat necesse est: nec vim ullam nanciscatur, qua, ut a primo, impulsa moveatur.* Qua in parte id primum animadvertendum est, voculam &, quae in vulgatis Ciceronis libris non est, in veteribus legi: & necessariam videri. Deinde, cum Plato dicat, πάσαν τε γῆν: non est, ut opinor, dubitandum, quin apud Ciceronem legendum sit, non, *omnisque natura*, sed *omnisque terra.* In verbis autem Platonis delendum videtur illud secundum φῶμεν, quod neque Cicero agnoscit, & sententia repudiat. Postremo cum in quibusdam Ciceronis libris ultima pars ita legatur, *Qua primo impulsu moveatur*, testificor, veterem scripturam a me repraesentatam esse: neque dubitare me, quin ea vera sit. Ἀνάγκη autem reddidit Cicero, *ut a primo.* Plato: ἀναγκαῖον δὴ πᾶσαν ἀνάγκην ἣ ὑφ' ἑαυτῆς κινουμένην, ψυχῆς εἶδος τι ἢ λέγειν οὕτω καὶ τὸν λόγον, ὃν νῦν ἐλέγομεν). Cicero: *Cum patedt igitur, aeternum id esse, quod a se ipso moveatur* (in aliis libris, *quod se ipsum movet*) *quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget?* Cujus periodi posteriorem partem si Cicero ita legit, ut hodie legitur (neque aliter legisse puto,) nae ille mirificus in ea convertenda fuit. Hoc enim dicit Plato: si quis ita definiat animum, ut dicat animum esse id quod se ipsum movet, eam definitionem numquam auctori suo incusturam pudorem. nam εἶδος & λόγον, & paulo post φύσιν vocat id, quod Aristoteles τὸ τί ἦν εἶναι. ea vero sententia quomodo e Ciceronis verbis efficiatur, Deus aliquis viderit. Plato: πᾶν δὴ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινοῦν, ἄψυχον· ᾧ δ' ἔνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. ubi non dubito quin legendum sit αὐτῷ ἐξ αὑτοῦ. Cicero: *Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo: quod autem animal est,* (in quibusdam libris, *Quod autem est animatum*) *id motu cietur interiore & suo. nam haec est propria natura animae* (in quibusdam libris *animi*) *atque vis.* Invertisse videtur Cicero ordinem ὑστερότητος, id est, fecisse ἐξ ὑποκειμένου προηγούμενον, ἢ ἀνάπαλιν. Plato: εἰ δὲ τὸ νῦν ὄντως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ ἑαυτὸ αὐτὸ κινοῦν, ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν τε ἢ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. Cicero: *Quae si est una ex omnibus quae sese moveat; neque nata certe est, & aeterna est.*

CAPUT

CAPUT IV.

Correctus & explicatus locus Platonis ex Apologia Socratis.

QUOTIDIE magis intelligo, verum esse id quod semper existimavi: nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni interfit, e veterum monumentis tolli, ac corrigi: neque ullum hominum genus magis prodesse studiis, quam eos qui accurate & fideliter operam in illis purgandis emendandisque ponunt. unius enim litterulae erratum interdum eas etiam eruditissimis hominibus offundit tenebras, ut, tanquam in illuni nocte errantes, quovis potius perveniant, quam quo volunt. quod & saepe aliàs animadverti, & nuper cum Platonicam Socratis Apologiam evolverem. in qua cum alia peccata a Marsilio deprehendi, tum hoc, quod nunc ostendere instituì nam cetera, est cur rejecta in aliud tempus velim. ad ipsum igitur illius orationis finem ita legitur: Τοσόνδε μέν τι αὐτῶν τοὺς ἐμοὺς μου, ἐπειδὰν ἡβήσωσι, προσπίπτοιτε, ὦ ἄνδρες, καὶ τιμᾶτε λυποῦντας, ὅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, ἐὰν ὑμῖν δοκῶσιν ἐμοῦ ἐπιμελεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι οὐδὲν πρὸ τοῦ ἐπιμελεῖσθαι, ἢ ἀρετῆς. ἢ ἐὰν δοκῶσι τι εἶναι, μηδὲν ὄντες, ὀνειδίζητε αὐτοῖς ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐπιμελοῦνται ὧν δεῖ, καὶ οἰόμενοι τι εἶναι, ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι. ἢ ταῦτα ποιοῦντες, δικαίως πεισόμεθ' ἐγὼ ὑπὸ ὑμῶν, αὐτός τε, καὶ οἱ ὑμεῖς. quae verba ita Marsilius reddidit: *Tantum tamen, vos precor, o viri, ut meos quoque filios, cum adoleverint, si ipsi, similiter atque ego, vobis molesti sint, poenis similiter afficiatis; praesertim si videantur vobis vel pecuniarum, vel alterius cujusquam rei majorem quam virtutis curam habere: atque si videri velint, putentve, se alicujus esse pretii, cum nullius sint, illos objurgetis, quemadmodum ego vos: quod non illis incumbant, quibus est incumbendum: ac existiment, cum nullius pretii sint, se aliquid esse. Quodsi haec feceritis, justa a vobis passus fuero egoque & filii.* In quibus id admirabile atque absurdum videtur: quid sit cur Socrates ab Athenienſibus petat, filios suos interfici, si paternam hominum admonendorum & adjuvandorum consuetudinem, ubi adoleverint, imitentur. quid enim? peccasse fortassis sibi ipse videbatur, quod eam vivendi viam insecutus esset? minime omnium. nam se in eo & deo obtemperasse dixerat,

& meritum, ut ea causa in Prytaneo aleretur: &, si vit
daretur longior, unquam aliter facturum negarat. qua igi
tur de re ipse se merito amabat, summisque dignum ho
noribus vere gloriabatur: quid erat causae, cur ejus in
studio versari filios nollet? At, dicet fortasse aliquis: it
demum eos ab Athenienſibus ultimo supplicio affici cu
pit, si ita reprehendant alios, ut ipsimet interim nihil
sint, aliarumque rerum majorem, quam virtutis, curam
gerant. Itane quaeso? Sic quoque eos morte multari
quam admoneri, ac corrigi mavult? nam si diceret se pe
tere, primum ut liberi sui, si quid peccarent, repre
henderentur, atque increparentur diligenter: deinde, s
viderentur ita depravati, ut corrigi non possent, vit
privarentur denique: non inhonesta, neque aliena perso
nae Socratis esset oratio. sed & multa alia proferre pos
sem, quibus ejus sententiae absurditas ostenderetur: nil
satius ducerem, iis omissis, veritatem ipsam detegere
cujus splendor exigui erroris nubecula obumbratus Mar
silii aciem fugit. Ubi enim λυωῦντας vulgo legimus, le
gendum est λυωῦντες. qua tantula mutatione scripturae
quanta fiat sententiae mutatio. videamus. hoc enim di
cit Socrates: Peto a vobis, Athenienses, cum filii me
adoleverint, ut eos ulciscamini, easdem illis molestia
exhibentes, quas ego vobis exhibere consueveram:
aut pecuniae, aut ullius omnino rei, quam virtutis, stu
diosiores esse videantur. Quas enim solebat exhibere mo
lestias Athenienſibus Socrates? admonebat eos, urgebat
instabat, ne ullam rem virtute potiorem esse ducerent
neve quicquam illius studio praevertendum putarent. ean
dem igitur molestiam filiis suis exhiberi cupit. itaqu
addit: Quodsi, nihili cum sint, aliquid tamen esse s
existiment: exprobrate eis, ut ego vobis, quod non i
iis, in quibus oportet, studium collocent: quodque, nu
si pretii cum sint, aliquid se esse arbitrentur. Id enim
se fecisse ipsemet dixerat: cum eos, qui se sapientes puta
bant, longe abesse a sapientia ostenderet. Sequitur
Haec si feceritis: tum & mihi & filiis meis id quod ju
stum est, tribueritis. Mihi quidem: quoniam quod eg
beneficium in vos contuli, id vos conferetis in filios meos
Ipsis autem: quoniam afficietis illos ea poena, quae e
rantibus debita est. quaenam autem poena illa sit, e pr
mo πολιτῶν cognoscere est: ubi cum Thrasymachus qua

si

fisset de Socrate, quid tandem perpeti paratus esset, si ipse talem justitiae definitionem attulisset, quae reprehendi nullo modo posset: Quid vero, inquit, aliud, Socrates, quam quod eum perpeti par est, qui aliquid nescit? par est autem eum a sciente discere: egoque de meo quo minus ea poena sumatur, non recuso. Haec tam praeclara sententia in unius litterae perversione latuerat.

CAPUT. V.

Virgilii versus e sexto Aeneidos ex Homero imitati.

CUM studiose fecerint aliquot eruditi homines, ut indicarent locos Homeri, quos Virgilius imitatus esset: multos tamen (neque aliter in tanta copia fieri potuit) praetermiserunt. qualis est ille e sexto Aeneidos: ubi, accipiente in navim Charonte

Ingentem Aenean, gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.

ita enim Iliados ε, cum insiliret Minerva in currum Diomedis, gemuisse sub tanto pondere axis saginus dicitur:

Ἡ δ' ἐς ὄχεσφιν ἔβαινε μετὰ Τυδεΐδην δῖον
Ἐμμαπέως· μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων
Βριθοσύνης. δεινὴν γὰρ ἄνδρα τ' ἄγαλμα τε θεὸν.

CAPUT VI.

Notatum Petri Victorii μετρονυκτιον ἁμάρτημα.

PETRUS Victorius libro sexto Variarum lectionum, narrans notum illud Socratis somnium, quo, cum in custodia publica esset, praevidit, sibi post tertium diem esse moriendum, admonitus illo versu,

Ἤματί κε τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίο.

Versum, inquit, esse e primo libro Iliados notum est, pronunciaturque illic ab Agamemnone in jurgio illo: cum enim dixisset Achilles se domum reversurum, copiasque suas a

bello abducturum, compulsum injuriis ipsius, libere permisit illi, ut hoc si vellet, faceret, rex regum: utque se ostenderet nihil curare discessum illius, monstravit in sermone, eum brevi tempore domum perventurum. Haec Victorius. quae omnia, ut uno verbo dicam, falsa sunt. versum enim illum esse, non e primo, sed e nono libro Iliados, notum est: pronunciaturque illic non ab Agamemnone, neque in jurgio; sed ab Achille, qui Ulyssem alloquens, abiturum se dicit, &, si Neptunus prosperum cursum dederit, tertio die in patriam perventurum.

Εἰ δέ κεν ἐπιπλοίῃσι δόῃ κλυτὸς Ἐννοσίγαιος,
Ἡμαρ κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.

id est,

Quodsi Neptunus facilem dederit mihi cursum,
Tertia lux Phthiae laetis me sistet in aryis.

cur autem apud Platonem ex ἱκοίμην factum sit ἥκοιμι, facile est videre. Neminem igitur memoriae suae valde confidere oportet: cum Victorium quoque ipsum, tanta doctrinae copia praeditum hominem, in rebus non abstrusis neque reconditis, interdum tamen vacillare videamus.

CAPUT VII.

De facultate contrariorum. emendatus & declaratus locus e secundo Aristotelis De arte dicendi.

TRIBUS modis intelligi potest id quod in philosophorum scholis tritum ac celebratum est, contrariorum eandem esse vim ac potestatem. aut enim de vi ea quae inest in ipsis contrariis, aut de ea qua contraria apprehenduntur, aut de ea qua efficiuntur. nos, docendi causa, vim insitam, vim percipientem, & vim efficientem vocabimus. Ergo si de vi insita quis loquatur, non eadem est vis ac potestas contrariorum, immo vero, contraria exempli gratia: non eadem vis est insita frigoti ac calori; cum frigus contrahendi vim habeat, laxandi calor. non eadem albo & nigro: cum illud visionem dissipet, hoc colligat. omnino autem, cum de hoc genere potestatis proprie ac per se agitur: valet illa regula quae po-

si

ita eſt in primo dialecticorum, Contraria de contrariis dicta, probabilia eſſe. Quodſi agatur de vi percipiente: um ſimpliciter & abſolute dici poteſt, eandem eſſe vim contrariorum. etenim album & nigrum eadem facultate cognoſcimus: itemque conſonum & diſſonum; calidum & frigidum, & ſimilia. & de hac poteſtate intelligendus eſt locus ille e principio quinti Ethicorum, ubi hoc dicitur. quin etiam ob hanc ipſam cauſſam contrariorum eadem eſt ars, eademque ſcientia. πάντα γὰρ αἱ τέχναι, ἢ αἱ τοιαῦται, ἢ αἱ ἐπιστήμαι, δυνάμεις εἰσὶν, ait Ariſtoteles lib. octavo περὶ μῦ καὶ φυσικῆ. Ubi autem ſermo eſt de poteſtate efficiente, adhibenda quaedam diſtinctio eſt. nam cauſſa efficiens contrariorum & quodammodo eadem eſt, & quodammodo non eadem; nempe eadem quidem genere, ſed non eadem ſpecie. Verbi cauſſa: eadem res efficit ſanitatem & morbum: nempe temperatio quatuor humorum, e quibus corpus conſtitutum eſt. ſed illam bona temperatio, hanc mala. itidemque efficiendae virtutis, & efficiendi vitii poteſtas eadem in re ſita eſt: in conſuetudine, non tamen una eademque conſuetudo vitiorum & virtute praeditum efficiet hominem: ſed contraria. atque ita intelligendus eſt locus ille e ſecundo Rhetoricorum: ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ἡ ἐναντία. (*) in quo Victorius ſui ſe diſſimilem praebuit. legendum autem ubi eſt, ἡ ἐναντία: non, ut vulgo legitur, ἢ ἐναντία. quod ego cum a primo conjectura tantum fretus judicaſſem: reperi poſtea libros & calamo notatos, & typis deſcriptos, qui opinionem confirmarent meam. Quodſi una eademque ſpecie, aut etiam numero res poteſtatem efficiendi contraria in ſe continere dicatur: id neceſſe erit contingere aut non in eodem ὑποκειμένῳ: aut quod, ſi idem ſit, non ſit tamen affectum eodem modo: aut contraria illa non eadem ratione efficientur, aut non eodem quaſi inſtrumento. Ut idem ignis & adſtringit & reſolvit: ſed adſtringit fortaſſe corium: ceram aut glaciem laxat. Aeſtas appetentiam rerum venerearum & auget, & minuit: ſed minuit in viris: auget in feminis. Ebrietas alii garrulitatem affert, alii ſilentium. doctrinae copia alii confidentiam, alii timiditatem. Fieri etiam poteſt, ut ſit idem ὑποκείμενον: ſed non eodem modo affectum. ut vini aut vo-

(*) Vide Lambini epiſtolam l. c. p. 401.

veneris usus uni eidemque homini, sed aliter atque ali
ter affecto, modo salubris est, modo noxius. Quodi
& idem sit, & eodem modo affectum: oportebit, u
dixi, contraria illa aut non eodem modo, aut non eoder
quasi instrumento effici. Nam diuturna nivis contrectati
& frigus affert, & calorem: sed alterum quidem per se
alterum per quandam ἀντιπερίστασιν. Vinum & humectat
& exsiccat: sed alterum per se, alterum κατὰ συμβεβηκός
sic senectus adveniens & sicciores & humidiores faci
At idem medicus eundem hominem & interficere potes
& sanare: non tamen eodem plane instrumento, sed ho
remedio, illud veneno. & idem geometres potest in ec
dem auditore & scientiam, & ignorantiam efficere; se
illam demonstratione, hanc paralogismo. Haec mihi d
hisce rebus cogitanti venerant in mentem; quae cu
haud prorsus φιλόσοφα viderentur; placuit aliorum judici
committere.

CAPUT VIII.

Alius locus ex eodem libro explicatus.

INEST obscuritatis aliquid etiam in iis verbis, qua
proxime antecedunt eum, quem modo adduximus, e Rh
toricis locum. ait enim Aristoteles; Si unum contrari
rum eam naturam habeat, ut aut esse, aut fuisse possi
posse id probabiliter etiam de altero colligi. quod qu
dem verum esse non videbitur, nisi, quomodo hic, acc
piatur δυνατὸν, intelligas. idque victorium nullo modo a
tigisse miror. Δυνατὸν enim nomen interdum ita late p
tet, ut amplectatur & id quod necessario vel fit, vel es
κατὰ τὰς ἄλλας ἢ χρόνου διαφοράς: & id quod citra ulla
necessitatem. interdum autem ad hoc tantum genus, quo
posteriore loco posuimus, pertinet, κατὰ ἀνθρωπίνην τινὰ ἰδέαν
τύχης. Illo priore modo si accipias, falsum erit, quod h
ab Aristotele traditur. non enim si potest ignis esse ca
dus, sequitur, ut etiam frigidus esse possit. neque
potest moveri caelum, potest etiam quiescere. nam in
quae necessario sunt, non utrumque contrariorum est
δυνατὸν, sed alterum tantum; neque utrumlibet, sed cer
ac definite alterum. Nemo autem cavilletur hic, motu
& quietem non esse proprie contraria. constat enim, h

Digitized by Google

ut saepe alibi, Aristotelem accipere τὸ ἀναγκαῖον ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδειοτάτου ἀπλῶς λαμβάνον. posteriore igitur modo accipiendum hoc loco est τὸ τῷ δυνατῷ ἕπεσθαι. & ita verissimum erit, quod docetur. nam hoc modo πᾶν τὸ δυνατὸν εἶναι, δυνατὸν ἐστι καὶ μὴ εἶναι. Ita disputantur haec ab Aristotele ὡ ὰφ περὶ ἑρμηνείας.

CAPUT IX.

Correctus Ciceronis locus ex oratione pro C. Rabirio perduellionis reo.

MISERA *est ignominia judiciorum publicorum, misera exultatio bonorum: miserum exilium. sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. mors denique si proponitur, in libertate moriamur. carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium R. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio, exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive R. atque homine libero est.* Ciceronis haec verba sunt e luculenta illa oratione, qua consul C. Rabirium defendit perduellionis reum. In quibus cum duae voces, seu merito, seu immerito, semper mihi suspectae fuerint: non possum, quin suspectionem meam exponam. Harum vocum prior est, *obductio*. quanquam enim non sum nescius, *obducere*, interdum esse idem quod, obtegere, libentius tamen hoc loco legerem, *obnuptio*. nam quod hoc vocabulum nusquam alibi apud Ciceronem legatur; ne *obductio* quidem. & *obnuptio* melius, ni fallor, conveniret cum diro illo & horrendo carmine, quod paulo supra recitaverat; *Caput obnubito; arbori infelici suspendito.* Altera earum, quas dixi, vocum est *conditio*: pro qua mallem, *condictio*. Etenim *condicere*, vetere lingua, est denunciare; & *condictio*, denunciatio; ut & veteres Grammatici, & Jurisconsulti docent. quo sensu, mirifice hic, ut opinor, quadraret. Sed haec opinione tantum nixa sunt. quare cohibeamus assensionem, dum aliquid certius & exploratius afferatur.

Digitized by Google

CAPUT X.

Ciceronis loci duo ex Aeschine, ut videtur, imitati.

CICERO, cum in tertia oratione in Catilinam commo moraret ea signa, eaque prodigia, quibus dii immortale imminens periculum praemonstraverant, affirmavit, eo ita praesentes opem tulisse, ut paene oculis videri pos sent. & paulo post, tam multa signa se consule divini tus extitisse dicit; ut haec, inquit, quae nunc fiunt, ca nere dii immortales viderentur. Credi autem potest imi tatus esse hac in parte locum illum Aeschinis ex oration adversus Ctesiphontem; ubi ait, deos ita praedixisse a praesignificasse populo Athenienſi mala, quae ei Rheto rum quorundam culpa imminerent, ut prope humana vo ce assumpta clamarent, cavendum esse. Verba Graec oratoris haec sunt: ἀλλ' ὁ πρόλογος, ὁ σαφέστατος ἁπά ἡμῖν φυλάξασθ', μονονὶ ἀνθρώπου φωνὰς ἀφιέντος. nam quod, *videre oculis*, ibi Cicero dixit, eodem loquend genere Aeschines usus erat paulo supra; etsi non eaden de re loquens: ὥσπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ ἐξάκρατον καὶ ἀπέρατον λ μένα πεπεχισμένον. eam autem orationem converterat, u quidem creditur, Cicero. quo facilius ipsi, quae ex e imitaretur, in mentem venire potuerunt. nam pulcherri mum illum locum e secunda agraria, *Ponite ante oculo vobis Rullum in Ponto*: & illum item ex undecima Ph lippica, *Ponite igitur ante oculos P. C. miseram quide illam & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestro necessariam, nocturnum impetum in urbem Asiae clarisſ mam*, & quae sequuntur: eorum igitur locorum utrum que quin ex eadem Aeschinis oratione expresserit, no sane admodum dubito Locus autem Aeschinis, und illos imitatos esse credo, hic est: γένεσθε δέ μοι μικρὸν χρ νον, τὴν διάνοιαν, μὴ εἰς τὸ δικαστήριον, ἀλλ' εἰς τὸ θέατρον, καὶ μίσητε ὀρῶν σαφέστατα τὸν κήρυκα, &c. & paulo post: Ἀλλ' ἐπει τοῖς σώμασιν ἡ παρεμβολὴ, τοῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν φὰς συμφορὰς, καὶ νομίσατε ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τοιχ μάτων πτῶσιν, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας, καὶ παῖδας ἐλευθέρας, ἀγομένους ἀνθρώπους, ἀγομένους γυναῖκας, ὀλο μένους τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ἐγκαλοῦντας ἢ τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλὰ τοῖς τότε αἰτίοις. quo quidem ſu jectionis exemplo vix ullum posse reperiri pulchrius put

C

CAPUT XI.

E declamatione in Salluſtium loci duo, quorum alter ex Aeſchine, alter e Demoſthene expreſſus videtur.

Ex eadem Aeſchinis oratione ſumptum eſt id quod poſitum eſt ad finem illius declamationis, qua Cicero, tamquam a Salluſtio provocatus, reſpondere ei fingitur. ita enim ibi ſcriptum eſt: *Finem dicendi P. C. faciam. ſaepe enim gravius vidi offendere animos auditorum, eos qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiſerunt.* apud Aeſchinem enim ita legimus, ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισοῦντας τοὺς τὰ ἴδια πλημμέλειν αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. quod autem ſtatim ſubjungitur: *Mihi quidem ratio habenda eſt, non quid Salluſtius merito debeat audire; ſed ut ea dicam, ſi qua ego honeſte effari poſſum:* videtur imitatum ex illo Demoſthenis: ἐγὼ μὲν οὖν οὐ τὰ ἀφεστῶτα λέγων, αὐτὸς ὁ παρόντας ἁμαρτεῖν δέξω σωφρόνως λόγους. aut ex hoc, quod in eadem oratione legitur: πολλὰ γοῦν ἔστιν' εἰπεῖν ἔχων αὐτὸς ἐμαυτοῦ κατηγορῶν. ἃ γὰρ ἂν' ἀν δείξαιμι ἀφεστῶτ' αἰσχρὰ τούτῳ τῷ ἀνδρί, πάντ' οἶμαι δεῖν ὀλίγοις λέγειν. ἀλλ' ὅσα μηδὲν αἰσχρὸν ἔχειν ἐστὶν αὐτῷ ἐμοί.

CAPUT XII.

Inficetum, *non ut vulgo*, Infacetum, *ſcribi oportere: & ex eadem conjugatione cetera ad eundem modum.*

Cum jam pridem in veteribus Catulli libris ſcriptum reperiſſem,

O ſaeclum inſipiens, & inficetum:
itemque,
Pleni ruris & inficetiarum:
&,
Idem inficeto eſt inficetior rure:

praeterieram ea omnia, tanquam errata librariorum; tamque ſecutus vulgarem conſuetudinem, qua jam receptum eſt, ut per *a* litteram, non per *i*, cuncta illa vocabula & ſcribantur, & pronuncientur. nuper autem cum ea de re paullo attentius cogitaſſem, plane addu-

Digitized by Google

ctus sum in eam sententiam, ut veterem illam scribe rationem probam & incorruptam; eam autem qua vul nunc utimur, pravam & corruptam judicarem. Ut eni ab *aequo*, non *inaequus*, sed *iniquus*: & ab *amico*, n *inamicus*, sed *inimicus*: & a *sapiente*, non *insapien* sed *insipiens*: & a *facio*, non *infacio*, sed *inficio* dicitu sic a *faceto*, non *infacetum*, sed *inficetum* dicendum detur. Nam illud quoque nonnihil est, quod Angelu Politianum, eruditissimum & accuratissimum hominem ita scribere solitum constat. Hermolaus quoque Barb rus, qui, quae urbs orbis terrarum lumen est, ejus ip urbis maximum lumen fuit, ita scribenda haec censu illius enim verba haec sunt ex emendationibus Pliniani *Cum inficetus, non infacetus dicatur, auctore vel Catull scribendum est, Inficetissime.*

CAPUT XIII.

Correctus & illustratus Aristotelis locus e libro quinto Ethicorum.

ARISTOTELES libro quinto Ethicorum cum jus vile ita divisisset, ut aliud naturale esse, aliud legitimu diceret: legitimi exempla haec posuit, Mina captiv redimere: capram, non oves duas immolare: Brasi sacra facere. quorum primum & postremum unde sump sint, satis constat: medium ita non commune ac cont tum est, ut Michaël Ephesius temere id confictum, n ex ulla historia sumptum putarit. Quod cum mihi se per suspectum visum esset; memini me, octo abhinc nos, cum eum librum Lutetiae publice interpretarer, dicere, mendosam mihi ejus loci scripturam videri; tamen, ut non magno negotio corrigi posset. nec enim legendum, αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα: sed, Διὶ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα: id est, *capra, non ovib rem divinam Jovi facere.* Id acceptum esse ex Hero to, qui in Euterpe narrat, ab iis Aegyptiis qui Jo Thebani templum accolunt, suntve e Thebana prae ctura, non oves, sed capras tantum immolari: cum c tra, qui sunt e praefectura Mendesia, capris abstinea immolent oves. utriusque autem ritus fabulosas quasd origines pluribus verbis persequitur. Hoc ex me po

Digitized by Google

auditum Dionyſius Lambinus, homo ſingulari doctrina & acerrimo judicio praeditus, ita probavit, ut interpretationem Ariſtotelei loci ſuam, ad meam correctionem accommodarit.

CAPUT XIV.

Verbum ἀμφιδοῦσι, quodam loco e ſecundo Rhetoricorum Ariſtotelis non videri ita accipiendum, ut Victorius cenſuit.

TRIA omnino ſunt quae efficiunt, ut ii qui conſilium dant, digni judicentur quibus credamus, quosque duces in rebus ſuſcipiendis ac gerendis ſequamur; prudentia, probitas, & benevolentia erga nos. horum trium ſi quid abfuerit, non ſatis tutum eſt, eorum conſilio fidere. nam & qui tum bonus vir erit, tum amicus nobis, ſi idem parum prudens ac conſideratus fuerit, falſus ipſe, nos fallet. & qui callidus atque acutus eſt, ſi aut improbus ſit, aut male animatus in nos, in fraudem inducat potius, quam bono & utili conſilio adjuvet. etiam ſi qui & prudens eſt, & vir bonus, niſi benevolentia nos aliqua complectatur, non valde laborabit, quid nobis futurum ſit. itaque dabit quidem ille nobis conſilium bona fide, & ſine fallacia: ſed tamen non ita cogitate, ut ſi aliqua nobis cum ipſo eſſet conjunctio. quare poterit fallere. quodſi etiam inimicus ſit: numquam ſane nobis auctor erit, ut id faciamus, quod ipſe nobis optimum fore cognoſcet. tria illa in quo inerunt, is neque volet fallere, & vix poterit falli. Hoc Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricorum his verbis docuit: Τῷ μὲν οὖν αὐτὸς εἶναι πιστὸς τὸ λέγοντας, τρία ἐστὶ τὰ εἰπόντα. πασῶν γάρ ἐστι, δι' ἃ πιστεύομεν, ἴδιον τὸ δοκεῖν εἶναι. ἔστι δὲ ταῦτα, φρόνησις, καὶ ἀρετὴ, καὶ εὔνοια. διαμαρτάνουσι δὲ περὶ ὧν λέγουσιν, ἢ συμβουλεύουσιν, ἢ ἅπαντα ταῦτα, ἢ ἅπαν τοῦτον τ. ἢ δὲ δι' ἀφροσύνην οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἢ λανθάνουσιν ὀρθῶς, ἅπαν μοχθηρίαν δὲ τὰ δικαιώματα λέγουσιν, ἢ φρονοῦσι μὲν, καὶ ἐπιεικεῖς εἰσὶ, ἀλλ' οὐκ εὔνοι. διόπερ ἐνδέχεται μὴ τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν γνωσθέντας. καὶ πλὴν ταῦτα ἐστίν. quibus in verbis Petrus Victorius illud διαμαρτάνουσι, exponit, *labuntur, ac decipiuntur*: & probat, id verbum interdum eo ſenſu capi, prolato alio quodam Ariſtotelis loco. Ego autem, ut probes, verbum πολύσημον hoc aut illo modo ac-

accipi, non puto hoc satis esse, si doceas, etiam alibi eam vim habere. videndum illud quoque arbitror, et quam afferas, interpretatio ei loco, quem declares, conveniatne, an minus. nam si in illo versu,

Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere:

dicerem, taurum esse secundum signum Zodiaci: non eo minus errarem, si ostenderem, eam vocem id valere in illo,

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus.

Quanquam igitur παραλόγως interdum valet idem quod labi ac decipi: tamen qui in eo quem recitavi, loco ita exponat, labi ipsum ac decipi puto. nam is qui cognoscens quid sit optimum factu, nihilo minus aut malitia, aut odio ductus, aliud suadet, παραλογίζεται ex Aristotelis sententia: neque tamen labitur ac decipitur; sed fallit ac decipit. ergo praestare arbitror, ut παραλογίζεται, exponamus, *fallunt*. quodsi quis objiciat, id verbum hoc sensu non convenire in eum qui vir bonus amicusque sit, sed per imprudentiam inutile consilium det; huic ego respondeo, fallere dici nonnumquam etiam illos qui sine ulla mala, ut ait Plautus, malitia, in errorem inducunt eos quibuscum agunt. Non enim vetus illud jusjurandum ita concipi voluissent, *Si sciens fallo*: nisi etiam inscientem posse fallere judicassent.

CAPUT XV.

Quid apud Catullum, asini nomine intelligendum esse videatur.

ASINUM videtur Catullus dixisse, non animal, quod vulgo notum est, sed lapidem molarem: in epigramma te, quo exagitavit Aemilii cujusdam deformitatem, quem ait pistrino atque asino tradi oportere. Graeci certe & bestiam illam, & molam eodem nomine appellant. itaque Hesychius ὄνος ait esse superiorem in pistrino lapidem

dem: Eustathius autem, τὸ πωπάρινον ἐ μύλι. & Antronium asinum ex eo in proverbium abiisse, quod Antronii lapides habeant aptos ad conficiendas molas. & in primo ἀπορίων ita scriptum est: οἱ ἐ ἐνοικοῦντες ὄνυς ἁλίτας περὶ τὸ πωμὸν ἀφιστῶντες, καὶ πωλοῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἄγωσι, καὶ ἐνιαύσιον, καὶ ἀπογεύζοντας εἶναι, ἴζων. quorum verborum haec est Romuli Amasaei interpretatio: *Incolae asinarias molas circa flumen caedunt, excusasque Babylonem deportant, iisque venditis coëmpto frumento famem levant.* qui cur *asinarias molas* dixerit, non video, ego *lapides molares* tantum dixissem. nam illud ἁλίτας additum est in Graeco sermone ad tollendam vocis ambiguitatem, quae in Latino nulla est. Quin etiam *piscem* ὄνον ex eo vocatum esse credo; quod in cerebro lapides habeat molarum similes. quamquam alii ab asinini corii similitudine dictum autumant.

CAPUT XVI.

Male conversos videri a Cicerone tres Euripidis versus.

NON sine caussa, ait Cicero, cum Orestem doceret Euripides, primos treis versus revocasse dicitur Socrates:

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,
Neque fors, neque ira caelitum invectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

Qui, si cuique fas est, id quod sentit, dicere, videtur eorum versuum sententiam aut non satis percepisse, aut non fideliter reddidisse. quod ut judicari ab aliis possit, Graecos Euripidi subjiciam:

Οὐκ ἔστι φόβου δεινὸν, οὐδ' εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος. μὴ ξυμφορᾷ θελήσατε,
Ἣς οὐκ ἔστ' ἄγριστ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσει.

primum igitur versum, si Ciceronem sequare, ita accipias necesse est: οὐκ ἔστι φόβου ἔπος οὐδὲ δεινὸν εἰπεῖν. id est: *malum est verbum ita terribile dictu.* quod sane, ne quid dissimulem, mihi quidem non placet. ac fieri potest, ut fal-

fallar. sed dico id, quod videtur. Deinde, πάνυ quam apte reddatur *fors*, alii viderint. postremo in tertio versu nulla est patientiae ac tolerantiae significatio. potiusque hoc dicere Euripidem puto: Nihil, ut uno verbo eloquar, dirum ac terribile est: neque morbus, neque a diis invecta calamitas, cujus gravitati hominum natura succonditio exposita non sit. id quod statim confirmat inusitato, & antea inaudito supplicii genere, quo a diis affectus est Tantalus. Neque ignoro, quam sit periculosae, ut ait Flaccus, plenum opus aleae, a Cicerone dissentire: verumtamen. Mecum quidem Graecus ejus poëtae explicator, quisquis est, facit.

CAPUT XVII.

De quodam loco ex epistolis ad C. Trebatium accurate disputatum.

ANGELUS Politianus capite XXVII. Miscellaneorum illustrare conatus est hunc Ciceronis locum ex epist. ad Trebat. *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentae optimates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria.*

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patriam procul:
Multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati.

quod enim neminem ante se ne suspicatum quidem esse gloriatur, ait, hos duos esse versus ex Ennii Medea ex hi Euripideis expressos:

Κορινθίαν γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοι τι μέμψησθ'. οἶδα δ' πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ἐμμενῶντων ἄπο,
τοὺς δ' ἐς ὄχλους. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου πόδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο τῇ ἡσυχίᾳ.

Petrus quoque Victorius libro XX. Variarum lectionum ide

lem sentire se, quod tradiderat Politianus, ostendit. eque unquam quenquam audivi, qui ea de re ullo modo ubitandum putaret. Ego autem, quanquam apud me lurimum & Politiani & Victorii valet auctoritas, miri- ice tamen ab utroque dissentio. quocirca hoc loco, quid le illis versibus sentiam, aperire constitui; ut ab eruditis ominibus, merito an immerito id faciam, judicetur. In rimis igitur Latinos versus male ab eis distinctos, ad unc autem modum distinguendos censeo:

. . . . . nam multi suam
Rem bene gessere, & publicam, patria procul.
Multi, domi qui aetatem egerunt, propterea
Sunt improbati.

am quod *egerunt*, lego, ubi vulgo legitur, *agerent*: eteres in eo libros auctores habeo. & ipse quoque Victorius ita legit. at hoc quidem leve est. illud gravius, quod plane judico necesse esse, ut aut ne sint ii versus Euripidis a Latino poëta conversi: aut ut eos, sive Ennius, sive quis alius fuit, qui ita interpretatus est, non intellexerit, & in sententiam alienissimam detorserit. Nam apud Euripidem quidem cum Medea prae dolore jam non compos animi, domi clausam se contineret, excruciaretque se, & eos, quasi a furiis agitata, clamores ederet, qui etiam foris exaudirentur: Corinthiae mulieres, e quibus constat chorus, orant nutricem, ut ad eam adeat, ipsamque educat ex aedibus. sperabant enim se aspectu & alloquio suo illum dolorís ardorem aliqua ex parte mitigaturas. Paulo post igitur domo egrediens Medea ita eas affatur:

Κορινθίαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοι τ μέμψησθε.

d est: *Corinthiae mulieres, egressa sum ex aedibus, ne quid mihi succenseatis*. quasi diceret: Non equidem libenter hoc tempore in aspectum hominum prodeo. omnes enim, quos gravior aliquis urget dolor, tenebras & solitudinem quaerunt: lucem & frequentiam oderunt. verumtamen cum vestro nomine rogata essem, ut huc prodirem, prodii: ne, si prodire nollem, vos id forte sua per-

perbia quadam ac contemptu vestri a me fieri credere
At illo altero modo, ita accipienda erunt haec ver
ἐξῆλθον ἡμῶν. id est, *patriam meam reliqui.* μή μοι μέμψ
id est *nolite id mihi vitio vertere.* quod mihi quidem a
num καὶ ἀστοργίαν videtur. Sequitur: οἶδα γὰρ πολλοὺς
τῶν σεμνὰς μαζόντας, τὰς μὲν ἐμμένειν ἄπο, τὰς δ' ὃ θεᾶσ
quae ita interpretor: *novi enim multos mortalium,*
arrogantes habiti sunt, quod se videndos exhibere nolle
alios contra, quod in atriis sedentes, viderentur de se q
spectaculum quoddam praebere, in eandem opinionem
nisse. Nam quod ille Ciceronianus poëta σεμνὰς acc
eos qui rem suam & publicam bene gesserunt: ego
nomine *superbos & arrogantes* accipio. & ita acce
Euripides in illo versu ex Hippolyto: Μισῶ τὸ σεμνὸν,
τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. & in illo ex eadem fabula: οἴμοι.
σεμνὸν ὡς μ' ἀπώλεσεν τὸ σόν. & in illis pulcherrimis versi
ex Alcestide:

Οὐδεὶς ἦ θνητὸς, θνητὰ δ' ὃς φρονεῖν ἐθέλει.
ὡς τοῖς γε σεμνοῖς, καὶ σωφρονοῦσιν εἶναι
ἄπασιν ἐστὶν, ὡσεὶ ἐμοὶ χρῆν ἓν τόδε,
ὁ βίος ἀλυπὸς ἦν ἄν, ἄμουσα συμφορά.

Sequitur: οἱ δ' αὖ ἡσύχου πολὺς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ μαθυμ
id est; *alii contra, quod se quieti tradidisent, ingl*
habiti sunt, & ignavi. Hoc enim significare vult, fol
homines omnia quae ab aliis fiunt, ad deteriorem part
accipere, & undique captare maledicendi occasione
Illa autem quomodo interpretatus sit Latinus ille, si n
do interpretari voluit, nihil attinet dicere. res ipsa loq
tur. ex his, caecutiam ipse, an merito alios παραφρο
arbitrer, existimari potest.

CAPUT XVIII.

Locus Platonis e Phaedro, allata vetere quadam
Athenienſium consuetudine illustratus.

SOCRATEM Phaedrus cum adducere vellet ad id
argumentum tractandum, quo ipse scriptam Lysiae o
tionem paulo ante recitarat, ita ei blandiens apud Pla
nem inducitur: Καί σοι ἐγὼ, ὥσπερ οἱ ἰσχία ἄρχοντ

τχῦρος χρυσῆν ἀνάθημα ἱστάμενον ἐς Δελφοὺς ἀναθήσειν, ἢ ἰσχυρῆ, ἀλλὰ μὴ σύν. quaesitum est autem ex me, nam esset aurea illa statua, quam Delphis ponere os archontas ex eo intelligeretur: & qua de causa id t. Respondi, novem Athenienſium archontas, id eponymum, regem, polemarchum, & ſex thesmo-as, cum magiſtratum inirent, publice jurare ſolitos, bſervaturos esſe leges, neque pasſuros fidem ſuam is muneribusve corrumpi: ſi quis ipſorum ſecus fe-et, eum multae nomine auream ſtatuam ſuam penſu-n esſe. Ejus rei auctor eſt Julius Pollux libro Ono-ſtici ad Commodum Caeſarem octavo. Cypſelidarum em anathema, de quo non ita multo poſt ea, quae ui, verba apud Platonem mentio eſt, quodnam fue-, copioſe Pauſanias in Eliacis docet.

CAPUT XIX.

Quod diſcrimen ſit accuſationis & maledictionis, e Demoſthene & Cicerone.

TRADITUM eſt accurate & diligenter a M. Tullio in eliana defenſione, quid inter accuſationem ac maledi-onem interesſet. olim autem Demoſthenes etiam iſta linxerat: ut quamvis non plane idem ab utroque dica-; dubium tamen non habeam, quin Cicero in ea re ſtanda ſummi Graeci oratoris veſtigia ſit perſecutus. rumque igitur locum meo more deſcribam, ut compa-tur. Demoſthenes περὶ στεφάνου· Καί τοι κἀ τοῦτο, ὦ ἄνδρες ιαῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, τῆς μὲν κατηγορίας ἀδικήματ' ἔχειν, ἂν οὐ τοῖς νόμοις οἰκεῖα ῃ· τὴν δ' λοιδορίαν βλασφημίας, ἃς κἂν τὴν αὐτὴν φύσιν ἰχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβαίνει λέγειν. Cicero pro Coelio: d aliud eſt maledicere, aliud accuſare. *Accuſatio cri-n deſiderat: rem ut definiat: nomine ut notet: argu-nto probet: teſte confirmet. maledictio autem nihil ha-propoſiti praeter contumeliam: quae, ſi petulantius ja-tur*, (ita enim legendum eſt: non, ut vulgo, *jacta-.) convicium: ſi facetius, urbanitas nominatur.*

CAPUT XX.

De vi veritatis Ciceronis ſententia ex Aeſchine. Livii loci duo emendati.

EMERGERE tandem & exiſtere veritatem, neque umquam machinis ita premi, ut opprimatur, multi vesque auctores ſaepe dixerunt: Cicero inter ceteros, cum hanc graviſſimam & dignitatis plenisſimam ſen tiam ponere in Coeliana defenſione vellet, ex Aeſch eam prope interpretatus eſt. *O magna*, inquit, *vis tatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, ſ tiam, contraque fictas omnium inſidias facile ſe per ſe defendat.* Aeſchines autem ὁ τῆς κατὰ Τιμάρχου ὁ ἰσχυρὸν ἐστι, inquit, ἡ ἀλήθεια, ὅστε πάντων ἐπικρατῆν ἢ ἁ πάντων λογισμῶν. Etiam apud Livium Q. Fabius Maxi idem dicit, in illo pulcherrimo ſermone, quem ha cum L. Paullo adverſus Annibalem proficiſcente. ſe locus ita depravatus circumfertur, ut intelligi non qu ita enim legitur: *A veritate laborare nimis jus ſaepe aj extingui numquam.* Sed vocem *jus*, in veteribus l non legi, admonuerunt etiam alii. Mihi, cum eum cum accurate legerem, incidit ſuſpectio, ita corrigen eſſe: *Veritatem laborare nimis ſaepe, ajunt: exti numquam*. id igitur in libri mei margine adſcripſeram, dita ea nota, qua conjecturas meas diſtinguere ſole iis mutationibus, quas vetuſtis libris auctoribus fa Sed cum poſtea διὰ χρόνου accidiſſet mihi, ut eum ip locum inſpicerem; viſum eſt, librum quoque veter quem habeo, conſulere; ſi quid is forte meam conje ram adjuvaret. Reperi autem plus etiam, quam vo ram. etenim ne una quidem littera plus minusve habe quam ut ego divinaram. ſed ea inſpectio iter mihi aperu tollendum ex eo loco mendum alterum. nam quod ſt ſubjicit Fabius: *Gloriam qui ſpreverit, veram habe* vix verum videtur, ita ſimpliciter, & ſine ulla adjecti prolatum. quid enim? ἀφιλόπονον εἶναι, laudine datur in vitio ponitur? quam multi gloriam ſpernunt igna nulli pretii homines! Cum igitur in meo libro lega *Gloriam quam qui ſpreverit, veram habebit:* conjici gendum, *Gloriam vanam qui ſpreverit, veram hab* ſic enim & verior erit ſententia, & illa contrariorum

Digitized by Google

tione ornatior, & melius collaeretur cum eo quod paulo pra dixerat Fabius: *Resistes autem adversus famam ruresque hominum, si satis firmus steteris: si te neque collgae vana gloria, neque tua falsa infamia moverit.* quam cile vero librarius in eo labi potuerit, cum quivis facile deat, λειτολογίαν non est meum.

CAPUT XXI.

Mulieres eruditas plerumque libidinosas esse; duorum poëtarum testimoniis confirmatum. Juvenalis locus cum quodam Platonis collatus.

VAFERRIMUS poëta, quique omnia suae tempestatis ominum vitia & noverat optime, & insectabatur liberrie, Juvenalis, in ea satyra, qua mulierum improbitatem etexit, non obscure significavit, displicere sibi mulieres ruditas, & disertas.

Non habeat, inquit, *matrona, tibi quae juncta recumbit,*
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.

Euripides quoque, magnus & ipse mulierum osor, etsi ictus est a quodam eas odisse in choro, amare in thoro, jusdem sententiae fuit. putavit enim, id quod res est, atas & ingeniosas feminas promptiores & acutiores esse d struendas machinas, quibus decipiant viros. itaque pud eum ita Hippolytus loquitur:

Σοφὴν γυναῖκ' μὴ ἡδὺ ἐν γ' ἐμοῖς δόμοις
Εἴη φρονοῦσα πλείον', ἢ γυναικὶ χρὴ.
Τὰ δὲ πανοῦργα μᾶλλον ἐπλεκ' Κύπρις
Ἐν ταῖς σοφαῖσιν.

id est,

Odi eruditam. nè meae umquam fit domi,
Quae plus sciat, quam mulierem scire expedit.
Namque eruditis ipsa majorem Cypris
Astutiam indit.

sane non nimis pudicas esse ingeniosas & eruditas mures, fidem facere poterit Sappho. neque mirum. mul-

tas enim historias legunt, peccare, ut ajt Flaccus, docentes. sed in iis quae supra retuli Juvenalis verbis, constat, metaphoram esse a jaculis sumptam, quae brevia cum sint, rotando torqueri solent. eadem autem usus est Plato; cum Lacedaemoniorum loquendi consuetudinem exponeret; quos ait, initio videri solitos rudes & imperitos; sed postea torquere ac vibrare breve aliquod dictum: ut is quicum differebant, puer prae ipsis videretur. ejus verba sunt: εἰ γὰρ ἐθέλοι τις Λακεδαιμονίων τῇ φυλακτικῇ συγχρῆσθαι, τὸ μὲν πολὺ ἐν τοῖς λόγοις ἀφανῆ αὐτὸν φαῦλόν που φανούμενον. ὅπου ὅπῃ ἂν τύχῃ τὸ λεχθὲν, εὐθέλως μᾶλλον ἄξιον λόγου βραχὺ καταστραμμένον, ἄσπερ δίνους ἀκοντιστὴς, ἂν φαύλως τὸ προβαλλόμενον παιδὸς μηδὲν βελτίω.

CAPUT XXII.

Iphicratis multa dicta, quibus elatus & excelsus ipsius animus ostenditur.

RERUM bellicarum gloria non aetatis modo suae imperatores vicisse, sed superiorum etiam quemlibet adaequasse Athenienſis Iphicrates (*) dicitur. idemque eloquentiae studiis deditus fuisse, & cum saepe dixisse in publico, tum ostentationis quoque gratia domi nonnumquam declamitasse perhibetur. erat autem excelso vir & elato animo, quique de se interdum magnificentius, quam vulgi aures libenter ferre possent, praedicaret. Itaque cum orationem de statua sibi ab Athenienſibus posita adversus Harmodium quendam e veteris illius tyrannicidae posteris haberet, multa dixit de se ipso animose, & prope arroganter: ut Dionysius Halicarnasseus non alio magis argumento refellerit eos, qui orationem illam Iphicrati a Lysia scriptam esse dicebant, quam quod a Lysiae moderatione nimium longe abesset. In ea hoc dixit, quod adversarius generis sui nobilitatem extollens, illius obscuritatem, & ignobilitatem exagitaverat, *ut quisque virtute maxime praestaret, ita nobilissimum esse.* nam ne Harmodium quidem & Aristogitonem nobiles fuisse prius, quam praeclarum aliquid designassent. Item illud: *se majorem habere cognationem cum illis, quam ipsum illum quocum*

con

(*) De eo nos quoque diximus in Hist. Crit. Orat. Gr. p. 58.

Digitized by Google

contenderet: quo sua, quam illius facta propius ad eorum gloriam accederent. &, *Meorum nobilitas a me incipiet: eorum in te definet.* quae omnia imitatus est, quicumque scripsit declamationem in Sallustium. sed & ex eadem oratione haec reperi: *Si qualis ego sum, tales vobis septem imperatores fuissent, deserta jam esset & inculta Lacedaemon.* Et cum de Harmodio & Aristogitone ageret: *Quorum*, inquit, *ego si temporibus fuissem, aut assumptus fuissem eos ad societatem praeclari illius operis, aut ipse ab eis ascitus essem.* Et, *Vos fortasse Athenienses istam mihi columnam, & istas in ea inscriptas litteras, praeclarum quiddam, & gloriatione dignum a vobis contigisse arbitramini. at mihi columna caelum attingens in Peloponneso virtutis meae testis constituta est.* Haec postrema quibus verbis Graece pronunciata sint, si quis videre cupit, reperiet apud Aelium Aristidem εἰ τῷ σῷ ὑ ὑπερθέσεως.

CAPUT XXIII.

Medicum fuisse Herculem, & sanatam ab eo Alcestin, quum jam deposita esset.

SCRIBIT Plutarchus, fortissimum heroum Herculem medicinae peritum fuisse. itaque quod apud Euripidem legitur de Alcestide, quam, cum mortem pro viro suo Admeto obiisset, Hercules cum ipsa Morte luctatus, per vim ei eripuisse, & vivam ad Admetum reduxisse narratur: ita intelligendum esse: cum Alcestis ita graviter aegrotaret, ut depositа jam & desperata esset, venisse Herculem, & medendi arte, qua excellebat, ei valetudinem pristinam reddidisse. Admeto autem ea in re gratificari voluit: non enim minus amabat Admetum Hercules, quam Alcestin Admetus.

CAPUT XXIV.

De immani crudelitate regis Dejotari.

ATROCI admodum & barbaro ingenio fuisse oportet regem Dejotarum: si verum est, quod de eo idem ille quem modo nominavi, Plutarchus memoriae prodidit. &

Digitized by Google

fane is eſt auctor Plutarchus, quem nemo rejicere ut p
rum idoneum poſſit. Ait autem Dejotaro plures fuis
filios, quorum cum ipſe uni relinquere imperium, atq
omne patrimonium ſuum cuperet: quo id facilius effic
ret, ceteros omnes manibus ſuis trucidavit, vinitoru
exemplo, qui cum vitis aliqua complures emiſerit ſurc
los, unum modo ex eis relinquere, alios amputare co
ſueverunt; ut is qui relinquitur, major & robuſtior fiat.

CAPUT XXV.

De lege quadam Perſarum humanitatis plena.

MULTAE olim apud Perſas leges fuiſe traduntu
ex quibus facile intelligi poteſt, ſingularem quandam ej
gentis ſapientiam fuiſe. Atque earum in unam nuper eu
inciderim, quae neque multis, niſi me fallit animus, c
gnita eſt, & digniſſima quae cognoſcatur ab omnibus: j
dicavi non ingratum fore iis qui haec legent, ſi eam h
loco proponerem. Erat igitur apud eos ita conſtitutun
ut cum quis in judicio argueretur aliquid feciſſe cont
leges, etiam ſi liquido conſtaret, eum culpae affinem eſ
non tamen ſtatim condemnaretur; ſed prius inquireret
diligentiſſime in omnem illius vitam, ineturque rati
plurane turpiter & flagitioſe, an bene laudabiliterq
geſſiſſet. tum ſi vincebat turpium numerus, condemn
batur: ſin praeponderabantur (*, honeſtis turpia, abſolvet
tur. Cogitabant enim, humanarum virium non eſſ
rectum curſum perpetuo tenere: habendos pro bonis
ris eos, non qui numquam peccarent; ſed qui ſaepi
honeſte agerent. Hanc ipſam legem ego ab iis quoqu
quorum in manus hi libri venient, obſervari ſummope
cupio: ut ne ſtatim eos rejiciant ac condemnent, ſi qu
in eis a me peccatum deprehenderint. nam ſi, ratio
fideliter inita, major ** ὑφαλμένων, ἢ ** καταῤῥεμένων, n
merus fuerit: tum equidem, quin rejiciantur, & ſ
deant, non recuſo.

(*) Forte Muretus ſcripſit, *praeponderabant*.

M. A

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER NONUS.

CAPUT I.

De genere quodam loquendi quo in magni amoris significatione veteres utebantur.

INTER omnia loquendi genera, quibus veteres mirificam quandam vim amoris in aliquem sui exprimebant, illud mihi excellere videtur, quo significabant, cupere se, si quo modo id fieri posset, annos sibi ad vivendum constitutos conferre ac contribuere cum eo quem diligerent, ita ut quod ipsis superesset vitae, ejus pars aliqua ad illius vitam adderetur. Ita blanditur anui cuidam Tibullus:

Vive diu, inquit, *mihi dulcis anus. proprios ego tecum,*
Sit modo, fas, annos contribuisse velim.

Ita apud Plautum adolescens quidam amicae, quae cum ei diffideret,

Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?

hoc ab ego responsum fert:

Ego te? quam si intelligam deficere vita, jam ipse
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

Atque hoc in consuetudine positum fuisse, ostendit Seneca in libro De Brevitate vitae, his verbis: *Dicere solent eis quos validissime diligunt, paratos se partem annorum*

Digitized by Google

rum ſuorum dare. Et ex illa conſuetudine triumphan
bus imperatoribus occinebatur,

De noſtris annis tibi Jupiter augeat annos;

quod relatum eſt a Tertulliano. Sed & ſanctiſſimu
pariterque diſertiſſimus ſcriptor Gregorius Nazianzen
ſta locutus eſt in oratione εἰς Βασίλειον· Καὶ σοφῶνται
τ' ἰαυτῶν ζωῆς ἔτεσιν ὀκτὼ, ἅπερ φάτο πω, ἐσθμῷ ἴσ.

CAPUT II.

Illuſtratus Horatii ex Odis locus.

CUM tanta eſſet apud veteres infamia eorum, qui a
jecto clypeo fugerant, quosque contumelioſo nomine
ut notum eſt, ῥιψάσπιδας vocabant, quid in mentem v
niſſe dicemus elegantiſſimo poëtae, Horatio, eam ut r
tam ſibi ipſe verſibus ſuis inurere voluerit? Nota, epi
ſunt illa ex oda ad Pompejum Varum:

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi relicta non bene parmula:
Cum fracta virtus, & minaces
Turpe ſolum tetigere mento.

An id ſi ingenium fuit, ut non in alios modo, ſed
ſe ipſum quoque, libenter dicta diceret, vinetaque,
alibi ait, ipſemet caederet ſua? An in homine minim
militari, Mercuriali quoque potius quam Martiali, neque
arma, ſed ad amores, & ad pocula, & ad libros tracta
dos nato aperta illa & ſimplex timiditatis ſuae profes
jucunda potius quam ignominioſa eſt? Nam quod eo
quoque ipſum ad quem ſcribit, in ejusdem culpae ſoc
tatem vocat, videri poteſt fecisſe Xenaeneti Athenien
exemplo, cujus eſt nobilis illa reſponſio ad cives ſu
objurgantes eum quod fugisſet, οὐκ ὑμῶν γε, ὦ φίλοι πέφυ
Omnino tamen verisimilius esse arbitror, Horatium h
quoque in re Archilochi, ad cujus se imitationem studio
comparaverat, similem esse voluisse, si quidem & ill
ut alia turpiter a se facta, quod apud Aelianum legimu
praedicaverat, ita cum in proelio adversus Saios, Th
c

ciae populos, eadem ratione expediisset salutem suam, notum id posteris suo ipsius praeconio esse voluit: cecinitque hoc modo:

Ἀλκίδ᾽ μὲν Σάϊόν τις ἀγαλλέτω, ἢν παρὰ θῖνα
Ἐντὸς ἀμείψαντ᾽ ἠϊόνων εἶδε ἰδέλαν.
Τηλοῦ δ᾽ ἐξεπίασσε φυγὴν· αἶψ᾽ ἀκτὶς ἐκείνη
Ἐρρίφη. τῷ αὖθις πτῆσεται ὡς ἐλαφίη.

Ita enim eos versus lego; etsi aliter Alciatus. sed & ille bello ferox, ille tyrannorum exactor, Alcaeus, quem etiam apud inferos, ut hic ait, canentem pugnas & exactos tyrannos mirantur Umbrae, non ita fuit prodigus animae, ut non fugere aliquando maluerit, quam mori: qui & ipse, ne hoc nesciremus, versibus id suis mandavit, ut auctor est Herodotus in Terpsichore: in quo malitiam quandam Herodoti notat Plutarchus. ita ut videatur ἡ φιλοψυχία poëtarum quasi quidam morbus: possintque ad multos eorum accommodari, quae apud Homerum Veneri Jupiter dicit:

Οὔ σοι τέκνον ἐρῶ δόλῳ πολεμήϊα ἔργα·
Ἀλλὰ σύ γ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο·
Ταῦτα δ᾽ Ἀρηϊθόῳ, τῇ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.

CAPUT III.

Emendatus versus ex Asinaria Plauti, & locus quidam Appuleji in Floridis.

LOCUS est Plauti in Asinaria ita scriptus in omnibus, quae mihi quidem videre contigerit, exemplaribus:

Proficiscin. hoc nunc dixerim. nemo etiam me accusavit
Merito meo. neque me Athenis est alter hodie quisquam
Cui credi recte aeque putent.

in quem homo eruditissimus, & de quo inter eos qui poëtam illum emendare aggressi sunt, propemodum dici potest, οὐδὲ πάντυ), haec notavit: Mendum hoc est, & in nostro scriptura depravata, etiam interpolatione litterarum: quaeramus ergo emendationem. Ego autem, quem-

admodum ei loco medicina facienda sit, jam dudum reperisse mihi videor: in quo, num quid ipse me fallam, alii judicabunt. Vetus erat opinio, periculum esse aliquod a fascino, ubi quis impensius aut laudaret ipse se, aut praesens ab alio laudaretur. Ejus rei causas, quoniam alii & curiose quaesierunt, & copiose tradiderunt, nunc persequi non est opetae. Sed ex ea opinione receptum erat, ut in laudando plerumque adderent vocem *praefiscine*, aut *praefiscini*, qua invidiam & fascinum a se amolirentur ac deprecarentur. Quale est, quo etiam hodie utimur, *Dicto absit invidia*. Est autem *praefiscine*, aut *praefiscini*, idem quod [illegible]. Cum igitur magnifice de se locuturus esset veterator ille, cujus ea apud Plautum verba sunt, quasi invidiam a se amoliri cupiens, ait,

Praefiscini hoc nunc dixerim.

Neque enim dubito quin ita legi oporteat. Hujus vocis citantur exempla haec a Charisio: Titinnius in Setina:

Paula mea, amabo pol tu
Ad laudem addito praefiscini, ne puella fascinetur.

Afranius in Consobrinis:

Scis habitum ita ut nunc obtinet, praefiscine.

Sed & apud Appulejum, multo eruditiorem, multoque pluris faciendum scriptorem, quam vulgo putant, locus est ejusdem vocis ignoratione corruptus libro tertio Floridorum: *Igitur, quod difficile factu erat, quodque re vera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus, & principibus, id, praefusive dixerim, jam quodammodo mihi obtigit. Praefiscine* enim, non *praefusive*, eo loco legendum est. Jam pridem haec scripseram, cum ad me Tibur allatae sunt litterae ab Oberto Giphanio, homine in primis erudito, in quibus scriptum erat, Quod vulgo apud Gellium libro decimo Noctium Atticarum, & ejus libri capite XXIV. legitur *pristini* & *prisline*, in Veteribus legi, *praefiscini*, & *praefiscine*. certeque in vetere Macrobio quem mihi com-

Digitized by Google

commodavit Hercules Ciofanus Sulmonensis, ubi illa omnia ex Gellio, ut solet Macrobius, descripta referuntur, legitur *fiscine & fiscini*, depravatis quidem, sed tamen manifestis rectae scripturae vestigiis.

CAPUT IX.

De loco quodam ex Odis Horatii.

OMINOSUM esse crediderunt veteres illi, verae religionis ignoratione occaecati, occursum serpentis, viam qua quis iter facturus esset quasi dissecantis, exque ea superstitione dictum ab Horatio est,

Rumpat & serpens iter institutum.

apertius autem etiam idem cognoscitur ex Heliodori, suavissimi scriptoris, Aethiopicon libro tertio, ubi ita legitur: αὐτὸ ἦ ἄρα τὸ κώμης οὐτος χαμαιὸπης, ἢ πας ὁδὸς τῷ θέλῃ ἀδημοίβωτος, προκόβειλον ἐρῶσιν ἀεὶ βλέπων ἐπὶ δεξιὰ ἀφιέναι, ἢ τῷ ἰσθμῷ τῷ στόματι συμ ὀξείᾳ τῷ ῥύμῃ κρατεῖ δίκαιον. εἰ μὲν δὲ ἄλλος συνήντησε τι ἢ ἀλαφρὸς τὸ ὀφθὸν ἦγον, τάδε ἐστὶ ὁ Καλλίστρατος κάλυμμα τὸ δ' χρὸ' ἀλλὰ ἐστοχασμένος πρὸς λεχθέ. Sed hoc aut nihili est, quod ipse quoque non invitus fatebor, aut, si non prorsus indignum erat quod notaretur, reperietur certe, qui vel a se jam pridem animadversum, vel etiam e scidis atque adversariis suis a me sublectum esse contendat.

CAPUT V.

Emendatus locus ex Politicis Aristotelis

ARISTOTELES septimo Politicon quorundam errorem notans, qui felicitatis causam non in virtute, sed in opibus ac copiis esse censent, ait, perinde eos ridicule facere, ac si, quod musicus aliquis bene caneret, ejus rei causam non in artem, sed in lyram referrent. Id autem his verbis exprimit: Διὸ ἢ νομίζουσι φέρεσθαι ὁ ἄλλοι πάντα ἄπαξ τὰ εἰκὸς εἶναι ἢ ἀγαθῶν. ὥσπερ εἰ τῷ κιθαρίζειν μᾶλλον ἢ κιθάρᾳ αἰτίαν ἢ λύρᾳ μᾶλλον τῆς τέχνης. Quibus in verbis, ut illud praeteream, quod legi malim aut αἰτι-

αὐτῶν, aut εἴ τις ἔ κιθαρίζειν, aliud mihi multo gravius subesse mendum videtur. Neque enim τὸ κιθαρίζειν λαμπρὸν ἢ καλῶς. sed τὸ κιθαρίζειν Λάμπρον καλῶς legendum puto: Λάμπρος enim veteris musici proprium nomen fuit: quam boni, nihil ad rem: hoc enim tantum significat Aristoteles, *si Lamprus bene canat*, id non lyra, sed artificio ipsius effici, & ridiculum fore, si quis id non artificio ipsius, sed lyrae tribuendum esse contendat. Lampri autem mentio est apud Platonem principio Menexeni: ubi Socrates ait, facile esse, Athenis Athenienses laudare, non ei modo qui praestantes magistros nactus sit, quales ipse habuerat, rhetorices quidem Aspasiam, musices vero Connum: sed ei etiam qui minus bonos, ut musices Lamprum, rhetorices Antiphontem. Hunc Lamprum Athenaeus, non sane ex consuetudine musicorum, abstemium fuisse ait: profertque in eum amara quaedam dicta veteris poëtae Phrynichi, quibus ait, lugere gavias mortuo illo aquae potore, quem etiam vocat mirificum artificem lugubre quiddam & querulum concinendi, Musarum aridum & exsiccatum cadaver, lusciniarum febrim, Plutonis hymnum. Ejus igitur, quicunque tandem fuit, jam pridem apud Aristotelem oblitterata memoria, reposita a nobis ac restituta sit.

CAPUT VI.

De locis aliquot Plauti ex Pseudolo.

INEPTE post tot emendatores etiamnum legitur locus hic e Pseudolo Plautina:

> *Phoenicium Calidoro amatori suo*
> *Per ceram & linum litterasque interpretes*
> *Salutem mittit, & salutem abs te expetit.*

Non enim *linum* legendum est, sed *lignum*. nam in tabulis ligneis cera oblitis veteres, ut notum est, scribere solebant. Tabulas igitur ipsas vocat *lignum*, & sic loquuntur juris auctores cum bonorum possessionem contra tabulas, vocant *contra lignum*. Quod autem in eodem illo diverbio scriptum est,

Digitized by Google

Atque id futurum unde unde dicam nescio:
Nisi quia futurum est: ita supercilium salit:

& apud Theocritum, *oculus dexter salit:* e stulta illa veterum superstitione ductum est, qua credebant, si pars aliqua corporis suapte sponte subsiliisset ac mota esset, ejusmodi palpitationibus aut prosperi aliquid, aut adversi portendi. S. Augustinus libro secundo De doctrina Christiana: *His adjunguntur millia inanissimarum observationum: si membrum aliquod salierit: si junctim ambulantibus amicis canis aut lapis aut puer medius intervenerit.* Idem in libro De Natura daemonum: *Salitores vocati sunt, qui, dum eis membrorum quaecumque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari praedicunt.* Tales saltus Graeco nomine vocabant πηλμοὺς: extatque liber Melampodis περὶ πηλμῶν, quo ejus vanitatis quasi disciplina quaedam continetur. Sed & ultimus ejusdem diverbii versus male in vulgatis libris ita legitur:

Atque ipse egreditur penitus perjurum caput:

cum ita legi debeat,

Atque ipse egreditur Poenus perjurum caput.

Poenum enim vocat lenonem, cum significet esse infidum, perjurum, fraudulentum, quales Poeni meritissimo & habebantur, & habentur. Ne illud quidem pigebit adscribere, quod paulo supra de se dixerat Calidorus:

Quasi solstitialis herba pauliſper fui:
Repente exortus sum, repentino occidi:

esse ejus herbae mentionem & apud Ausonium in Professoribus, qui etiam, ut puto, hunc ipsum Plauti locum imitatus est his versibus:

Solstitialis velut herba solet,
Ostentatus raptusque simul.

CAPUT

CAPUT VII.

De duobus locis ex primo Odarum Horatii.

APUD Horatium libro primo Odarum in plerisque veteribus libris ita legitur:

Scriberis Vario fortis & hostium
Victor, Maeonii carminis alite,
Qua rem cumque ferox navibus aut equis
Miles te duce gesserit.

non, ut in vulgatis, *Quam rem cumque*. eaque scriptura mihi verior ac sincerior videtur, ut hoc dicat, Quacumque in parte terrarum miles Agrippae ductu rem gesserit, id est, cum hostibus populi R. conflixerit, eosque fuderit, ac fregerit, insigneque aliquam victoriam ex eis retulerit, Varium ea omnia versibus suis celebraturum. Hoc enim dicebant, *rem gerere*. ut in epistola ad Augustum:

Rem gerere & captos ostendere civibus hostes,
Attingit solium Jovis.

& senex Terentianus;

In ipsa turba atque in peccato maximo
Quod vix sedatum satis est, potastis, scelus,
Quasi re bene gesta.

Et in Fastis Capitolinis tam saepe legitur aliquem creatum esse dictatorem *rei gerundae caussa*. At hoc fortasis leve alicui videbitur. Addam igitur aliud itidem leve: si forte quae singula parum habent ponderis, conjuncta ac conglobata aliquid adquirant ad lancem deprimendam. In explicandis igitur primis versibus odes illius qua Quinctilii mors defletur, disentio ab omnibus & vetustis & recentioribus, & illud QUIS, quod principio positum est, sexti casus, posterioris numeri esse arbitror. neque referendum ad illa nomina *pudor & modus:* sed ad nomen *cantus*. Petit enim, ut mihi quidem videtur, poëta a Melpomene, ut sibi praecipiat cantus lugubres qui-

quibus aut pudor aut modus aliquis imponatur desiderio Quinctilii. Itaque delenda est illa interrogationis nota, quam post nomen *capitis* primus Paphlago invexit.

CAPUT VIII.

Illustratus locus Senecae ex epistolis.

APUD disertissimum eumdemque sapientissimum scriptorem, Senecam, cujus inter ceteras summas laudes hanc quoque non postremam esse statuo, quod inepte fastidiosis & olim displicuit, & hodie displicet, multa sunt non publici saporis, quae qui surdiore, ut ita dicam, palato sunt, ingustata praetereunt: cum elegantiores homines, & talium deliciarum intelligentes mirificam quandam ex eis percipiant suavitatem. Quale est, quod in epistola ad Lucillium sexagesima octava, cum multis verbis docuisset, quicquid cum virtute conjunctum est optabile esse, multaque in eam sententiam genere orationis, ut solet, masculo, & nihil vulgare aut plebejum sonante dixisset, ad ipsum epistolae finem ita scribit: *Indue magni viri animum, & ab opinionibus vulgi secede paulisper: cape quantum debes virtutis pulcherrimae ac magnificentissimae speciem, quae nobis non sertis, sed sudore & sanguine colenda est. aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem. Utrum illi tandem dicturus es, Vellem quae velles, & nolesse fero, an, Feliciter quod agis?* Quibus in verbis notanda sunt duo antiqua loquendi genera vulgo non satis cognita, quorum altero ad eos qui in malis essent, altero adversus eos quibus prospere aliquid obtigisset, utebantur. Nam cui boni ac secundi aliquid obtigerat, ei, omnis causa, gratulabundi dicere solebant, *Feliciter*, aut *Feliciter quod agis*; cum significarent, cupere se eum perpetuo eadem felicitate uti, idque bonum ipsi proprium ac perpetuum esse. Juvenalis Satyra secunda:

Signatae tabulae: dictum Feliciter: ingens
Coena: sed & gremia jacuit nova nupta mariti.

Contra cui male & adversus animi sententiam erat, eum eloquentes dicebant: *Vellem quae velles.* cum indicarent,

Digitized by Google

rent, dolere ſibi, quod illi male eſſet: ac ſi dicerent: Vellem tibi ita eſſet, ut tu quoque velles: mihique aegre eſt, quod tibi quidquam praeter voluntatem tuam evenerit. Hujus generis exemplum eſt apud Plautum Moſtellaria:

El. *Quid eſt? Me miſerum! occidi: Qui? Quia*
Venit navis noſtrae navi quae frangat ratem.
Velim ut velles, Tranio: ſed quid eſt negotii?

Hoc igitur ſignificat: ſi quis M. Catonem animo concipiat extremo illo vitae tempore ſua viſcera lacerantem, & exiturae animae facientem viam, numquam ei ut in malis poſito conſolationem adhibiturum, ſed potius ut pulcherrimum & glorioſiſſimum facinus obeunti gratulaturum. Nonnumquam etiam hoc poſterius loquendi genus in nuda & ſimplici amicitiae ſignificatione ponebant. Horatius:

Suaviter, ut nunc eſt, inquam: & cupio omnia quae vis.

Plautus Amphitruone:

Debetis velle quae velimus. meruimus
Et ego & pater de vobis & republica.

CAPUT IX.

De potu aquae aut vini circumdata nive refrigerati, Macrobii locus emendatus.

AQUAM ex diſſoluta ac colliquefacta nive peſſimam & corporibus perniciosiſſimam eſſe, & jam pridem Ariſtoteles, quaſi oraculo edidit, & eorum qui palato obſequi, quam illius auctoritatem ſequi, malunt, quotidiana experimenta declarant. Incommoda igitur quae nivis potum ſequuntur fugere, & tamen aeſtivis menſibus frigidum bibere qui volunt, vaſis duplicibus uti ſolent e tenuiſſima lamina eo artificio factis, ut vinum aut aquam quae potui paratur, omni quidem ex parte nix ambiat, ſed eorum tamen neutrum contingat, neque cum eis commiſceatur. Ita fit, ut neque bibant nivem, & tamen nihilominus fri-

Digitized by Google

frigidum bibant, quam si biberent nivem. Ea me consuetudine utentem cum amicus quidam, qui medicinam facitabat, pro nostra familiaritate reprehenderet: Vel ex Macrobio, inquit, si forte nostrorum libros minus frequenter lectitas, discere poteras, nivem quis, an aquam isto modo refrigeratam bibat, nihil interesse. Cumque ego subridens, quidquam tale apud Macrobium legi abnuissem: Jubesis, inquit ille, proferri librum. Quo prolato, ita quidem in eo scriptum reperimus: *Jam dudum*, inquit Avienus, *nosse aveo, cur aqua, quae obsita globis nivium perducitur ad nivalem rigorem, non minus in potu noxia est, quam ex ipsa nive aqua resoluta.* Sed ad libri marginem adscriptum erat mea manu, particulam NON, redundare, & delendam videri. At ille, Isto, inquit, modo facile fuerit cuilibet scriptori quamlibet sententiam adfingere, si ex negatione adfirmationem facere liceat. Tum ego, Quaeso, inquam, considera earum rationum momenta quibus statim sententiam suam confirmat: ut aperte videas negationem esse tollendam. Ait enim aquam e nive liquefacta non solo frigore nocere: quod si esset, faterer tibi, aeque noxiam esse aquam ex fonte aut ex puteo, aut etiam eam, qua ego, ut omnium saluberrima utor, aquam pluviam, circumdata nive refrigeratam: sed esse in illa aliud non minus incommodum. Cum enim humor vi frigoris densetur ac concrescit in nivem, aut in glaciem, quae partes in eo subtiliores ac tenuiores sunt, eas in illo ipso compressu evanescere ac diffiari necesse est: solas autem manere crassiores, & ponderosiores, id est, ipsius aquae quasi faeces quasdam ac retrimenta. Itaque si quis vas aquae gelu adstrictum admoto igne disolvat, minor modus aquae, quam antea fuerat, reperietur. Quod argumento est, in illa concretione partem aliquam abiisse, ac dissipatam esse. Nocet igitur corporibus non tam frigore ipso, quam crassitudine, ac pondere. Itaque etiamsi disoluta caleſiat, aeque noxia erit. Hoc vitium quod maximum est, ab hac, qua ego utor, abesse certe vides. His dictis, & re paulo accuratius considerata, acquievit. In eodem autem illo Macrobii loco leviuscula quaedam praeterea ex veteris libri fide a me emendata erant. Nam ubi legitur, *quae est corpulenta post terram*: vetus habebat, *qua est corpulenta post terram.* Et paulo post, *cor-*

leſcit, ubi vulgo legitur, *caleſcit*: & paucis poſt ve
bis, *cum denſeretur*, non, ut vulgo, *cum denſaretu*
Certeque *denſeri*, non *denſari*, etiam apud Virgilium
apud Horatium legi, alii quoque jam pridem annotarun

CAPUT X.

De locis quibusdam e prima epiſtola libri primi ad Atticum.

MULTA ſunt adhuc in epiſtolis ad Atticum deprav
ta: etſi eis & Manutius jam pridem, & poſt eum alii er
diti homines magno conatu multum opis attulerunt. N
quoque pro captu noſtro aliquid earum ſtudioſis praeſta
conabimur, dabimusque operam, ut liber prudentiae
elegantiae plenisſimus noſtra quoque opera nitidior
emendatior legatur. Ac primum non dubito, quin loc
ille ex epiſtola prima ita diſtingui debeat: *Prenſat un
P. Galba. ſine fuco ac fallaciis, more majorum, negatu*
Neque enim ſine fuco ac fallaciis Galbam prenſare dic
ſed ei prenſanti homines aperte, ac ſine circuitione u
negare: quod jocans ipſe more majorum fieri dicit, q
ſimplicius vivebant, & aperte ac ſine fuco quae in pe
re habebant eloquebantur, nondum reperto artificio me
tiendi. Jam illud, quod paulo infra poſitum eſt, *
frontem feriàs: non dubium eſt, quin habeat ſignificat
nem indignationis; ut recte annotavit Manutius. Sic
apud Plutarchum in Pompejo: ὴ πληξάμενον τὸν κεφαλ
κάλλιστα τὰς ἑαυτοῦ τὸ ἐφέλκιον ὀφθαλμοῦ. Eum autem,
ſtatim nominatur, *Caeſonium*, in quibusdam libris *Cae
ninum* lego; ut dubitem, num ſignificetur L. Piſo; qu
aliquoties in ea qua illum inſectatus eſt oratione, n
ſine quadam contumelia *Caeſoninum* vocat. Atque ut h
propoſitum magis, quam adſeveranter dictum velim:
quae de Catilina ſequuntur, non habeo dubium, qu
hoc modo legenda ſint: *Catilina, ſi judicatum erit li
re, certus erit competitor.* In quo ſequor etiam teſtim
nium optimi & eruditisſimi ſenis, Jacobi Taurelli,
mihi confirmavit, in veteribus optimae notae libris ita
gi: *Catilina ſi judicatum erid merid lucere.* ut in hoc
raverit vetus librarius, quod ſcripſit *erid* pro *erit*, de

Digitized by Google

le ſine cauſſa geminavit quinque litteras MERID: ac ro *licere* ſcripſit *lucere*. De illo autem, *Curium obdu-re*, ita certum atque exploratum videtur, quod jam rdem attulit Victorius, ut mirer, repertum eſſe poſtea uemquam qui aliter ſenſerit: niſi quod fere fit, ut quos on amamus, eorum ne ſententias quidem amemus. Cer- eodem modo uſus eſt eo verbo & Seneca in Tro- bus:

non ſtetit fuſus cruor,
Humove ſumma fluxit: obduxit ſtatim,
Saevusque totum ſanguinem tumulus bibit.

i vulgo male legitur, *abduxit*. Sic & *educere* apud tutum in Stichō eſt ebibere: *Si hoc eduxeris*. & paulo fra: *Tene tu, hoc educe*. In extremo etiam malim, *il-us ἐκπιόντας*, quam *ἐλθὼν ἐκπίνων*. Quid enim efficere po-it quamvis bella Hermathenae collocatio, ut propterea mnaſium videretur Solis anathema? At potuit ita belle ſita eſſe, ut principem ibi locum obtineret, utque to-m gymnaſium credi poſſet ei dicatum ac conſecratum eſſe.

CAPUT XI.

Illuſtratur Plauti ex Aſinaria locus.

INCREDIBILE dictu eſt quam puſilla menda quantas nebras interdum etiam eruditiſſimis hominibus objici-nt: ut quod multa interdum ſaecula ſummos viros latu-, id poſtea indicatum vel pueri primis litteris imbuti ſequi debuiſſe videantur. Tale eſt quod nunc ex Plauti naria proferam. qua in fabula cum amore perditus ado-cens lenae perſuadere conaretur, ut ſibi puellam quam abat concederet: ſe poſtea pro ea pecuniam perſoluturu-m: vafra autem & artificii ſui infigniter perita mulier eſenti pecunia ſibi opus eſſe diceret, ipſa denique loquitur:

Semper oculatae noſtrae ſunt manus: credunt quod vident.
Vetus eſt, nihili cotio eſt.

quo illud COTIO quot & qualibus viris negotium ex-buit? cum & Erasmus ridicula quaedam attuliſſet, &

Alciatus in Parergis nihilo meliora, & postremo is, unus plus opis Plauto attulit, quam ceteri ante eum c nes, ab hoc loco nulla se ratione explicare potuis Res tamen est ejusmodi, ut mirum, sit, eam non ve vulgaribus ludimagistris jam pridem deprehensam fuis Quis enim est qui nesciat litteram *o*, & diphthongon saepissime apud veteres & scribendo & pronunciando ter se permutari solitas? Nam & *aullam* & *ollam* di bant, & *Paullam* & *Pallam*, & ad eundem modum p raque alia. Nempe igitur & hoc loco quae *cautio* usit dicitur, facta est *cotio*. Hoc enim dicit lena, vetus ctum esse, nihili esse cautionem sive syngraphan chirographum: multoque tutius ac cautius agere eos numeratam pecuniam sibi in manum dari volunt. N qui cautionem habet, saepe litigare cogitur: at cui sol pecunia est, ei res omnis in tuto est. Itaque & scrip res nostri *fragilitatem cautionis* dicunt in l. Qui ita stitutus. D. Ad SC. Trebell. & *incertum cautio eventum* in l. pupilli. Quod fal. tut. auct. gest. es. dic. Seneca syngraphas cautionesque vocat *vacua habendi fin lacra*. Hoc quod ita perspicuum est, eorum tamen q dixi oculatissimorum hominum aciem fugit.

CAPUT XII.

De veteri proverbio quo usus est Cicero in Catilinar

PROVERBII speciem habet, quod scriptum est a cerone libro secundo Catilinarium: *Qui homines primu si stare non possunt, corruant: sed ita, ut non modo vitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant.* Quoni enim quid a quoque fiat, vicinis fere ignotum esse n solet, quod etiam vulgari legulejorum proverbio circu fertur, idcirco quod sine ullo prorsus tumultu ac st pitu fieret, id ne vicinis quidem sentientibus fieri di bant. E vetere autem comico id acceptum esse cogn ex Platone in Alcibiade primo, ubi ita scriptum e ἡμῶν ἢ λανθάνειν, τὸ τῶ κακοδαιμονῶ, οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα οἰδ' ἀσιν), ὦ Ἀλκιβιάδη. Et ex Plutarcho in Phocione, de oratore Demade ita loquitur: Δημάς ἢ τὸ ἰῶ νύμ ἐχρῆτο, ἡμῶ μὲν, εἶπε, ὦ παῖ, τὸ σῶ μητρὶ κακῶτο,

γάμων ἤδιον. τοῖς δὲ τοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνατοὶ συγγίνονται. Ac versus comici, quantum suspicor, hic fuit,

Ἐμοὶ γαμεῖν μὲν οὐ γάμων ἤδιον.

CAPUT XIII.

De locis quibusdam e Truculento Plautina.

MIRIS modis deformatus est Plautus: & quidem ita male acceptus multis admodum locis, ut, quod in pugilem ait poëta quidem Graecus, eum e pugna talem redire, ut si in speculum inspiciat juraturus sit, se eundem non esse qui fuerat; ita videatur Plautus, si quis eum inferis Aesculapius excitet, juraturus, fabulas illas suas non esse. Mirum autem me semper studium tenuit illis, si qua ratione possem, adjuvandi: fuitque aliquod tempus, cum sperabam fore, ut omnes illius comoediae multis a me vulneribus sanatae ederentur. sed consilium meum cum alia remorata sunt, tum magnificae multorum pollicitationes, qui mihi per litteras significabant, idem opus aut sibi, aut aliis quibusdam magnis & praeclaris viris esse in manibus: ut vererer, si cum talibus antagonistis in arenam descenderem, ne non inanis modo ac supervacaneus, sed ridiculus etiam meus omnis exiret labor. Illi autem interea partim mortui sunt, partim cessant, tamquam sibi satis esse ducentes, quod novum opus aliis inciarint. Sunt & fuci quidam qui quae jam pridem & a me ab aliis notata ac publicata sunt, ea colligentes, & pro suis impudenter venditantes, Plautinas comoedias in quibus multa integra depravarunt, multa corrupta foedius etiam corruperunt, ut a se in pristinum nitorem restituere non verentur. Quamquam igitur quod in aliis mihi accidit, idem in eis quoque, quae his libris inspersum, mihi eventurum auguratur animus: experiar tamen, neque tantum apud me valere sinam quamlibet justam indignationem, ut non plus valeat utilitatis publicae ratio. Et nunc quidem veteres conjecturas meas proponam de quibusdam locis e Truculento: quibus ὁ μισοπόνηρος Turnebus aliter medicinam facere conatus est. Quod enim ita vulgo legitur:

Supplicium ad te hanc minam fero auri. si mihi rideſpice:

id ille ita legendum cenſet:

Si mihi rides, ſpice.

At ego hoc modo conjeceram:

Supplicium ad te hanc minam fero puriſſimi auri. reſpice.

neque dum me poenitet conjecturae. Quod autem in eadem fabula eſt,

Non enim poſſunt militares pueri & a vio educere:

ille ita legit, *& a via educier.* Ego autem rectum judicabam, quod in veteribus libris repereram, *ſetania educier* aut, ut in aliis item veteribus, *ſetanio educier. Setanium* enim, aut *ſetania*, aut, ut apud Dioſcoridem & Theophraſtum legitur, *ſitanium*, vel *ſitania*, genus meſpili eſt in Italia frequens: cujus multis locis & apud Plinium mentio eſt. Hoc igitur dicit meretrix, non poſſe militare pueros vilibus & parvi pretii cibis educari, cujusmodi eſt ſetania. Ac neſcio quo modo durat hodieque apud Italos idem loquendi genus in ſermone vulgi: ut, ſi multa ac magna requiri ad aliquid efficiendum ſignificent, dicant aliud requiri quam meſpila. Eſt & caepae genus ſetania. Nam de tintinnabulis, ſemper idem, quod ille tradidit, ſentiram: & praeter locum Zonarae, habebam alium e Pſeudolo:

Jam hic ero. verum extra portam Metiam currendum eſt prius.
Quid eo? lanios inde accerſam duos cum tintinnabulis.
Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero:
Ut hodie ad hitationem huic ſuppetat ſatias Jovi.
In malam crucem iſtic ibit Juppiter lenonius.

etenim extra portam Metiam habitabat carnifex: & illic comburebantur cadavera damnatorum. Unde in Caſina:

Illum edepol videre ardentem te extra portam Metiam credo ecaſtor velle.

Nun

Nunc igitur haec alia posthac, ut quidque occurret, proferemus.

CAPUT XIV.

E Ciceronis Academicis emendatus locus.

LOCUS est Ciceronis ad finem libri primi Academicarum quaestionum, depravatus ille quidem in omnibus libris, sed cujus ita facilis emendatio est, ut diu piguerit me eam in litteras referre, cum putarem, ita obtusum neminem fore, quin eam facile videret, si paululum animum adverteret. Nunc cum videam, neque hominem eruditissimum, Turnebum, qui eleganti sane commentario librum illum illustravit, neque alios qui postea Ciceronem a se, ut ipsi quidem putabant: nam quid praestiterint, videbimus: emendatum ediderunt, quidquam de mendo cogitasse, indicabo eum, & purgabo, ne diutius macula illa in tam polito scriptore haereat. Verba autem, quae dico, Ciceronis haec sunt: *Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes paene veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt.* Haec Cicero. Sed quomodo, Socratem amare potuerant Democritus, Anaxagoras, Empedocles, & veteres illi, qui ante, ut opinor, mortui erant, quam avia Socratis nasceretur? At in re perspicua nihil pluribus verbis opus est. Neque enim quemquam posthac dubitaturum existimo, quin ita legendum sit: *Quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, velut jam ante Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes paene veteres.* Ut significet, illam confessionem ignorantiae non a Socrate primum inductam, sed multo ante eum a veteribus prolatam fuisse.

Digitized by Google

CAPUT XV.

De locis quibusdam e Truculento Plautina.

Versus hi sunt ex Truculento:

Rus mane dudum hinc ire me jussit pater,
Ut bubus glandem prandio depromerem.
Post illuc veni, quam advenit, si dis placet,
Ad villam, argentum qui meo debebat patri:
Qui ovis Tarenti erat mercatus de patre.
Quaerit patrem. dico esse in urbe. interrogo quid eum velit.
Homo crumenam sibi de collo detrahit:
Minas viginti mihi dat. accipio libens.
Condo in crumenam. ille abiit. ego perperaminas
Ovis in crumena hac in urbem detuli.

Quis autem est, qui divinare possit, quas dicat *oves perperaminas?* sed nimirum corruptus est locus. legendumque hoc modo:

ego propere minas
Ovis in crumena hac in urbem detuli.

De pecunia enim, id est, de illis viginti minis, quas pro ovibus acceperat, ita ut de ovibus loquitur; eadem urbanitate, qua viginti item minas pro asinis acceptas vocat alibi asinos.

Nimis vellem habere perticam. Qui rei? qui verberarem
Asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumena.

Simul autem eo alludit, quod oves quae ventrem pilosum non haberent, vocabant *oves minas* aut *apicas*, quas etiam in emendo rejiciebant: ut est apud Varronem libro secundo De re rustica. Erant illae igitur plane oves minae: neque enim pilosi sunt nimi. Quod autem sequitur:

Fuit aedepol Mars meo periratus patri.
Nam oves illius haud longe absunt a lupis.

inde

Digitized by Google

inde dictum est, quod lupas Marti sacras putabant. Unde & hujus urbis conditores, quod a Marte geniti essent, aluisse dicitur lupa. *lupas* etiam vocabant meretrices, a quibus non longe abesse dicit eas oves quas ipse tunc in crumena ferebat. Parva sunt haec, & facilia: dicet aliquis. fateor. neque ego ea pro magnis aut reconditis vendito. Sed tamen quae homines eruditissimi obscura sibi esse fassi sunt, ea illustrasse me numquam pigebit.

CAPUT XVI.

De Mitylene Horatii loci duo illustrati.

NON temere est, quod Horatius Mitylenen inter urbes pulcherrimas numerat: tum in Odis;

Laudabunt alii pulchram Rhodon aut Mitylenen:

tum in Epistolis:

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Paenula solstitio, campestre nivalibus auris.

Talem enim fere fuisse proditum est, quales sunt quae hodie non Italiae modo, sed universo orbi terrarum ornamento sunt Venetiae. Nam & in Mitylenen influens mare multis eam euripis distinguebat, ac disjecabat: & pontes tota urbe plurimi erant ex candido ac polito lapide facti, ut non urbs, sed insula amoenissima videretur. Id ita exponit dulcissimus ac suavissimus scriptor, Longus principio παρουσιῶν his verbis: Πόλις ἐπὶ Λέσβῳ Μυτιλήνη μεγάλη ἡ πολύ. διείληπται δὲ διώρυξι περιῤῥύδην τὴν θάλασσαν, καὶ γεφύραις ξύλου καὶ λίθου. τοιαύτη δὲ πόλις ὁρᾶται, οἵαν νῆσον. Eo autem libentius ex eo pauca haec protuli, quod & confirmant Horatii de nobilissima urbe testimonium, & Longi liber lectu dignissimus nondum, quod sciam, publicum accepit.

CAPUT XVII.

Illustratus locus Horatii ex Odis.

PERELEGANTI comparatione usus est Flaccus ode duodecima libri primi, cum ornare Caesarem vellet:

Micat, inquit, *inter omnes*
Julium sidus, velut inter ignes
Luna minores.

In eo autem imitatus est Pindarum: etsi quod hic noster de luna, id Graecus ille in Isthmiis de Lucifero dixerat: λάμπει ἀστέρων θαυμάτων ὡς ἄστρων ὁ πάμφως. A Luna autem obscurari ceterarum stellarum splendorem, suavissimis versibus dixerat etiam Sappho:

Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ κάλαν σελάνναν
Ἄψ ἀπυκρύπτουσι φαεννὰν εἶδος,
Ὅππατ' ἂ πλήθοισα μάλιστα λάμπη.

Sed & Quintus Smyrnaeus in celebranda Penthesilea eandem comparationem adhibuit:

Ὡς δ' ὅτ' ἀν' ἠέρα δῖον ὁδοὺς διὰ σελήνη
Ἐκφαίνει.

Puto autem, hujusmodi locorum collatione, ac contentione inter se, & magis elucere veterum poëtarum praestantiam, & ejusdem gloriae cupidos, quomodo in eis imitandis versari debeant, admoneri.

CAPUT XVIII.

Emendatus & illustratus locus quidem Plutarchi.

ERUDITIONIS & prudentiae plenissimus scriptor Plutarchus, in commentariolo quo docuit principum virorum amicitiam ac consuetudinem eruditis hominibus non esse fugiendam, sed expetendam potius, & adhibito studio quaerendam: quod multo plus prosint humano generi,

Digitized by Google

neri, si praeceptis, disputationibus, exemplo suo unum aliquem ex iis qui principem in civitate sua locum obtinent, quam si cerdonem quempiam aut bajulum, meliorem ac sapientiorem effecerint, eo igitur in libro ita scribit: πλοῦτον δὲ καὶ δόξαν ἐγκρινοῦσι καὶ δύναμιν ἐν φιλίαις ὁ ἀνὴρ, ὁ μὴ πάνυ φεύγων τοῦτο σφόδρα μισεῖν ἔοικε. Quae verba homo eruditissimus, quique labore & industria sua numquam desinit adjuvare honestarum artium studia, ita interpretatus est: *Divitias autem & principe dignam gloriam ac potentiam in amicitiis neque sectabitur, neque, si modice affluant, aversabitur.* Sed si Plutarchi verba paulo attentius considerasset, vidisset omnino, verba illa, σφόδρα μισεῖν ἔοικε, nullo modo ita reddenda esse, *si modice affluant.* Hoc enim ait Plutarchus: hominem vere philosophum in parandis ac conciliandis amicis, non illum quidem divitias spectare aut gloriam ac potentiam, ut vulgus solet: sed tamen, si inciderit in aliquem divitem ac potentem qui idem apto ad virtutem ingenio, & modestis, ac compositis moribus sit, non absterreri, neque ipsius consuetudinem propterea refugere, quod divitiis ac potentia praestet. Idque statim declarat eleganti similitudine. Philosophi, inquit, in amandis adolescentibus non formam sequuntur, sed mores, & ingenium, & studium erga liberales disciplinas: neque tamen formosos reformidant, neque, abstinent ab eorum consuetudine, si eosdem modestos ac bene moratos & discendi cupidos esse videant. Deinde addit: ὥσπερ ἂν εἴπερ ἐγκρινοῦσι, καὶ δυνάμεσι ἀνδρὶ μισεῖν τὸ αὐτὸ σφόδρα ἔοικε, οὐκ ἀφιξεῖ δὲ φιλεῖν τὸ ἀγαπᾶν, ἀλλὰ φοβήσεται) αὐλικὸς ἀκόλαστος τὸ διημαρτηκός. Interpres autem hoc modo: *Ita dignitate & potentia principe digna praeditus homo civilis ac moderatus non abstinebit amando & diligendo, nec verebitur aulicus appellari, & qui principem colat.* In quo certe a Plutarchi sententia aberravit: qui hoc ait, Si quis sit vir bonus eleganti ingenio praeditus, cui praeterea adsit hoc quoque ut dignitate ac potentia excellat, non idcirco abstenturum esse sapientem ab eo amando, ac colendo, neque veriturum, ne propterea aulicus, aut adsentator vocetur. Sequitur apud Plutarchum: οἱ δὲ κάκιστοι φόβητρα ἀνθρώπων ἄμα καὶ πόλεων, ὑμᾶς τοὺς ἀγαθοὺς ἐγκρινοῦσι. τὸ δὲ σὸν ἔνδοξον ὥσπερ τὸ ἐγκρινοῦν φιλίαν ἔχοντες. Quae ille ita reddidit:

Nam

Nam qui Venerem fugiunt nimis mortalium
Aegrotant,

& qui bona sectantur: itidem errant gloriam & gratiam apud principes fugiendo. quam sententiam nullo modo ex Plutarchi verbis effici posse, omnes, ut opinor, vident. Sed hoc facilius excusare debemus hominem insigniter & eruditum & industrium, quod Graeca manifesto depravata sunt. quae mihi quidem videntur ita emendari posse:

Οἱ δ' Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
Νοσοῦσ' ἐρῶσι τῆς ἄγαν ἐφιέμενοι.

id est:

Namque Venerem quicumque refugiunt nimis,
Peraeque aegrotant, atque qui appetunt nimis.

itidemque qui erga principum ac potentium amicitiam aut hoc aut illo modo affecti sunt. & puto hanc veriorem esse scripturam horum Euripidis versuum, quam quae est apud Stobaeum:

Οἱ δ' Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
Νοσοῦσ' ἐρῶσι τῆς ἄγαν ἐφιέμενοι.

Atque haec eo notavi, ejusdemque generis alia posthac fortassis notabo, ut prosim studiosis: non ut quidquam detraham de gloria & existimatione eruditorum hominum, quos in magnis & arduis operibus interdum dormitantes qui non ferat, aut qui eos propterea minoris faciendos putet; is mihi ab omni humanitate alienissimus esse videatur.

CAPUT XIX.

Res antiquae voces Ciceroni restitutae.

VETERA quaedam vocabula sunt apud Ciceronem, corrupta ab iis qui quicquid minus usitatum est, pro suo jure expungere, & quicquid collibuit, substituere audent, etiam invitis, nam hoc nonnumquam profitentur, & reclamantibus omnibus libris. quorum nisi regatur & coër-

cea-

ceatur audacia; paucis annis in Cicerone minima pars Ciceronis futura est. Quosdam hic proponam locos, ex quibus hoc quod dico intelligi possit. Ita igitur scriptum est libro quinto De finibus: *Stoici restant. hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis, sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt. atque ut reliqui fures earum rerum quas ceperunt signa commutant, sic illi ut sententiis nostris pro suis uterentur, nomina, tamquam rerum notas, mutaverunt.* Sed in libris veteribus, *clepserunt*, legitur, non, *ceperunt*. quod sine dubio rectum est. Cicero ipse alibi: *Spartae, rapere ubi pueri & clepere discunt.* Eodem modo peccatum est libro primo De divinatione, in versibus veteris poëtae de Cassandra:

Sed quid oculis rapere visa est derepente ardentibus?

Non enim *rapere*, sed *rahere* legendum est. Et libro secundo Tusculanarum: *Ingemiscere nonnumquam viro concessum est, idque raro. Ejulatus ne mulieri quidem. Et hic nimirum est fletus, quem duodecim tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt.* Neque enim *fletus* in vetustis libris, sed *lessus* legitur. Quod autem quidam homo eruditus, pro *vetuerunt*, *voluerunt* legi vult, id tale est, ut ne ipsi quidem, si diligentius considerarit, probatum iri putem.

CAPUT XX.

De quibusdam locis Laërtii.

MULTA sunt adhuc apud Laërtium corrupta: etsi praeclaram in eo emendando navavit operam homo & industria & eruditione praestans, qui libros ipsius cum vetustis exemplaribus collatos haud ita pridem edidit. Nos vero eum & amare ac laudare debemus ob ea quae praestitit, & si quid ipsius diligentiam fugit, id ingenue cum studiosis communicare. In vita igitur Socratis (hinc enim exordiemur) ita scriptum est: Εὐθύφρονα ϑ' τὸν περὶ τὰ πάτρια ξυλας ἄγειν φάσκοντα διαλεχθεὶς ἀπέφηνε. Sed qui Platonem vel primoribus, ut dicitur, labris attigerunt, satis sciunt, non fuisse illam ξυλας ἄγειν, quam Euthyphro intendebat patri: accusabat enim eum, quod mercenarium quendam enecasset: ut dubium non sit, quin

quin pro ξυλας legendum sit, ξυναλλαγας. Paulo post autem, ubi Euclidem a Socrate reprehensum narrat, quod in contentiosis syllogismis nimium studium poneret, ita legitur: ἔφησεν ὁ μὲν ἐναγχος τὸν περὶ τοὺς ἀντιλογίας: cum omnino legendum sit, μικρολογίας: etsi aliter Victorius. Et quoniam, quam haec, quae tradimus, inter se cohaereant, non valde laboramus, addemus alium locum ex Heraclidis vita, ubi unius litterae depravatio festivam & elegantem historiam corrupit. est autem haec: *Dionysius Metathemenus, qui, ut est apud Ciceronem, propter dolorem oculorum a Stoicis defecit, & in Epicuri castra se contulit: is igitur Dionysius cum tragoediam quandam scripsisset, cui Parthenopaeo nomen fecerat, Sophoclis illi nomen inscripsit.* Hac ementita inscriptione delusus Heraclides in commentariis quibusdam suis versus ex ea fabula pro Sophocleis citaverat. Tum ei Dionysius rem, ut erat, aperit, seque ejus fabulae auctorem esse profitetur. Quod cum etiam tum Heraclides negaret, eique fidem habere nollet, scripsit ad eam Dionysius, ut quendam ex ipsa tragoedia locum inspiceret, in quo ex primis versuum litteris conficiebatur ac contexebatur nomen ΠΑΓΚΑΑΟΣ. Erat autem id nomen formosi pueri, quem Dionysius amabat; cujusque nomen amoris caussa, occulte & artificiose poëmati suo intexere voluerat. Sic olim Ennius versus quosdam, ut a Cicerone proditum est, scripserat, quorum ex primis litteris efficiebatur, *Q. Ennius fecit.* In Graecis autem Laërtii libris ab eo quem supra significavi editis, nisi quod πυγαλος pro πυγμαλιων scriptum est, cetera omnia ἴσως πυγμαλος. Qui pusillus error tantas tenebras objecit interpreti, ut hujus historiolae in ejus interpretatione nullum prope vestigium appareat. Ac putassem in Graecis erratum esse operarum vitio, nisi homo eruditus in iis notis quas ad finem libri adjecit, ostendisset, se verae illius scripturae sententiam non esse assecutum. Certe in optimo & vetustissimo libro Alexandri Farnesii Cardinalis multis nominibus maximi aperte legitur ΠΑΓΚΑΑΟΣ: ne quis de scripturae illius integritate dubitandum putet. Recte etiam idem ille liber in vita Cratetis, ubi ponitur jocosum quoddam ejus Philosophi diarium, quo ostendebat a divitibus magnos sumptus fieri in coquos, in adulatores, in scorta, cum in bonos & eruditos viros parci ac re-

ſtricti ſint, recte, inquam, in eo libro ſcriptum eſt πί-
πίνη, non, ut editum eſt, πίλωτα ἥκα. Sunt enim
es verſus jambici, qui propter vocis illius depravatio-
em non agnoſcuntur.

Τῶν μαγείρων μυᾶς ἥκε, ἰατρῷ δραχμιαῖ.
Κίλικι πίλωτα πίνει, συμβύλῳ κεφάλῳ.
Πίφυι πίλωτον, φιλοσόφῳ τερεβόλου.

ed & quod in vita Pythagorae legitur, fuiſſe medicum
uendam Pythagoram, qui ſcripſerit de Hernia, id non
uidem omnino vere, ſed tamen propius vero ſcriptum
ſt eodem in libro. Περὶ κίλικος enim habet, non περὶ κήλης.
egendum autem περὶ σκίλλης. Id ita eſſe conſtat ex Pli-
io; cujus haec ſunt ex capite quincto libri XIX. ubi de
eneribus ſcillae, quod bulbi genus eſt, loquitur: *Unum
e iis volumen condidit Pythagoras philoſophus, colli-
ens medicas vires, quas proximo reddemus libro.*



M. ANN.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI J. C. AC CIVIS R. VARIARUM LECTIONUM LIBER DECIMUS.

CAPUT I.

Quam vetus sit consuetudo, in honore alicui habendo, manum suam ad os admovendi.

QUOD hodieque in consuetudine positum est, ut in salutandis potentibus, aut in honore eis habendo nostram ipsi manum ori admovere soleamus, id quaesitum est ex me, num a veteribus quoque factitatum esset, an, ut alia pleraque, ita hoc quoque inepte adulandi genus servilia recentiorum aulicorum ingenia excogitassent. Respondi, eum morem usque ab impia illa, & ridicula veterum, qui multos deos colebant, superstitione ductum ac propagatum videri. Solebant enim & illi, cum aut fanum aliquod praeterirent, aut lignum, lapidemve aliquem adspicerent, in quo divinitatis aliquid esse opinarentur: neque enim vilior illis temporibus ullius rei, quam deorum, annona erat: manum ad os referre, & tenui murmure illos ligneos aut lapideos deos, ut sibi faverent, precari. Ovidius:

Ecce lacu medio sacrorum nigra favilla
Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.
Restitit, & pavido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas mihi, murmure dixi.

Appulejus Apologia prima: *Nam, ut audio, percensentibus iis qui istum novere, nulli deo ad hoc aevi supplicavit; nullum templum frequentavit: si fanum aliquod praetereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.* Mi-

nu-

Digitized by Google

s Felix in Octavio: *Caecilius, simulacro Serapidis ato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admo-, osculum labiis presfit.* Quo igitur gestu illi diis honorem exhibebant, eodem nos hodie in potentibus ortunatis hominibus colendis utimur.

CAPUT II.

de sumpsisse videatur Ovidius, quod in oracculo ter-ram, matrem, lapides autem ossa illius vocavit.

APIENTER interpretatur Ovidianus Deucalio sortem a Themide datam, quaerenti qua arte genus humaaquis extinctum reparare posset: qui jussus ossa matris post tergum jacere, matris nomine terram lexit, cujus in corpore ossa lapides vocarentur. Atequidem existimo, ingeniosissimum poëtam in illo reso confingendo, quod terram quidem matrem vocasumpsisse ex historia Romana, ubi, cum regiis adoentibus responsum esset, eum regnaturum Romae, primus matri osculum tulisset, Brutus is, qui reges git, e navi exiens, simulato casu, terram osculatus dicitur: quod autem *lapides, terrae ossa*, secutum auctoritatem veteris tragici, qui & ipse illos eodem modo affecerat. Citantur enim haec a vetere Grammatico:

Γᾶς ὀστέων (*) ἐγχριμφθεὶς πόδι.

eo qui ad lapidem offendisset. Sic autem, & *sanguis terrae* Aristoteles in quadam ad Alexandrum epistola um vocasse dicitur. & vulgo *venas in terra* dicimus quibus aqua concluſa latet, aut e quibus metalla erutur.

(*) Hunc versum sine auctoris nomine laudat Eustath ad Il. B. 109. Sed auctorem Choerilum edit Tzetzes MS. cujus locum ad gnum p. 125. attulimus. Ceterum non Aristoteles vinum *sanguinem* dixit, sed Androcydes apud Plinium H. N. XIV. 9.

CAPUT III.

Versum quendam ex Odyssea multo aliter a nonnullis accipi, quam ut ab Horatio acceptus est.

Non est dubium, quin Horatius in epistola ad Lo
um, illo versu,

Dum sibi, dum sociis reditum parat.

exprimere voluerit illum Homericum:

Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων.

sed Homericum tamen, non eodem quo Horatius se
omnes accipiunt. Didymus enim, cujus extant in Od
sean eruditissimae notae, aliam etiam quandam ejus
claratione tradit, an veriorem nescio, ipsi certe U
honestiorem ac gloriosiorem. Illum videlicet eo ani
fuisse, ut & vitam impendere, & omnem reditus sp
sibi praecludere non recusaret, dum modo saluti socio
consuleret. Verbum enim ἄρνυμαι, ut apud Eustathi
legitur, ab agnis ductum est, quos Graeci ἄρνας voca
ut & ἡμιόνους ἀπὸ τοῦ ὄνου, καὶ πώλους ἀπὸ τοῦ πώλου: quod pr
nondum reperto numorum usu, agnis, asinis, equul
aliisque ejusdem generis animalibus parare ea, qui
indigebant, solebant. Hoc igitur Homerum dicere
paratum fuisse Ulixem, si res ita tulisset, ἄρασθαι,
est, quasi pro pretio dare τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ τὸν νό
νόστου, ἀντὶ τῶν ἑταίρων. Neque conjunctim legendum, τὴν
ἑταίρων.: sed distinguendum hoc modo, καὶ νόστου, ἑτ
Lucianus tamen prorsus Horatianae sententiae adstip
tur, qui in Φιλοψεύδει Ulixem multa in errore illo suo m
tiri solitum dixit, τὰ μὲν τῶν ψυχῶν ἀφέμενον, καὶ δὲ νό
ἑταίρων. Hanc sententiarum varietatem, quam Horat
interpretes vel non animadverterant, vel praetermisera
non indignam duxi, cujus rudiores admonerentur.

CA

CAPUT IV.

De duobus locis ex primo libro Commentariorum Caesaris de bello Gallico.

LEGEBAMUS animi causa primum librum commentariorum Caesaris De bello Gallico ego, & Horatius Macaranus, elegantissimo ingenio, & honestissimis moribus praeditus adolescens: & ut ei quidque occurreret, in quo haereret, ita aut ex me sciscitabatur sententiam meam, aut etiam suam ipse modeste ac verecunde proferebat. Cum igitur ventum esset ad eum locum, ubi Ariovistus Caesaris legatis respondet, *Aeduis se obsides redditurum non esse, neque iis, neque eorum sociis injuria bellum illaturum, si in eo manerent quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecissent, longe iis fraternum nomen populi R. afuturum:* iis recitatis, paulum subsistit Horatius: &, Quando, inquit, mihi dicere voluisti, omnia dicere quae in mentem venirent, non dissimulabo, vereri me, ne hoc loco, ubi est *afuturum*, una littera extrita, legi debeat *futurum*. Recens enim sum a lectione ultimi Aeneidos, ubi commeminit Turnum loqui,

Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
Feminea tegat, & vanis sese occultet umbris.

Ut ergo illic Turnus minatur, longe Aeneae futuram matrem: ita hic Arioviſtus, longe Aeduis fraternum nomen populi R. fore. Tum ego, Acute, inquam, istuc te, Horati, & ingeniose cogitatum est: &, quo tibi magis etiam de ista tua conjectura placeas, scito, eandem adprime eruditi hominis, Gabrielis Faërni fulsse, cum uno illo quo tu quoque usus es Virgilii testimonio interceptur: eorteque eodem modo locutus est optimus ille ipse Latinitatis auctor, Ovidius octavo Metamorphoseon:

Pone, age, nec titulos intercipe femina nostros,
Thestiadae clamant: nec te fiducia formae
Decipiat: ne sit longe tibi captus amore
Auctor.

Sed tamen cum eadem veterum librorum scriptura sit, quae vulgata, nihil est causae, cur quidquam mutandum putemus. Nam hoc quoque alterum loquendi genus veteribus non inusitatum fuisse, ex eodem illo quem modo citavi, Ovidio cognoscitur; apud quem ita legimus libro quarto:

Huic quoque, vade procul, ne longe gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longe tibi Juppiter abfit.

Paulo autem infra eum, quem dixi, Caesaris locum. Ille eius alius est in omnibus, quos ego quidem viderim, libris depravatus; quem qui nuper emendare voluerunt magis etiam corruperunt. Nam cum dixisset Caesar, Gallorum sermonibus de Germanorum virtute, tantum extitisse in exercitu Romano metum, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret: *Hic*, inquit, *primum ortus est a tribunis militum ac praefectis, reliquisque qui ex urbe, amicitiae causa, Caesarem secuti, magnum periculum miserabantur; quod non magnum in re militari usum habebant.* Ita enim habent veteres tum calamo notati, tum typis descripti libri. At in iis qui postea editi sunt, addita est negatio, hoc modo: *Non magnum periculum miserabantur.* Sed qui attente totum locum consideraverit, facile intelliget legendum esse *Magnum periculum esse rebantur.*

CAPUT V.

Expensus locus ex Asinaria Plauti, in quo Poëta ipse quiddam non satis ex arte fecisse videri potest

Cum animi causa Plauti Asinariam evolverem, quidam reperi, quod mihi scrupulum objecit: neque adenti accusare ἀνεξέλεγκτον Plauti, neque tamen ad eum defendendum, ac vindicandum ab illo crimine quidquam satis probabile reperienti. Nam in prima fabula senex cum servulo colloquens, scire se ostendit, filio opus esse viginti minis. Ita enim loquitur:

Na

Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.
Viginti jam uſuſt filio argenti minis.
Face id ut paratum jam ſit.

Multo autem poſt, Argyrippa lena ſuper illis viginti minis cum adoleſcente paciſcitur: cumque adoleſcens diſiſet,

Mane, mane, audi. dic quid me aequum cenſes pro illa tibi dare,
Annum hunc ne cum quiquam alio ſit:

ubjicit impura mulier:

Tene? viginti minas.
Atque ea lege: ſi alius ad me prius attulerit, tu vale.

nte igitur reſciverat ſenex, quantum argenti filio opus ſet, quam id filius ipſe ex lena cognoſcere potuiſſet. c ſcio, viſum eſſe nonnullis etiam Terentium in Adelhis ſimiliter ipſum quoque peccaſſe. Sed Terentii quiem cauſam veteres critici facile expediunt, eumque mnibus ſuffragiis liberant. Plautinum hoc, vereor, ut que facile defendi queat.

CAPUT VI.

Locus quidam Juvenalis adverſus aliorum omnium ſententiam declaratus.

MIRUM eſt, quanto opere vexatus ſit ab hominibus ditis verſus ille Juvenalis e Satyra undecima:

Qui Lacedaemonium pedeumate lubricat orbem:

vix ullus jam ſuperesſe videatur novae aut emendatio-, aut interpretationi locus. Primum enim Domitius, alii eum ſecuti *pytiſmate* legerunt, non *pedeumate:* nque Lacedaemonium orbem interpretarentur annu-, putarunt hoc verſu ſignificari divitem delicatum, annulum quem in digito geſtaret, identidem extraet, ſputoque illineret, ut habilius & commodius ver-

Digitized by Google

sari posset. At Merula, saltationis genus esse pytisma quo Lacedaemonii uterentur: idque homo ingenuus fassus est se nusquam legisse: sed ita sibi in mentem venisse, ut ea quae somniamus. Tertius accessit Georgius Valla, qui cum putaret, vix satis sibi decorum fore, si ad has epulas asymbolus veniret, orbem Lacedaemonium trochum esse dixit e pinu factum, quae Graece pitys diceretur. Adhuc haec erant, cum ecce tibi homo acutissimus, & eruditissimus, Politianus, qui, explosis omnium superiorum sententiis, *pityliſmate* legendum censuit: id enim ex Galeno esse exercitationis genus, quo in Laconicis, id est, in sudatoriis, uterentur, peruncto prius corpore: atque eo lubricandi verbum pertinere. Et fortasse obtinuisset haec sententia propter summam Politiani in litteris auctoritatem, nisi animadvertissent homines, eam cum iis de quibus eo loco Juvenalis ageret, nullo modo cohaerere. Alciatus quidem cum se in idem illud a Politiano extructum sudatorium conjecisset, ut tamen adferret aliquid novi, *pyreyſmate* legendum censuit, novo, & ante ipsum inaudito vocabulo. Extitit deinde Flavius quidam, cujus scripta nondum in manus meas venerunt, qui ratus sit legendum, *poppyſmate*: & orbis Lacedaemonii nomine intellexerit τὸ σφαιρίζειν, versum hunc ad nefariam libidinem referendum putans: quod mihi quidem absurdissimum, & a poëtae sententia alienissimum videtur. Secutus est homo multae ac variae lectionis, Johannes Brodaeus, qui *pedemate* legendum pronunciaverit. Hujus ego Miscellanea, in quibus hoc tradidisse fertur, quamquam magno studio quaesita numquam usque adhuc reperire potui: sed facile tamen ex ipso pedematis nomine video eum aliquod saltationi genus intellexisse: & mihi verisimile sit eodem modo legisse etiam Merulam. Postremo Turnebus *pytisma* sputum; *orbem* trochum videri voluit. Quis post tot, ac tales viros quidquam sibi praeterea quaerendum putet: & aut idoneum se inter eos arbitrum profiteri, aut quod eorum nemo intellexerit, id se verius explicaturum polliceri audeat? Quando tamen in hoc litterarum genere minimo periculo peccatur; non deterrebor ego quoque quid sentiam, dicere. Puto igitur quod in vetustis libris legitur *pedemate*, leviter depravatum esse, ac legendum *petteumate*, a verbo πετεύω: significarique eo versu div

ter

rem aleae ſtudio deditum. Quod confirmant & ea quae ſtatim ſequuntur:

Namque tibi fortunae veniam damus. alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus. haec eadem illi
Omnia cum faciunt, hilares, nitidique vocantur.

Orbem autem *Lacedaemonium* vocat menſam ex marmore Laconico, ut & Martialis *Libycum orbem*, menſam ex marmore Africano:

Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina menſa mihi.

Et Seneca ad Albinam: *Magni, levatique menſarum orbes. lubricantur* autem, id eſt, levantur, ac poliuntur adſidua attrectatione marmora ſuper quibus adſidue alea luditur. Vix ullum reperiri poſſe verſum in omnibus antiquorum poëmatis puto, quem tam multi tam varie interpretati ſint.

CAPUT VII.

Non modo, *pro*, non modo non, *ſaepe apud veteres legi, idque loquendi genus a Graecis ductum eſſe.*

NOTAVERAT jam pridem Paulus Manutius, *non modo*, pro *non modo non*, ſaepiſſime apud veteres legi: idque & ego poſtea libro primo commentariorum in Catilinarias confirmaveram, & alii homines eruditiſſimi ſuo calculo comprobarant. Sed ineiderunt nuper in manus meas, cum in taberna quadam libraria otioſus ſederem, ibique cum amicis aliquot eruditis hominibus colloquerer, notae cujusdam ſane docti ac diligentis viri in ſcripta Ciceronis, in quibus, quodam loco vehementer norum omnium in eo judicium improbat, & illis omnibus locis, quibus nos ad id confirmandum utebamur, negationem addendam eſſe contendit. Ego autem, ſi quis adverſus veterum conſuetudinem multorum librorum conſenſu teſtatam, opinione quadam, ac judicio ſuo, ut etiam rationibus quae ſpeciem aliquam probabilitatis

Digitized by Google

habeant, niti velit, non sane propterea cum eo altercabor, neque pugnabo. Sed tamen non protinus de sententia demovebor. Scio enim in omnibus linguis multa dici, quorum ratio non constat: sed in usu loquendi, ipsam bene loquentium consuetudinem pro ratione habendam puto. Congeram igitur huc aliquot Ciceronis, & aliorum primae classis scriptorum loca, quae ipse in optimae notae libris, ita prorsus, ut subjiciam, scripta legi: ut, eis inspectis, hac de re ab homitibus eruditis judicetur. Cicero in epistola ad Lentulum: *Non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis.* Idem ad Paetum: *Hoc tamen scito, non modo me, qui consiliis non interfuerim, sed ne principem quidem ipsum scire, quid futurum sit.* Idem lib. decimo ad Atticum: *Regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile.* & eodem libro: *Mihi non modo irasci, gravissima injuria accepta sed ne dolere quidem impune licet.* Atqui hi omnes loc ita leguntur etiam in libris proxime a Victorio editis quos ex optimis omnium exemplaribus cum fide descripsi tos esse constat. Idem libro tertio in Verrem: *Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse: eorum animos non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri.* Idem libro primo in Catilinam: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam.* Idem pro Sex. Roscio Amerino: *Qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.* Idem pro Coelio: *Haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur.* Sed & in eadem oratione in libris veteribus ita legitur: *Huic oberit tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus?* Et libro primo De oratore: *Neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.* Et lib. 2. De officiis: *Quod eo firmiore animo facient, quia non modo illi invidetur aetati, verum etiam favetur.* Et libro tertio: *Etenim si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis cum potest, injuste facit, ut in primo libro disserui, qualis habendus est is, qui non modo repellit sed etiam adjuvat injuriam?* Varro libro primo De re rustica: *Bono animo este, inquit Agrius: nam non modo*

illi

Digitized by Google

illud sublatum est, quod ludis Circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis: sed ne illud quidem vidimus, quod in Ceriali pompa solet esse primum. Livius libro XXV. *Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis, justoque compleratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent.* Haec, inquam, omnia, aliaque ejusdem generis plurima ita in antiquissimis libris scripta sunt, quorum tantum consensum pro nihilo putare, hominis esse ingenio suo praesidentis puto. Praesertim cum Graeci quoque ita loquantur, apud quos, οὐκ ὅτι, μὴ ὅτι, οὐκ ὅπως, interdum valent, *non solum*: interdum, *non solum non*: quod & docuit, & multis praestantissimorum scriptorum testimoniis confirmavit decus atque ornamentum Gallici nominis, Gulielmus Budaeus in Commentariis linguae Graecae.

CAPUT VIII.

De loco quodam ex secundo De Officiis.

DUBITANT eruditi homines, quomodo accipiendum sit, quod ait Cicero libro secundo De Officiis: *multa saecula exspectanda fuisse C. Pontio Samniti, si a fortuna reservatus esset ad id tempus quo Romani dona accipere coeperunt.* Bellavit enim cum Romanis Pontius anno ab urbe condita CCCCXXXII. lex autem Calpurnia de pecuniis repetundis lata est anno ICCIIII. ut si *saeculum* sit centum annorum, quomodo accipiendum, & Grammatici veteres docent, & ludorum saecularium appellatio confirmat; non tota duo saecula ei exspectanda fuerint. Sed certe *saeculum* interdum est ἡλικία: ut ostendit & Naevius, qui Nestorem, ut est apud Gellium, *trisaeclisenem* vocavit, ex illis videlicet Homeri versibus:

> Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
> Ἐφθίαθ', οἵ οἱ ἅμα τρέφον ἠδ' ἐγένοντο
> Ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ, μετὰ δ' τριτάτοισιν ἄνασσεν.

γενεὰ autem triginta annorum est. Itaque illi Homerici versus ostendunt tantum, Nestorem, cum illa loqueretur, sexagenario majorem fuisse: quamvis illic quoque

ἥλιοι pro centum annis accepisse etiam veteres Latini poëtae videntur.

CAPUT. IX.

Illustratus locus ex Oratione pro Flacco.

MIRIFICE abjicit, & extenuat Cicero in oratione pro Flacco vim, & auctoritatem plebiscitorum (*) sive psephismatum, quae fiebant in Graecia, quod in eis neque per capita, neque per tribus, neque per centurias exquirebantur sententiae; sed per praeconem edicebatur, ut qui ita sentirent, manus tollerent: atque ita clamore multitudinis, & sublatione manuum, de rebus gravissimis, temere, & inconsulte decernebatur. *Sic sunt*, ait summus orator, *expressa ista praeclara, quae recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, non jurejurando constricta; sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatae.* Et paulo post: *Porrexerunt manus: psephisma natum est.* Atque eo respicientes apud Aristophanem οἱ ἐκκλησιάζοντες, ajunt, videndum sibi esse quomodo manus tollere debeant, ad confirmandum videlicet id quod Praxagora proposuerit:

Ἐκεῖνο δ' ἃ προφυλάξομεν, ὅταν χέῑρα
Τὰς χώρας αἴρειν μεταμορφώσωμεν τάχα.
Εἰθισμένοι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν σὺν τύχῃ.

Etsi Victorius libro duodecimo Variarum lectionum alio id referendum putavit. Hujus autem consuetudinis & apud Aeschylum in Supplicibus mentio est:

Παιδημίᾳ γὰρ χειρὶ δικαιούμεθα
Ἔφεδρον αἰθὶς τῑνδε κρημνώσσειν λίγον.

& paulo post:

Τοιῶν᾽ ἀκουόντων, χερὶ δ᾽ Ἀργεῖοι λεὼς
Ἔκρανεν.

Ubi etiam Scholiastes formulam verborum ponit, quae in

(*) Rectius dixisset *populiscitorum*.

in ejusmodi rebus praeconi usitata erat, [illegible]. Meminit & alicubi Scholiastes Nicandri.

CAPUT. X.

Emendatus Plauti locus in Epidico.

STULTA quaedam consuetudo est ignavorum, & nullius pretii hominum, ut cum quid ignave, indecoreque fecerunt, si ostendere possint magno alicui, ac praeclaro viro idem quoque modo contigisse, satis id sibi esse aut ad defensionem, atque excusationem, aut etiam ad gloriam, & commendationem arbitrentur. Sic jocans alicubi Martialis, quendam qui malos versus faciebat, etiam laudandum esse dicit, quod ea in re Ciceronis similis sit, sic inepti olim quidam cum illud impedimentum linguae quo Demosthenem laborasse legerant, imitarentur, germani sibi Demosthenes videbantur. Sic Platonis paulo elatiores humeros, Aristotelis unam [illegible], qui studiose effingerent, multi erant. Et apud Terentium Thraso cum aedes meretricis oppugnaturus, loco sibi cavisset, *Idem*, inquit, *hocce Pyrrhus facitavit*. quasi eadem ratio Pyrrhi fuisset, quae tum erat illius. & in eadem fabula cum de deditione cogitaret, jamque se impurae mulierculae in servitutem mancipaturus esset, *Qui minus*, inquit, *quam Hercules servivit Omphalae?* Est autem horum consimilis jocus & apud Plautum in Epidico, ubi servus e militia rediens, de herili filio qui arma aut amiserat, aut vendiderat, loquens, ait, id ei glorioſum fore: nam idem olim etiam Achilli contigisse. Notum est autem, ut, interfecto Patroclo, ad Trojanos Achillis arma pervenerint. sed Plauti locus in omnibus vulgatis libris depravatus est. ita enim legitur:

Sed quid ais? TH. *quid rogas?* EP. *ubi arma sunt Stratippocli?*
TH. *Pol illa ad hostes transfugerunt.* EP. *armane?* TH. *& quidem cito.*
EP. *Serions dicis haec tu?* TH. *serio, inquam. hostes habent.*
EP. *Aedepol facinus improbum.* TH. *at jam ante alii fecerunt idem.*
Erit illi illa res honori. sed

ſed pro *alii*, ſine ulla dubitatione legendum eſt *Achill* unico *l*, propter verſum, ut ſaepe apud Homerum: quod & ea quae ſtatim ſequuntur, manifeſto declarant. Quod autem ſtatim ſubjungit, ſe putare arma Stratippoclis fabricatum eſſe Vulcanum, quoniam ad hoſtes travolaverint: eo pertinet, quod τὰ Ἡφαιστότευκτα plerumque animata erant: ut illi tripodes, de quibus apud Ariſtotelem primo Politicorum, quos ait Homerus αὐτομάτους θεῶν θύεσθαι ἀγῶνα.

CAPUT XI.

De libidine Eunuchorum verum eſſe quod a Terentio dictum eſt.

NON vanum eſt quod de Eunuchis audiſſe ſe ancilla Terentiana dicit, eos amatores eſſe mulierum maximos. neque enim quibuscumque amputantur teſtes, in eis libidinis ardor extinguitur: immo vero creſcit, & intenditur in iis qui exſecti ſunt jam puberes: ita ut olim libidinoſae mulieres, quae tamen parere nolebant, cupide eis, ut in illa clinopale indomitis & indefeſſis, ad libidinem ſuam explendam abuterentur. Idque hoc etiam tempore metuens immanis & barbara gens Turcarum, quibus Eunuchis uti ad mulierum ſuarum cuſtodiam volunt, eis non teſtes modo, ſed & caudam, ut ait Horatius, ſalacem ferro demetere plerumque ſolent. Multae enim alioqui facerent idem, quod Gelliam quandam facere ſolitam ait Martialis. Verum autem eſſe, quod modo dicebam, & exempla declarant, ut Phavorini philoſophi qui eunuchus cum eſſet, in adulterio deprehenſus dicitur: & gravisſimi ac ſanctiſſimi ſcriptoris, Baſilii confirmat auctoritas, qui hac de re ita ſcribit in ἀσκητικῷ· Τὰς γὰρ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σπουδὴν, τὴν παιδογόνον μοῖραν, τοὺς ἀδύτους λυπεῖσθαι, φασὶ δελεάτηρίόν τι τῇ ἄσχετον φύσις τοὺς εὐνούχους εἰσῳκίσθαι, ᾗ ὑπ' αἰσχύλῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὡς αὐτοὶ δοκοῦσι, ἀκινδύνως φθείρειν τὰς σωφρονούσας. Atque hoc ipſum plane ſatyrice exſequitur Juvenalis his verſibus:

Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbae:
Et quod abortivo non eſt opus: illa voluptas
Summa tamen, quod jam calida, & matura juventa
In-

Digitized by Google

Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro.
Ergo exſpectatos, ac juſſos creſcere primum
Teſticulos, postquam coeperunt eſſe bilibres,
Tenſoris damno tantum rapit Heliodorus.

CAPUT XII.

Euripidis unus, Ciceronis ex epiſtolis ad Atticum duo loci emendati.

ERUDITE ſane, ut ſolet, emendavit jam pridem locum Euripidis ex Hippolyto coronato doctiſſimus homo, Victorius. In quo cum vulgo legatur,

Πόσον νιν' ἄπις, ἢ ξυνὸν πυρεμένη;

monet ille pro ἄπις legendum videri ἄπος: quo nihil verius dici potuiſſe cenſeo. Sed tamen ſcrupulus reſidere adhuc aliquis poteſt propter ſyllabae modum, qui obſtare, atque impedire huic mutationi (*) videtur. Ἄπλον enim priore ſyllaba producta dicimus, ἄπος correpta. Auctor hujus rei Euſtathius, qui exponens illud Homericum,

Δειλάλαι, αἶψ' αὖτις ἀναίνομαι,

ita ſcribit: τὸ ἢ ἀναίνομαι, ῥῆμα ὂν ἐξ οὗ ἡ ἄπη γίνεται, ἀπὸ εὐθείας, ὡς λέγω πρήσσω, τὸ οὐ ἀφχῶ ἄρχομαι. εἰ γὰρ ἡ ἄπη, ἐξ ἧς τὸν ἄπην ὅσον, ὡς ἡ Λεπλητιάδης δηλοῖ, συνίζει τὸν ἄρχομαι. καλὰ γὰρ Εὐριπίδης δηλοῖ οὐ τῷ, ... ἵππων πρέλλων ἄπης. Neque tamen propterea non illa recta ac vera eſt emendatio. tantum immutandus eſt duarum vocum ordo, ut ita legatur,

Πόσον ἄπις νιν', ἢ ξυνὸν πυρεμένη;

Sed hujus ipſius vocis ignoratio corrupit etiam locum quendam ex epiſtola prima libri decimi ad Atticum, ubi, cum vulgati libri ita habeant: *Haec eſt ἄλη in qua nunc ſumus, mortis inſtar:* mihi quidem dubium non eſt, quin legi debeat, *Haec eſt ἄη*. ſignificat autem aeſtum quendam

(*) *Malo impello* cum Dativo conſtruitur.

dam animi nihil quod satis probet reperientis. Est etiam in eadem epistola locus supervacanea vocum aliquot adjectione depravatus, quem ita hoc loco describam, ut ex veteris libri mei auctoritate legendus est: *Nihil video quod sperem, aut quod jam putem fieri posse: sed tamen hoc ipsum est unum* τὸ ἀλλοκοτώτατον ἀπάντων, *veniendumne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.* Hanc scripturam qui cum vulgatis conferet, de ejus integritate dubitaturum non puto.

CAPUT XXII.

Ex Amphitruone Plautina loci aliquot emendati.

APUD Plautum Alcumena cum dixisse, multo plus esse in vita molestiarum, quam voluptatum, neque fere quidquam boni cuiquam obtingere, quin aliqua statim molestia consequatur: sibi id suo ipsius exemplo cognitum, ac compertum esse dicit:

Nam ego, inquit, id nunc experior de me, atque ipsa de me scio.

sed in meo vetere libro, multo, ut mihi quidem videtur, elegantius scriptum est:

Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio.

Domo enim dixit, οἴκοθεν, ut cum Graeci dicunt, οἰκοθεν ἐμοῦ, de eo qui se ipse indicat: & cum quod cujusque proprium, ac suum est, id οἰκεῖον vocant. Eodem autem illo in diverbio cum Amphitruo ab exercitu rediens, ita salutasset uxorem:

Amphitruo uxorem salutat laetus speratam suam;
Quam omnium Thebis vir unam esse optimam dijudicat:
Quamque adeo cives Thebani vero rumificant probam:
Valuistin' usque? exspectatusne advenio?

neque illa quidquam responderet, quod virum a se paulo ante abiisse, seque ab eo illudi arbitraretur: jocans, qui eis adstabat, servus Sosia,

haud

haud, inquit, vidi magis
Exspectatum: cum salutat magis haud quisquam, quam canem.

ubi illud, *haud vidi magis*, venustissime dictum est, & ex contrario intelligendum. Sic in Captivis:

At etiam te suum sodalem esse ajebat. Haud vidi magis,
Et quidem Alcmaeo, atque Orestes, & Lycurgus postea
Una opera mihi sunt sodales qua iste.

Et in Poenulo:

At amans per amorem si quid feci, Milphio,
Ignoscere id te mi aequum est. Haud vidi magis.
Et ego nunc amore pereo. sine te verberem:
Item ut tu mihi feciſti ob nullam noxiam.
Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

& simile illud Ciceronis pro Sextio: *Est enim homo iste populo Romano deditus. Nihil vidi magis.* Quod autem in illo Amphitruonis, & Alcumenae colloquio ita vulgo legitur,

Obsecro ecastor, quid tu me deridiculi gratia
Sic salutas, atque appellas, quasi dudum non videris!
Quaeque nunc primum recipias te domum hinc ex hostibus?
Atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris?

moneo, horum quatuor versuum posteriores duo neque in meo illo vetusto libro legi, & plane otiosos videri. Et aliquanto inferius, ubi vulgo,

Si obsequere, una resolvat plaga:

melius in illo,

Si obsequare, una te absolvas plaga.

Multis autem versibus interjectis:

Jam illud non placet principium de osculo.
perge exsequi.

non

non ut in vulgatis, *pergam exsequi:* est autem *exsequi*, narrare, διηγεῖσθαι. Neque indignum puto quod notetur verbum *capere*, Graeco more, positum esse pro eo quod est coarguere, ac convincere: in illo versu,

Tu si me impudicitiae captas, non potes capere.

Ita enim illi ἐλέγχειν: sed cum versus eo modo non constet, curtusque ac mutilus sit, facile equidem adducor, ut ita legendum putem,

Tu si me impudicitiae captas, capere non potes.

neque minori aut commodiori mutatione arbitror eum redigi posse ad modum, ac mensuram ceterorum. Et, quando haec pusilla colligere coepi, addam illud quoque, ubi ita legitur:

Namque de illo subdititio Sosia mirum nimis est.

sine ulla dubitatione legendum esse, *mirum est minus*. neque hoc omittam, ubi Mercurius se ad Amphitruonem deturbandum comparat, legendum videri:

Ibo intro, ornatum capiam, qui potis decet.

non ut vulgo, *qui potius decet.* Idem enim significat, quod paulo ante dixerat:

Capiam coronam mi in caput: adsimulabo med esse ebrium.

est autem ita dictum, quomodo in hac ipsa fabula, *nostro generi non decet:* & apud Terentium, *ut vobis decet:* Graecorum hoc quoque imitatione, & exemplo. Sic in libris juris: *Decet enim tantae majestati, eas servare leges, quibus ipse solutus videtur.*

CAPUT

CAPUT XIV.

Emendatus, & declaratus locus quidam ex epistolis ad Atticum.

SOLET Cicero cum proverbiis utitur, mutila saepe ea, & decurtata proferre: quod & alii tum Latini, tum Graeci scriptores saepe faciunt: videturque in eo inesse aliquid leporis, ac venustatis, cum unusquisque ejus linguae non ignarus, audito eorum principio, facile reliqua per se subsecturus esse videatur. Sed affert tamen ea res interdum orationi aliquid obscuritatis, cum ex una, aut ex altera voce non quilibet statim proverbium esse animadvertit, neque ejus statim recordatur. Itaque ea quoque res non paucas maculas scriptis veterum adspersit. Quomodo equidem arbitror depravatum fuisse locum quendam libro VIII. epistolarum ad Atticum, ubi ita legitur: *sed, quaeso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? Male mihi sit, si umquam quicquam tam enitar.* Quis enim haec postrema verba legens, non sentit insuave quiddam, & e consuetudine Ciceronis alienum? Cum autem in sacris vetere libro, quo me donavit lumen, ac splendor amplissimi ordinis, Gulielmus Sirletus Cardinalis, legatur: *Male mihi sit, si umquam quidquam tam inita:* fieri potest, ut fallar, sed mihi plane persuadeo legendum esse; *si umquam quidquam tam invita:* & subaudiendum, *Minerva:* ut significet, se nihil umquam tam invita Minerva scripsisse, quam illam epistolam ad Varronem, ob quam mirari, quod illa Attico tam valde placuerit.

CAPUT XV.

Locus Caesaris emendatus.

JAM PRIDEM animadverti, multa in optimis quibusque scriptoribus ita manifesto depravata, ut ea ipsa mihi causa fuerit, ne publice testarer, quomodo emendanda viderentur, quod neminem ita hebetem arbitrabar fore, quin id per se videret: maleque mihi videbar judicaturus de ceterorum ingeniis, si ne illa quidem quae in oculos incurrerent, nisi monente me, animadversum iri existimarem. Nunc, cum hujus generis pleraque illis quoque in

libris haerere, ac residere videam, qui quotidie emenda
ab hominibus doctissimis prodeunt, dissimulandum an
plius non puto: cum praesertim in illa tanta hominu
multo majori, quam ego sum, doctrinae copia, mult
que acriori judicio praeditorum consensio interdum add
bitare me cogat, ne mihi nimis ipsemet blandiar, ne
solus iis ipsis in locis caecutiam, in quibus alios paru
esse arbitror perspicaces. Tale est, quod nunc e tert
libro commentariorum Caesaris De bello Gallico pro
ram. Ubi cum dixisset Caesar, in vico Veragror
Octodoro, qui positus in valle, altissimis undique mon
bus contineretur, Galbam cum aliquot cohortibus ad hi
mandum confedisse: &, quia is vicus in duas partes fl
mine divideretur, alteram partem concessisse Gallis,
teram attribuisse cohortibus: tum deinde cum dies co
plures hibernorum tran isset, subito captum a Ga
consilium renovandi belli, opprimendaeque legioni
ejusque rei causa montes qui impenderent, noctu
eis occupatos, haud ita multo post subjicit: *Hostes,*
omnibus partibus, signo dato, decurrere, lapides, ge
que in vallum conjicere. Nostri primo integris viri
fortiter repugnare, neque ullum frustra telum ex loco
periore mittere: ut quaeque pars castrorum nudata de
soribus premi videbatur, eo occurrere, & auxilium fer
Sed profecto aut ego plane desipio, aut totum illu
neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere, a
no loco positum est. Neque enim in Romanos con
nit, qui, ut constat, in valle inclusi obsidebantur,
in Gallos, qui noctu, ut dictum est, juga impendenti
montium occuparant. Censeo igitur, verba illa stat
subjicienda post verbum *conjicere*: idque mihi ita certu
videtur, ut in re perspicua argumentis abutendum n
putem.

CAPUT XVI.

Ovidii locum quendam ex Apollonio Rhodio sum- ptum esse.

TERRAM Africam serpentibus plurimis infestam
constat: ejus autem rei Ovidius hanc causam adfe
quod Perseus

Digitized by Google

Viperei referens spolium memorabile monstri,
Ora carpebat tenerum stridentibus atis:
Cumque super Libycas victor penderet arenas,
Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae,
Quas humus exceptas varios animavit in angues.

Quum fabulam videtur hausisse ex Apollonio Rhodio, cujus versus ex quarto libro Argonauticon subjiciam: quod eos Ovidius non imitatus modo, sed prope interpretatus videtur:

Ἔνθεν δ' ἰοδόκον Λιβύης ἐκεραΐζατο πηγὴν
Εὐρυάλου, ἣ δ' ἐν τε κάλυκι νιν ἔσχεν μούνη,
Ῥεχθὲν δερκήσιον ὑπὸ λαιμοῖο βιαλλῆ κομίζων,
Ὅσσαι κυανέης γλῆνες αἵματος ἔδυσε ἱσταί,
Αἱ πάσας κείνην ἐφίει γόνῳ ἰβλάπτεσθαι.

CAPUT XVII.

De quibusdam qui habiti sunt impii, cum ex omnibus popularibus suis longissime ab impietate abessent.

De Diagora Melio, Theodoro Cyrenaico, aliisque nonnullis ita plerique veteres quasi de hominibus summe impiis, loquuntur, quique nullum omnino deum esse crederent. Eandem etiam notam calumniatores Socrati inurere voluerunt: eamque ob causam Aristophanes, quem ipsum ἄθεον fuisse non dubito, Socratem Melium vocat. At de Socrate quidem longe alia est Justini Martyris, sanctissimi, & eruditissimi viri, sententia, qui in Apologia secunda pro Christianis, eum quodam modo Christianum fuisse ait. ita enim scribit: οἱ μὲν λόγῳ βιώσαντες Χριστιανοὶ εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἠλίας, καὶ ἄλλοι πολλοί. Et certe Socrates numquam docuit nullos deos esse: sed tantum esse supremum quendam deum, immensum, infinitum, aeternum, multo superiorem, ac potentiorem iis omnibus, qui tum pro diis publice colebantur. De Diagora autem, & Theodoro, itemque de Hegesia Agrigentino, & aliis quibusdam, Clemens

Alexandrinus in Protreptico mirari se scribit, quid eos antiqui pro impiis & atheis habuerint: cum illi men, & modeste ac frugaliter viverent, & hoc propi accederent ad veram pietatem, quam ceteri, quod, e veri Dei cognitionem consecuti non erant, eos tam qui colerentur a popularibus suis, deos non esse intel gebant. Verba pii ac sancti scriptoris haec sunt: θαυμ ξειν ἔγωγέ μοι, ὅτῳ τρόπῳ Ἐνήμερον τ' Ἀκεσσαμενῶνον, καὶ Νικόν τ' Κόπρειαν, καὶ Διαγόρεω, καὶ Ἵππωνα τ' Μήλιον, τοὶ τε Κυρηναϊ ἐπὶ τύτοις ἐκεῖνον, ὁ Θεόδωρ@ ἄνομα αὐτῷ, καὶ πᾶσι ἀθε συχνὺς, σοφέντας βιβιωκότας καὶ κρατιςεύσαντας ἐξύπερόν τε τ τῶν ἀνθρώπων, νῦν ἀμφὶ τὰς θείας τύτυς πλάνας, ἀξίως ἐπι πλήκτυσιν, οἱ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν μὴ νοσοῦντες, ἀλλὰ τ πλάνην γε ἐκσοβδικότες ὅπερ ὁ σμικρὸν εἰς ἀληθείας φροντίσ ζόπυρον ἀναφύεται σπέρμα. constat igitur, novum non esse sed illis etiam temporibus in consuetudine positum fuisse ut illi ipsi, qui in ratione divini numinis colendi foedis mis implicati erroribus tenebantur, hominibus eruditi quibus intelligerent stultitiam suam non probari, impiet tis, καὶ ἀθέοις@ maculam adspergere conarentur.

CAPUT XVIII.

De loco quodam ex Eunucho Terentiana verius videri esse Donatum, quam Turnebum.

RECTISSIME ac verissime exposuerat eruditissim Grammaticorum Donatus dictum illud Phaedriae Tere tiani,

Si non tangendi copia est,
Eho! ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit, certe extrema linea
Amare, haud nihil est.

Cum diceret *quinque amoris* quasi *lineas* esse, *quarum pr ma est, videre eam quam ames: secunda, cum ea serm nem conferre: tertia, posse eam contingere: quarta, osc lari: quinta, potiri*: Vetus tamen poëta Graecus eas-ta tum quatuor fecerat, noto distichio:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τοῖς ἄλλοις@, ὅσις ἀκούῃ,
Ἡμίθεος@ δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος@ δ' ὁ συνών.

N

eque cuiquam mirum videri debet, eandem, quae pri-
a est, extremam vocari. Prima enim est in concilian-
amore, quaque munienda via ad id quod amantes
ncupiscunt. Sed si quis a fine, qui, ut ait Aristote-
, omnis actionis principium est, retro versus nume-
re incipiat, eadem efficitur extrema: ut ὁ ἀνηλύσει δια-
extrema sunt, quae in componendo fuerant
ima: & ut quod in deliberando ultimum est, idem in
sequendo consilio primum est. Ut nullo modo absur-
m sit, idem primum & extremum nominari. Hadria-
s tamen Turnebus, homo immensa quadam doctrinae
pia instructus, sed interdum nimis propere, & nimis
pide amplexari solitus ea, quae sibi in mentem vene-
t, capite decimo libri duodecimi Adversariorum, lon-
aliam hujus dicti interpretationem prodidit: *Amare*,
quit, *extrema linea, est amare impensissime, ducta trans-
tione a curriculis vel stadiis, in quibus prima linea cur-
s erat in carceribus, ultima in fine, quae & calx dice-
tur, quod scilicet calce, vel creta notaretur.* Haec
urnebus: quae tamen, quod sine ulla contumelia dictum
cipi volo; Turnebum enim & amavi, ac colui vivum,
me semper ab eo amari sensi: mihi videntur alienissima
se, neque ullo modo cum iis quae paulo ante Phaedria
erat, cohaerere. Quid enim frigidius est hac senten-
: Certe impensissime amare haud nihil est. At illud
ostra elegantissimum: Si nihil aliud consequi hoc biduo
ssum, certe tamen aliquid erit, amicam videre. Quare
i mihi auscultabunt, veterem interpretationem tene-
nt. Eodem illo in capite emendat locum quendam
eadem fabula, ubi ait vulgo legi,

G. *Rex te ergo in oculis.* T. *scilicet.* G. *gestire.*

legendum, *gestare:* quod ut *ferre*, ita *gestare in ocu-*
, recte dicatur: *gestiendi* autem verbum ab hoc loco
num sit. At ego totis decem annis antequam Turne-
Adversaria ederet, ita emendaram, & edideram: ut
illum locum ex eadem fabula,

qui illum flocci fecerim.

que fuit causa, cur homo tam eruditus ea denuo repo-
et, aut obtruderet pro suis. Sic *impetritum* Ciceroni,

Digitized by Google

& Valerio reſtituiſſe primus videri voluit, capite XVII libri quinti, quod tamen cui acceptum ferendum ſi ſcient, qui legerint ſcholia Pauli Manutii in libros de D vinatione, edita abhinc annos viginti. Atque ego, qu tum Manutio indicavi, eadem publice docueram Lu tiae, quinquennio ante, & cum ipſo Turnebo commun caveram. Sic *venuſtatem* ἀντὶ τοῦ τὸ τῆς ἡρμοσμένης *& invenuſtum* pro eo qui parum in amore felix eſſe tanquam a ſe primum animadverſa prodidit, cum ego an annos plus minus triginta eadem docuiſſem in Schol quibusdam meis in Tereatium, quae tum edidit Lamb Michaël Vaſcoſanus. Sic *deteſtata* apud Ciceronem I legibus: quod tamen mihi ſe debere poſtea faſus eſt. S alia multa, quae percenſere & longum, & moleſtum f ret. Atque adeo haec ipſa reticuiſſem libens: ſcio en lectoris nihil intereſſe, quis primus aliquid docuerit. tantus in litteris Turnebus fuit, ut ſuo quodam ju mea omnia ſibi vindicare potuiſſe videatur. Sed mihi ſt machum interdum movent furunculi quidam egente ac famelici, quiꝰ quod a me talia negligi ac diſſimul vident, mea jam Myſorum, ut dicitur, praedam puta Quos ut quieſcant, moneo: &, ſi quidvis ſibi putant cere in ea quae a me privatim acceperunt, iis ſaltem a ſtineant manus, quae edita jam ac publicata ſunt: n etiam tacente me, plurimos & injuſtitiae & impudenti ſuae teſtes ſuo ſibi praeconio colligere velle videantur.

CAPUT XIX.

Illuſtrati ex Odis Horatii aliquot loci.

SOLITAS deorum tutelarium effigies in prora, aut pupi navium edito atque eminenti loco collocari, & a vere notarunt, ad illum Horatii verſum,

Non di, quos iterum preſſa voces malo:

& confirmari poteſt auctoritate veteris Grammatici ex pentis hos verſus ex Iliados nono:

Ζεὺς δ' ἐκ νηῶν ἀπονόσφιν ἄκρης πρύμνης,
Ἀντίος ἐμπρήσειν πολεμίῃ πυρί.

Digitized by Google

Ait enim quaeri posse, cur Hector minari dicatur, se abscisurum summas Graecarum navium partes, deinde autem ipsas naves incensurum. respondetque id eum facere, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἀθανάτους ἔσω ἀγάλμασι καὶ οἰκήσεσι τοῖς θεοῖς, ne videlicet deos quoque ipsos inflammare velle videatur. Sed quid est, quod Horatius in Archytae Tarentini epitaphio, quod eodem in libro legitur, bis pulverem nominat? Et opinor eum respexisse ad superstitionem veterum, qui non integras, ac solidas glebas, sed tritum, ac minutum pulverem injiciebant mortuis: credo, ne presso dolorem eis aliquem adferrent. Nam eis etiam levem ac mollem terram optare soliti erant. In quo non videntur abhorruisse a sententia Democriti, qui cadavera quoque ipsa sentire opinabatur. Itaque Eustathius exponens illud Homericum,

Τοῖσιν δὲ Θέτις χυτὴ κὴ γαῖα καλύψει,

γυτὴ δ', inquit, κὴ οὐ γαῖα ἡ ἐπιχωμένη τοιοῦτο. ἐπεὶ καὶ βῶλοι αὐτοῖς ἐπιτίθενται, ἀλλὰ χυτὸς, ὃς ἐκ γῆς χυτοῦ.

Romani tamen, ut ex Cicerone ac Varrone notum est, glebam injicere solebant. libet adjicere, principium illud Odarii in Venerem,

O Venus, regina Gnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cyprum:

expressum videri partim ex Alcmane, cujus haec citantur,

Κύπρον ἱμερόεσσαν λιποῦσα καὶ Πάφον ἀβρόσυνον.

partim ex Aeschylo, ex quo haec adducuntur,

Κύπρις Πάφου τ' ἴχνος οὐκ ἔστιν πάτημα κλῆζον.

CAPUT XX.

Caesaris locus e primo De bello civili emendatus.

LIBRO primo commentariorum Caesaris De bello civili haud procul a principio ita scriptum est: *Haec Scipionis oratio, quod Senatus in urbe habebatur, Pompejus.*

que aderat, ex ipsius ore Pompeji mitti videbatur. Sed quia perspicuum est, Pompejum tunc praesentem in Senatu non adfuisse: idcirco jam pridem homo eruditissimus, Petrus Victorius, capite primo libri tertii Variarum lectionum, legendum censuit, *aberat*. qua in re auctoritatem ipsius secuti sunt omnes, quorum postea in eis libris emendandis versata est industria. Ego veterem librum habeo, in quo neque *aderat*, neque *aberat* legitur, sed *averat*. Quae scriptura etsi videri potest confirmare conjecturam Victorii: si quidem librariis veteribus nihil aeque usitatum fuit, quam v pro B, & B pro V scribere: mihi tamen longe secus videtur. Puto enim legendum, A. V. *erat*: hisque notis significari, *ad urbem erat*. Etenim tunc Pompejum ad urbem fuisse, nemini esse obscurum potest, qui totam illam paginam legerit. Memini me hoc ipsum ante aliquot annos Paulo Manutio dicere, eique vehementer probatam esse conjecturam meam. Quam quidem ita nunc quoque probatum iri confido omnibus idoneis existimatoribus, ut pluribus verbis confirmandam non putem.

M. A N-

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM LIBER UNDECIMUS.

CAPUT I.

Emendati loci aliquot ex primo libro Annalium Taciti ab excessu divi Augusti.

MULTA jam pridem notaveram in C. Cornelium Tacitum, eaque, ut soleo, cum amicis compluribus communicaveram: cogitabamque eum, si daretur occasio, edere a multis, studio, atque opera mea, errorum maculis vindicatum. Sed dum diem ex die duco, exspectans ejus quod animo conceperam efficiendi atque exequendi maturitatem: ecce tibi Justus Lipsius, adolescens eleganti ingenio praeditus, mihique, dum Romae fuit, perfamiliaris, tam diu sibi cunctandum esse non putavit. Sed cum ipse quoque ex veteribus libris, quos hic nactus erat, multa correxisset, nonnulla etiam acute, & ingeniose excogitasset, Taciti libros a se emendatos, & illustratos publicavit. Qui cum ad me perlati essent, eosque una ego, & Gibertus Oddus Perusinus, quicum ego ante hos duodecim annos Tacitum totum diligenter evolveram, curiose cum eo, qui tum a me emendatus erat, conferre, ac contendere coepissemus, deprehendimus ita saepe incurrisse utrumque nostrum in eadem vestigia, ut, qui rem non nosset, pleraque sumpsisse alterum ab altero suspicaretur. Quam tamen suspicionem & a me, si nihil aliud, temporum ratio facile amolitur: neque cadere in Lipsium sinit fides ipsius, ac probitas, qua ille non minus, quam ingenio, excellit. Gavisus sum adolescenti, cujus ego crescenti gloriae plurimum faveo, tantam extitisse mecum his quoque in rebus consensionem, ac judicii similitudinem: & tamen

Digitized by Google

pauca quaedam in quorum nonnullis non prorsus m
cum illo convenit, subjicienda duxi, non tam certa
studio, quam propter amorem, ut ait vetus poëta. P
mum igitur sub principium libri primi Annalium leg
Donec gliscente adulatione deterererentur, ut Aemilius
non *deterrerentur*, ut Lipsius. libertate enim aluntu
& gliscunt ingenia: adulatione, qua nihil servilius e
degenerant, & deteruntur. Est autem oratio venusti
illa contrariorum contentione. *gliscere* enim est crescer
deteri, deminui. Illud, *pluribus munimentis insistere*
jam pridem a me ita emendatum erat, eodemque mod
versus Ennianus apud Ciceronem:

Nam tibi munimenta mei peperere labores.

Paulo autem infra eum locum ita lego: *Igitur verso*
vitatis statu, nihil usquam prisci, & integri moris: o
nes, exuta aequalitate, jussa principis aspectare: non
vulgo, *omnis*. Et de Tiberio: *Ne iis quidem anni*
quibus Rhodi, specie secessus, exul egerit: ubi vulg
exulem egerit. Jam illud: *serviendum feminae, duobu*
que insuper adolescentibus, qui remp. interim premant
quandoque distrahant: prorsus integrum esse censeo
hoc sensu: fore ut duo illi adolescentes interim du
imperaturus est Tiberius, remp. premant, quae eos qu
que aliqua ex parte dominos habitura sit: quandoque a
tem, nempe Tiberio mortuo, quandocumque tandem i
futurum sit, eandem distracturi sint. cum verisimile si
fore, ut uterque fautores, & sectatores habeat, p
quos operam det, ut, summoto altero, ipse in imperiu
succedat. Tunc igitur remp. in partes, ac factiones d
stractum iri. *Quandoque* autem ita positum est, ut in i
lo loco libri quinti: *Et tu Galba quandoque degustab*
imperium. Sed nihil mihi tam praeter opinionem accidit
quam eam conjecturam, qua ipse mihi praecipue plac
bam, quam eruditissimis hominibus saepissime ostentav
ram, quam, ut filiolam amplexabar meam, legendu
esse, *Gnarum id Caesari*, ubi ante me omnes nullo sens
legerant, *C. Navum id Caesari*, eam Lipsio quoque i
mentem venisse. Cogitavi autem idem mihi evenisse
quod multis patribus, qui dum adultas, ac nubiles filia
nimium diu domi habent, eisque conditionem quaere
negligunt, efficiunt interdum, ut ipsae sibi maritos qua
ran

Digitized by Google

rant. Sed, ut ut sit, quoniam de eo Taciti loco multa dicenda sunt, ea proximo capite exsequemur.

CAPUT II.

De aliquot aliis ex eodem libro locis.

Cum secum cogitaret Augustus de Agrippa Postumo, suo ex filia nepote, quem in insulam Planasiam projecerat, revocando, ac fortassis successore Imperii relinquendo, uni ex omnibus amicis consilium hoc suum aperuit Fabio Maximo. Ille quod celare debuerat, Martiae uxori aperuit; Martia Liviae: quae cum ea de re graviter apud virum conquesta esset, facile intellexit Augustus, arcanum suum a Fabio proditum esse. Itaque postridie eo salutatus, ita eum resalutavit, ut insaniam objiceret. Jussit enim eum ὑγιαίνειν, id est, sana mente esse. Percussit illico Fabii animum id quod erat. Itaque peccati sui conscius, domum rediit, moriendi certus, & cum uxore, se garrulitate illius perditum, conqueri coepit. Illa contra, Tua, inquit, prior culpa est, qui mecum tam diu versatus, non cognoveris me eo ingenio esse, ut tacere non possem, neque me celatam habueris id quod taceri, tantopere tua intererat. Sed de te quidem ipse videris. Ego, si quid peccavi, poenas a memet ipsa exigam. simulque arrepto gladio, quae marito mortis causam praebuerat, eadem ei fortiter moriendi dux, & exemplum fuit. Ita fere Plutarchus in commentario περὶ ἀδολεσχίας. apud quem tamen *Postumius* pro *Postumo*, & pro *Fabio Fulvius* corrupte legitur. In ea re narranda scripsit Tacitus; *Gnarum id Caesari*: cum significare vellet, id Caesari cognitum, ac compertum fuisse. Nam quod tum alii, tum Dionysius Halicarnasseus in Thucydide notarunt, solere eum plerumque ad conciliandam orationi peregrinitatem, uti vocibus ἐπιχωρίοις πεποιημένοις, & contra, id ipsum & Tacitus qui quam maxime Thucydideus esse studuit, facere consuevit. Cum igitur *gnarus* usitate dicatur qui scit, *ignarus* qui nescit; amat (*) tamen

(*) *Amat dicere* Graecismus non usitatus Ciceroni. Sed Sallustius pag. 34. sic loquitur, ejusque imitatione Tacitus.

Digitized by Google

men ipse *gnarum* pro *cognito*, *ignarum* pro *incognito* dicere. Sic *incautum iter* dicit, de quo hostes non cogitarant, neque caverant, ne illac Romanus transire posset. hoc ipso in libro: *Inde saltus obscuros permeat, consultatque, ex duobus itineribus, breve & solitum sequatur, an impeditius, & intentatum, eoque hostibus incautum.* Sic in eodem *nescium*, pro *incognito* dixit: *Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa. Gnari* autem, & *ignari* vocibus tam saepe πολυπτώτοις utitur, ut difficile sit locos omnes enumerare. Hoc ipso in libro: *Quod gnarum duci.* & alibi: *In paludem gnaram vincentibus.* libro secundo: *Per occulta, & vigilibus ignara.* libro tertio: *Gnarum id Tiberio fuit*, eodem libro: *Non quidem sibi ignara quae de Silano vulgabantur.* libro quarto: *Non quidem sibi ignarum posse argui.* libro quinto: *Sed quaedam secus quam dicta sint cadere, fallaciis ignara dicentium.* libro XI. *Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta, & venire promptum ultioni adferrent.* libro XII. *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta, & astus oppugnationum: At nobis ea pars militiae maxime gnara est.* libro XV. *Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.* Sed & lib. XIII. ubi est, *cognitum id Neroni:* e veteris scripturae vestigiis lego, *Gnarum id Neroni.*

CAPUT III.

Ex eodem libro alii aliquot loci.

AGRIPPA *interfecto, nuncianti centurioni, ut mos militiae, factum esse quod imperasset, neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud Senatum respondit.* Verbis illis Taciti, *ut mos militiae*, propemodum adducor, ut illam quasi solemnem quandam fuisse verborum formulam putem: *Factum est quod imperasti.* eo magis, quod hac ipsa in re narranda, eandem retinet & Suetonius, cujus haec verba sunt: *Tiberius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset, neque imperasse se, & redditurum eum senatui rationem respondit.* Itemque in Claudio: *Die ipso Claudii, & Agrippinae nuptiarum in quinque & triginta senatores, trecentosque amplius equi-*

equites Romanos tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renuntiante centurione, factum esse quod imperasset, negaret quidquam se imperasse: nihilominus rem comprobaret. In eo autem, quod paulo post subjicitur: *Eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur:* frustra tentatur a quibusdam vetus scriptura, qui putant melius legi posse, *ut non aliter rata constet.* Hoc enim dicit Tacitus, rationem cujusque facti constare non posse, si pluribus, ut senatui, reddenda sit. semper enim idem factum alios probaturos, alios improbaturos. unum esse oportere, cui reddatur ratio, & cujus judicio stetur. si aliter fiat, imperii vim resolvi: & pro monarchia aristocratiam quandam, aut oligarchiam constitui. Paulo post autem, legendum puto: *Lacrimas gaudio, questus adulatione miscebant.* Nam hoc modo & venustior est, & numerosius cadit oratio. Jam vero ubi de testamento Augusti agitur, locus est mirifice corruptus, de quo quid mihi videatur exponam. Primum igitur quod ait, *Legata non ultra civilem modum*, nihil omnino arbitror ad legem Falcidiam pertinere: quae cum, ut notum est, ne in militari quidem testamento locum habeat, multo minus locum habere potuit in testamento Imperatoris, quem hujusmodi legibus solutum esse constat: neque hoc dicere Tacitum, non esse oneratam legatis ab Augusto hereditatem suam ultra modum Falcidia lege praescriptum: sed legata ab eo fuisse modica, & modesta, neque excedentia usitatum locupletibus civibus in testamentis condendis modum. Certe enim *civile* etiam in libris Juris saepe dicitur, quod moderatum est, & usitatum, & ordinarium. Et ita dixit Cicero *odium civile*, non ulla propria, ac privata de caussa susceptum, sed quod omnium bonorum civium commune esse solet adversus improbos. *Quid enim odisset Clodium Milo, segetem, ac materiam suae gloriae, praeter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus?* Peccat enim Victorius qui *commune* eo loco, non *civile*, adversus omnium librorum fidem scribendum putat. Sic Ovid.

Exercet memores plus quam civiliter iras.

Augustus igitur legata non reliquit ultra civilem modum, prae-

praeter pauca quaedam, quae subjungit his verbis: *quod populo, & plebi* CCCCXXXV. *praetoriarum co tium militibus singula numum millia, legionariis a cohortibus civium R. trecentos numos viritim d* Haec enim legata magna plane, & ampla sunt ultra vilem modum: & imperatoria potius, quam civilia. verbi Taciti, non dubito, quin corrupta, & ad modum e Suetonio emendanda sint: *Nisi quod popu & plebi quadringenties, tribubus tricies quinquies.* intelligamus, praeter quadringenties legatum popu etiam in singulas tribus centena millia relicta esse. Q autem apud Suetonium professus dicitur Augustus, plus ad heredes suos perventurum esse, quam millies quingenties, non ita intelligendum est, ut ex ea pec legata praestanda essent, sed omnibus legatis, atque ni onere deducto. Ita enim id verbum accipiendum juris auctores docent. quod non adscripsissem, ni quibusdam, quos minime decebat, aliter accipi vide Aliquanto post, ubi ita legitur: *Caesis Hirtio & Pa sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfus sive milites Hirtium, & machinator doli Caesar abs rat.* non dubito, quin illud posterius, *sive*, deleri beat. Hujus generis multa sciens omitto: non quin sit, ea quoque indicari: sed quod arida quodammo & legentibus nihil voluptatis allatura videam: cujus hoc scriptorum genere aliquam habendam esse ratio puto.

Caput IV.

In eodem libro notata, & emendata nonnulla.

Modestiae nomen tribus omnino locis apud citum animadverti longe aliter acceptum, quam v solet. Nam cum *modestiam* fere vocare soleamus affe onem animi de se modice ac modeste sentientis, contra interdum *modestiam* pro tenuitate quadam, & firmitate virium dicit. Eorum locorum unus est hoc in libro, ex quo pleraque jam emendavi: *Versae ind Tiberium preces: & ille varie disserebat, de magnitu imperii, sua modestia. modestiam* enim dicit modicas exiguas vires suas, & nequaquam tanto oneri pares. ter est libro tertio: *Simul modestiae Neronis, &* ma

Digitized by Google

magnitudini fidebat. etsi eo loco fortasse possit aliquis modestiam, animi moderationem interpretari. Sed mihi altera illa interpretatio verior videtur. Tertius est libro XII. *Quindecim dierum alimenta urbi, non amplius, superfuisse constitit: magnaque deûm benignitate, & modestia hiemis, rebus extremis subventum.* *Modestum* quoque pro modico aliquoties dixit. Quando autem semel Tacitum in manus sumpsi, non tam facile ab eo avellar: sed pauca quaedam ex eodem illo primo Annalium libro, quomodo mihi legenda videantur, aperiam. Ubi igitur Asinii Galli sententia refertur, puto legendum hoc modo: *Addidit de laudibus Augusti:* non, ut vulgo, *Addidit laudem de Augusto.* & paulo post ita lego: *Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent, aut imparem vellent: vel iidem possent, cuperentque, M. Lepidum dixerat capacem, sed aspernantem: Gallum Asinium avidum, sed minorem.* Verba autem Haterii, quae tam varie leguntur, ita puto legenda: *Quousque patieris Caesar deesse caput reipublicae?* Est autem vetus scribendi ratio, *deesse*, pro *defuisse*.

CAPUT V.

Notatus usus quidam verbi labor, *aut* dilabor.

CUM coetus aliquis dissolvitur, seque, aut domum quisque aut quo vocant negotia, aut denique quo fert animus, alius alio recipit, in eo significando *dilabendi* verbum ponere Tacitus solet. Ac fieri potest, ut & apud antiquiores quoque ejus usurpationis exempla nepemanur; rariora tamen, ut opinor, quo mihi putavi minus vitio datum iri, si huc congesta nonnulla sub uno aspectu ponerem. Libro igitur primo Annalium ab excessu D. Augusti ita scriptum est: *Impellere paulatim nocturnis conloquiis, aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus deterrimum quemque congregare.* Id est, cum meliores jam se ad curanda corpora recepissent. Et libro secundo: *Neque dissipari copiam pugnae obsistere facere, ni famam adventus ejus dilapsi.* Et libro XI. *Ceteris passim dilabentibus affuere centuriones.* Et libro XII. *Ut eniterent populatores, vel dilapsis improvisi circumfunderen-*

ventur. Et libro tertio annalium ab excessu Neronis: *Donec fatisceret seditio: & extremo jam die sua quisque in tentoria dilaberetur.* Sed & aequalis Taciti Suetonius in Vitellio: *Cum deserta omnia reperisset, dilabentibus & qui simul erant, zona se aurearum plena circumdedit.* *labi* etiam pro eodem dixit Juvenalis satyra sexta: *Labente officio crudis donanda.* *Labente* enim *officio*, est, iis qui ad celebrandas nuptias officii caussa convenerant, discedentibus, ac dilabentibus.

CAPUT VI.

Inanes videri regulas duas, quas super versibus heroicis & trimetris jambicis tradidit Gellius.

NON tantum in jure civili, sed etiam in levioribus artibus periculosa est omnis definitio: perrarum enim est, ut subverti non possit. Certe duarum ad artem metricam pertinentium, quas Gellius libro duodevicesimo tradit, quarumque alteram ad M. Varronem auctorem refert, neutram perpetuo veram esse, nullo negotio probari potest. Quod mihi eo magis indicandum putavi; quia memini quendam in urbe magni nominis grammaticum, quique etiam faciendorum versuum leges sibi aut uni, aut cum perquam paucis notas esse jactabat, duos illos canonas, tamquam abditum quiddam, & μυστικῶς, familiaribus suis ὑπὸ ἀπορρήτου tradere solitum esse. Eorum prior est: *In longis versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis duos primos pedes, item extremos duos habere singulas posse integras partes orationis: medios haud umquam posse. Sed constare eos semper ex verbis aut divisis, aut mistis atque confusis.* Sed nos quo ludicrum praeceptum refutemus, ex ludicro poëmate fumamus. Homerus in Ranis:

Τοξόται δ' ἐν πόρνῃ πλησιάζουσι Σαμιᾶνι.

Quaero, in eo versu tertius pes habeatne integram partem orationis, an minus. &, si gravius testimonium requiritur, arcessamus hoc ex Iliade:

Ὃς ἐὼν, τὸν μὲν λίην αὐτῷ, ὃν δ' ἧσσον ἄνωγε.

Non-

ohne hic & tertius & quartus partem orationis absol-
nt? Addam & alium ex Lucretio:

Concutitur tum sanguis: viscera persentiscunt.

ex Aristophanis Pluto:

Ἀλλ' ἴθι σὺ μὴν πρὸς ὁπαμωὶ . . τί δρᾷς; λέγε.

tera regula est: *observasse M. Varronem in versu hexa-*
tro, quod omni modo quinctus semipes verbum finiret.
d hoc quoque quam sit ἀέκατον, tamen etsi ex iis ipsis
rsibus quos supra posui, cognosci potest: addamus tá-
n alios. Et primum quidem occurrit primus versus
dysseae:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον.

secundus Iliados:

Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

uid in illis Virgilianis: *Nil nostri miserere*: &, *Cum*
ti posuere: &, *Infit, eo dicente*: ac similibus, num
inctus semipes verbum finit? Sed si plura testimonia in
perspicua congeram, ipse mihi videor ridiculus fore.

CAPUT VII.

Quiddam quod occulte significaverat Homerus, non minori artificio a Virgilio significatum esse.

Ut inferos esse, ubi a sceleratis hominibus poenae
mortem exigantur, nemini unquam sano dubium fuit,
excubantem pro inferorum foribus Cerberum; & Ache-
is transvectionem, & caussae dictionem ad Minois
unal, & pertusis doliis aquam haurientes puellas, &
nis tibi assidue imminentem fugam, & metuentem, ne
ssi, aut impendentis saxi casu denuo moriatur, Tan-
n, & totam denique illam in Plutonis domo tragoe-
, quicunque ex veteribus paulo cordatiores erant,
omniorum, aut anilium fabellarum loco sempor ha-

buerunt. Itaque & Cicero primo libro Tusculanarum irridere, ac pictorum, & poëtarum porrenta vocare veretur, quae convincere nihil negotii sit: & alio quamlibet multa testimonia colligi possunt, ex qui constet, eandem illorum quoque his de rebus fu sententiam. Sed & antiquissimus poëtarum Homerus cta quadam urbanitate significavit, quaecumque ipse inferis cecinisset, talia esse, qualia interdum mulierc & puerulis ad focum sedentibus aut fallendi aut con andi somni gratia narrari solerent. Facit enim Ulix moneri a matre, ut quam primum superos repetat, qu que apud inferos vidit, mente condita teneat, ut ha at quod uxori narrare possit.

Ἀλλὰ φίλοισι πάσσαι λιλαίεο, πῶν ἔ πάσσαι
Ἰθύ, ἵνα τῷ μετόπισθε πῇ εἴπῃσθα γυναικί.

ut tantum non aperte dicere videatur,

Πάρ σοὶ δὲ χρὴ πάντα λέγειν κατὰ μοῖραν ἀρῆσθαι.

summus autem Homericarum virtutum imitator, Vi sius aliam rationem commentus est, qua idem obsc ac symbolice indicaret. Nam cum duas, ex Hom hoc quoque, Somni portas fecisset, Corneam una qua vera; Eburnam alteram, qua falsa insomnia t terentur: Aenean, spectatis illis inferorum porten porta eburna egredientem facit, ut sagacibus lectori suspicandum relinqueret, talem esse totam illam πομπὴν, qualia somnia ex inferis eadem illa porta exire xisset.

CAPUT VIII.

Veterum comicorum loci duo inter se collati.

FACETE expressit Plautus in Menaechmis Peni parasiti edacitatem, qui cum Cylindrum coquum, sum tribus parare prandium, interrogantem fecisset, nam illi tres futuri essent, respondisseque meretrix, & Menaechmum, & parasitum ejus, ita statim rati mantem inducit coquum:

Digitized by Google

Jam isti sunt decem:
Nam parasitus octo munus hominum facile fungitur.

idetur autem Eubulum veterem comicum imitatus es-
, qui Philocratem quendam in mensa facile pro duo-
s aut pro tribus esse dixerat. Sed Plautus, ut solet,
odum excessit. Eubuli versus hi sunt apud Athe-
eum:

Εἰσὶ γὰρ ἡμῖν ἢ πεπλασμένοι δύο
Ἐπὶ δεῖπνον ἄφιγμαι, Φιλοκράτης ἢ Φιλοκράτης.
Ἐγὼ γὰρ οὐκεῖνον ὄντα, δύο λογίζομαι,
Μᾶλλον ἢ ἅπαξ.

l Eubulus, ut mihi quidem videtur, urbanius, qui
m duos dixisset, unum Philocratem bis nominari fece-
. Nam insulsi profecto, & illepidi fuerunt, qui apud
henaeum in secundo horum versuum scripserunt, Φιλο-
ης ἢ Φιλοκράτης. corruperunt enim & urbanitatem di-
, & versus modum. Eodem autem sale condiit vetus
idam poëta distichon, quo cum quaedam cavenda ac
gienda complexus esset, bis in eis Laodicenses nomi-
it. Id distichon in Synesii epistolis legitur; sed non
is emendate. Sic autem legendum videtur:

Λαοδικὸς, φρῦνος, ὅσον ἢ Λαοδικεὺς ἀφίδρυμα,
Καὶ ποσὶ λοισθῶν, ἢ πάλι Λαοδικεύς.

CAPUT IX.

adians *pro sole. Emendatus apud Ciceronem veteris poëtae versus.*

ADIANTEM veteres poëtae Latini interdum sine
adjectione vocabant solem. Et ita hoc nomine usus
Cicero in Arato:

Hoc motu radiantis, Eteſiae in vada ponti.

ne enim dubium est, quin expresserit illud Arateum,

Ἡελίῳ τὰ πρῶτα σπειρομένοιο λέσχη,
Τῆμος ἢ κιλαδέντος ἐτήσιαι ἀρτὶ πόντῳ
Ἀθρόοι ἐμπίπλωσι.

Quo fit, ut in versibus vetusti poëtae, qui citantur bro tertio De oratore,

Vive, Ulixes, dum licet.
Oculis postremum lumen radiatum rape.

non dubitem, quin melius omnino sit, quod in vet libro meo legitur,

Oculis postremum lumen radiantis rape.

CAPUT X.

Cur Juno apud Homerum Vulcano blandiens, clau dum eum vocet.

QUAERIT P. Victorius libro XXIX. Variarum le onum, quo consilio Juno apud Homerum Vulcano b diens, verita tamen non sit eum κυλοποδίωνα vocare que eo factum ait, quod cum vitium pedum ipsius a tum esset, neque ullo modo tegi posset, nullo ve magis eum mater ostendere potuit, quam si inde ip vocasset id autem fecisse ὑποκαριζομένην, ut ostend eum a se valde amari. Quae fortasis vera sunt. Plutarchus, gravis inprimis & idoneus auctor, aliam jus rei causam adfert, nihilo, ut ego quidem arbit deteriorem. Ait enim, voluisse summum ac sapien mum poëtam ostendere, neque bona, neque mala co ris talia esse, ut aut ad laudem, aut ad vituperatio cujusquam valde pertineant. Itaque apud eum e qui aliquem objurgant, ac reprehendunt, eo tamen tempore commendare ipsius formam, si bona est, verentur. Ut Hector Paridi convicium faciens,

Δύσμορε, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς ἠπεροπευτά.

& ipsi Hectori Glaucus,

Digitized by Google

Ἔκτορ σὺ εἶδος ἄριστε, μάχης ἄρα πάντων ἐδάης.

eque unquam in probri loco objiciunt ea quae corporis nt, ſed quae animi; ut Ulixes Therſitae non quod audus eſſet, aut calvus, aut gibberus, exprobrat, ſed od immodice, & intempeſtive loquax. Contraque maer ipſa ne tum quidem cum filio blanditur, veretur eum audum, ut erat, vocare; quod ea res nullo modo ad viperationem ipſius pertineat, neque quidquam de dignite ipſius detrahat. ὅπως, inquit, ὅμοιος κεφαλὴ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ χαλότητι, ἢ νυφλότητι, ἢ ψικτὸν ἠγόμενος τὸ αἰσχρὸν, οὔτε αἰσχρὸν τὸ μὴ δὶ ἐμοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τύχης γενόμενον. demque modo Attius in Philocteta, quem Ulixi blanentem induxerat, ab eo id commemorari facit, Ulem formoſum non eſſe.

Inclute, parva praedite forma,
Nomine celebri, claroque potens
Pectore Achivis clasſibus ductor,
Gravis Dardaniis gentibus ultor,
Laërtiade.

bi etiam illud notant, quod patris nomen in ultimum cum rejecerit: quia in laudibus magnorum virorum poemum locum generis nobilitas teneat: ea autem poerit primo loco, quae ipſius Ulixis propria eſſent: in ibus nihil ſibi neque Laërtes, neque Anticlea, neque riſius vindicaret.

CAPUT XI.

Quod de Scipione & Laelio dictum eſt, idem de duobus antiquis Philoſophis dictum eſſe. Diogenes Laërtius locis aliquot illuſtratus.

CIPIONIS, & Laelii amſicitia nemini ignota eſſe ilum modo humaniori poteſt. cum autem praeſtaret ientia Laelius, ex qua etiam ei cognomen inditum ſſe notum eſt: nihil admodum in rep. gerebat, nihil liebatur, nihil ſuſcipiebat Scipio, niſi de conſilio, & tentia Laelii. Unde qui aut tales viros inter ſe comtere, aut de Scipionis gloria aliquid deterere, ac de-

minuere volebant, actorem modo esse ajebant Scip
nem, sed Laelium poëtam. Eadem autem orationis ri
ra dictum vulgo erat & antea de duobus eruditissi
hominibus Eretriensi Menedemo, & Asclepiade. C
cum inter se ita conjuncte viverent, ut Pyladea quaed
esse ipsorum amicitia putaretur, essetque Asclepiades
tu grandior: non deerant, qui dicerent, poëtam quid
Asclepiadem, nihil autem aliud quam actorem, & hi
onem quendam esse Menedemum. Hunc Menedemu
gravem postea, & severum philosophum, principio
narum pictorem fuisse ajunt; id est, σκυτογράφον, non,
vulgo putant, σκυτοῤῥάφον. Quod & ex vetustis La
libris cognoscere poterant, & ex aliis quae in ipsius M
nedemi vita leguntur. Ut quod cum psephisma qu
dam scripsisset, dictum est in eum a quodam Alexini
ctatore, ὡς ὅτι σκυτάλῃ, ὅτι ψέφισμα συσσήει τῷ σοφῷ γρά
Joci enim venustas est in multiplici significatione v
γράφειν, quod est & *scribere*, & *pingere*. Item q
adolescentuli cujusdam ferocientis audaciam compesc
cum in eum quidem nihil dixisset, sed tantum humi
lineasset muliebria patientem. Hoc enim est, πρωκτ
σαι: quod male interpres convertit, *trajectum*. Et
dem modo accipitur verbum illud paulo post in illo n
daci, & aculeato adversus Hieroclem dicto, ὡς ἀ αὐτ
Ἀντιγόνῳ προσῆκε. Et in vita Arcesilai: quem locum
male accepit interpres, ut verae sententiae ne vestig
quidem appareat: Diogenis enim verba sunt: πρὸς δ
τίνα ἴσχυσε παραπλῆσθαι, ὃς διδώσειεν αὐτῷ, ἂν ὁ δικὼ ἔτερον
μοῖζα εἶναι, ἐρέσθαι, εἰ δὴ τὸ δακτύλιόν τοῦ ἰχθυοπώλου
ita reddit interpres: *Quum retulisset ad eum quidam vi
se concludens, non videri altero alterum majus, Nec
cem, inquit, digitorum longitudo fenorum longitud
Ego autem hoc modo: Cum quidam, quem, opinio e
mallem, atque impudicum esse, ad eum retulisset,
videri sibi aliud alio majus: interrogavit eum, num
quidem, quod decem digitos longum esset, longius vi
tur ea quae sex tantum digitos longum.* Quid autem
nificaret, neque difficile est cogitare, neque hone
eloqui.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Ciceronis locus e Sophocle expressus.

PRAECLARUM sapientiae praeceptum est, debere numquemque nostrûm majorem curam habere ejus temoris quod post mortem nostram consecuturum est, uam brevis illius, & exigui, quo in hac vita sumus. aque graviter, & magnifice Cicero in quadam ad Attium epistola: *Longum*, inquit, *illud tempus, cum non ro, magis me movet, quam hoc exiguum.* Nam quod a locutus est, *cum non ero:* in eo secutus est consuetuinem vulgi: non quod eos, qui ex hac vita migrassent, on amplius esse opinaretur. Quamquam autem haec ntentia suapte sponte in mentem ei venire facile poerit; tamen facile adducor, ut hominem eruditissium, & in Graecorum poëtarum lectione exercitatissium cogitasse putem de loco Sophoclis, apud quem ntigone, cum fratrem insepultum jacere nollet, & cero tamen sciret, si eum adversus Creontis edictum sepelisset, sibi quoque moriendum esse; non tamen propterea absterreretur ab illius pii erga fratrem muneris functione: cum dicat, multo longius esse tempus, quo se placere, ac probari oporteat inferis, apud quos perpetuo futura sit, quam iis qui in hac vita versantur. Verba ipsius haec sunt:

Φίλη μετ' αὐτῦ κείσομαι, φίλη μέτα,
Ὅσια πεπραγώτε· ἐπεὶ πλείων χρόνῳ,
Ὅν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω, τῶν ἐνθάδε.
Ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι.

CAPUT XIII.

Eclogium. Conciliaturae. Divinaculi. *Tres loci emendati apud Suetonium in Vitellio.*

SCRIPSERAM jam pridem *elogii* nomen neque Graecum esse, neque Latinum: deinde mirantibus quibusdam nicis dixeram, ubicumque *elogium* legeretur, neque *elgium*, neque *eulogium*, sed *eclogium* dici debere. Id o ex ipsis a me acceptum in me torserunt. cum enim

de elogii nomine disputassent; utroque eos accusassent qui vocem probam, & antiquam nimis imperiose e civitate deturbare vellent: postremo eo venerunt, ut *elogium* quidem non, sed *eclogium* recte & emendate dici docerent. Ac mihi quidem, ne vivam, si non & haec & talia omnia ridiculo sunt. Sed interdum tamen nescio quid stomachi movent. Nunc expungamus praeclarum istud *elogii* nomen e quodam Suetonii loco, in quem jam pridem insedit. Ita enim vulgo legitur in Vitellio: *Extatque elogii ad Q. Vitellium D. Augusti quaestorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno Aboriginum rege, & Vitellia, quae multis locis pro numine colerentur, ortos, toto Latio imperasse.* Sed quis iste est libellus elogii, aut a quo scriptus? An fatuum est id quaerere: cum in vetere libro ita legatur; *Extat Q. Clodii ad Q. Vitellium D. Augusti quaestorem libellus.* eodem modo peccatum est in omnibus libris editis lib. v. in Verrem: ubi legitur, *Postea que Pompejus:* cum legendum sit, *Postea Q. Pompejus.* sed, ut ad Suetonium redeam, in eodem vetere libro paulo infra eum locum ita legitur: *Cujus filius sectionibus, & conciliaturis uberi compendium nactus:* non, ut vulgo, *consuturis*, aut, ut quidam emendare voluit, *cogniturus. Conciliatores* autem erant, qui Graeco vocabulo *proxenetae.* & in eodem Vitellio: *Nullis tamen infensior quam divinaculis & mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capi puniebat.* Ubi vulgo inepte legitur, *vernaculis.*

CAPUT XIV.

Restituti Ciceronis loci duo, in quibus librarii duorum veterum scriptorum nomina corruperant.

LIBET duorum eruditorum hominum nomina apud Ciceronem corrupta integritati suae restituere: quam isti, qui tota plaustra librorum veterum habuisse se ferant, quorum collatione Ciceronem emendarint, a quanto pauciora praestant, quam pollicentur. Apud Ciceronem igitur in Lucullo ita vulgo legitur: *Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum, Solem, Lunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque praeterea rem ullam in mundo moveri: quae cum circa ax-*

axem se summa celeritate convertat, & torqueat, eadem effici omnia, quae, si, stante terra, caelum moveretur. atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius. Haec Cicero: sed, qui illius admirabilis sententiae auctor putatus est, ei Hicetas, non Nicetas nomen fuit. Laërtius in vita Philolai: φησὶ τὴν γῆν κινεῖσθαι περὶ αὐτὸν, οἱ δὲ Ἱκέταν Συρακούσιον φασιν. Apud eundem Ciceronem lib. primo De divinatione ita scriptum est: *Quid ego, quae magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dionysii Persicis libris proferam?* Sed praeclare in vetere libro meo: *ex Dinonis Persicis proferam?* Dinonis enim Persica saepe & ab Athenaeo, & a Diogene Laërtio citantur. Neque vero addenda est vox, *libris*, non enim cum dicunt, *Indica, Persica, Iberica*, & similia, intelligunt βιβλία: sed res Indorum, res Persarum, Iberorum; eodemque modo in ceteris.

CAPUT XV.

De fictis quibusdam amicis, qui levia amicorum peccata reprehendunt, ad graviora connivent.

VEHEMENTER vituperare ac reprehendere solebat Hippolytus Cardinalis Ferrariensis, cujus ego memoriam perpetuo colere, eique pacem ac veniam a Deo precibus omnibus exposcere debeo, sententiam Plauti de amici officio: neque unquam audiebat hos versus,

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immane est facinus:

quin prope excandescceret, diceretque, nihil potuisse stultius, aut a veri amici natura, ac consuetudine alienius cogitari. Vix enim ullum esse aut viri boni, aut amici hominis majus, ac praeclarius munus, quam amicum vel peccare parantem retinere, atque impedire, vel cum jam peccasset, reprehendere atque increpare: dum tamen constaret, id non alio animo fieri, quam ad incutiendum ei pudorem, ne quid postea tale committeret, sed in eo magnam adhibendam esse cautionem, ne deciperemur ab hominibus improbis, qui ut amice ac libere agere videantur, in iis, quibus se amicos esse simulant, levia quaedam, & pusilla peccata reprehendunt, ad majora & gra-

viora interim conniventes: cujusmodi fere omnes esse d
cebat Regum ac potentum tenuiores amicos: neque ha
majorem ullam esse infelicitate infelicitatem. Ac mem
ni olim eum Tibure, cum inter prandium multa in han
sententiam disputasset, meque postea, ut solebat, in cu
biculum suum sevocasset, valde gavisum esse, ut ex m
audiit, aut eadem quae ipse dixisset, aut certe valde i
consentanea a Plutarcho tradita esse eo in libro, quo ad
latoris ab amico distinguendi viam, ac rationem docere
Mirifice enim amabat Plutarchum: magisque confirma
batur in sententia sua, cum intelligeret, eam tam gra
vis, tamque cordati scriptoris judicio comprobari. Ve
ba autem quae tum protuli, haec sunt: ἴσως ἡ τῶ μ
ἀληθινῶν τὴ μεγάλων ἀμαρτημάτων ἀδὲ ἀδίκων ἀφιστοίμενο
μὴ χαίρουσιν, ἀφὴς ἡ τὰ μικρὰ τὴ τὰ ἑαυτὸς ἁμαρτήματα δικα
αἴξει, τὴ μὴ τὸν παῤῥησιαζὴ τὴ σφοδρότητος, ἀν σαθρὸν ἁμαλὶ
ἴδῃ πεῖσμον, ἀν οἰκοδόμα φαῦλος, ἀν ὀλιγορῦντα κυβῆς, ἢ ἀμ
πηδίης, ἢ κωμῳδὸς, ἢ ἴσως μὴ τῶν ἀξίων ἐπιμελήμενον, χρείαν
ὀλιγωρία, τὴ παίδων ἀμέλεια, τὴ ἀπορία γαμετῆς, τὴ ἀφ
οἰκείας ὑπερορία, τὴ χρημάτων ὄλεθρο· ἀδὲν ἂν ἀφὴς αὐτὸν
ἀπ' ἄφνω· ὁ τύπος τὴ ἀπλῶ·. ἅπερ ἀθλητὴ ἀλοιφὴ
ἐῶν μαθὼν τὴ ἀκολασταίνειν, ἀτα ἀδὲ λιπὼν χαλεπὸς ὢν
σλαγγίδος, ἢ γραμματικὸς ἐπιπλήξειν τῷ παιδὶ ἀδὲ βλάπτ
γραφέως, σολοικίζοντ· ἡ τὴ βαρβαρίζοντ· ἢ δικὴν ἀπέφ
Quae cum ei interpretatus esem, addidi hujusmo
praeposteros amicorum reprehensores exagitari etiam a
Horatio: qui etiam duobus exemplis iisdem, quibus Plu
tarchus, usus esset, κυβῆς τὴ ἀμπχόνης. statimque recit
vi hos Horatii versus:

Si curtatus inaequali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucula pexae
Trita jubeat tunicae: vel si toga dissidet impar,
Rides. quid, mea cum pugnat sententia secum:
Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit:
Aestuat, & vitae disconvenit ordine toto:
Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?
Insanire putas solemnia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A praetore dati: rerum tutela mearum
Cum sis, & prave sectum stomacheris ob unguem
De te pendentis, te respicientis amici.

cu

eumque eum hujus loci collatione oblectatum viderem: addidi tertium e sanctissimo & disertissimo scriptore, Johanne Chrysostomo in oratione ὅτι τοὺς ἐγκαλοῦντας ὑπὲρ τῶν μακρῶν ἢ ἀφροσύνης: ubi ita scribit: Νεανὶ ᾧ ἂν μὲν ἴδωμεν εὐφρονοῦντα καὶ χρηστὸν ἥκοντα φιλοπαίγμονα ὄντα πλαίζοντα, καὶ πᾶν ἄλλο ποιοῦντα ἀβλαβῶς διακείμενον, διαθέμεθα πρὸς ὑπερφυῶς γεγηθότα. ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτὸν τὸν ζηλωτὴν φιλοπαίγμονα, εὐθὺ λύπης ἀναπιμπλάμεθα. Hujus generis sermonibus partem aliquam temporis prope quotidie mecum consumebat ille omnium quos unquam vidi prudentissimus, & consilii plenissimus senex: cujus aut excelsitatem animi, aut perpetuam erga eruditos homines munificentiam ac liberalitatem qui exaequet, & adhuc requiro, & vereor, ne semper frustra requiram.

CAPUT XVI.

Quod Epicurum merito a Plutarcho reprehensum A. Gellius frigide atque inepte defendere conatus sit.

EPICURUM dialectices imperitum fuisse, ac putasse etiam omnem operam ludi, quae in ea cognoscenda ac perdiscenda poneretur, ita notum est, ut confirmatione non egeat. Itaque illius artis ignoratione ruebat in dicendo: saepeque aliquid probare aggressus, ea sumebat, quibus datis ac concessis, id tamen quod probare instituerat, non concluderetur. Quale est, quod cum docere vellet, mortem nihil ad nos pertinere, ita ratiocinabatur: ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δ' ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Neque enim sequitur, si id quod dissolutum est, sensu vacat, ideirco ipsam quoque dissolutionem non sentiri. Neque mors est τὸ διαλυθὲν, ἀλλὰ αὐτὴ ἡ διάλυσις. Meritoque Plutarchus secundo librorum quos de Homero composuit, imperfecte, atque praeposterе, atque insciteе syllogismo usum esse eum dixerat: non quod praetermisisset illud, λῦσις ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις: quo addito, nihilo magis efficietur, quod ipse voluit: sed quod, stupiditate quadam, & crassitudine ingenii, non pervidisset, quantum inter id quod dissolutum est, & ipsam dissolutionem interesset. Nactus autem est patronum tali prorsus cliente dignum, Gellium; qui dum alienam stultitiam tegere vult, prodit suam.

Digitized by Google

ſuam. Tantum enim abeſt ab eo defendendo, ut ne in
tellexiſe quidem videatur, quid in eo reprehenderetur
Neque enim difficile eſt conjicere, ita eum a Plutarch
reprehenſum, ut & ab eruditiſſimo Ariſtotelis interprete
Alexandro Aphrodiſienſi reprehenditur: cujus haec ſun
ex commentario in primum Topicorum: πωῦτ@ μ ὁ ἀφ
τῦ ϑανάτυ ὑπὸ Ἐπικύρυ λόγ@ ἀρεμίν@. ὃ γ δ ἀπ τῶν λυπρ
ἀσϑπάσεων, τὸ διαλυϑῆν ἀναισϑητεῖ, τὸ ἀναισϑήτ@ εἶδ ἀσὺ ἐμοῖ
σωμάτ@ τε, ὁ ϑάνατ@ εἶδ ἀσὺ ἡμῶς, ὡς αὐτὺς ὑγοῦ), ἀλ
ὅτ τὸ διαλυϑῆν εἶδ ἀσὺ ἡμῶς, ἀλλ' εἰδ ὁ ϑάνατ@ τὸ διαλ
ϑῆν ἐτ, ἀλλ' ἡ διάλυσις. ἐπ ἴδιυ ζ ὁ δὺς τὸ διαλυϑῆν ἀναι
σϑητῶν, μ τὸ, τὴν διάλυσιν γλίσϑαι ἀναισϑήτ@ς. Neque
minus juſte ac graviter reprehenditur ab eodem Plutar
cho, quod τὸ ἀλγεῖν poſuiſſet ἀντὶ τ ἀλγηνεῖ. Cujus enim
ſtuporis eſt, confundere id quod dolorem excipit, ac pa
titur, cum eo quod dolorem facit? At iſtas curas vocum
verborumque elegantias, ait Gellius, non modo non ſe
ctatur Epicurus, ſed etiam inſectatur. Noſtra ſane nihi
intereſt, quid ille aut ſectetur, aut inſectetur. Sed qu
tam ſaepe monuerat, diligenter videndum eſſe, quae vis
quaeque notio unicuique voci ſubjecta eſſet, tam negli
gens eſſe in loquendo non debuit, ut aliud ſentiret, aliu
diceret. Neque ſi Epicuro eſſe negligenti licuit, cauſ
ulla eſt, cur aliis diligentibus eſſe non liceat.

CAPUT VXII.

De duabus antiquis vocibus, Tamenetſi, & Inſuperhabere.

VOCES quasdam Latinas, quae jam ita exoleverant
ut prope a nemine agnoſcerentur, retraxit ex fuga ſum
mus, & cum illis veteribus comparandus J. C. Jacobu
Cujacius: quas diligenter retinendas cenſeo, & quar
plurimis teſtimoniis corroborandas: ne lingua ſatis per ſ
inops, noſtra negligentia, atque incuria magis etiam pau
peretur. Ex illis vocibus eſt *tamenetſi*, pro tametſi: d
qua, quoniam nonnullos adhuc dubitare video, propo
nam hic locos aliquot, praeter eos quos attulit Cujaci
us: ex quibus conſtet, frequentem apud veteres illius uſur
fuiſſe. Plautus Milite: *Deos ſperabo, teque poſtremo
tamenetſi iſtuc mihi acerbum eſt, quia bero te carendu*
ſ

Digitized by Google

est optimo. Cicero in Verrem: *Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamenetsi animo aequo provincia tulisset, iniuria judicium grave videretur.* Idem libro XII. ad Atticum: *& tamenetsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis.* Caesar libro septimo De bello Gallico: *Quae tamenetsi Caesar intelligebat, tamen quam mitissime potest, legatos appellat.* Idem eodem libro: *At tamenetsi dextris humeris exeritis animadvertebantur.* Ennius: *At Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est, Corde suo trepidat.* Lucanus in carmine ad Pisonem: *tamenetsi bella quierunt, Non periit virtus.* Seneca libro quinto De beneficiis: *Cui, tamenetsi malus est, ipse quoque in simili materia gratus esse debebit.* Ejusdem generis est verbum *insuperhabere*, pro eo quod est negligere: cujus ipse testimonia multa ex libris juris: unum praeterea ex Appulejo protulit. Sed & Gellius cap. XIX. libri primi eo verbo usus est: *Eam*, inquit, *constantiam, confidentiamque non insuperhabendam intelligit.* Ita enim plane, id est, non duabus vocibus, sed uno juncto verbo legitur in vetere libro Fulvii Ursini. Appulejus quoque libro primo De asino aureo: *Hic qui meis amoribus insuperhabitis, non non solum me diffamat probris, verum etiam fugam instruit.* Ita enim habent veteres libri, non, ut edita, *subterhabitis.*

CAPUT XVIII.

Locos quosdam e primo Rhetoricorum Aristotelis e Platone sumptos videri.

NON semper nominat Platonem Aristoteles, neque cum ab eo dissentit, neque cum ab eo aliquid sumit, neque denique cum quid dicit, quod ad aliquem Platonis locum pertineat: sed interdum, quasi praeterieus, & aliud agens, id facit: ita ut lectorem minus attentum facile lateat. Ut libro primo De arte dicendi, cum opus, ac finem Rhetorices, ait, non in persuadendo positum esse, sed in videndo, quid in quaque re aptum sit ad persuadendum: non dubium est, quin verba illa, ἡ ὅτι τὸ τοῦτο ἔργον αὐτῆς, dirigantur adversus id quod apud Platonem ait Gorgias: τὸν ῥητορικὸν πείθειν δημιουργὸν εἶναι, καὶ τοῦ πιθανοῦ αὐτῆς εἰς τοῦτο πλάττει. Iterumque paulo post, cum ait

ait [illegible] & libro quarto [illegible], cum idem dicit [illegible] duobus verbis persecat ea quae apud Platonem i Hippia minore fusius, ac copiosius disputantur. Illu quoque quod paulo infra eum locum tradit, unamquam que aliarum artium esse [illegible], [illegible] in eo quo tractat, ut geometriam in iis quae magnitudinibus acci dunt: in numeris arithmeticen, similiterque in aliis alias manifesto sumptum est e disputatione Socratis adversu Gorgiam. Haec notare non alienum putavi: quia P Victorius, qui mihi adhuc videtur solus in eos libro scripsisse, id facere omiserat. Neque sane ab uno scrib omnia aut potuerunt, aut debuerunt. Satis esse debet Vi ctorio ad gloriam, quod ea in illis libris praestitit, qua nemo hac tempestate alius praestitisset.

CAPUT XIX.

Loci aliquot e Poenulo Plautina emendati & illustrati.

APUD Plautum in Poenulo ita cum Milphione serv Agorastocles adolescens colloquitur:

Quid nunc mihi es auctor Milphio? MIL. *ut m verberes,*
Atque auctionem facias. nam impunissime
Tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet.
AG. *Quid jam?* MIL. *majorem parte minore hab tas mea.*
AG. *Supersede istis verbis.*

Sed Turnebus e veteri, ut ipse ait, membrana una litteram addit, legitque hoc modo:

Majorem partem minore habitas mea.

atque hanc sententiam esse dicit: Tibi licet impu hasce aedes vendere in auctione: major enim pars t est, minor mea: ut accessiuncula mea impedire vend tionem, legemque mancipii non possit, quae declarat si vera est, primum de Turnebi sententia novum jus

Digitized by Google

vile recipiendum erit, ut quarum aedium major pars alicujus est, ei, etiam invito eo, cujus est pars minor, eas totas aedes vendere liceat. Sed hoc jus, nisi obstet Turnebi auctoritas, valde controversum futurum est: & vix, aut ne vix quidem, illius sententia obtinebit. Sed & aliud nobis multo absurdius devorandum erit. Quomodo enim aedes domini, & servi communes esse possunt? aut qui sui dominus non est, is partis aedium dominus esse? An eam partem dicetur habere in peculio? At nonne dominus & servi, & peculii dominus est? An qui facile pronunciant, facile etiam συλλογίζονται: nosque ipsi ridicule facimus, dum in declaratione tam ridicula confutanda tam multi sumus? legendum enim plane est,

Majorem partem in ore habitas meo.

hac sententia: Licet tibi has aedes impune vendere, ut quibus tibi jam opus non sit: ita enim saepe mihi contundis os pugnis, & calcibus, ut, non in aedibus, sed in ore meo majorem temporis partem habitare videaris. In eadem autem fabula, ubi legitur:

Res serias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem.
Profecto festos habeam decretum est mihi:

una littera mutata, legendum, *Pro festo.* Habere autem dies festos pro festo, ita dictum est, ut, *somnia pro somniis* habenda. ut, apud hunc ipsum, *pro sano:* ut apud juris auctores, *pro herede, pro domino, pro possessore:* ut apud Appulejum; *neque pro amico, neque pro philosopho facturum.* Et cum ait, se res omnes serias extollere in alium diem, procul dubio respexit ad illud vetus dictum, εἰς μέσον τὰ σπουδαῖα. Sed & in eadem fabula, in Agoraſtoclis ἀναγνώσεσι depravati sunt hi versus:

Ostende, ut inspiciam. jam aperi, audi, atque ades.
Ac. *Mi patrue salve.* Pom. *& tu salveto Agoraſtocles.*

Legendique hoc modo:

Osten-

Oſtende; ut inſpiciam. aperi. AG. vide, eccum. adeſt
Mi patrue ſalve. POE. & tu ſalveto Agoraſtocles.

Sed in illo verſu, qui in extrema fabula legitur,

Injuriarum multo induci ſatius eſt,

qui vulgatam ſcripturam mutare conantur, nimis inger
ſi ſunt. *Induci* est ὑπάρχειν: & de hoc verbo conſulend
est Budaeus in commentariis linguae Graecae.

CAPUT XX.

Unde ſumpſerit Horatius, quod Amorem in Chia
genis excubare dixit.

NEMINEM esse opinor, dumtaxat Graecarum d
ciarum ὦν ἄγαθον, quin peregrini, & transmarini ſapo
aliquid ſentiat in his Horatii verſibus:

Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum ſollicitas. Ille virentis, &
Doctae pſallere Chiae
Pulchris excubat in genis.

Ego quidem quoties illum tremulum Lyces cantum co
to, videre mihi videor libidinoſam illam & κρεκ
anum, quae apud Ariſtophanem, cerusſa, & purpur
fluentibus buccis, cantare ſe ait, ut virum aliquem
conciliet:

Ἐγὼ δ' ἡσυχάσασ' ἐμαυτὴν ἐμφυσῶμαι,
Ἔσται μοι, ἢν κρόκωτὸν ἀμφισωμαι,
Λέγειν, μινυρομένη τι τοῖς ἐμοῖσι μάλα,
Παίζουσ', ὅπως ἂν ἀδελφίδοιμι αὐτῶν τινά.
Παρέσται. Μῶσαι δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τὸ ἐμὸν στόμα,
Μελῳδίαν εὑρεῖσαί τι τῶν Ἰωνικῶν.

Jam in iis quae ſequuntur, Graeca plane omnia. no
eo modo quod virentem Chiam dicit, id eſt, χλωρ

Digitized by Google

: ſed, multo etiam magis, quod Amorem ait in ulchris illius genis excubare. Sumpſit autem hoc e graiſſimo poëta Sophocle, apud quem ita in Antigona cait Chorus:

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν,
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
Ὃς ἐν μαλακαῖσιν παρειαῖς
Νεανίδων ἐννυχεύεις.

loc certe quidam, ſi viveret, aut ſibi ſubreptum eſſe, t ſibi alicubi in via excidiſſe diceret.

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER DUODECIMUS.

CAPUT I.

Emendati loci aliquot e libro primo Senecae De beneficiis.

UT *emptoris* & *venditoris*, *locatoris* & *conductoris* permutata esse inter se aliquot jure civili locis nomina docuit princeps noster & superioris memoriae jurisconsultorum, Cujacius, ita notasse mihi videor quodam apud Senecam loco *creditorem* pro *debitore* positum esse. Ita enim vulgo legitur, lib. primo De beneficiis: *Nemo beneficia in kalendario scribit nec avarus exactor ad horam & diem creditorem appellat.* Ubi, nisi me fallit animus, legendum est, *debitorem*. Neque hoc, quando haec rudioribus navatur opera, monere omiserim, non id dicere Senecam, ab avaro exactore non appellari debitorem ad horam & diem, quod manifesto falsum esset: sed eum qui beneficium dat, non facere item ut avari exactores solent, qui, quod creditum derunt, id sibi ad horam & diem solvi volunt. Sic ergo locus est illi Horatiano: *Nec excitatur classico miles truci*. non enim negat militem classico excitari; sed eum, qui rus suum colit, negat ita excitari classico ut milites solent. Sic in epistola ad Pisones: *Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres*. negat enim bonum imitatorem id sibi studio habere, ut verbum verbo reddat, quemadmodum fidi interpretes solent. Emendatus & ex eodem libro alia. Ubi ergo de Gratiis loquens ait: *Inveniam alium poëtam, apud quem praecingantur si*

Digitized by Google

spissis prodeant: legendum est ex veteribus libris, & *spissis auro Phrygianis prodeant. Phrygianarum vestium* mentio est & apud Plinium, *spissas* autem *auro* dicit, quibus Phrygio multum ac densum aurum intexuisset. Et, ut quaedam in medio leviora omittam, veniam ad locum quendam mirifice depravatum, qui cum minimo negotio ex vetere scriptura sanari posset, tales medicos invenit, ut cuilibet eorum dici potuerit,

Τὰ φάγρου ἐν τῷ τόπῳ μείζω πιεῖν.

Vulgo enim ita legitur: *Ad hanc honestissimam contentionem beneficiis beneficia vincendi sic nos adhortatur Chrysippus, ut dicat, verendum esse, ne quia Charites Jovis filiae sunt, putemus certe parvum ingerere sacrilegium, si tam bellis puellis fiat injuria.* Possem ostendere, quomodo alii scribendum censuerint. Sed quid opus est, cogitandis illis, ostentare me? Veterum librorum scriptura haec est: *parum sacrate gerere sacrilegium sit, & tam bellis puellis fiat injuria.* Ubi est, *sacrate*, scribito, *se grate*: plana omnia & emendata erunt. Unum etiam locum ex eodem libro appingam; qui vulgo ita legitur: *Itaque boni etiam farre, ac fictili religiosi sunt: mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.* Libri veteres, &, ut Turnebus loquitur, manuales, pro *fictili* habent *fritilla*. Sed legendum, *fitilla*. Id genus erat pultis, quo utebantur in sacris. Arnobius libro septimo adversus Gentes: *Quid fitilla, quid frumen, quid asericia, quid gratilla, catumeum, conspolium, cubula? ex quibus duo, quae prima sunt pultium nomina, sed genere & qualitate diversa. sequentia vero, quae sequitur, liborum significantias continet.*

CAPUT II.

Ejusdem Senecae locus illustratus.

MULTI sunt, qui, cum & libenter & prolixe alios laudent, neminem tamen habent, qui se, quod ab eis laudatus sit, quidquam propterea eis debere arbitretur. Laudant enim sine ullo dilectu ac discrimine omnes: ut id non aut judicio aut benevolentia adducti, sed morbo

quodam animi facere videantur. Sed & in pecunia idem, quamquam rarius & a paucioribus, fieri videas. Ejusmodi igitur homines & elevant auctoritatem judicii sui, & omnem benefactorum gratiam amittunt. De quibus praeclare Seneca: *Beneficium*, inquit, *quod quibuslibet datur, nulli gratum est. Nemo se stabularii aut cauponis hospitem judicat, nec convivam dantis epulum: ubi dici potest, Quid enim in me contulit? Nempe hoc, quod in illum & vix notum sibi, & in illum etiam inimicum ac turpissimum hominem. Numquid enim me dignum judicavit? Morbo suo morem gessit.* Puto autem hoc, quod postremo loco positum est, veteris poëtae Graeci exemplo dictum esse, ex quo quadratum versum perelegantem citat Plutarchus:

Οὐ φιλόξενος οὐ γ' ἦν'. ἴχνος νέου. χαίρει δόδς.

Ibi enim quisquis ille est, qui loquens inducitur, negat, quod alius quispiam multis pecuniam largiatur, id ab ipsius humanitate ac liberalitate proficisci: eum enim illo quasi morbo teneri, ut dandis pecuniis gaudeat.

CAPUT III.

Alius ejusdem scriptoris locus emendatus.

EXCEPTA *Macedonum gente*, ait libro tertio De beneficiis Seneca, *non est in ulla data adversus ingratum actio.* Sed ubi quidquam tale de Macedonibus lectum est? Immo vero apud folos mortalium Persas ingrati actionem dari, ex Xenophonte didicimus; cujus verba describam, non ut vulgo leguntur, sed ut legenda sunt: δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος ἐὰν ἄνθρωπος μισθὸν μὲν ἀπάλλας μάλιστα, δικάζουσι δὲ ὅπως ἀχαριστήσει. Numquid igitur Senecam memoria lapsum esse dicemus? At eam ipsemet (*) profitetur sibi usque eo firmam fuisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque procederet. Equi-

(*) Confundit patrem Marcum, qui hoc de se praedicat Praef. L. 1. Contr. cum filio Lucio, quem saepe memoria lapsum esse, ad Rutil. Lup. I. p. 9. monuimus.

Equidem vidi veterem Senecae librum, in quo non *Macedonum* legebatur, sed *Maedonum*. neque dubium habeo, quin legendum sit, *Medorum*. *Medos* autem pro Persis antiqui saepe dicebant: ut jam pridem docui in illum Catulli locum:

Cum Medi irrupere novum mare.

Itaque Aristophanes gallinaceum, quem jocans ait olim Persis imperasse, ea de causa Μῆδον ὄρνιν vocat: ἐπεὶ καὶ τοὺς Πέρσας Μήδους ἔλεγον: ait qui scholia in ejus fabulas scripsit.

CAPUT IV.

Vetus quaedam consuetudo satisfaciendi iis quibus male precati erant.

IN consuetudine apud veteres positum fuit, ut qui alicui male precatus erat, is si eum placare, eique satisfacere vellet, optaret, eo praesente, ut in caput suum reciderent ea quae in ipsum dixisset. Duobus hoc e Seneca locis cognosci potest: quorum unus est libro tertio De beneficiis, ubi ita scriptum est: *Rufus vir ordinis senatorii inter cenam optaverat, ne Caesar salvus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat: & adjecerat, idem omnes & tauros & vitulos optare. Fuerunt, qui illa diligenter audirent. Ut primum diluxit, servus, qui cenanti ad pedes steterat, narrat, quae inter cenam Rufius dixisset. Hortatur, ut Caesarem occupet, atque ipse se deferat. Usus consilio, descendenti Caesari occurrit. Et cum malam mentem habuisse se pridie jurasset, quod ut in se & filios suos recideret, optavit, & Caesarem ut ignosceret sibi, rediretque in gratiam secum, rogavit.* Alter est libro quarto: quem & ipsum subjiciam: loquitur autem de homine impurissimo Mamerco Scauro. *Pollioni Asinio jacenti, obscaena verbo usus dixerat se facturum id, quod pati malebat: & cum Pollionis attractionem vidisset frontem: Quidquid, inquit, mali dixi, mihi & capiti meo.* Sed & festivissimus poëta Tibullus, cum januae cuidam multa mala dixisset, eamque postremo placare vellet, ita canit:

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas. capiti sint precor illa meo.

Urbanissime autem apud Aristophanem Dicaeopolis cum Megarensem χαῖρε, id est, gaudere aut salvere jussisset: idque ille respondisset sibi εἰς ἐμαυτὸν ἀρᾶσθαι, precatur, ut id in caput suum recidat.

Παλιμπαγγραμμάτους γάρ, εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ ἐμοί.

Ubi Scholiastes eam, quam dixi, consuetudinem etiam Athenienſium fuisse tradit.

CAPUT V.

Linguarium quid vocarit Seneca.

QUAERIT Seneca libro quarto De beneficiis, si quis cui quid tamquam digno se daturum promiserit, quem postea indignum esse comperiat, quid facere debeat: num recedere ab eo, quod promisit, an etiam indigno dare. Et hanc quaestionem distinctione dissolvit: *Aut enim magnum aliquid promissum est: & tunc praestat semel pudere, quam semper paenitere: aut exiguum aliquid: quo casu etiam indigno dari potest.* Hoc posterius ipse ita exprimit: *Si exiguum est, dabo: non quia dignus es, sed quia promisi. Nec tamquam munus dabo; sed verba mea redimam, & aurem mihi pervellam.* Id est, scribam hoc in animo diligenter, & in memoria infigam, ut mihi documento sit in posterum, ne temere promittam. Aurem enim vellebant, cum quid volebant in memoria haerere. Plinius libro undecimo: *Est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur.* Et inde est illud Horatii: *licet antestari? ego vero Oppono auriculam.* Ae vidi veteres numos aereos, in quibus viri duo insculpti erant, quorum unus alteri aurem vellebat; in orbem autem scriptum erat, ΜΝΗΜΟΝΕΙΕ. Seneca ipse libro quinto: *Dicere solemus: Sine tu, loquar nicesum: & Ego tibi aurem pervellam.* Sed in eo loco, de quo dicere coeperam, statim sequitur: *Damna castigabo promittendi temeritatem. Ecce, ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris, quod dicitur, linguarium da-*

Digitized by Google

be

lo. Quibus in verbis dubitari potest, quid sit *linguarium*. & Turnebus quidem ait esse tamquam linguarum thecam & repositorium, in quo dicat Seneca se linguam conditurum, ne temere promittat. Ego autem longe aliter eam vocem accipio: neque dubito, quin *linguarium* sit id quod pro lingua, quae temere locuta est, penditur. Idque mihi aperte ostendere videntur verba illa Senecae, *Verba mea redimam:* &, *Damno castigabo promittendi temeritatem.* Sic *vasarium* dicebatur pecunia, quae pro vasis, id est, pro utensilibus attribuebatur ex aerario magistratibus in provincias proficiscentibus. Sic *cerarium* vocabat Verres pecuniam, quam quasi pro cera exigebat. Sic *salarium* antiquitus, quod dabatur pro victu, in quo principem locum tribuebant sali. Sic *unguentarium* apud Plinium libro secundo Epistolarum, quod Marius Priscus a provincialibus, quasi pro unguentis exegerat. Sic *honorarium vinum*, quod regibus & potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia sua: *Cum essem in provincia legatus, quam plures ad praetores & consules vinum honorarium dabant, numquam accepi nec privatus quidem.* Sic *hordearium*, quod equiti pro hordeo ad alendum equum dabatur. Sic denique *uxorium*, poena quae publice exigebatur ab iis qui uxores non haberent.

CAPUT VI.

De naturali quadam spei & metus conjunctione.

CUM spei nihil aeque adversetur ac timor: notatum tamen est a sapientissimis viris, ubi omnis omnino sublata spes est, ne timorem quidem posse subsistere. Pendeat enim oportet metuentis animus: qui si spei, quo sustentetur, nihil prorsus reliquum sit, plane jacet. Atque hoc eleganter admodum expressisse videtur adolescens Terentianus:

Vae misero mihi.
Ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit,
Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

Itaque negat Aristoteles eos qui ad mortem ducuntur, timere; ut quos jam spes omnis reliquit. Et qui timent, quaerunt, si qua ratione id, quod imminet, vitare possint. At in rebus desperatis nemo consultat. Immo vero ita spe alitur metus, ut omni spe adempta, plerumque in audaciam transeat. Idque in extremum periculum adductis saepe saluti fuit. Hac de re dictum Hecatonis commemorat Seneca: *Desines timere, si sperare desieris.* Cui ipse postea addit: *Dices, quomodo ista tam diversa pariter sunt? Ita est, ut Lucili cum videantur dissidere, conjuncta sunt. Quemadmodum eadem catena & custodem & militem copulat; sic ista, quae tam dissimilia sunt, pariter incedunt.* Sed in his postremis verbis omnes editiones depravatae sunt. Non enim *custodem* legendum est, sed *custodiam.* Vocabant autem *custodias* reos ipsos, qui sub custodia erant, ut alibi: *Cum adrehe-retur inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus.*) Et saepe ita accipitur hoc nomen in libris juris civilis. Dabantur autem fere militibus custodiendi.

CAPUT VII.

De piscibus subterraneis. emendati Senecae loci duo.

IMMENSAM quandam aquarum vim in subterraneis specubus latere philosophi tradunt, quae etiam interdum erumpant, secumque magnam piscium multitudinem efferant. Ceterum pisces illos, ut in tenebris saginatos, tum aspectu deformes atque horridos, tum gustatu noxios ac mortiferos esse. In Caria quidem cum id aliquando contigisset, quicumque illos ederant pisces, omnes ad unum periisse, litterarum monumentis proditum est. Sed quam ad urbem id contigisse Seneca dicit, is enim hujus historiae auctor est, ejus urbis nomen ita in libris ipsius corruptum circumfertur, ut sine veterum librorum ope vix quispiam, non dicam ad verum pervenire, sed de mendo suspicari queat. *Circum Myndum enim Cariae urbem id evenisse* in vulgatis libris legas. Ego olim librum veterem habui, quem postea clarissimo, & cum incredibili omnigenae (*) eruditionis copia, tum virtute atque integritate praestanti viro, Vincentio Laureo, epi-sco-

(*) *Omnigenus*, poetica vox.

Digitized by Google

Icopo Montisdivitis, dono dedi: quo in libro ſcriptum erat, *factum id in Caria circa Iotuma urbem.* Ex qua leviter depravata ſcriptura facile conjeci legendum eſſe; *circa Loruma urbem.* Nam & in epitoma Stephani De urbibus nominatur Λόρυμα, πόλις Καρίας: & a Strabone libro XIV. & a Ptolemaeo libro quinto, & a Plinio, & a Mela, niſi quod apud hunc librariorum vitio, *Latumna*, non *Loruma* legitur. Emendabo & alium ex eodem libro locum, quem omnes usque in hunc diem aliquot vocibus maneum ac mutilum ediderunt. Ubi enim narrat Seneca, quosdam fluvios palam in ſpecum aliquem decidere, & terra abſorberi, deinde in remotiſſimis locis exire, curſumque ac nomen ſuum repetere: cum id de Lyco amne expoſuiſſet Ovidii verſibus; ſubjungit: *Idem & in oriente Tigris facit: abſorbetur & deſidera: tus diu, tandem longe remoto loco purgamenta ejectat; ut Arethuſa in Sicilia quinta quaque aeſtate per Olympia.*

CAPUT VIII.

De Arimaſpis, cur dicti ſint unam tantum oculum habere: item de populis, apud quos pueri oblongo capite naſcuntur.

HOMINES eſſe quosdam in Scythia tradiderunt ex antiquis nonnulli, qui unum tantum in media fronte oculum haberent. *Arimaſpis* nomen eſt, quos & Aeſchylus ex eo μονῶπας vocat. Ipſum quoque Arimaſporum nomen ex re illis inditum putant. Scythica enim lingua *ari* unum eſſe: *maſpon* oculum. Sed quibus curae fuit veritatem rerum diligentius indagare, eam gentem arcu & ſagittis excelluiſſe memorant, quas cum dirigerent, alterumque, ut fit, oculum clauderent, adſiduique in eo ſtudio eſſent, dicti ſunt uno tantum oculo uti. Fortaſſis etiam, quod ei rei a pueris adſuefierent, alterius oculi orbe erant contractiore: verſaque paulatim, ut ſaepe accidit, in naturam conſuetudine, patrum ſimiles filli naſcebantur: quaeque in patribus deformitas ex oculorum inaequalitate ἐπίκτητος, & adventicia, eadem in filliis innata atque inſita erat. Ita certe de quibusdam in Aſia populis gravis auctor Hippocrates narrat; cum apud eos pulchrum haberetur oblongo capite eſſe; ob

idque nutrices recens editorum infantium tenella capita manibus contrectando ac comprimendo, globosam & orbicularem figuram corrumperent, eaque fastigiarent (*) ac fasciis etiam adstricta in acumen crescere cogerent, paulatim studium in naturam vertisse; ut omnes ea in gente oblongis capitibus nascerentur; ex eoque Macrocephali vocari. Idem & hodie, seriò an joco, de gente quadam in Italia dicitur.

CAPUT. IX.

De loco quodam Terentii ex Eunucho confutata Marcelli Virgilii sententia.

JOCOSE quidem dictum est a Chaerea in Eunucho Terentiana, *Pessulum ostia obdo*: subestque omnino obscoenior sensus: neque tamen adsentior Marcello Virgilio, qui putat respexisse poëtam ad medicorum πεσσὸς, qui mulierum naturalibus ad provocandos menses subjici solent. Primum enim ex voce non Graeca modo, sed & medicorum propria quotusquisque assecutus esset vim joci? deinde non puto voces Graecas admittere eam formam imminuendi, quae Latinis usitata est, neque si Graeci exiguum πεσσὸν dicunt πεσσάριον, licere continuo Latinis *pessulum* eo sensu dicere: non sane magis quam *logulum* ἀπὸ λογαρίου, aut ejusmodi alia. ipsumque Marcellum peccasse arbitror, qui πεσσάρια *pessulos* vertit. Sed *pessulus* est πώματος: quo nomine significabant interdum jocantes id quo mares sumus. Aristophanes:

Τῶν πρεσβυτέρας γυναικὶ ἓν τὸ νῦν
Ἔλκειν ἐστὶ, λαβομένας τῦ πυτπάλυ.

Suspicor & Horatium in illo versu,

nec. tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus,

cum allegoriae serviret, eo etiam respexisse, quod illam partem Graeci interdum μόχλον vocant: unde & λαμπρόχλους. Quin & temporibus Romuli, cum consulta Ju-

no

(*) Rectius, *fastigarent*. Vide Drakenborch. ad Sil. It. V. 50.

o, matronas Romanas, si fecundas fieri vellent, alcaro iniri oportere respondit, Graece potius quam Latine ocuta est, neque tam caprum intellexit, quam illum ...ηρον, in quo praecipuum putatur esse remedium adverus mulierum sterilitatem.

CAPUT X.

De quibusdam, qui piloso sunt corde.

ARISTOMENIS Messenii, qui trecentos Lacedaemonios occiderat, quique & fortitudine & calliditate raestiterat, mortui cor hirtum & densa quasi silva pilorum obsitum repertum esse tradit Plinius. Idem de Lysandro Lacedaemonio, qui & ipse tum fortissimus, tum stutissimus fuit, Graeci quidam memoriae prodiderunt. pse quoque memini, cum Venetiis essem, sumptum ese capitis supplicium de nobili quodam latrone, qui um a carnifice disecaretur, corde admodum piloso repertus est. Roboris quidam, astutiae & calliditatis alii sse id argumentum volunt. Ab ingenti certe calore roficiscitur, quo qui abundant, ii & robusti esse, & allidi solent. Itaque eruditus & grandiloquus poëta, Nonnus libro XXVI. Dionysiacon Sabiris populis ait esse cor densis vestitum pilis: ideoque audacissimos esse, neque unquam in proeliis metuere.

Τοῖς ἴσα Δυσαλέων στυγεραὶ τρίχες, οἷσι κ' αὐτὴν
Φρικὶ δασυζήνων ἐκφύσατο φῦλα Σαβείρων.
Τοίσιν ἐυ κραδίῃ λάσιαι τρίχες, ἀν χάεσι πᾶσι
Τυχῆς θάρσος ἔχουσι, κ' οὐ πλύσεσσιν ἑνώ.

CAPUT XI.

De adverbiis quibusdam, quae aliter apud veteres interdum scribebantur, quam nunc solent. Emendatus Ciceronis apud Fabium locus.

QUOD nunc perpetuo *istinc* & *illinc* scribimus, veteres nonnumquam *istim* & *illim* scribere solitos constat. Rectequе factum a Petro Victorio est, quod in libris Epistolarum Ciceronis, antiquam scripturam hac quoque in

in parte cum fide repraesentandam putavit. ut in epistola ad Valerium: *Qui istim nunc veniunt*, & aliis locis. Hujus autem rei ignoratione depravatus est Ciceroni locus ex epistolis ad Brutum, qui citatur a Fabio: neque correctus ab eruditis hominibus, qui Ciceronis fragmenta studiose collegerunt. Ita enim vulgo legitur: *Veritus fortasse, ne nos in Catonem vestrum transferamus illinc mali quid: etsi argumentum simile non erat.* In vetusto autem Fabii codice, qui penes me est, hoc modo: *Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum transferremus illim aliquid: etsi argumentum simile non erat.* Hoc ne cui leve videatur, moneo, alios quoque primae classis scriptorum locos eodem modo corruptos esse quos aut nos ipsi, aut alii quandoque indicabunt.

CAPUT XII.

De Thalete Milesio historia elegans.

THALES Milesius magno vir & sublimi, ut notum est, ingenio fuit: multaque admirabilia cum in aliis disciplinis, tum in astrologia primus excogitavit. Is cum reperisset, quam rationem haberet magnitudo Solis ad magnitudinem ejus circuli, quem Sol ipse annuo cursu metitur ac conficit, quoque modo id geometrica subtilitate demonstrari posset: eam rationem cum Prienensi quodam, homine & talium rerum curioso, & divite ac copioso communicavit. Qui & acumen Thaletis, & inventi pulchritudinem admiratus, praemium a se illum quantum vellet, optare jussit. *Nullum te*, (*) inquit *aliud praemium posco, nisi, ut ne tibi unquam hujus inventi gloriam arroges: sed si quando ejus alios participes facere volueris, auctorem illius esse me perpetuo profiteaeris.* Non igitur contemnunt gloriam ne sapientissimi quidem: nedum nos, qui sapientes non sumus, aequo animo feramus, si quid a nobis interdum, ex quo laus aliqua possit existere, animadversum est, id injuste atque impudenter ab aliis occupari.

CA

(*) Ex Appuleji Floridis p. 361.

CAPUT XIII.

De quibusdam locis e primo Rhetoricorum Aristotelis.

ARISTOTELES libro primo De arte dicendi, ubi docet neminem sanae mentis deliberare de iis quae uno tantum modo evenire possunt, qui modo ea talia esse existimet, ita loquitur: περὶ δ' ἃ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν ἢ γίνεσθαι, ἢ ὄντα, ἢ ἐσόμενα, βουλεύονται, ὅτου ἐπιλαμβάνονται: ubi putat optimus interpres, eum complecti tria tempora. & certe ea verba, quibus utitur, facile id alicui persuadere possunt. Sed tamen cum omnis deliberatio futurum temporis respiciat: quomodo, quaeso, quis deliberare de reliquis praeteritis potest, sive illae uno, sive pluribus modis aut esse aut fieri potuerint? Possunt quidem urbes pluribus modis capi atque expugnari. Sed si quis hodie deliberet atque in consultatione ponat, quemadmodum Troja capta sit, nonne ad agnatos & gentiles deducendus esse videatur? Quaerere, quomodo id factum sit, possumus: deliberare non possumus. Omnis autem consultatio quaestio illa quidem est, sed non contra. Ne praesentia quidem in deliberationem cadunt, nisi ut eis in posterum consulatur, ac denique omnis deliberatio ad futurum tempus refertur. Ita igitur interpretor, ut cum eorum, quemadmodum multis locis Plato & Aristoteles docent, quaedam dicantur εἶναι, ut numi, aedes: quaedam γίνεσθαι, ut bellum aut nuptiae: utrumque genus hic Aristoteles complexus sit. Aoristus enim γένεσις non magis praeteriti quam praesentis aut futuri temporis significationem habet. Et rectissime Victorius hoc ipso in loco verba illa Aristotelis, ἅσα ἐνδέχεται τὴν γένεσιν ἔχειν καὶ μή, interpretatus est, *quae eam naturam habent, ut & fieri & non fieri possint.* Saepe autem consultamus non tam περὶ τοῦ γενέσθαι, ἢ μὴ, quam περὶ τοῦ πῶς μᾶλλον ἔχειν. igitur hoc addidit, non deliberare homines περὶ τῶν ἀδυνάτων πῶς ἔχειν. Deinde subjungit: ἀλλὰ περὶ τῶν ἐνδεχομένων συμβαίνειν. Sed ego totum illud, ἢ ὄντα, ἢ ἐσόμενα, ἐνδέχεται, delendum censeo: legendumque simpliciter, ἃ δὲ πάλιν, & ita interpretor: *nullis enim usus ejusmodi deliberationis esset.* Sic Plato libro quarto De Rep. ἀναγκαῖος ἢ πάλιν εἶναι. Idem epistola quinta: οἱ μὲν μᾶλλον

πλω μὲν πλουτοῦσιν ἔφυ, πλέον δ' ἔδλε φυσήσω. Aristopha
in Pluto: κρίνει τὸ πλέον πλείων; quod Scholiastes ita
ponit, πῶς χρὴ ἐν τῷ πλούτῳ; Hoc qui non viderant;
tarant aliquid deesse.

CAPUT XLV.

Locus Virgilii expressus e Choerilo.

VIDETUR Choerilus non ita contemptus & abjec
poëta fuisse, ut eum haberi voluit Horatius: quamqua
& alii, quorum major est auctoritas, male de eo mul
ante Horatium senserant. Sed tamen & hic versus
sius:

Πίσσαν τοιλαίνοι μετὶ ὕδατι ἐνδλυχόωσι,

multos magnosque imitatores habuit: & prope ausim
cere, locum quendam optimi maximi poëtarum Virg
ex eo mihi expressum atque effictum videri. Cum en
Choerili versus quidam legantur, quibus queritur prae
pua argumenta scribendorum poëmatum a vetustis poë
occupata jam esse: eadem etiam conquestio tertio lib
Georgicon apud Virgilium legitur. Choerili versus
sunt:

Ἀ μάκαρ, ὅσσ' ἦλυ πάσαν χθόνα νῦφι κάλυψε
Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀνείρυτο δαὶ ἔπι λεπτόν.
Νῦν δ', ὅτι πάντα δέδυπται, ἔχων ὑπὸ σύριγγα πάχνη,
Ἴσταται οὔτε δρόμου κεκαλεσμένος, οὔδ' ἐπὶ ἴχνη
Πώνυ τινὸς λαιόπτα τετυγμένα ἄρμενα πλάσσει.

Virgilii autem hi:

Cetera, quae vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia jam vulgata. Quis aut Eurystheа durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, aut Latonia Delos,
Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno
Acer equis? tentanda via est, qua me quoque pos
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

Digitized by Google

lud certe, *Omnia jam vulgata*, prorsus compar ac ge-inum est illi, *Mea si non mihi libent*.

CAPUT XV.

Emendata multa in oratione Ciceronis pro Archia.

CICERO in oratione pro Archia cum multis verbis octrinae studia commendasset, eaque magnam vim ad udem atque virtutem habere dixisset: addit postea, eti-am nihil ex eis aliud quam delectatio peteretur, nihil se, quo quasi divertere, & in quo honestius ac libera-us requiescere fessus gravium negotiorum tractatione ani-us posset. In hac autem re explicanda verba ipsius haec nt: *Quodsi non hic tantus fructus ostenderetur: & si ex is studiis delectatio sola peteretur: tamen, ut opinor, nc animadversionem humanissimam ac liberalissimam ju-caretis.* Sed cum *animadversionis* nomen pro certo a-qub studiorum genere nusquam neque apud Ciceronem, eque apud ullum alium bonum Latinitatis auctorem le-iit, Lazarum Bonamicum ajunt, cum eam orationem terpretaretur, non *animadversionem*, sed *animi remis-onem*, ibi legendum censuisse, qui mihi videtur, quod *imadversionis* nomen ei loco non convenire censuit, cte ac vere judicasse: sed in eo peccasse, quod a ve-re scriptura nimis longe recessit. Ego cum eam oratio-m abhinc triennium publice in urbe interpretarer; usus m vetere libro Fulvii Ursini, viri optimi, & hominis uditissimi: quo in libro scriptum erat *animi adversionem*. nde ego una littera detracta scribendum censui, *animi ersionem*. *Avertere* enim *animum* aut *cogitationem a aliqua*, saepe, ut notum est, Cicero dicit. Eodem in li-o vetere aperte scriptum erat; *Haec studia adolescentiam unt*: non, ut vulgo, *dicunt*. Ferri tamen potest, *aiunt*. Sic im alibi Cicero, *ingenia melius ali Graecis exercitationi-s*. Jam quod eadem in oratione legitur: *Bestiae saepe manes cum fabulantur atque consistunt*; si quis attente nsideret, videbit nullo modo referri posse ad Orphei Arionis fabulam: quod tamen erudito homini, Paulo nutio visum est. Nam quod perraro factum poëtae oulantur, quo ore id Cicero dixisset saepe fieri? Me-s igitur Victorius, qui id jam pridem ad serpentes re-

tu-

tulerat: quos carminibus flecti ac consistere opinio e
Gotthicarum quidem rerum scriptores narrant, ursos
delectari tibiarum & fistularum pastoriciarum sono, u
cum in pastores impetum facturi sunt, saepe ab eis can
mulceantur: atque hanc usitatissimam pastoribus ejus
gionis rationem esse expediendae ab ursorum impetu
lutis suae. Vix tamen est, ut existimem id Ciceroni n
tum fuisse. Illa autem de Homeri patria ita in eode
illo libro leguntur: *Homerum Colophonii civem esse*
cunt sium: Chii suum vindicant: Salaminii repetun
Smyrnaei vero suum esse confirmant. melius omnino
quam ut vulgo, *confitentur*. Quis enim in significatione gl
riationis, *confitendi* verbo utitur? Quod autem statim sequ
tur: *Itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverun*
causa nulla est, cur mutetur. Quamvis enim laetae qu
que Homerum suum esse contenderent, non tamen C
ceroni propositum fuit eas omnes urbes nominare, qua
sibi summum illum poëtam vindicarent. Et notum e
apud Smyrnaeos Homeri delubrum fuisse. Strabo libr
quartodecimo: ἐν δὲ τῇ Βιβλιοθήκῃ τῇ τὸ Σμύρνιον, φάσι πρὸς
γυνὴ· ἔχουσι καὶ Ὁμήρου τὸ ξόανον. ἀντιγενοῦς δὲ τῷ ὄντι λέγε
ρόντας ἅπαντας. τῇ δὲ τῇ νόμισμά τι χαλκοῦν πᾶσι αὐτοῖς Ὁμήρου
λίγε). Cujus me loci admonuit, unumque ejus gener
aereum, numum perveterem ostendit idem ille, quem
antea nominavi, summe doctus, & summe in amicos offi
ciosus Ursinus. Puto etiam in eadem oratione ita leger
dum: *Nam nisi Ilias extitisset, ille idem tumulus*. no
ut vulgo: *Nam nisi Ilias extitisset illa*. Sed hoc levi
sculum est, & conjectura tantum nititur. Ad ipsum au
tem orationis finem ita vulgo legitur: *Haec vero sive*
meo sensu post mortem afutura sunt: sive, ut sapientissim
homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pert
nebunt: nunc quidem certe cogitatione speque delecto
Sed a libro vetere abest vox *animi*, quod verius puto
Ita enim veteres loquebantur. Horatius:

Non totus moriar, magnaque pars mei
Vitabit Libitinam.

Ovidius:

Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar.

S

Digitized by Google

quitur locus, qui valde torſit & alios homines erudi-
, & ipſum in primis Manutium; ubi ita Cicero: *Qua-
conſervate judices hominem pudore eo, quem amicorum
diis videtis comprobari tum dignitate, tum etiam venu-
e.* Manutius autem ita: Quem hic locum habet *digni-
aut venuſtas?* ſatis valere debet ad conciliandam Ar-
ae judicum voluntatem pudor ipſius & ingenium: plu-
um vero ipſa cauſa: quibus ſingulis aliquid addit,
pateant illuſtrius. at haec, *tum dignitate, tum etiam
uſtate*, neſcio quo modo intruſa, prorſus nuda ſunt.
omittam, quod hic loquendi modus, *Conſervate ho-
em tum dignitate, tum etiam venuſtate*, mihi quidem
um ſatisfacit. Adde, quod venuſtas jucunda quaedam
in vultu vel in corporis motu ſpecies eſt, quae ad
nmendationem Archiae, praeſertim aetate provecti,
il pertinet. Itaque prorſus videtur abundare. gloſſe-
dicerem, ſi, quo adjungi poſſet, viderem. nam glos-
mata, quae vocant, interpretandi cauſa ponuntur. Sed
hic aperta ſunt omnia, de pudore Archiae, de inge-
, de cauſa, ut nullum interpretationis lumen deſide-
t. Hoc tamen, quicquid eſt, & omnino, quaecum-
e ſentimus & ſcribimus, ita probamus, dum ne homi-
us eruditis, & in hoc ſtudiorum genere exercitatis im-
obanda videantur. Haec Manutius: ut homo diſertus
copioſus, multa; ut in loco depravato, non multum
is adferentia. Ego rem paucis expediam. Vox *ſtu-
s*, abeſt ab omnibus antiquis libris. Delenda igitur:
pro *venuſtate*, legendum *vetuſtate*. Hoc enim dicit:
dorem & integritatem morum in Archia comprobari
icorum ipſius tum dignitate, tum vetuſtate. Luculli
m & Metelli & Catuli, & alii praeterea viri graviſſi-
, quos antea nominarat, non tantum Archiae amici,
veterrimi amici erant. Numquam autem ille, niſi
ne vir bonus fuiſſet, talium virorum amicitiam aut
n facile comparare, aut tam diu conſervare potuiſſet,
ocem *ſtudiis* redundare, viderat & alius: ſed inepte in
ibus viris, quaſi in pulchellis pueris, venuſtatem com-
ndari, non viderat. Idque illorum qui eum noverant,
no miratur. Neſcio, an hoc quoque addere debeam;
od paulo poſt legitur: *Quique eſt eo numero qui ſemper
d omnes ſancti ſunt habiti atque dicti*: non eſſe, cui

quisquam calumnietur. Ita enim & pro Marcello: *An ex eo numero, qui una tecum fuerunt?*

CAPUT XVI.

Proverbium ab aliis praetermissum e Plutarcho.

REPERIUNTUR nonnulli homines, qui dum facet ac dicaces videri volunt, nullam falsè aliquid dicend occasionem praetermittunt, maluntque saepe amicum quam dictum perdere: faciliusque flammam ardentem i ore, quam dictum aliquod aculeatum continerent. Ta is erat ille, de quo Horatius:

dum modo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico.

Neque in privatos modo ac sortis suae homines, sed i in principes immoderata illa maledicendi libidine abutun tur: non cogitantes, quam stultum sit scribere in ec qui possunt proscribere; &, ut Cicero (*) alicubi loquitur gladio ἀντιμυκτερίζειν. Vitae igitur periculo dicacitatis fa mam aucupan ur, sparguntque voces per jugulum fortas se redituras: ac plerumque levissimae rei, ut Plato ait verborum, gravissimas poenas sufferunt. Ac ne mortu quidem aliam mercedem ferunt, quam ut de eis dicatur quod de Tantalo Euripides,

ἀκήλητον ἔσχε γλῶσσαν, ἀσχέτῳ νόσῳ.

Ejusmodi homines Plutarchus in commentario, quo tr dit, quibus notis adulator ab amico discerni queat, ait ἀλλ' ἐκεῖ τὸ φρένας ἔχειν ἀπηνῶς ἐχεῖνθαι. Quod cum pr verbii figuram habere videatur, quaesii nuper, num in Iam praeclaram congeriem adagiorum, quae Florenti cum tot speciosis ac magnificis titulis impresa tum p mum prodierat, relatum esset. Sed hoc dum quaer ea vidi, quae vidisse piguit. Neque ego ullum umqua inspexi librum, qui magis confirmaret vetus dictum *Magnus liber, magnum malum.* Sublata quidem omni quae piorum animos offendere poterant, existimo: neq

(*) Imo, *Cassius* ad Div. XV. 19.

dubito, quin Episcopus Regiensis, qua rerum sacrarum intelligentia, & qua in rebus sibi mandatis diligentia est, quod suarum partium erat, egregie praestiterit: sed vellem aliquid diligentiae ab aliis collatum ad ea quoque tollenda, quae ineruditis errorem objicere, eruditis nauseam movere possent. Nam cum is, qui primus aliquot proverbiorum millia collegerat, qui utinam aut ne attigisset umquam theologica, aut in eis religiosius & sincerius versatus esset, homo, qui neque legendo expleri, neque scribendo defatigari posset, multa in illo praecipiti scribendi calore male interpretatus esset, multa conjecisset in illum acervum proverbiorum, quae proverbia non erant: decuit certe utriusque incommodi partem aliquam ab eis tolli, qui provinciam illius operis perpurgandi susceperant: & in eorum quae detracta essent, locum substitui, si qua ab eo omissa viderentur. Nunc omnes fatuas interpretationes intactas reliquerunt, eisque tanquam sacris pepercerunt: quae proverbia non sunt, non tantum non resecuerunt, sed multa praeterea, ut liber grandior fieret, addiderunt: & tamen sic quoque multa, quae vere proverbia sunt, omiserunt. Ac vellem suum cuique tribuissent, eorum saltem, quorum nomina damnata non sunt. Ita enim sciret quisque, quid in quoque aut laudaret aut reprehenderet. Nunc quicumque rudem illam & indigestam molem congesit: Paulum enim Manutium fuisse, nemo mihi umquam persuaserit: qui etiam brevi scripto testatus est, se ea tantum, quae imprimenda acceperat, aliis imprimenda dedisse: credo, quod ipse non satis digna pleraque judicaret, quae typis suis excusa legerentur: ille igitur ἀλλως τε' ἐπεὶ, ὡς ἀ προλεγει, ἐσεται, omnes omnium reprehensiones in caput suum traxit. Cum enim nobis interdictum sit lectione aliorum omnium librorum, quibus proverbia explicantur: quicquid stolide, quicquid imperite, quicquid ineleganter dictum erit: id scilicet ei uni, cujus ille libet est, imputari oportebit. Ita homines interdum, dum aliorum gloriam ad se trahere conantur, alienae stultitiae succidanei, ut Plautus loquitur, fiunt. Sed haec, si videbitur, alias. Nunc, quod coeperamus, exequamur: *Quorum puteorum neque obstructa ora sunt, neque crepidines paulo altius exaggeratae: neque denique quidquam est, quod objectu suo prohibeat, ne quis in eos incautior prolabatur: quales*

multos ruri videmus: si qui circa eos choreas agant, magnum periculum adeunt, ne, dum progrediuntur, regrediuntur, corpus in orbem movent, saltitant, in puteum delapsi mergantur. Proverbii igitur usus esse poterit in eos, qui per ludum ac lasciviam tale aliquid factitant, ut eo ipso se in magnum aliquod periculum conjiciant.

CAPUT XVII.

De libro Proverbiorum nuper edito Florentiae.

NE quis me putet, quae superiori capite dixi de Florentina Proverbiorum editione, sine causa dixisse, & alienae industriae iniquum existimatorem fuisse: proponam hic aliquot exempla, ut quidque occurret: non enim mihi tantum est otii, ut plures horas ea in re perdere libeat: ex quibus illa vere ac merito dicta esse intelligatur. Atque ut hinc exordiar: ait alicubi in Odis Horatius, se Veneri sacrificare velle; quam in se nimis saevam experiatur: sperare autem, ubi ei hostiam mactaverit, illam sibi leniorem fore. Atque hoc ita exprimit: *Mactata veniet lenior hostia.* Inde Erasmus, aliud cogitans, proverbium fecerat, *Mactata hostia lenior.* & adfirmarat, dici de spontaneis ac mansuetis. Nonne oportuit tam ridiculam interpretationem tolli ab iis, qui a se falsas interpretationes sublatas esse profiterentur? Nam si quis vel inspecto Horatii loco, non viderit, quam hoc ridicule dictum sit: prope est, ut alia proverbii figura dicat aliquis, minus ei esse sensus, quam mactatae hostiae. Plautus ludens dixerat, Amphitruonem suam neque tragoediam, neque tamen plane comoediam fore, sed tragocomoediam. Isti hanc ipsam vocem τραγικωμῳδίαν proverbium esse dixerunt, de re, quae ex laetis simul & tristibus constaret. Quis igitur modus proverbiorum scribendorum futurus est, si talia quoque proverbia accipimus? Cognoverant ex Varrone, in bulgam seu vesicam olim condi solitos numos. statim natum proverbium est: *Ad oculos magis, quam ad vesicam pertinet.* Quo praeclaro proverbio quis, quaeso, umquam antiquus scriptor usus est? Saltem unum citassent. Ejusdem generis sunt illa: *Fluvii cursus non detorquendus: Pauca male parta multa bene comparata perdunt: Conscientia crimen prodit*

P

S

Digitized by Google

Patere legem, quam ipſe tuliſti: Tonderi pecus, non radi debet: Temporibus ſervire decet: Pygmaei vel Thiodamas cum Hercule: Amor ſit ira jucundior: Voluptas malorum eſca: & talia, ὅσα πόνις. Ut enim quibusdam hominibus male affectis, quicquid edunt, in bilem aut in pituitam, ita iſtis, quicquid legunt, in proverbium vertitur. Verſus eſt Catulli ex Epithalamio: *Omnia omnibus annuit.* Deſcripſerunt ad verbum, quae ego abhinc viginti annos ad eum verſum ſcripſeram, eaque pro ſuis ſumentes, novum proverbium concinnarunt. Verſus eſt, opinor, Euripidis:

ἐπ' ἐχθροὺς θυμὸς ὁπλίζει χέρα.

id eſt,

In hoſtes ipſamet ira armat manum.

Cum iſti ita verterunt: *inimicitias armabit ira manus.* Quid illa? φῶς ἀγαθὸν: *Manuarium aes: Sternutaverunt Amores: Bilis in naribus: Planus ſemel crura fregit: Abſens heres non erit: Oleo fraudare lucernas:* & illa, *Noxa caput ſequitur: Herculis clypeus: Ab aula receſſit: Levato velo de cauſſa cognoſcere:* & illud omnium multisſimum, *Lex Africani:* & qualia in eo libro tam multa ſunt, ut ea quaerere, ſit aquam in mari quaerere; canti fuerunt, ut propter tales nugas librum in tantam molem excrescere oporteret? Addam pauca quaedam, ut occurrent, &, ſi potero, inſignia: quamquam ita multa ſunt inſignia, ut hoc ipſo difficile ſit reperire quae distantur inſignia. Verſus eſt Luciani: πώγωνα πάνυ κυρίων ἀπ' ὠλίνων. Hunc quidam ex illis proverbium facit, & ita vertit: *Barbam velle a puerorum ulnis.* Quot verba, tot peccata. πώγωνα, id eſt, *barbam*, interpretatur pilos, qui in ulnis naſcuntur, nihil ineptius. τίλλει, non eſt *velle*; ſed, *vellit.* Ridicule autem ὁκ κυρίων facit κύρεως: id eſt *ex tonſoribus, pueros* Et ὑπ' ὠλίνων, inepte interpretatur, *ab ulnis*: cum ὑπ' ὠλίνων κυρίων, ſit, *ſub manibus tonſorum.* Verſus eſt Ariſtophanis, principio ὦ σιγώσης· Αἰῷ' ὡμὶ μᾶζαν ὡς πίχρα κοὐδέπω. Eum ajunt illi ab eruditis proverbii loco referri. Quaero, qui ſint illi eruditi: aut quis umquam idoneus auctor hoc verſu, hoc proverbio, uſus ſit. Erasmus in quodam verſu ſcripſe-

 rat,

rat, facile videri, proverbia scribere; idque se non negare: sed difficile esse chiliadas scribere. At si talia proverbia recipiamus, jam non chiliadas, sed myriadum myriadas scribere facile fuerit. Quanto enim justius in hunc ordinem referretur illud ex Pluto?

Ὡς ἀρχαλέον πρᾶγμ' ἐστι, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί,
Δοῦλον γενέσθαι πανταφρεωνητῷ δεσπότῃ.

Ut dicas, proverbii usum esse posse in eos, qui serviunt libidinoso amori, aut avaritiae, aut denique alicui cupiditati. & illa ex Nebulis:

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. τὸ χεῖμα τῶν νυκτῶν, ὅσον
Ἀπέρωτον. ὅπου δ' ἡμέρα γένηται;

Ut dicas, proverbio uti posse aliquem, qui, exempli causa, doleat, tot gentes haereticorum praestigiis occaecatas tam diu in tam crassa errorum caligine versari; cuique longum videatur, dum eis veritas illucescat. Sed non quicquid commode in varios sensus flecti potest, statim proverbium est. *Insuere in saccum* vel *culeum*, ait, quicumque est ex illis paroemiologis, vulgo dicimus pro circumvenire aliquem vel ludere. Nescio an ita loquantur in Germania, aut in alia quapiam gente, unde est, quisquis est, qui hoc scripsit. Sed ego putabam non Germanica, aut Gallica, aut Italica, sed Latina tantum, & Graeca vetera proverbia eo libro contineri. Latini autem de parricidis loquentes, dicunt quidem eos in culeum insuendos esse, non tamen ludo, neque ut eos circumveniant: neque hoc proverbio dicunt. Plato libro decimo De Rep. dixerat poëtarum metra, spoliata musices coloribus, similia esse eorum vultui, qui aetate quidem integra sunt, sed formosi non sunt: id est, τῶν εἰαμίνων περιπτύξεις, χρωμάτων ἢ μή. οἷα γίγνεται ἰδεῖν, ὅταν αὖ τὸ ἄνθος παραλίπῃ. Isti proverbium fecerunt: *Formosus sine pulchritudine*, in eos qui pigmentis exoticam, ita enim loquuntur, formam adsciverunt. Persarum reges, quibus a populis potestatem omnium rerum sibi tradi volebant, ab eis symbolice per legatos terram & aquam petebant. quam qui dabant, significabant, se imperium accipere. Res vulgo nota est. Isti proverbium fecerun

T

Digitized by Google

Terram & aquam poscere, &, *terram & aquam dare*, pro bellum alicui inferre, & bellum cum aliquo suscipere. *Massilienses mores* colere dixerat Plautus in Casina eum senem, qui armigero filii sibi pro puella suppositio facere id voluerat, quod novae nuptae solet, eo respiciens, quod Massilienses, etsi ab aliis ut severi praedicantur, mollitiei tamen nomine male audiebant, ut est apud Athenaeum, credebanturque γυναικομανεῖς. At isti *Massilienses mores* apud Plautum, optimos & probatissimos interpretantur. S. Hieronymus verba, quibus usus erat Jovinianus, irridens, ita scripserat: *Rogo, quae sunt haec portenta verborum? quodve scriptionis dedecus? Nonne vel febrem somniare eum putes, vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculis alligandum?* respiciens videlicet ad ea vincula, de quibus Hippocrates ὁ τῷ ἰητρῷ. At isti, quae argumentis fortissimis roborata sunt, vel scripturarum testimoniis, ea eradunt ab Hieronymo dici vinculis Hippocratis alligata. Quod si quis obstinatius defendere audeat, ipsemet vinculis Hippocratis alligandus esse videatur. Sed haec hydra quaedam est. quo plura capita amputaveris, plura succrescunt.

CAPUT XVIII.

Dictum elegans Jo. Antonii Lucatelli, episcopi Venusini.

VERE & graviter dicere solitum memini Jo. Antonium Lucatellum, & virum & philosophum optimum, qui postea episcopus Venusinus fuit, tunc autem in familia magni illius Hippolyti Cardinalis Ferrariensis mecum amicissime conjunctissimeque vivebat, quod Socrates in cibo ac potu faciendum esse monuisset, id contra fieri oportere in iis quibus animus aleretur. Etenim apud Xenophontem Socrates eos cibos summo studio vitandos esse dicit, quibus etiam, qui non esuriunt, ad edendum provocantur: & eos potus, qui etiam non sitientem adducunt, ut bibat. Contra autem ii sermones utilissimi sunt, atque omni studio consectandi, qui in animis languentibus excitant cognitionis & scientiae cupiditatem.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Emendatus Plauti locus e Bacchidibus.

DEMUS aliquid iſtis, qui Plautum alieno labore emendare cupiunt, quod, cum libuerit, ut ſolent, arripiant pro ſuo. Verſus ſunt e Bacchidibus:

Poſtquam aurum abſtulimus, in navem conſcendimus,
Domum cupientes, forte ut adſedi in ſtega,
Dum circumſpecto: atque ego tum lembum conſpicor,
Longum eſt rigorem maleficum exornarier.

Ubi illud *Atque*, ita poſitum eſt, ut in illo Virgilii,

Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Sed hoc fortaſſis omnes vident. eorum autem verſuum poſtremum quis, quaeſo, intelligit? *Strigas* vocabant mulieres maleficas, quas etiam noctu volare arbitrabantur. Eodemque modo *ſtrigonès*, homines maleficos, quorum vocabulorum utroque hodieque vulgus in Italia utitur. Vafer igitur ille ſervus, quem lembum maleficum vocaturus erat, quod eo piratas vectos eſſe ſimularet, eum prius, quaſi idem valente vocabulo, ſtrigonem nominavit: ut plane legendum ſit hoc modo:

Longum, ſtrigonem, maleficum exornarier.

CAPUT XX.

Loci quidam ex Oratore Ciceronis ad Brutum illuſtrati.

M. CICERO etſi de laudibus ſuis non invitus praedicabat, potiusque in eam partem peccabat, ut in e immodicus atque immoderatus eſſet: ſemper tamen diligenter cavit, ne ſibi ingenii laudem arrogaret: potiusque videri voluit labore & diligentia, quam ingenii praeſtantia aliquam dicendi facultatem conſecutus. Intelligebat enim, nihil eſſe invidioſius, quam de ingenio ſu

gl

Digitized by Google

gloriari: cum quavis laude facilius homines aliis, quam laude ingenii cedant, ut vere cecinit Martialis:

Aurum & opes & rura frequens donabit amicus.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Nota igitur illa sunt: *Quominus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi:* &, *Si quid est in me ingenii, judices: quod sentio quam sit exiguum:* &, *Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse: ut ego tardiorem esse me non molestе feram:* & similia. Sed & in Oratore ad Brutum locus quidam est, in quo sibi ingenii laudem detrahit: quod tamen eo minus animadvertitur, quia locus ille aliquot vocibus mancus ac mutilus legitur etiam in iis libris, qui cum librorum veterum acervis collati esse dicuntur. Ita enim eum vulgo scriptum videas: *Atque haud scio an plerique nostrorum Oratorum ingenio plus valuerint, quam doctrina; itaque illi dicere melius quam praecipere, nos contra fortasse possumus.* Sed complures jam anni sunt, cum Alexander Glorierius, tunc quidem magnae spei adolescens, nunc autem vir clarissimus, quique magnis in rep muneribus praefectus, concitatae jam pridem exspectationi praeclare omni ex parte respondeat, librum veterem mihi utendum dedit, in quo ita integrius & emendatius legebatur: *Atque haud scio an plerique nostrorum oratorum, contra atque nos ingenio plus valuerint, quam doctrina. Itaque illi dicere melius quam praecipere: nos contra fortasse possumus melius docere.* Eodem illo in libro ita scriptum erat: *Quomodo enim vester Axilla Ahala factus est, nisi fuga litterae vastioris? Quam litteram etiam e maxillis, & axillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit.* & paulo infra: *decemvirorum stilitibus judicandis*: non ut vulgo, *litibus judicandis.* Neque haec indigna visa sunt, quae adnotarem.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XIII.

CAPUT I.

Nigidii rationes quaedam quibus contendebat, natura inesse in vocibus vim significandi. unde sumptae sint, indicatum.

LEVI prorsus & futili argumento usus est P. Nigidius, ut doceret, nomina & verba naturalem quandam significandi vim habere, non quae eis hominum arbitratu, quasique conventione quadam imposita esset. scripsit enim id perspici posse ex vocibus, *Ego*, *Tu*, *Mihi*, *Tibi*, *Nos* & *Vos*, itemque ex Graecis provocabulis quae idem valerent. Nam, *Ego*, *Nos*, *Mihi*, neque profuso intentoque flatu vocis, neque projectis labiis pronuntiari, sed & spiritu & labiis quasi intra nosmetipsos adductis atque compressis. At cum *Tu*, *Tibi*, *Vos*, dicimus, labias sensim primores emoveri, ac spiritum atque animam porro versum, & ad eos quibus cum loqueremur, intendi. Dignum sane argumentum, quod ex multis seligeretur a Gellio, eique praeter cetera lepidum & festivum videretur. Existimo autem, illud, qualecumque est, e Chrysippi fontibus haustum ac derivatum fuisse. qui cum superiorem animi partem, id est, τὸ ἡγεμονικὸν, in corde, non in cerebro, esse contenderet: vel ex eo id colligi posse dicebat, quod cum dicimus, *Ego*, natura ipsa duce, & ita quodammodo cogente natura ipsius litterae quae ejus vocis princeps est, mentum deorsum ad pectus, & ad cor movemus: ut quasi nutu ostendamus eam partem qua prae-

Digitized by Google

praecipue sumus id quod sumus: *Mens enim cujusque*, ait Cicero, *is est quisque*. Addebat illud quoque, naturale esse, ut de nobis loquentes, nosque ipsos ostendere volentes, digitum indicem ad pectus referamus, non ad caput, ex quo effici, ut natura ipsa quodammodo docere videatur, praecipuae partis, & ejus quae hominem constituit, non in capite, sed in corde, sedem ac domicilium esse. Quoniam autem videbat Chrysippus, promptam ac paratam esse ἀντίφασιν adversus illud prius argumentum ex voce ἐγώ, cujus idem esset principium, quod τοῦ ἰῶ: subjecerat pulchram sane & ingeniosam disolutionem. neque enim tantum priorem syllabam vocis *Ego* ita conformatam esse, ut eam qui proferret, motu se, id est, pectus suum, ostenderet: verum & posteriorem, id est, syllabam *go*, nihil habere, ut ipse loquebatur, apostematicon, id est, quo quidquam extra nos positum indicaretur. At vocem ἐγώ incipere quidem ab eadem syllaba; sed sequi statim syllabam νώ: in qua inesset vis quaedam significandi aliquid a nobis sejunctum ac separatum. Haec tam ingeniose fatua vix a summis viris dicta crederemus, nisi ex Varrone didicissemus, nihil a quoquam aegroto somniari posse tam stultum, quod non aliquis Philosophorum serio dixerit.

CAPUT II.

Virgilii locus e sexto Aeneidos illustratus.

QUID est, quod doctissimo poëtarum Maroni, qui infantes mortui sunt, eos dies ipsa abstulisse dicitur? noti enim sunt versus illi e sexto divini poëmatis:

Continuo auditae voces, vagitus & ingens,
Infantumque animae flentes in limine primo,
Quos dulcis vitae exsortes, & ab ubere raptos,
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo:

& existimo, eum ad consuetudinem & ad opinionem veterum respexisse: apud quos qui juvenes immaturam, ut videbatur, mortem obierant, albescente caelo, ante solis exortum, a propinquis efferri solebant: quod nefas opinarentur, tanti mali, tantaeque calamitatis spectatorem

rem ac teſtem eſſe Solem. Atque eam ob cauſſam dies ipſa eos auferre ac rapere dicebatur: quod ut primum dies apparere coeperat, auferebantur. Qua de re ita Eu ſtathius: φασὶ δὲ ὅτι τοὺς ποιήτους νέους ἅρμα ἁρπάσαι ἐξαίσιον πορ οἱ ἀστρόλογοι, ὡς μὴ ἀνεκτὸν ὂν ἡλίῳ θεμιτῶν ποιοῦσι τοὺς ἥρωάς. δ τῷ ἡλίῳ ἀρπάζειν αὐτοὺς ἡ ἠὼς. Sic raptum ab aurora quae eadem & dies eſt, Orionem fabulantur. Atque hoc colore uſus eſt Nero, cum Britannicum fratrem ſuum, qua nocte veneno ſuſtulerat, ea ipſa humandum curavit. Qua de re ita prudentiſſimus hiſtoriae ſcriptor Tacitus: *Nox eadem necem Britannici & rogum conjun xit.* & paulo poſt: *Feſtinationem exſequiarum edicto Caeſar defendit, id a majoribus inſtitutum referens, ſub trahere oculis acerba funera, neque laudationibus aut pompa detinere.*

CAPUT III.

De Anchiſae morte variae veterum Scriptorum ſententiae.

VARIA admodum & inter ſe diſcrepantia de morte Anchiſae, qui Aeneae pater fuit, veteres prodiderunt. Sunt enim, qui annos natum octoginta in Phrygia obiiſſe dicunt; oſtendiqué tumulum ipſius in monte Ida: ubi paſtores & bubulci quotannis per autumnum ſacra faciant. Pauſanias mortuum in regione Laconica tradit, antequam in Siciliam perveniret: ſepultumque in monte qui ex eo Anchiſias vocetur. Virgilius in Sicilia: quam opinionem ποιήτων τινῶν eſſe ait Euſtathius. Cato, ut a Servio relatum eſt, cum Aenea filio in Italiam perve niſſe.

CAPUT IV.

Verſus Graecus in eos qui robuſti cum ſint, mendicant tamen, emendatus.

MENDICOS quosdam videmus, qui mendicandi vi ctus quaſi artem quandam factitant, quique cum robuſte ſint corpore, & validis lacertis, languori tamen & igna viae ita dediti ſunt, quidvis ut malint, quam labore &

in

Digitized by Google

induſtria ſua ſibi unde vivant quaerere. eis vetere verſu jubemur panem dare: & inſuper quaſi pro opſonio pugnum impingere: illud quidem; quia homini panem petenti negare, vix hominis videtur; hoc autem, ut diſcant ab illa foeda parandi victus ratione abſiſtere, & intelligant, ſe bonis omnibus merito odioſos eſſe. Verſus Graecus hic eſt:

Δὸς ἄρτον πλουτῶ, καὶ κονδύλου ἔψου ἐπ' αὐτῷ.

eſt autem verſus ἀνάπαλιν, ut cujus prima ſyllaba brevis ſit. Aliter enim ab Euſtathio & legi & exponi ſcio; ſed, ut ſuum cuique, mea mihi interpretatio magis arridet.

CAPUT V.

De loco quodam Horatii adverſus ſententiam cujusdam, qui eum corrupit, diſputatum.

HORATIUS cum veteres tragicos ac comicos Latinos in componendis Jambicis verſibus mire negligentes fuiſſe dixiſſet: indignamque eis veniam datam eſſe: quaerit, num idcirco ſi quis ſcripturus ſit, eorum negligentiam imitari debeat, &, ut Teucer ſub Ajacis clypeo, ita ſub auctoritate eorum latere; an potius imitari ſeveritatem ac diligentiam Graecorum, qui tantam ſibi licentiam non ſumpſerunt, ſed verſus ſuos multo certioribus, multoque arctioribus legibus adſtrinxerunt. Tum ſubjicit, eum qui nihil aliud in ſcribendo ſtudeat niſi ut tutus ſit a reprehenſoribus, & ut ſe aliorum exemplo tegat; neque ulterius cavet, quam ne quid admittat, in quo veniae ſpem promptam ac paratam non habeat; nullam laudem mereri: ſed, ut liberaliſſime cum eo agatur, hoc tantum dici poſſe, eum vacare culpa. Hortatur ergo Piſones, ne id ſibi ſatis eſſe ducant: ſed verſent diurna ac nocturna manu Graecos poëtas, & ad eorum exemplum ſcripta ſua dirigere conentur. Verſus autem quibus id praecipit, hi ſunt:

Non quivis videt immodulata poëmata judex:
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcircone vager, peccemque licenter: an omnes

Vi-

Viſuros peccata putem mea? tutus & intra
Spem veniae cautus, vitavi denique culpam,
Non laudem merui. vos exemplaria Graeca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Tutus, inquit, id eſt, ſi tantum me tutum alieno exem plo praeſtitero; & ſi cautus fuero intra ſpem veniae: ne que aliud cavero, quam ne illos quaſi cancellos & limit tranſiliam, intra quos eandem veniam ſperare poſſum quae jam aliis ante conceſſa eſt: culpam denique vita ſe, non laudem meruiſſe dicar. Quae ſententia cu & vera & perſpicua ſit: quidam tamen, qui eam no intelligeret, auſus eſt locum depravare: & ubi rec legebatur, *intra ſpem veniae*, quaſi pro imperio jubere ut legatur, *extra ſpem veniae*. Verba ejus ſubjeci, quibus hominis & cautio & modeſtia cognoſceretu Mendoſe in omnibus libris legebatur, *intra ſpem veni cautus*. quae ſcriptura mire torſit eos omnes, qui i hanc Epiſtolam commentarios ſcripſerunt. Ego aute conjectura ductus, & ab ipſius veritatis voce admon tus, locum corruptum ita emendavi: *& extra ſpem v niae cautus*. Neque hoc ſatis. addit ſanctionem. S quis diſſentire audeat, e doctorum numero ſummotu iri. Sed ipſum audire praeſtat: *Sic*, inquit, *legendum quicquid obſtrepant ſemidocti ſeu potius indocti quidam Nam quid perverſius lectione vulgata*? Haec ille. Mih vero ſive ſemidocto, ſive etiam, ſi quis ita malit, in docto ſesquidoctus ille plane extra ſpem veniae peccas ſe in Horatium non hoc tantum loco videtur.

CAPUT VI.

Alius Horatii locus illuſtratus.

HORATII verſus ſunt e primo Epiſtolarum:

Rupit Hyarbitan Timagenis aemula lingua,
Dum ſtudet urbanus, tenditque diſertus haberi.

Quos in verſus decuit interpretem illum, qui quicqui usquam viderat, legerat, audierat, ſomniaverat, εἰς τὸ ἰγλώσσῳ in commentarios ſuos congerebat, de Timag

Digitized by Google

ne, si quid haberet, dicere. Et tamen in priori editione silentium: in posteriori pauca quaedam ex Suida. Praetermittenda certe non erant, quae de eo leguntur apud Senecam libro tertio De ira: ex quibus & Timagenis maledicentia & contumax animus, & Augusti comitas ac facilitas optime cognoscitur. Addi poterant & illa Plutarchi, ex libro De discrimine adulatoris & amici: Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καίσαρος φιλίας, ἐλευθέρως μὲν λέγοντος φωμῇ χρώμενος. οὐ γὰρ τοῖς συμποσίοις, ἢ τοῖς περιπάτοις ἐκκόπτει ἐξ ἐπιτηδείων ἀποβάλλω, ἀλλ' ἃ, τὶ οἱ δόκιμοι μάλιστα Ἀρχείοις, ἀνίσου φιλίας, ὥσπερ σύφισμα λοιδορίας προσφερόμενος. Sed non dubito, quin haec quoque habuerit in scidis & adversariis suis: in quibus jam pridem notaverat quicquid alii aut jam dixerant, aut quandoque dicturi erant.

CAPUT VII.

Illustratus locus Tibuli.

DISTICHON est Tibulli ad amicam:

Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante:
Sed videar caelo missus adesse tibi.

Cujus priorem partem interpretati sunt alii ex Plutarcho. eam videlicet Romanorum fuisse consuetudinem, ut domum ex peregrinatione rediturí, praemitterent, qui uxoribus nuntiarent ipsos adventare, sive ut illae se diligentius ad viros decenter excipiendos praepararent: sive ne viri tanquam de illarum pudicitia dubitantes, subito eas opprimere velle viderentur: sive, ut quidam alii dixerunt, ne repentina vis gaudii ex subito virorum adspectu eas graviore aliquo incommodo adficeret. Sed ad posteriorem versum nemo adhuc, quod sciam, quidquam notavit, quo is illustrior fieret. Sciendum igitur est, fuisse illud vulgare loquendi genus, ut *caelo missos* dicerent, quos inopinato viderent. Neque mihi hoc credi postulo, sed gravi & erudito scriptori, Minucio Felici, qui ita scribit in Octavio: *In hodiernum, inopinato visos, caelo missos; ignobiles & ignotos, terrae filios nominamus.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Refutatum impudens & impium mendacium Petri Criniti.

PETRUS Crinitus, Florentinus, patrum noſtrorum memoria libros aliquot ſcripſit De honeſta diſciplina: de quibus in univerſum quid ſentiam, non habeo neceſſe dicere. Illud quidem certe negari non poteſt, multa in eis vulgaria pro reconditis, falſa pro veris, nova pro veteribus legi, quale eſt turpiſſimum illud & impudentiſſimum, ut ipſe vocat, Senatus conſultum, ex quo concinnavit caput octavum libri undecimi: quod nemo niſi plane obeſae naris, non ſtatim animadvertit, nihil prorſus redolere antiquitatis, ſed aut ab ipſo Crinito confictum eſſe, aut, quod credibilius eſt, a nebulone aliquo, qui ipſi Crinito illudere voluerit. At hoc quidem non magni momenti eſt: niſi quod talia indigna certe erant, quae referrentur in eos libros, quorum inſcriptio honeſtam diſciplinam polliceretur. Illud gravius & acriori reprehenſione dignum, quod veritus non eſt optimo & religioſiſſimo imperatori, Theodoſio violatae religionis crimen adfingere. Etenim libri noni cap. 9. tradit Valentem & Theodoſium Auguſtos ita ſcribere ad Eudoxium, praefectum praetorio; etſi ipſe quidem Eudoxium non nominat: *Cum ſit nobis cura diligens in rebus omnibus ſuperni numinis religionem tueri: Signum Salvatoris* CHRISTI *nemini quidem concedimus, coloribus, lapide, aliave materia fingere, inſculpere, aut pingere. Sed quodcumque reperitur, tolli jubemus, graviſſima poena eos multando, qui contrarium decretis noſtris & imperio quidquam tentaverint.* Atque id referre ſe ait ex libris Auguſtalibus: ita enim, inepta quadam oſtentatione, Codicem Juſtinianeum vocat; nolens eum uſitato nomine appellare, ut reconditos aliquos libros tractare videretur. Sed profecto dignus fuit, qui falſi poena plecteretur, auſus ſanctiſſimae Conſtitutionis verba corrumpere, & eam ad impietatem detorquere. Ita enim legitur in Codicis Juſtiniani libro primo, titulo octavo *Impp. Theod. & Valent. A. A. Eudoxio P. P. Cum ſit nobis cura diligens, per omnia ſuperni numinis religionem tueri: Signum Salvatoris* CHRISTI *nemini licere*

Digitized by Google

vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere, sed quodcumque reperitur tolli: gravissima poena multando eo, qui contrarium statutis nostris tentaverit, specialiter imperamus. Dat. xii. Kal. Jun. Hierio & Ardaburio Coss. Ac ne quis fortasse putet, aliam veterum librorum scripturam fuisse: habeo ipse Codicem scriptum annos abhinc fere sexcentos, in quo plane eodem modo, ut in vulgatis, legitur. Licuerit fortasse Crinito in rebus ludicris ac levibus leges ac Senatusconsulta confingere: certe in re ad cultum divini numinis pertinente, imperatoris commemorabili pietate ac religione praediti constitutio corrumpenda non fuit.

CAPUT IX.

Puerorum lusus quibus maximi momenti negotia praesignificata sunt.

SOLENT pueri interdum colludentes imitari ea quae maxime seria sunt; neque raro animadversum est, eorum ludicris quandam futurae sortis ac condicionis significationem contineri. Romulus certe, cum adhuc ignarus suae originis inter pastores educaretur, rex ab illis per ludum creatus, & per eam occasionem ad magnum patruum perductus, puerilis simplicitatis praesagitionem re ac factis comprobavit. Quod ipsum & de Cyro aliisque proditum novimus. Sed & L. Septimium Severum, qui postea Romano imperio praefuit, tradit Spartianus, cum adhuc puerulus esset, nullum alium ludum inter pueros exercuisse, nisi ad judices: cum ipse praelatis fascibus ac securibus, ordine puerorum circumstante, sederet ac judicaret. Quod autem his omnibus multo majus ac praestantius est, sanctissimo viro Athanasio summus ordo in Ecclesia Dei puerili quodam ludo praesignificatus est. Nam cum eum aequales sui, festo quodam die in littore maris colludentes, Episcopum creassent: & ad eum alios quosdam puerulos nondum baptizatos perduxissent: ipseque eos, observatis ad unguem omnibus Ecclesiasticis ritibus salutari aqua tinxisset: Alexander episcopus Alexandriae, qui totum illum ludum eminus spectaverat, atque etiam a principio iniquo animo tulerat: cum, vocatis ad se pueris, rem totam diligenter cognovisset: pronuntia-

vit, pueros illos rite baptizatos videri, neque amplius baptizandos esse; adjicienda tantum ad illud mysterium ea, quae more atque instituto Christiano a sacerdotibus obiri oporteret. Ejus autem Alexandri S. Athanasius successor fuit. Neque absimile est, quod de S. Ambrosio, Episcopo Mediolanensi, S. Paulinus, Nolanus Episcopus, memoriae prodidit, cum adhuc puerulum solitum esse quasi per jocum manus sororibus suis osculandas dare; cum sacerdotibus eum honorem ab illis tribui videret: nam se aliquando Episcopum fore.

CAPUT X.

Locus Demosthenis a Cicerone, singulari artificio expressus.

NON quicquid more fit, jure fit: aliudque multo est, solere aliquid fieri, & aliud licere. & haec tamen turpiter factis excusatio plerumque praetexi solet: neque fere quisquam est, quin injuriam sibi fieri putet, quod alii complures diu impune fecerunt, si a se potissimum ejus ulciscendi ducatur exordium. Sed acerrimus ac pugnacissimus oratorum Demosthenes, quem perurbane amicus quidam meus Aristotelem oratorum vocat, quod, ut in Aristotele, ita in Demosthene nihil otiosum, nihil redundans reperiatur, densa & compacta omnia & nervorum ac virium plena: is igitur graviter labefactat ac concutit hanc rationem defendendi, ejusque fundamenta, impacto hujus vehementissimi enthymematis quasi ariete quodam subruit: ὁ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ ὀρθῶς τῶν νόμων ἐτέθη, σὺ ἂν τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλλοίως. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἄλλῳ, σὺ τοῦτ' ἂν ἀνέγραψας, ὅτως ἂν σὺ νῦν ἄλλως, κἀκεῖνος ἂν γράψαι. quae ita Latine reddita sunt a Fabio: *Non enim si quid unquam contra leges factum est, idque tu es imitatus; idcirco te convenit poena liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut si quis eorum damnatus esset, tu haec non scripsisses: ita si tu damnatus fueris, non scribet alius.* Summus autem Latinus orator, ut peritum imitatorem decet, vim quidem ac pondus sententiae retinuit: sed eam toto dicendi genere immutato, suam fecit. Ita enim scribit libro tertio accusationis: *Quid igitur dicet? si*

ci

Digitized by Google

tisse alios? quid est hoc? utrum crimini defensio, an comitatus exilio quaeritur? Tu in has repub. atque in hac hominum libidine, &, ut adhuc habuit se status judiciorum, etiam licentia, non ex jure, non ex aequitate, non ex lege, non ex eo quod licuerit, sed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, recte factum esse defendes? & paulo post: *Ut ego adsentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim te damnato, ceteris angustior locus improbitatis defendendae relinquetur, quam te absoluto, alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur.* Talium exemplorum collatione velim studiosis eloquentiae adolescentibus veram & rectam imitandi rationem judicari; non ut a plerisque fieri video: qui cum, ut picae & psittaci, easdem voces reddiderunt, magnos se luculentorum scriptorum imitatores arbitrantur.

CAPUT XI.

Oleum numquam conglaciare, contra quam a Gellio proditum est.

SAEPENUMERO miratus sum quaestionem quam Gellius libro XVII. propositam esse dicit in cena Athenis apud philosophum Taurum, cur oleum saepe & facile, vina rarius congelascant. ac doluit mihi quod puer ille qui emptum oleum ierat, tam cito rediisset, aut non alicubi guttum fregisset in via: erat enim tanti, corrumpi ollam illam lentis Aegyptiae, & cucurbitae, dum quaestiones quae propositae erant, explicarentur. Saltem olla vacua, pleno ventre rediisent ad disputationes institutas. sed, ut opinor, una cum olla deserbuerat etiam ardor disputandi. Equidem ita semper accepi ab iis quibus omnis prope census in oleo est, oleum frigore crassescere quidem, sed nunquam congelascere. Quin & ii qui conglaciare usquam negant mare, inter ceteras eam quoque caussam adferunt, quod innatet mari pinguis quidam & olei similis humor. & Heracleo in Iliados Ψ, numquam ait conglaciare oleum, propter calorem qui ei admistus est: τὸ ἔλαιον, inquit, οὐκ ἀναπήγνυται, πολὺ ἔχον ἐν αὑτῷ τὸ θερμόν. Et hoc philosophus Taurus cognoscere potuerat ex Aristotelis libro quarto Meteorologicon,

ubi docet summus Philosophus, ὅτι ὑπὸ ψύχους πήγνυσθαι τὸ ἔλαιον, ὅτι ὑπὸ πνεύσεως, ἀλλὰ ὑπ' ἀμφοῖν παχυνθέν. propterea quod aëris plenum sit: ex quo etiam fieri, ut aquae innatet: quod ipsum tradit & libro secundo De generatione animalium, ubi ita legitur, οἱ τοῖς ψύχεσι ἢ τῷ πάγῳ παχυνθὲν τὸ ἔλαιον, πῆγνυσθαι δ' οὔ. διὰ μὲν γὰρ διεμφύσησιν ὁ πάγος. ὁ γὰρ ἀὴρ διέμεσον τῷ ἄπνευν. Ac dicerem, Gellium ita intellexisse, non plane in crustam concrescere oleum, sed crassius ac densius fieri, nisi puerum aperte utentem fecisset verbo κεκρυσταλλῶσθαι.

CAPUT XII.

Jucunda narratio super ambiguitate vocalae cujusdam, quae duobus eruditissimis hominibus errorem objecit.

INTERPRETABAR nuper publice librum Senecae, quo sanctus ille philosophus quaerit, quare mala bonis viris accidant, cum sit Providentia. Cumque ventum esset ad eam partem in qua ipse graviter insectatur luxum temporum suorum, accidit, ut ego quoque in eo loco tractando enumerarem multa genera peregrinarum avium quas veteres Romani e remotissimis totius orbis partibus petitas mensis inferre soliti essent. Venit ad me triduo post unus eorum qui tum interfuerant, homo & suo judicio eruditissimus, & meo non ineruditus. Isque cum aliquot e familiaribus meis mecum una esse vidisset, dissimulanter quidem, sed ita tamen ut artificium appareret, coepit operam dare, ut sermo noster, aliis de rebus susceptus, in mentionem ejus disputationis quae triduo ante a me habita erat, sensim delaberetur. Tum quasi occasionem nactus ostentandae eruditionis suae, Nollem, inquit, a te tum praetermissam unius avis mentionem, ex qua una inexplebilis veterum libido in exquisitis dapibus conquirendis vel maxime cognosci poterat. Quam, quaeso? inquam. Phoenicem, inquit ille. Obsecro te, etiam phoenicem illi esitabant? certe, inquit. Neque multi, inquam, neque saepe id facere poterant. ajunt enim eam avem unicam toto orbe reperiri, & vivere annos, opinor, sexcentos sexaginta, & cum ipsa sibi rogum construxerit, funusque fecerit, tum eodem illo

lo ex rogo renasci. Sed ego figmenta esse illa poëta-
um putabam. Tu vero, quem, ut illos rarae inventu
apes, ita omnia in studiis rara & exquisita delectant,
de nobis nomen gulonis illius, qui tanti putaverit pala-
o gratificari, ut tam pulchram avem in perpetuum su-
ulerit. certe enim, cum unica toto orbe sit, neque ni-
ex se renascatur: interfecta una, totum genus exstin-
tum est. Atque ea fortasis causa est, cur nullus jam
ridem phoenix reperiatur. Ludis tu quidem, inquit il-
e, & solita illa tua dissimulatione uteris: sed si tum in-
exisses librum Plutarchi De valetudine tuenda, didicis-
es ex eo, istius avis, quam tu nullam esse putas, cere-
rum dulce quidem esse, sed dolorem capitis inducere:
uod tam gravis auctor numquam prodidisset, nisi saltem
o iis qui id gustassent, audiisset. Istud vero, inquam,
agis etiam mirum fuerit, qui semel eum cibum gustas-
nt, neque enim potuere saepius, tam cito, & tam di-
incte naturam illius percipere potuisse. Nam ego ita
x Aristotele didiceram, e memoria ejus quod saepe eo-
em modo contigisset, experientiam, e multis autem,
io hoc Latinum non esse, sed dabitis veniam, experi-
tlis artem effici. De isto, inquit, tu videris: mihi
tis erit, si tibi Plutarchi locum ostendero. Simulque
orum e sinu protulit, in quo cum aliis quibusdam erant
ἐγκεφαλὰ Plutarchi, Erasmo, ut puto, interprete: no-
en enim ita deletum erat, ut tamen ex ductibus litte-
rum agnoscceretur. In eo autem ita plane scriptum le-
batur: *Nam phoenicis cerebrum cum sit admodum dul-*
, tamen ajunt capitis dolorem parere. Homo igitur
i eam unam ob causam venisset, atque id unum ope-
habuisset, cum dicto, vix salutatis nobis, causatus
i nescio quid negotii esse, discessit. Eo digresso,
sum est iis qui aderant, etiam Xylandri interpretatio-
n inspicere. Is autem ita locum illum reddiderat:
rebrum phoenicis dulce admodum est, sed dolores capi-
inducere fertur. Tum ego, Una, inquam, Graeca
x paulo negligentius expressa, videte, quantum erro-
n & sodali illi nostro, qui modo discesit, & fortasse
am aliis objecerit. Φοινὶξ enim Graece palma est, cu-
arboris non tantum fructus esui sunt, sed etiam me-
lla, quam & Graeci ἐγκέφαλον, & Latini *cerebrum* vo-
nt. De illa autem loquitur Plutarchus, non de phoe-

nicis commenticiae avis cerebro. Theophraſtus libro ſecundo περὶ φυτῶν, ubi de palmarum generibus agit: ἡ δὲ ἐξαιρεθεῖσα τὸ ἐγκέφαλον, ζῶσι, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ῥίζης παραβλαστάνουσι. Plinius: *Sunt & caeduae palmarum quoque ſilvae, germinantes rurſus ab radice ſucciſae. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptaeque vivunt, quod non aliae.* Meminit & Galenus libro octavo De facultatibus ſimplicium medicamentorum, & alii. Quod autem hic ait Plutarchus, e Xenophonte videlicet ſumpſit, apud quem id relatum eſt libro ſecundo Anabaſeos.

CAPUT XIII.

Quiddam de Urſorum adipe dictum a Theophraſto, non ſatis ex fide a Plinio relatum videri.

VIDETUR Plinius non ſemper inſpexiſſe veterum libros, cum quae ab eis ſcripta erant, referre vellet: ſed interdum nimis fidens memoriae ſuae, quaedam non ſatis fideliter tradidiſſe. Quale eſt quod ſcribit libro octavo, Theophraſtum credere, certo quodam tempore anni, quo latere urſi & ſupra modum pingueſcere, altiſſimo ſomno oppreſſi ſolent, coctas quoque eorum carnes, ſi aſſerventur, increſcere. Neque enim id Theophraſtus de coctis carnibus, quod prorſus incredibile eſt, ſed περὶ σώματος, id eſt, de adipe dixerat. Adſcribam verba nobiliſſimi philoſophi ex libro De odoribus, ut ea politiſſimus & accuratiſſimus interpres, Turnebus reddidit: ita enim nunc quidem malo, quam Graece: *Hujusmodi autem naturae conſenſio atque contagio in aliis etiam quodam modo evenit. Vinum enim cum uva efflorescens tentari videtur: & allia cepaeque tum acerrimi ſunt odoris, cum in terra germinant. Sed praeterea accidit, ut una etiam ipſa germinent: atque omnino omnia quae tunicata conſtant radice, modo non exaruerint, germinationis tempore moveantur: cum inſita cuique vis follicitetur & excitetur. Sed omnium iſtorum admirationem facile ſuperat, quod in adipe urſino evenit, qui latebrarum tempore exundat, intumeſcentque vaſa implet.* Theophraſti verba paulo altius repetii, ut e ſimilium collatione magis intelligeretur id quo de agebatur.

C A

CAPUT XIV.

Cur major in nonnullis civitatibus, quam in aliis, existere fortium virorum copia soleat, ex Hippocrate explicatum.

QUOD lauti ac sumptuosi homines facere in cibis solent, ut iis quae in mari nascuntur, magis in mediterraneis, quam in maritimis locis gaudeant: contraque cum in mari versantur, iis vescantur libentius, quae nisi in continenti reperiri non solent, ut ipsa peregrinitas pro condimento esse, & cibis praecipuam quandam gratiam conciliare videatur: idem ego in studiis interdum facio: & si quid aut apud grammaticos, quod ad jus civile; aut apud physicos, quod ad politicen; aut denique apud quemque, quod ad aliam artem quam eam, quae ab eo praecipue tractatur, pertineat, reperio, eo mirifice capior: multoque magis afficior, quam si id ipsum reperissem apud alium scriptorem, cujus ea tractatio propria esset. Ut nuper, cum quaestionem politicam, & magni quidem momenti, deprehendi a principe medicorum Hippocrate verissime ac sapientissime explicatam. Cum enim constet, majorem copiam virorum fortium existere solere in civitatibus liberis, quam in iis quae unius dominatu tenentur: ut in historiis veteribus multo plures legimus Athenienses, Lacedaemonios, Romanos, quam Assyrios, Persas, Medos, fortitudinis laude excelluisse: quaeri non injuria potest, quae id caussa efficiat. Ait igitur Hippocrates, id ex eo evenire, quod homines pro suis quam pro alienis commodis, pro sua quam pro aliena gloria, longe alacrius atque animosius pugnant. In iis autem civitatibus, quae suis legibus vivunt, si quid bello partum sit, ejus intelligit quisque civium aliquid ad se pro virili parte pertinere. At ubi summa rerum omnium penes unum est, ibi labores quidam militares, & pericula, & vulnera, & caedes pertinent ad eos qui imperio subsunt: gloriae autem & imperii amplificatio, & omnis denique fructus qui ex victoria capitur, ad eum unum redit, qui ceteros oppressos tenet, eosque habet in mancipiorum aut in pecudum loco. Haec in hanc fere sententiam disputantur ab Hippocrate in libello, quo explicat, Quid efficiant caeli, aquarum & locorum varietates.

Digitized by Google

CAPUT XV.

Bacides tres.

RECTE judicavit P. Victorius, apud Aristotelem in Problematis, ubi vulgo legebatur, Σίβυλλαι ἢ Βακχίδες, legendum esse, Βάκιδες. Sed non veram causam reddidit, cur Aristoteles Bacidas, ac non potius Bacidem dixerit. Putavit enim, unum quidem fuisse Bacidem: sed numero multitudinis, nota figura usum, summum Philosophum dixisse Βάκιδες, cum intelligeret non illum solum, sed ceteros omnes ejus generis atque illi similes. Id autem secus est. Duo enim Bacides fuerunt: quorum uterque futura praenoscere ac praedicere putabatur. Docet id Clemens Alexandrinus, cujus haec verba sunt e primo στρωμάτων· Ἤδη δέ τις καὶ Ἕλλην χρησμολόγοι ἀνδρὶ γεγενῆσθαι φέρονται, ὡς οἱ Βάκιδες, ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Ἀρκὰς, παῖδα παιδὸς ἀφανίσαντες. Sed & tertium Athenienſem addit Philetas apud Suidam. Bocotij tamen frequentissima apud veteres mentio.

CAPUT XVI.

Locus Virgilii e Thucydide effictus.

QUI collegerunt indicaruntque locos Virgilii ex aliis scriptoribus expressos, ad illum versum ex quarto Aeneidos,

> *Ille dies primus lethi primusque malorum*
> *Causa fuit,*

alii alia notarunt. Ego autem existimo, Virgilium habuisse tunc in animo dictum Melesippi Spartiatae, qui principio belli Peloponnesiaci cum ad pertentandos animos Athenienſium missus esset: eumque illi inauditum statim ad suos redire jussissent, ex Atticae finibus exeedens dixisse fertur, illum diem Graecis magnorum malorum principium fore, qua de re ita Thucydides libro secundo: ὁ δὲ ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο ἤρξατο τῆς ἵππου διαλύσας, ποιούμενος φήμην, ἐπορεύετο, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. fuit autem Virgilius gravissimi illius rerum scriptoris stu-

dio-

diosissimus: ut multis certisque argumentis pervinci facile potest.

CAPUT XVII.

Probam vocem esse, Exanclare, & temere ab aliis damnatam.

Exantlandi verbum numquid a Latinis scriptoribus usurpatum sit, pro certo & explorato statuere non ausim. Si quis tamen ex me, quid sentiam, roget, peregrinum esse existimo: & Graece quidem recte dici ἐξαντλῶ: sed Latine loquenti *exanclare*, non *exantlare*, dicendum. Quo magis miror, quid acciderit cuidam, qui eam vocem, ipsa enim hominis verba ponam, neque ab ulla Latina, neque ab ulla Graeca voce originem habere posse, & ex totius linguae Latinae finibus ablegandam esse, audacter pronuntiavit. Poterat certe, qui tam multis locis alienam in hoc genere audaciam accusat, ipsemet modestius loqui. Sed non est novum, ut quo quisque vitio maxime laborat, ejus se in aliis acerrimum ac vehementissimum reprehensorem profiteatur. Ἀγκύλον curvum est: & inde est *angulus*, & *ancylia*, scuta, ut ait Nonius, grandia: & *ancyle*, ut ait Hesychius, poculi genus: id est, ut ego arbitror, scutella: & inde est Latinis *anculare*, id est, haurire: & συγκεκομμένον *anclare*, & *exanclare*, id est, exhaurire: eadem forma, qua *poplum* pro *populo*, & talia multa dicebant. Neque haec vel ex Festo & Nonio ignota esse debebant. Itaque apud Plautum, Ciceronem, aliosque scriptores Latinos ubicumque *exantlare* legitur, una littera mutata, *exanclare* legendum puto.

CAPUT XVIII.

Emendatus e Plauti Bacchidibus locus.

THESAURUM quendam malorum Plautinae fabulae continent; ita quo plura in eis hulcera coëunt, ac consanescunt, eo plura erumpunt ac deteguntur. Itaque non est verendum, ne istis, qui ex veterum scriptorum emendatione ingenii gloriam aucupantur, quid agant,

deſit. Ut omnes omnia conferant, unus eis Plautus ſatis ſuperque negotii usque & usque exhibebit. Quando igitur nos quoque in eis quorundam opinione cenſemur: agedum, opis ei aliquid pro noſtra virili parte, quantula ea eumque eſt, adferamus. Mneſilochus in Bacchidibus cum amorem ſuum, quem per litteras ſodali Piſtoclero, commendarat, recte & cum cura ab eo procuratum eſſe audiiſſet: itemque bonam ſibi operam a ſervo Chryſalo datam in reperienda techna, qua patrem argento interverteret, negat, committendum ſibi eſſe, ut ingratus habeatur: ideoque diligenter ſibi videndum, quomodo gratiam Chryſalo referat. Id exponit his verſibus:

Nam ut in Epheſum hinc abii, hoc factum eſt ferme abhinc biennium.
Ex Epheſo huc ad Piſtoclerum meum ſodalem litteras
Miſi, amicam ut mihi inveniret Bacchidem. illum intelligo
Invenisſe, ut ſervus meus mihi nuntiavit Chryſalus.
Condigne is quam techam de auro adverſum meum fecit patrem,
Ut mihi amanti copia eſſet. Sed eccum video incedere.

Sed quis, quaeſo, ille eſt, quem ait videre ſe incedere? certe enim neque patrem ſuum, neque ſodalem, neque Chryſalum videt: quos nominarat unos. Atque hoc non modo non emendavit is qui ſe Lynceum, ceteros Hypſaea caeciores putabat, ſed ne mendum quidem ſubeſſe animadvertit. Legendum autem videtur hoc modo:

Sed aequum id eii reddere.

idque aperte declarant, quae ſtatim ſubjicit:

Nam pol meo quidem animo, ingrato homine nihil impenſiu'ſt.

Illa autem depravata ſcriptura extitiſſe videtur ex eo quod paulo poſt ſcriptum eſt:

Utut

Digitized by Google

Utut eris, moneo, haut celabis. Sed eccos video incedere
Patrem ſodalis, & magiſtrum. hinc auſcultabo, quam rem agant.

CAPUT XIX.

Loci aliquot veterum ſcriptorum apud Nonium emendati.

CORPORA noſtra vi animi moveri, ex ſe autem immobilia eſſe dixerat Varro, Mutuum muli ſcabunt. cujus ea de re verba citantur a Nonio, ſed ita depravata, ut difficile ſit eorum ſententiam conſequi. leguntur autem in voce Grallatores, hoc modo: *Grallatores, qui gradiuntur grallis, quae ſunt perticae ligneae ab homine iſto qui in iſta tangitantur, ſicilianimi noſtri ſunt, galeae crura ac pedes noſtri esſiarenimi: ſed ab animo moventur.* Puto autem ita emendari poſſe, partim veterum librorum auctoritate, partim conjectura fretus: *Quae ſunt perticae ligneae ſine animo: ſed ab homine, qui in iis ſtat, agitantur. ſic illi animi noſtri ſunt: grallae, crura ac pedes noſtri, ex ſe animi: ſed ab animo moventur.* Aliter divinarat Junius. Erit igitur aliorum judicium. Addam & corollarium ex eodem grammatico in voce Deprecor: ubi enim legitur, *Ennius: Eripite ocui nunc aerumnam a libertate para quibus ſervitutem meam miſeram deprecor:* ita emendat Junius:

Ennius: Eripite ô cives quibus
Nunc aerumna mea libertatem paro,
Quibus ſervitutem mea miſeria deprecor.

Ego, *Ennius Erechtheo:*

Quibu' nunc aerumna mea libertatem paro.

In ceteris Junium ſequor. In voce Obſcenum, verſus Lucilii ita lego:

Vos ite actutum, atque opere magno edicite
Per urbem, ut omnes, qui arcem aſtuque accolunt.

non,

Digitized by Google

non, ut Junius, *Arpinam & Arsam:* quorsus (*) enim necesse est, praecones, quibus per urbem aliquid edicendum est, in Elidem & in Hispaniam mittere? Video haec quam levia & pusilla sint: sed, ut horum temporum mos est, talia multa ab aliis quoque in censum deferuntur.

CAPUT XX.

De Nili & Istri magnitudine non idem videri sentire Sallustium & Arrianum. tum poenae cujusdam militaris ratio aliter, quam a Gellio, explicata.

TRIA maxima Europae (†) flumina esse, Nilum, Istrum, & Rhodanum, traditum est: sed principem locum omnes tribuunt Nilo. ab eo autem secundum Istrum facit Sallustius. At Arrianus Istrum omnium maximum esse adfirmat his verbis: Ἀπὸ δὲ τοῦ μήκους τρίτος ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἴστρον, ποταμῶν τῶν μὲν τὸν Εὐρώπην μέγιστον ὄντα καὶ πλείστῳ ὕδατι ἐπιῤῥέοντα. hoc igitur appingi poterit ad ea quae de his fluminibus tradidit Gellius capite septimo libri decimi. Sed & hoc, quod dicam, adjici poterit ad id caput ejusdem scriptoris quod proxime sequitur. Ibi enim sanguinis missionem narrat fuisse olim inter ignominias militares: neque causam ejus rei ullam a veteribus proditam esse. Se igitur putare id factum, quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent: ob idque tali purgatione egerent. Ego autem potius id factum puto ut sanguinem quem cum gloria fundere pro patria noluerant; eum cum ignominia amitterent.

(*) Loquendi modus, *quorsus necesse est*, ut parum Latinus, notatur a Scioppio Rhetor. Exerc. p. 17. At Horatius II. Serm. 7. 116. dixit: *quorsum est opus?*

(†) Mureti errorem castigat J. Gronovius ad Gell. X. 7.

M. ANT.

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XIV.

CAPUT I.

Duo gravissimorum scriptorum loci, quorum in utroque eadem macula haeserat, emendati.

VEREOR interdum, ne sint quibus hoc totum scriptionis genus leve ac contemnendum esse videatur, quod ad maculas e veterum libris eluendas refertur. Ut enim vera sint quae scribimus: fere tamen, simulatque quis unam aut alteram litteram vocemve in libro suo aut mutaverit, aut deleverit, aut addiderit, ita singula horum librorum capita concerpat licet: ut quorum vix usus praeterea ullus esse alius possit. Sed tamen si quis secum reputet, primum, quanta utilitas ex veterum scriptorum lectione capiatur, deinde, quantam difficultatem depravata scriptura illorum studiosis exhibere soleat, magnam gratiam habendam esse judicabit iis, qui suo labore laborem aliis minuunt; &, in quibus ipsi fortasis aliquando haesitarunt, in eis ne alii quoque haesitent, elaborant. Qua re fretus, subsecivis horis, eorum librorum, quibus olim usus sum, oras inspicio, & si quid in eis notatum video, quod usui etiam aliis esse posse arbitrer, colligo: atque ita haec qualiacumque concinno: ut, si minus ipse e meo excudere possum digna quae legantur; at certe aliquid efficiam, quo ii qui lectione digna scripserunt, facilius intelligantur. Nunc igitur duos locos indicabo, horum in utroque [illegible] legitur, cum utrobique [illegible]

legi

legi debeat: idque eo libentius faciam, quod in utroque & eruditissimi interpretes lapsi sunt: neque id isti animadverterunt, qui, quasi ipsi nusquam offendant, exultant in aliorum erratis, eaque mimico orationis genere tam cupide persequuntur. Eorum prior est apud Thucydidem lib. sexto, in oratione qua Alcibiades adversus Niciam de mittendis in Siciliam copiis disserit. Cum enim prior eum tetigisset Nicias, quod majores sumptus quam pro re faceret: respondet delicatus ac sumptuosus adolescens, sumptus illos ad ostentandam externis hominibus civitatis magnitudinem ac potentiam pertinere: neque illam imprudentiam inutilem esse (ita enim ἀφροδίσιον vocat) cum quis sumptibus suis non sibi solum prodest, sed etiam civitati. Verba ejus haec sunt: καὶ ἐκ ἄχρηστος ἂν ἄνοια, ὃς ἂν τοῖς ἰδίοις πλέον μὴ ἰσχύῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πόλει ὠφελῇ. Ita enim legendum esse, non ut omnes pervulgati libri habent, διάνοια, vel de scholiis Graecis intelligi poterat, in quibus ita notatum est: ἐμφανίσται δὲ Ἀλκιβιάδης, λέγων ὅτι, εἰ καὶ δόξει τισὶ φαίνεσθαί που, ἀλλ' οὖν τῇ πόλει ἐκ ἄχρηστός μου ἐστὶν ἡ ἄνοια, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμος. Idemque plane confirmat, quod in eadem oratione haud ita multo post legitur: καὶ παῖδα ἡ ἐμὴ τύχη καὶ ἄνοια τοιαύτην φύσιν δηλοῦσα εἶναι ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε περίπονον ὁμίλημα, καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχημένη, ἔπεισε. Alter locus est in libello, qui Plutarchi quidem non videtur, sed inter ipsius opuscula tamen legitur, De liberis educandis: ubi graviter peccare ostendit eos, qui parvulos quidem liberos sub magistris ac paedagogis habent; sed puberes jam factos, suo more ac modo vivere patiuntur: ait enim, eos non animadvertere, se in eo imprudentiae ac temeritati licentiam ad faciendas injurias dare. Atque hoc exponit his verbis, ὥσθ' οἱ μὲν τὰ φλαύρως πάσχοντες ἀμνημόνως ἀνταμβανόμενοι τῇ ἀνοίᾳ δίδοντες ἐξουσίαν ἐπὶ τὰ ἀδικήματα, λανθάνουσι. Sed hic quoque τῇ διανοίᾳ perperam in vulgatis libris legitur.

CAPUT II.

Illustrati loci duo ex Aeneide.

NIHIL temere aut inconsiderate a Virgilio dicitur: omnia propriis & accommodatis ad id quod agitur vocibus

us exprimuntur: &, ubi minime putes, aliquid plerumue reconditae eruditionis latet. Ut in illis verſibus e xto Aeneidos:

Sed non ante datur telluris operta ſubire,
Auricomos quam quis decerpſerit arbore fetus.

emo, quod ſciam, veterum, ac ne Fulvius quidem aut Gellius notarunt, cur *operta telluris* dixerit. Bonam eam & Tellurem eadem eſſe, vel ex Macrobio conſtat. Ubi autem Bonae deae fiebat, *opertum* vocabant, quo iris ingredi nefas erat. Cicero primo Epiſtolarum ad Atticum: *Quaſi in operto dicas fuiſſe.* Et in Paradois: *Ut, ſi in opertum Bonae deae aceesſiſſes, exulares.* am igitur conſtat, cur *telluris operta* dixerit. Sed & illis e quincto verſibus:

Stans procul in prora pateram tenet, extaque ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

t veterem eſſe illam porriciendi exta in mare conſuetuinem notarunt: ita vellem, aliquid de fundendi meri onſuetudine notaſſent. Poterant autem e Thucydidis ibro ſexto: ubi Nicias, Lamachus, & Alcibiades ſolentes e Piraeeo aureis & argenteis pateris vinum in mae fudiſſe dicuntur. Verba ſcriptoris omnium graviſſimi aec ſunt: *κεκτημένοι τε κατὰ σπονδὰς πατρῷ ἕκαστοι τὸ σφέτερον μέρος, καὶ ἐκπώμασι χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς οἵπερ ἐπιβάται καὶ οἱ ἄρχοντες ἐσίδοντες.* Quod & a Diodoro libro tertio decimo bibliothecae, in ejusdem hiſtoriae explicatione memoriae roditum eſt.

CAPUT III.

Emendati loci aliquot e tertio libro Ciceronis De officiis.

CICERONIS e lib. tertio De Officiis verba ſunt: *Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponet. Uterque, ſi ad loquendum venerit, non plus quam ſemel loquetur.* Quibus in verbis memini ab eru-

eruditis hominibus dubitatum esse, cur diceretur emptor neminem, qui contra se liceretur, appositurus. Certe enim solent interdum venditores in auctionibus licitatorem aliquem apponere, qui se emere velle simulet: & pluris liceatur ea quae venum exposita sunt, quam quanti sunt: ut eo modo ceteri emptores inducantur. Atque hoc saepe fieri vidimus. Emptor autem cur, quaeso, quemquam, qui contra te liceatur, apponat? Id enim si faciat, obstabit sibi: neque hoc dubium est, quin qui emere aliquid vult, illud potius optare debeat, ut nemo, qui contra liceri velit, reperiatur. Quare si qui contra se liceatur opponat, non sibi consulet, sed venditori. Quid igitur est? Multa ab istis παραδοξωτέρως allata sunt, quae qui accurate refellere velit, ridiculus sit: ita sunt ridicula ipsa & levia. Peccatum hic est, ut & in aliis libris saepe, & in Pandectis Florentinis saepissime, ut semel tantum positae sint litterae, quas geminari oportebat. Legendum enim est, *qui contra se liceatur*, id est, qui contra asse liceatur. Ut enim venditor dolose apponit, qui pluris liceantur, ita emptor qui minoris: ut sibi facilius res addicatur. *Assem* autem pro minimo pretio veteres saepe dicebant: eoque nomine in rebus extenuandis & abjiciendis utebantur. Socrates apud Varronem: *Asse vinum, asse pulmentarium.* Cato: *Quod non opus est, asse carum est.* In ludicro poëmate: *Non assis faciunt, euntque recta.* Catullus: *Omnes unius aestimemus assis.* Horatius: *In triviis fixum qui se demittit ob assem.* Persius: *Et centum Graecos curto centusse licetur. Asse* igitur *liceri*, est pretium rei extenuare & abjicere; quod qui faciat, si emptor apponat, improbe eum facturum Cicero putat. In eodem libro quod vulgo ita legitur: *ut omnes simul in rostra post meridiem descenderent.* vetus liber meus habet, *escenderent.* Recte omnino. Neque enim *descendere in rostra* dicebant, sed *ascendere. Escendere* autem vetere lingua & *ascendere* idem est: ut alibi docui. In eodem libro ita legitur etiam in iis libris, qui ut hiantes inducantur emptores, cum totis plaustris librorum veterum collati esse dicuntur: *Nunc habeo ad vulgi opinionem, quae major utilitas, quam regnandi esse possit? nihil contra inutilius ei qui id injuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem coepi revocare rationem.* legendum autem hoc modo: *Non habeo ad vulgi opinionem*

em, quae major utilitas, quam regnandi esse possit. nihil contra inutilius ei qui id injuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem coepi revocare rationem. Sed ut ifces sale, ita correctores isti correctore indigent Quid item est, quod in versu Ennii, qui eodem in libro eitur, *fides alma, apta pinnis* dicitur? Plerisque simularis Deorum, ut Victoriae, ut Famae, affingebant alas: t Deos ubique praesto esse indicarent. *Apta* autem *innis* est πτερόεντα. Appulejus apologia prima: *Si verba, a ut poëtae ajunt, pinnis apta vulgo volarent.* Expres- t autem illud Homericum, ἔπεα πτερόεντα. Attii autem ersus eodem in libro ita legendus est:

Neque do infideli cuiquam, neque dedi fidem.

t sit senarius. Addam & alia, quae cum addidero, sic uoque alia supererunt: ita diligenter praestant isti quae ollicentur. Ubi ergo de Epicureis ita scriptum est, *Dint enim voluptatis magnitudinem doloris detractione fie-*: non *fieri* legendum est, sed *finiri*. Hoc enim dicebant Epicurei, ubi dolor detractus esset, finiri ac termigri, & quo verbo ipsi utebantur, ἱστάναι voluptatem: eque crescere amplius, sed variari tantum, id est, ποικίλλεσθαι Sed & paulo post, ubi vulgo legitur: *Nec ve- finis bonorum & malorum qui simplex esse debet, ex- similibus rebus misceri & temperari potest.* ibi ergo, quis attente rem ipsam consideraverit, animadvertet, as illas voces & *malorum* ab hominibus fortasse mini- malis, sed certe non satis intelligentibus, additas esse.

CAPUT. IV.

Plinii locus emendatus.

Nisi nuper Plinium legens, cum in ea, quae ille de naso refert, incidissem. Haec enim ipsius verba sunt: *adunt in Polonia feram quae bonasus vocetur, equina ta, cetera tauro similem, cornibus ita in se inflexis, non sint utilia pugnae. quapropter fuga sibi auxilia- reddentem & fimum interdum trium jugerum longitue, cujus contactus sequentes, ut ignis aliquis, ambu-* Sane enim mirificum siphonem illius bestiae esse

oporteret, quo illa fuum illud cauſticum ſtercus ad cxx pasſus, tot enim efficiunt tria jugera, jacularetur. Quae autem balliſta aut quae catapulta cum illa ignivoma fiſtula comparari poſſet? Sed modeſtius Ariſtoteles, qui id ipſum referens, ait bonaſum jacere ſtercoreum illud incendium εἰς πέντακοσιας ὀργυιὰς ἀφ' ἑαυτοῦ, id eſt, ad quatuor passus. Quare aut foede erravit Plinius, aut, quod verius puto, peccatum eſt a librariis: & ubi legitur III. *jugerum*, legendum eſt IV. *orgyiarum*. Quod autem *orgyiae* nomen in Latine loquentium conſuetudine non eſſet eam erroris causſam fuiſſe librariis arbitror.

CAPUT V.

Plauti loci aliquot illuſtrati.

EPICHARMUM tradidit Ariſtoteles, & post eum Demetrius in commentariolo περὶ ἑρμηνείας, riſus captandi causſa, interdum ſententias quasdam ita conformaſſe, ut contrariis conſtare viderentur, cum tamen in eis bis idem diceretur: quarum exemplum hoc uterque ponit: τὸν μὲν πὰρ κείνοις ἰχθὺν λαβ', τὸν δ' πὰρ κείνοις ἰχθύν Ita enim legendum eſt, ut trochaici metri ratio conſtet, quo gaudebat Epicharmus. Riſum autem commovet illa ſtultitiae imitatio, ἐξ τὸ παρὰ προσδοκίαν: cum auditor qui aliquid aliud exſpectabat, ſua ſe ſpe deluſum videt, quo in genere facetiſſimum eſt illud Ciceronis ad Atticum: *Non putare pigritia facere me, quod non mea manu ſcribam, ſed me hercule pigritia: nihil enim habeo aliud quod dicam: & tamen in tuis quoque epiſtolis Alexin videor agnoſcere.* Plautus autem, quem dixit Horatius *ad exemplar Siculi properare Epicharmi*, & frequenter ita ludit, & interdum ſine illa ſimulata contentione contrariorum ridiculi causſa ejusmodi enunciationes ponit, in quibus ut dialecticorum more loquar, idem ſit τὸ κατηγορούμενον ἀντικειμένῳ. idque nonnunquam paulo aliis, nonnunquam etiam plane iisdem verbis. Sic ille in Curculione leno:

Quoi homini di ſunt propitii:

exſpectes dum dicat, ei omnia ſuccedunt ſub manum: at aliquid ejusmodi. at ille,

Digitized by Google

ei, inquit, *non esse iratos puto.*

od tale est, ac si quis diceret, *Vinum quod album est, igrum non esse arbitror.* Itaque ridicule quidam illic cutus esse voluit, & argumentari, cum a contrariis dit. Simile illud e Sticho:

quanta mea sapientia est,
E malis multis malum quod minimum est, id minimum est malum.

'alia erant illa quae ridentur in Stoicis: *Si dies est, dies t. Est autem dies. Est igitur dies.* Cui enim dubium se potest, quin quod malum minimum est, id sit minimum malum? Sed sunt quidam μωρόσοφοι, qui haec perde accipiunt, ac si serio dicerentur. Simile est illud principio Captivorum:

Hos quos videtis stare hic captivos duos,
Illi qui stant, hi stant ambo, non sedent.

loc enim dicit, eos captivos qui illic stant in conspectu mnium, eos igitur stare, non sedere. neque dictum est, los duos captivos, pro horum captivorum duorum, ut uidam putat: sed talis verborum constructio est, qua illa,

Urbem quam statuo, vestra est.

& illa,

Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?

in Amphitruone,

Nauerátem quem convenire volui, in navi non erat.

einde, quasi res dubia sit, aut testibus egeat, itidem us causa,

Vos, vos, inquit, *mihi testes estis, me verum loqui.*

bi, *Vos, vos*, valet vosmetipsi: quomodo *meme* dici-

mus me ipsum, & *tete*, te ipsum Haec omnia praetermisisem, ut per se vel pueris nota, nisi istos sua & quorundam opinione Lynceos nihil in eis vidisse vidissem.

CAPUT VI.

Dubitatum de iis quae tradit Gellius super vi musicorum cantuum in morbis quibusdam sanandis.

APUD Gellium cap. xiii. libri quarti haec leguntur *Creditum hoc a plerisque est, & memoriae mandatum Ischiaci cum maxime doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni, viperarum morsibus tibicinem scite modulateque adhibitum mederi.* Haec Gellius quae vereor, ut ab eo satis fideliter relata sint. Certe quidem Theophrastus non lenibus modulis levari ischiacos scripserat: sed harmonia Phrygia, quae omnium vehementissima est, & aptissima ad animos audientium divino quodam furore incitandos. Ideoque eam adhibebant in orgiis Bacchi & Berecynthiae. & hoc est quod ait Catullus:

Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.

Et propterea ait Aristoteles tibiam adhibendam esse ὁπόταν ἡ θηρία κάθηται μᾶλλον δυσπαθῶς ἢ μέθυσον. quod non animadverterunt, qui eum Aristotelis locum interpretati sunt. Verum autem esse quod dixi de Theophrasto constat ex his quae sunt apud Athenaeum libro XIV. ὃ καὶ νάστης ἐπῆν μουσικὴν, Θεόφραστος ἱστόρησεν ὁ τῆς ἐξὸν ὀδόντος σμικρὸν, ἰσχναῖς φάσμασιν ἀνόσους διαπλεῖν, ὁ κατασκήψας τὰς τῶν τοιούτων τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. Sed & quod statim subjicit de morsu viperarum, vereor ne non de viperis scripserit Theophrastus, sed de iis phalangiis, quae hodie vulgo Tarantolae vocantur, quarum morsus hic Romae, quod sciam, innoxius, in Appulia, si negligatur, lethalis est: neque aliud mali usitatius aut exploratius remedium, quam in citharoedis & tibicinibus: quibus auditis, velut e gravi somno excitatus, qui morsus est, attonitus & extra positus saltare ac tripudiare incipit; neque unquam desinit, dum ne illi quidem intermittant, donec delassati

ge sudore fluens, prope exanimis concidat. Hoc quidem & certissimum ac notissimum est, & a praestanti medico, Matthiolo litteris proditum. Apud Gellium autem eodem loco ubi legitur ἀφὶ λοιμῶν ἢ λοχιῶν. non dubium est, quin λοιμικῶν, non λοχικῶν, legi debeat.

CAPUT VII.

Quid significet vox περιῤῥάδιος.

VERBUM περιῤῥάδιεσθαι, quo utitur M. Tullius in epistola quadam libri primi ad Atticum: (verba ejus sunt: *Ego autem ipse, dii boni, quomodo συμπεριῤῥαδιεσθαμαι novo auditori Pompejo?*) quoque usus est & Paulus Apostolus in priore epistola ad Corinthios, ἡ ἀγάπη, inquiens, οὐ περιῤῥάδιεται, raro admodum in scriptoribus Graecis legitur: ideoque varie & a Grammaticis & ab aliis exponitur. Est autem *jactare & ostentare se, & inanis gloriolae fructum ex re aliqua aucupari.* Id didici ex illo vere magno Basilio, cujus haec sunt ἐν ἀσκητηρίῳ· Πᾶν τὸ μὴ πρὸς χρείαν, ἀλλὰ πρὸς κενοδοξίαν ἐπιζητούμενον, περιῤῥάδιας ἔχει τοὺς ἐραστάς. Neque usquam melior ejus vocis interpretatio reperiri potest.

CAPUT VIII.

Loci aliquot ex epistolis ad Atticum emendati.

EMENDABO, aut saltem emendare conabor ex iisdem epistolis alia. Libro igitur secundo ita vulgo legitur: *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. ei nos θεῖοι videmur.* ibi quam, quaeso, idoneam sententiam efficere potest illud θεῖοι, sive patruos, sive divinos interpretere? Sed non libet περιῤῥάδιος. In libro satis vetere, quo me donavit vir multis nominibus illustrissimus, Gulielmus Sirletus Cardinalis, ita scriptum est: *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum* CINOS CYNOCTIN *videmur.* Ex quibus depravatae veteris scripturae vestigiis conjicio legendum: *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum: cui nos* συνοικοῦν *videmur.* Aegrotabat apud Atticum Q. Cicero Q. F. Ei igitur patruus avunculo diligenter commendat: & quo magis declaret suam erga illum voluntatem, ait, se

sibi videri una cum eo aegrotare. In ea autem epistola quae statim sequitur, ubi vulgati libri habent, SED ME KATAKPICIC MEA ILLA COMMOVET, in meo est: *sed me pecis mea illa commovet*. ut suspicer pro κρισις legendum πισσα. Ita enim veteres πισσα nomine usos scio. Illud autem miror in eodem libro a nemine emendatum esse, *Subitò cum mihi dixisset Caecilius quae stor, puerum se Romam mittere, haec scripsi raptim.* Non enim *subito* legendum: sed s. v. B. quo scribendi compendio significabant, *Si vales bene est*. & ita jam pridem emendarat Rivius eodem modo corruptum locum nonc earundem Epistolarum.

CAPUT IX.

E libro quarto earundem Epistolarum emendata alia.

SUPPUDET me interdum quaedam referre in litteras verentem, ne nimis obvia & protrita sint: sed cum in ei animadverto errasse eos qui quasi columina quaedam lit terarum habentur; venio in spem, fore, ut ea, quamvi levia & pusilla sunt, aliquos tamen inveniant amatores In epistola quadam libri quarti ad Atticum ita scriptun est in libris Manutianis: *Sed quoniam qui nihil possunt ii me nolunt amare: demus operam ut ab iis qui possun diligamur. Dices, vellem jam pridem. scio te voluisse*, & *me ast nugigeram manum fuisse*. sed illud, *ast nugige ram manum*, quid tandem monstri est? Manutius inge nue fatetur, locum sibi depositum ac desperatum videri Malaspina, sane fidenter, *mastigiam germanum* legit: & est qui occinat, nihil hac conjectura divinius. Eo enim jam stultitiae ventum est, ut satis non sit in his quisqui liis laudandis dicere, eleganter, acute, ingenioše, ειδε χαριεις: dicendum, nihil divinius: ne frigide laudasse videa ris. In libro Victorii est: *scio. te voluisse, & me. A num germanum fuisset?* Manutius in quodam se legisse ait: *Ast num gerammanum fuisset*. meus habet, *A num germanum fuisse*. Muta unam litteram, ut sit, & *me asinum germanum fuisse*: vitium omne sustuleris. Ho enim dicit, se merum asinum fuisse, qui bene monen Attico non obtemperarit. Erat autem illa jocularis co

t

Digitized by Google

tumelia. Terentius: *qui ſtatus eſſet, flabellum tenere te aſinum tantum.* idem, *Quid? tu aſine huic auſcultas?* in eodem autem libro, in epiſtola cujus principium eſt, *Epiſtola tua* in extremo ita lego: *Quid ſupereſt? etiam. Puerum Ciceronem curabis, & nos amabis, ut facis.*

CAPUT X.

Item alia ex eodem libro.

QUANDO quartus Epiſtolarum ad Atticum eſt in manibus: unum etiam locum ex eo emendabo, qui in omnibus editis libris mirabiliter depravatus eſt. Legitur autem in libris quidem Victorii fere ad finem ejus epiſtolae, cujus principium eſt, *Occupationum mearum:* at in aliis, in epiſtola, *O exſpectatas.* Vulgo igitur ita ſcriptum reperias: *Quid aliud novi? & tamen abſoluto Gabinio ſtomachantes alii judices, hora poſt, Antiochum Gabinium neſcio quem, accenſum Gabinii, ſolidis pectoribus libertum, lege Papia condemnarunt. Itaque dixit ſtatim reus lege majeſtatis,* ** ΟΥ COIMPICAMA ΦΙΗΙ. Ego autem ita emendo: *Quid aliud novi? Eſt tamen. Abſoluto Gabinio, ſtomachantes alii judices,* & quae ſequuntur. deinde Graeca illa hoc modo: ΟΥ CΥ ΜΕ ΠΡΟΙΚ' ΑΦΙΗΙC. Hoc autem dicit, Libertus ille Gabinii, cum patronum ſuum tam turpiter abſolutum videret, ſe quoque ſperabat abſolutum iri, etiam ſi nulla mercede judices corrupiſſet. At ubi ſe praeter ſpem, lege Papia condemnatum vidit: reus factus lege majeſtatis, intellexit, judices eadem via ſibi expugnandos, qua Philippus Macedo omnia caſtella expugnari poſſe dicebat. itaque coepit eos circumire, & illam eis cantilenam occentare, ὃ σὺ μὴ πρᾶξαι ἄφης. qua ſignificabat, qui ſe abſolviſſet, gratis id facturum non eſſe Suſpicor autem fuiſſe hemiſtichium veteris alicujus poëtae; cujus eadem eſſet ſententia cum illo Homerico, Ζεῦ πάτερ Ἀχαιῶν ἠὲ, σὺ γὰρ ἄμφω κρατέεις.

CAPUT XI.

E libro quinto earundem emendata quaedam.

PERSEQUAR & alia ex iisdem Epiſtolis. dignisſimae enim ſunt ad quas perpurgandas omnia ab omnibus con-

ferantur. Quod igitur est in epistola secunda libri quinti in Manutianis, *cum me e Pansae villa, num quid vellem, rogasset:* certo certius est, exturbandum hinc esse *Pansam*, Victoriani & veteres habent, *cum me expense sua villa.* Unius litterulae mutatione locus integer fiet, ut sit, *cum me exiens e sua villa.* Epistola duodecima ubi vulgo ineptissime legitur: *Itaque erat in animo, nihil festinare, nec me Delo movere, nisi omnia ἀκριβῶς jura vidissem.* e depravatis veteris scripturae vestigiis, quae haec sunt, AKRA TH KIIVPA: ex eis igitur legendum puto, *ἀκρῶν τῶν ὄχθων.* Hoc enim dicit, non esse sibi consilium navigare, nisi serena & tranquilla, ac secunda omnia viderit. In illa quae sequitur, mirum est, homines eruditos, Manutium, Corradum, alios, tam nihil vidisse, ut, cum paulum modo vetus scriptura abesset a recto, ipsi tam longe deflexerint. Veteres libri; *Verumtamen Decumanius venissem cum imperio.* At illi, *Verumtamen cum civis Romanus venissem cum imperio.* Erat autem rectum, *Verumtamen decumani, ut si venissem cum imperio.* Ne intellexerunt quidem id quod statim sequitur: *Ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas.* Quorum verborum sententia haec est: Et ostentarat se Cicero semper amicissimum ordini publicanorum: & semper item servire instituerat provincialium commodis. Nunc, cum inter decumanos & provinciales male conveniret, periculum erat, quicquid inter eos decrevisset in provincia sua, ne in alterorum offensionem incurreret. Ait igitur, se usurum ea palaestra, quam ab Attico didicerat. Multa sciens praetermitto: nequ enim omnia huc congerere decrevi. In epistola, *Quae vellem*, ita legitur: *Stamus animis? & quia consiliis ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu; tuto consedimus, copioso a frumento, Ciliciam prope conspicimus, expedito ad mutandum locum.* Sed neque illud *sperare manu*, recte dici arbitror: & illa tam multa epitheta, *tuto, copioso a frumento, conspiciente Ciliciam, expedito;* cum quo cohaereant, non habent. Quid, quod illi ipsi qui ita legunt, fatentur, se hoc excogitasse cum in antiquis libris extaret aliud? Illi enim habent *Stamus animis? & quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam arno tuto consedimus copioso*

fr

frumento. Ubi si minima mutatione facta legas, *speranus; & jam arvo tuto consedimus:* recte, ut mea quidem opinio est, legeris. Sic locutus est & poëta:

Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?

Taurum autem montem, ubi tunc erat Cicero, magna ex parte arvum esse, notissimum est vel e Tibullo, cujus illud est,

Quantus & intensos Taurus alat Cilicas.

CAPUT XII.

Emendatus locus e secundo Politicorum Aristotelis.

NOTA est lex Pittaci, qua caverat, ut, qui ebrii peccassent, iis non modo poena non imminueretur, sed duplaretur. Meminit ejus Aristoteles tertio Ethicorum, secundo Rhetoricorum, & secundo Politicorum. Nisi quod in politicis dicere videtur, id tantum constitutum in eos qui ebrii aliquem pulsassent, aut verberassent. Ita enim ait: Ἐχρῆτο ὁ αὐτὸς Πίττακος νόμῳ δημιώδει, ἀλλ' οὐ πολιτείας. νόμος δ' ἰδιος αὐτῷ, τὸ τοὺς μεθύοντας ἂν τυπτήσωσι, πλείω ζημίαν ὀφλισκάνειν ἢ νηφόντας. Quid igitur, si in alio aliquo genere peccaverint? An tum tantum crescet poena, si quem percusserint? Et verius est, idem in ceteris quoque peccatis constitutum. Nam & in secundo Rhetoricorum, κωφόλου dicitur, majores poenas statuisse, ἐὰν τις μεθύων ἁμαρτάνοι. quare non dubito, quin locus ille e secundo Politicorum depravatus sit, ut, ubi legitur ἂν τυπτήσωσι, legendum sit, ἂν τι πλήσωσι. Neque hoc ulla confirmatione egere arbitror.

CAPUT XIII.

Qui sint versus ἰσόψηφοι. Declaratum epigramma Graecum. Item aliquot quaestiones ludicrae, quae apud Gellium proponuntur, dissolutae.

NON equidem unquam cuiquam auctor fuerim, ut

Digitized by Google

quaerat apud Homerum versus ἰσοψήφους: si quis tame neque habet quod agat, & nihil agere non potest, ind cabo ei, qui versus dicantur ἰσόψηφοι: quos si quaerer postea volet, praestabo, non defore illi ubi se exerceat Cum igitur litterae Graecorum etiam ad numeros signifi candos, ut notum est, adhibeantur, quorum versuum omnes litterae pro numeris acceptae, eundem numerum efficerent ac constituerent, eos versus ἰσοψήφους vocabant Ejus rei exemplum ostendam in duobus nominibus: ea demque declarabo epigramma Graecum incerti auctori e libro secundo anthologias; quod qui explicarit, nemi nem adhuc video extitisse. Primum igitur illud adscri bam:

Δαμαγόρεω κῆ λοιμὸν ἰσόψηφόν τις ἀπύσσας
Ἔστησ' ἀμφοτέρων τὸν πλάστιγγι κρίνων.
Ὡς τὸ μὲν ἐκ πλείστ' ἀνελκυσθὲν τὸ πλάστον
Δαμαγόρεω. λοιμὸν δ' εὗρεν ἐλαφρότερον.

Jocatur quisquis est in flagitiosum quendam, Damagora nomine: cujus nomen cum pestis nomine ἰσόψηφον esse quidam cum audiisset, quasi in statera expendit ingenium pestis & ingenium Damagorae: praeponderasse auten eam lancem, in quam Damagorae ingenium impositum erat: quod videlicet multo leviora essent mala, quae a peste, quam quae a Damagora, importarentur. Sunt autem ἰσόψηφα plane nomina Δαμαγόρεως, & λοιμός, ut e subjecta descriptione perspici potest:

δ	4	λ	30
α	1	σ	70
μ	40	ι	10
α	1	μ	40
γ	3	ο	70
ο	70	ς	200
ρ	100		
α	1	420.	
ς	200		
420			

Mu

Digitized by Google

Multum igitur negotii habuit, aut potius multum ei ab re ſua otii ſuperfuit, quicumque ille fuit Gellii familiaris, qui conquiſierat, quinam ita inter ſe affecti verſus apud Homerum forent. Quod autem praeterea notarat, quorum nominum in Homerico poëmate reperiretur σφραγὶς: notat Euſtathius, e primis litteris quinque primorum verſuum ultimi libri Iliados effici nomen λάϊνος, ubi etiam tradit, veteres ejusmodi quaeſtiunculis luſitare ſolitos eſſe, quales aliquot ponit & explicat, leves illas quidem & ludicras, ſed tamen cognitu non injucundas. Nam quod ibidem amicus ille Gellianus quaerit, quis Homeri verſus ſit, qui per ſingula vocabula ſingulis ſyllabis increſcat, non dubito, quin illum ſignificaverit e tertio Iliados,

Ω μόνος Ἀργείῃ μαιμυκάζεις ἀλεγεινῇ.

Sed & illius quaeſtionis explicationem, qua ratione dicat Homerus, ſingulas pecudes in Africa, in ſingulos annos terna parere, reperiet, qui hoc tanti putabit, apud Euſtathium in quartum Odyſſeae. Levia haec eſſe fateor: ſed ut in eis quaerendis defatigari ſtultum fuerit, ita cum ſe ſponte offerunt, non omnino repudianda eſſe arbitror.

CAPUT XIV.

Emendatus locus e ſeptimo Politicorum Ariſtotelis.

CUI unquam vel fando auditum eſt, vel perſuaderi poteſt, eas domos, eave cubicula quae Aquiloni expoſita ſunt, eſſe ad hiemandum accommodatiora? Certe enim, ſi ita eſt, magnam hominum partem in magno errore verſari neceſſe eſt, qui hiemi quidem loca tepida praeoptant, aeſtate autem alſioſa. Notum autem eſt, quae ad Aquilonem obverſa ſunt, omnium frigidiſſima eſſe. Itaque Horatius villam ſuam commendans, *Eſt*, inquit, *ubi plus tepeant hiemes?* Illae vero in locis aquilonaribus minime tepent. Et Cornelius Celſus ad ſalubritatem monet habitandum eſſe aedificio lucido, perflatum aeſtivum, hibernum Solem habente. Et hoc eſt quod Ariſtoteles ait in Oeconomiciis, *oportere domum* πρὸς ὑγίειαν εἶναι πρῶτον μὲν τοῦ θέρους, εὐήλιον ὂ τὸ χειμῶνος. Quomodo autem ad ſeptentriones expoſita, hibernum Solem habitura ſunt?

Digitized by Google

sunt? Mirari igitur non immerito possit aliquis, cur Aristoteles lib. VII. Politicorum, ut nunc quidem libri illi collocari solent: mihi enim dubium non est, quin quartus liber sit, qui vulgo numeratur septimus: sed cur in eo libro, quotuscumque tandem ille sit, obversas ad Boream habitationes, aptiores esse dicat ad hiemandum? Nam cum omnium saluberrimas esse dixisset eas quae excipiunt eos ventos qui ab Oriente flant, statim subjicit: δύσπνοον δὲ καὶ ἄφορον. εὐχείμεροι δὲ πᾶσαι μᾶλλον. At quomodo, si Aquilonem spectabunt, futurae sunt εὐχείμεροι? Tales autem, ut ex Oeconomicis retulimus, hieme esse oportet: sed non dubito, quin ubi legitur εὐχείμεροι, legendum sit εὐδίεροι: quod cum per me suspicatus essem, magis etiam confirmatus sum in sententia, cum veterem interpretem eodem modo legisse animadverti. Vertit enim *recentiores*. Sunt autem εὐδίεροι μᾶλλον, altiores & salubriores: quales esse quae Aquilonem excipiunt. Si quis forte dubitat, audiat verba Varronis e libro primo De re rustica: *Permagni interest, ubi sint positae villae quantae sint, quo spectent porticibus, ostiis ac fenestris.* Annon ille Hippocrates medicus in magna pestilentia non unum agrum, sed multa oppida scientia servavit? Sed quid ego illum voco ad testimonium? Non hic Varro noster, cum Corcyrae esset exercitus ac classis, & omnes domus repletae essent aegrotis ac funeribus, immisso fenestris novis Aquilone, & obstructis pestilentibus, januaque permutata, ceteraque ejus generis diligentia, suos comites ac familiam incolumes reduxit?

CAPUT XV.

Himeraeae mulieris de Dionysio tyranno somnium eodem prope modo Graece a Timaeo quo Latine a Valerio relatum.

NON inutilem studiosis elegantioris doctrinae navavit operam Sebastianus Corradus, qui brevibus notis ad Valerii Maximi libros additis, aliorum scriptorum locos unde ille singula sumpsisse videretur, aut certe in quibus eadem historia legeretur, indicavit. Pauca autem quaedam reliquit, quae unde sumpta essent, pervestigare non potuerat: quale illud est quod libro primo legitur de somni

nio Himeraeae mulieris, quo Dionysii tyrannis praesignificata est. Ego igitur cum deprehenderim antiqui scriptoris Timeſiae (*) locum e libro ſexto Hiſtoriarum, quem prope ad verbum interpretatus eſt Valerius, utriusque verba proponenda duxi, ut conferri queant. Valerii igitur haec ſunt: *Intra privatum habitum Dionyſio Syracuſano adhuc ſe continente, Himeraea quaedam, non obſcuri generis femina, inter quietem opinione ſua caelum conſcendit: atque ibidem deorum omnium luſtratis ſedibus animadvertit praevalentem virum, flavi coloris, lentiginoſi oris, ferreis catenis vinctum, Jovis ſolio pedibusque ſubjectum: interrogatoque juvene, quo conſiderandi caeli duce fuerat uſa, quisnam eſſet; audiit illum Siciliae atque Italiae dirum eſſe fatum, ſolutumque vinculis, multis urbibus exitio futurum: quod ſomnium poſtero die ſermone vulgavit. Poſtquam deinde Dionyſium inimica Syracuſarum libertati, capitibusque inſontium infeſta fortuna caeleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati injecit, Himeraeorum moenia, inter effuſam ad efficium & ad ſpectaculum ejus turbam, intrantem ut adſpexit, hunc eſſe quem in quieto viderat, vociferata eſt. Id cognitum tyranno cauſſam tollendae mulieris dedit.* Timeſias autem hoc modo· γυναῖκά τινα τὸ γένος Ἱμεραίαν ἰδεῖν ὕπαρ ἀνιοῦσαν αὐτῷ εἰς τὸ ἄστυ, καὶ θεὸς πᾶσι ἄγαλμα θεσπεσίῳ τοὺς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδοῦσα καὶ τὸν Δία κρεμάμενον ἐπὶ χρόνῳ, ἐφ' ᾧ ἰδιώτῃ πύριος τις ἄνθρωπος καὶ μέγας ἁλύσει καὶ κλοιῷ. ἱρίζας οὖν τὸν ἐκκλησιαστὴν ὃς τις εἴη, αὐτὸν ἔφη εἶναι· ἁλάσεις δὲ τὰ Σικελίας καὶ Ἰταλίας. καὶ ὅπως ἀφιεῖ, τοῖς χάρασι φράσει. ἀναπαῦσαι δέ, θεόσεις ὑπάρχουσι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ δημοφόρων· ἰδόντα δὲ ἀναπεῖσαι, ὡς ἔστιν οὗτος ὁ τύπος ἁλάσεως δεσμοῖς καὶ ἅμα πάντα λίγυσαι, πιστεῦσαι εἰς τοῦδαφος ἀκλινθῆσαι μετὰ δὲ τέλμωνος εὖ ἔχειν ἀφιέναι τὴν γυναῖκα. τὸν δὲ Διονύσιον ἀμφιθαρέσαι λαβεῖν. Putavi autem horum inter ſe neque inamoenam, neque inutilem collationem fore.

(*) Ἰατρ. *Timaei.* Locus ſumptus eſt e Scholiaſte Aeſchinis de falſ. legat. p. 751. quem nuper edidit J. J. Reiskius.

CAPUT

CAPUT XVI.

In Plauto & in Euripide notata quaedam non satis ex arte facta.

MULTA admodum notavi in Plauto, in quibus puto illius oeconomian (*) merito reprehendi posse, ni vetustatis auctoritas obstet. Quale est quod in Captivis, vix unius horae spatio Philocratem ex Aetolia euntem in Elidem, & rursus ex Elide, confecto negotio, quod certi aliquid temporis postulabat, redeuntem in Aetoliam facit; ut non multo citius senex e foro domum se receperit, quam ille totum illud iter confecerit. Itaque ridiculus est Hegio, cum ei profecturo dicit,

Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi.

Quid enim ante horam unam rediturus viatico eguit? Nisi forte & seni ipsi, cum in forum iret, viatico opus fuit. Sed si in peccatis magna exempla ad defensionem valent, tueri se Plautus Euripidis exemplo potest: qui in Supplicibus tam cito redeuntem Thebis Athenas nuntium facit, ut volasse, & ea quae interea facta refert, vix tantulo temporis spatio somniare potuisse videatur. At in Amphitruone nimis certe sibi Plautus licentiae sumpsit, qui eadem illa nocte quam triplo longiorem esse voluit Jupiter in Hercule procudendo occupatus, redeuntem e bello Amphitruonem, & eo ipso die qui illi nocti proximus illuxit, decumo post mense Alcmenam parientem facit. Si quis quid hodie tale faceret, exsibilaretur: sed quadam antiquitatis majestate fit, ut quae in nostris reprehenderemus, in veteribus admiremur.

(*) Simile adversus leges dramaticas peccatum in Aristophanis Acharnensibus notavimus ad Hesych. v. Δικαιόπολις. In quo forte minus acerbe nos reprehendisset Gaspar Aloys. Odericus de Marmor. Didascal. p. 102. si hanc Mureti disputationem legisset. Sed satis est; nostram sententiam probari acutiori judici, Dan. Wyttenbachio Bibl. Crit. Vol. II. Part. III. p. 69.

CAPUT

CAPUT XVII.

Diverbium Plautinum e Rudente reſtitutum.

PRINCIPIUM Stichi Plautinae jam pridem emendavi: & meam in ea re ſententiam ſecuti ſunt, qui poſtea Plautum ediderunt. Sed vellem, ipſi quoque ad verſus diſtinguendos aliquid operae contuliſſent. Quod quando facere aut non potuerunt, aut noluerunt, alia quoque eodem modo a me emendata, his libris inſeram: ſi forte tam venuſtus poëta paulatim priſtinum nitorem reciperare poſſit. Nam ut nunc quidem eſt, qui ei poſt Joachimum admoverunt manus, magna profeſſi, parva admodum praeſtiterunt. Sed mihi quidem neque aliena abjicere animus eſt, neque mea venditare tanti videtur. In Rudente, ad ipſum finem actus primi, colloquium eſt aniculae, quae Veneris ſacerdos erat, cum puellis ejectis, ita confuſum ac perturbatum, ut nullus prope verſus integer ſit. Id igitur proponam, ita uti legendum cenſeo:

SACERDOS.

Qui ſunt, qui pacem a patrona expetunt mea?
Nam vox precantum me excitavit huc foras.
Bonam deam ſequuntur, obſequentemque haud gravatim,
Multumque benignam. PALAESTRA. *Mater hem.*
Salvere te jubemus.
SA. *Salvete puellae. Sed vos unde cum uvida*
Veſte ire dicam, tam veſtitas moeſtiter?
PA. *Haud longule imus illico hinc ex hoc loco,*
Verum longe hinc abeſt, unde huc vectae ſumus.
SA. *Nempe equo ligneo caeruleas per vias*
Vectae eſtis. PA. *admodum.* SA. *Aequius ergo vos erat*
Venire candidatas hoſtiatasque: ad hoc
Fanum iſtunc ad modum veniri non ſolet.
PA. *Quaene ejectae ſumus e mare nunc ambae, obſecro,*
Unde hoſtias nos agere voluiſti huc tibi?
Amplectimur tibi nunc genua, egentes opum,
Quae neſcia ſpe in neſciis locis ſumus,
Tecto recipias ut tuo ſervesque nos:

Uti-

Utique te miserarum ambarum misereat:
Quibus neque spes parata est ulla, nec locus:
Neque quidquam est nobis amplius, quam hoc quod vides.
SA. *Manus mihi certe ambae a genibus exsurgite.*
Me feminarum nulla est misericordior.
Sed res puellae hae pauperes inopesque sunt.
Egomet vix vitam colo. Veneri cibo meo
Servio. AM. *Veneris fanum, obsecro, hoc est?* SA. *Sane. Ego*
Hujus sacerdos clueo. Verum, quicquid est,
Fient comiter a me omnia, quorum copia
Cluebit. ite hac mecum. PA. *amice nostrûm habes*
Honorem mater, ac benigne. SA. *oportet.*

Sunt autem tertius & quartus versus jambici quadrati catalectici: postremus trimeter catalecticus: ceteri omnes trimetri acatalecti,

CAPUT XVIII.

Num qui capiuntur in bello, ignavi propterea habendi sint. Illustratus Plauti e Captivis locus.

FORTIUM virorum videtur in proeliis aut vincere, aut mori: qui enim capiuntur, vix interdum effugiunt ignaviae aut certe φιλοψυχίας notam. Atque hoc significavit Philocrates Plautinus, qui cum ex Hegione apud quem vinctus adservabatur, audiisset,

Ut vos hic, itidem illic apud vos meus adservatur filius,

Captus est? inquit: deinde adfirmante sene; *Non igitur*, inquit, *nos soli ignavi fuimus.* Sed tamen Lacedaemonius quidam ex iis qui ab Athenienſibus capti sunt in Pylo, urbane a se ignaviae notam amolitus dicitur. Cum enim Athenienſis quidam ei per ludibrium dixisset, *Est vestris videlicet optimi ac fortissimi quique ceciderunt: Magni*, inquit, *faciendus esset fusus, si viros fortes dignoscere ac discernere ab ignavis posset. fusum* autem, Lacedaemoniorum more, vocabat sagittam: & significabat, non fortissimos quosque mortuos esse, sed eos, qui casu sagittis icti fuissent: ut qui hostium potiti erant, non pro-

nópterea minus fortes habendi essent, quam qui cecide-
ant. Eminus enim cum illis proeliati erant Athenien-
es. Ita hoc a gravissimo historiae scriptore, Thucydide
ccepimus.

CAPUT XIX.

Nihili esse verbum excolubrandi, *quod quidam pro Plautino obtrudere conatus est.*

SAEPE contingit, ut in magnis scriptoribus vitia late-
nt, & quae corrupta atque σφάλματα sunt, integra puten-
ur: nonnunquam etiam, ut quae recta & incorrupta
unt, hominibus non satis intelligentibus corrupta vide-
ntur. Ut autem medicamenta bene valentibus, ita re-
tis & veris correctiones ac mutationes nocent. Ejus
i exemplum proferam e Stichо Plautina, ubi Dinacium
portu rediens, iniquo animo fert, sibi a parasito Gela-
no molestiam exhiberi. Versus hi sunt:

GE. *Ibo, atque hunc compellabo.*
Salvos sis. DI. *Et tu salve.*
GE. *Jam tu piscator factus?*
DI. *Quam pridem non edisti?*
GE. *Unde is? quid fers? quid festinas?*
DI. *Tua quod nihil refert, ne*
Cures. GE. *Quid istic inest?*
DI. *Quas tu vides colubras?*
GE. *Quid tam iracundus?* DI. *Si in te*
Pudor, assit, non ine appellas.

Illud igitur de colubris Joachimus quo pertineret, non
idens, hanc notam ad illum locum addiderat: *Suspecta*
aec scriptura mihi est. Ac si sciam, quid hoc verbi sit,
spicor hic fecisse poëtam, Qua tu id re excolubras?
laec ille: frustra quidem, sed modeste tamen. & alio-
ui homini erudito, qui Plauti fabulis hoc tempore, fa-
ndum enim est, saluti fuit, sicubi falsus sit, facile
ondonari potest. Vetus est, non omnia uni deos dare.
ecutus est alter multo confidentior, qui illam tenuem
obscuram Joachimi conjecturam, nihil dubitans, arri-
it pro vera: & contestatus, sic sine ulla litura esse in
is veteribus libris (habebat autem plerumque bonos &

Digitized by Google

obſequentes libros.) interpretatus eſt etiam nobis verbum *excolubrandi*: ut ſit *excolubrare*, illo quidem auctore, curioſe, & oculis eminentibus, quales ſunt oculi colubrorum, & cervicibus inflexis, & oculis extantibus exquirere. Verboſa ſane declaratio: ſed, cui ſi crediturus ſim, locupletiorem ejus auctorem requiro. Atque ut ſine fuco & fallaciis agam, emendationem illam non tam refutatione, quam riſu, dignam puto. Inſanum enim dicit eſſe paraſitum puer, & a furiis atque intemperiis agitari: ideoque ex eo quaerit, quas colubras videat: quod furiae non tedis modo ardentibus, ſed colubris quoque ac ſerpentibus infectari eos quos agitabant, putabantur. Et inde eſt illud e vetere tragoedia,

Ω μῆτερ, ἱκνοῦμαί σε, μὴ 'πίσκοπά μοι
Τὰς αἰγιδώτους ἢ δρακοντώδεις κόρας.

Quare *excolubrandi* verbum, qui pepererunt, ſibi habeant licet.

CAPUT XX.

Detectum Ciceronis erratum in quinto De finibus.

MAGNORUM virorum errores qui notant, dum id modeſte & ſine ſcurrilitate faciant, publice prodeſſe arbitror. Nam neque quidquam propterea de illorum exiſtimatione detrahitur: & ceteri, ut cautiores ac conſideratiores in ſcribendo ſint, admonentur: & ſi quid cui, ut ſunt humana, tale contigerit, habet exempla quibus aut excuſare ſe aut ſolari queat. Eo igitur animo indicare hoc loco inſtitui inſignem Ciceronis negligentiam, quam a nemine usque adhuc notatam eſſe demiror. Quinque ſunt, ut notum eſt, illius libri De finibus, quibus explicatae & excuſſae veterum philoſophorum, ſed praecipue Epicuri, Stoicorum, & Peripateticorum, de ſummo bono ſententiae continentur. Et prima quidem diſputatio, qua Epicuri ſententia examinatur, habita fingitur in Cumano Ciceronis, cum eo L. Torquatus & C. Triarius ſalutandi Ciceronis cauſſa venisſent: neque quisquam praeterea alius interesſet. Secunda autem in Tuſculano Lucullí, inter Ciceronem ipſum & M. Catonem, cum ſe illi in Lucullí bibliothecam ſine arbitris abdidisſent

At tertia Athenis in Academia, cum ibi una essent M. Q. & L. Ciceriones, & Attieus, & is, cui disputandi partes tribuuntur, M. Piso. Certe igitur aperte constat tres illas disputationes & locis, & temporibus, & personis esse distinctas. Et tamen, perinde ac si unus & idem, iisdem superstitibus praesentibus, ut in formulis dicebant, & adversus Epicurum, & adversus Stoicos disputasset, ita Piso loquens inducitur: *Quoniam igitur & de voluptate cum Torquato, & de honestate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone est disputatum:* & quae sequuntur. Haec si Cicero ipse in prooemio ejus libri ex sua persona diceret, ferri possent: a Pisone quidem quomodo apte & convenienter dici queant, neque video, neque videre quemquam puto. Sed certe Cicero, cum illa scriberet, oblitus erat, non se, sed Pisonem loqui. Quod ei tum quoque contigisse arbitror, cum eodem in libro versus Homericos, quibus Sirenes Ulixem alloquuntur, Pisonem sibi tribuentem ac vindicantem facit. Non enim dubium est, quin eos Cicero suos, ut erant, videri voluerit.

M. ANTONII MURETI

J. C. AC CIVIS R.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XV.

CAPUT I.

Sermo habitus cum Dario Bernardo de stultitia quorundam qui se Ciceronianos votant.

VENERANT ad me in Quirinalem visendi ac salutandi causa nobiles aliquot Germani adolescentes, qui cum totam prope Italiam perlustrassent: neque quemquam fere praeter misissent eorum qui nomen aliquod habent in litteris, quin eum vidissent, allocutique essent, me quoque, ut ipsi quidem dicebant, eadem de causa videre, mecumque colloqui voluerant. Cumque ipsi me de studiis meis, ego contra eos de Germaniae statu, deque iis qui illic hodie florere dicerentur, eruditis hominibus interrogarem, quae cujusque aetas esset, quae habitudo corporis, quae fortuna ac conditio vivendi, in primis autem, quinam ex eis patritam atque avitam religionem constanter tuerentur, neque illo se pestiferarum opinionum aestu abripi sinerent: varie illis ut de quoque interrogati erant, respondentibus, una atque altera hora consumpta est. Complexus igitur illos, & abeuntes faustis ominibus prosecutus dimisi. Interfuerat illi sermoni ac colloquio nostro Darius Bernardus, juvenis & festivo ingenio, & sanctis plane atque incorruptis moribus, qui, eis digressis, Verum omnino, inquit, est quod dicitur, in nullis hominibus hoc tempore, praeterquam in transalpinis, promptam atque expeditam reperiri Latine loquendi facultatem. Vel ii, qui modo abierunt, ut nusquam in loquendo haerent, nusquam titubant, nusquam offendunt,

Digitized by Google

dunt, ut omnia in numerato habent, ut tota eorum sine ullo impedimento ac salebris decurrit oratio. At nostri homines, etiam ii qui sibi e studiorum laboribus pallorem & maciem & senium contraxerunt, si quando Latine loquendum est, ut luctantur, ut sudant, ut anhelant. Credas, eos magna vi ex imis pulmonibus verba eruere: cum istis contra sine ulla cura ac cogitatione jugis quaedam ac beata Latinarum vocum copia ultro ex ore manare ac decurrere videatur. Est istuc quidem, inquam, ita ut dicis, Dari: sed tamen habet & Italia praeclaros viros, quique & ornatissime scribant, & disertissime ac copiosissime, cum opus est, loquantur. Manutium, inquit, fortasse dicis, & Sigonium, & Petrum Joannem Maffejum, aut ex eadem sodalitate eum cujus audita morte ubertim tibi nuper lacrymas ipse memini, Perpinianum; & si quos tales vix singulos singulae aetates ferunt. Et istos, inquam, & alios, quamquam is quidem quem tu postremo loco nominasti, Hispanus, non Italus, fuit: sed ita diu in Italia fuerat, ut pro Italo haberi posset. Quem tu virum, Dari, utinam audire potuisses, neque te, quo tempore ille in hac urbe eloquentiae praecepta tradebat, alio vitae genere implicatum aula tenuisset. Nunquam enim quemquam audiisti, ac ne audies quidem, ut opinor, in quem illud de Nestore eclogium melius convenires; *Cujus ex ore melle dulcior fluebat oratio.* Sed quid est quod tu, colloquenibus nobis, bis terve, nutu mihi nescio quid significare visus es? Egone? inquit: Dolebam excidere interdum grandiori illi, qui tecum colloquebatur, voces quasdam latinus Latinas, quibus ille perpetuus subitae orationis nitor quasi maculis quibusdam infuscaretur. Quas quaeso? quam: nam me quidem alia cogitantem praetervolarunt. *Caelos*, inquit, & *caelorum orbes* aliquoties dixit, & *eam doctrinam quae caelitus ad homines lapsa esset.* Quid tu? recte haec dici non putas? *Caelestia*, inquit, *corpora*, & *orbes caelestes*, & *caelo lapsam doctrinam* dixisem lubentius. Non male tu quidem: sed tamen ne ista quidem suos auctores non habent. Citat haec Servius e Ciceronis Hortensio, *Epicurei plures volunt esse caelos.* Et Lucretii sunt haec e libro secundo:

Quis regere immensi summam, quis habere profundi
Indo manu validas potis est moderanter habenas?
Quis pariter caelos omnis convertere?

Quamvis autem *caelos* illi dicebant mundos, quos putabant esse innumerabiles: tamen ex eo satis constat, *caeli* nomen apud Latinos & singulare esse & multitudinis. Nam de illo *caelitus*, me quoque olim reprehensum memini a quodam, qui nisi quod Ciceronis esset, nihil Latine dici putabat. Itaque irridebat me, non modo cum citarem Servium, qui versum illum e primo Georgicon,

Si te digna manet divini gloria ruris;

ita exponit, *si id tibi concessum est caelitus, ut gloriam ruris habeas*: sed etiam, cum multo meliorem istis omnibus Ciceronis imitatorem, Lactantium, cujus haec sunt e libro quinto Institutionum: *Nemini dubium potest esse, quin is doctor qui caelitus mittitur, tam scientia rerum omnium quam virtute perfectus.* Quid tu igitur? inquit: satisne istos idoneos auctores Latinitatis putas? Ego dicam tibi, inquam, Dari. Diu & ipse in eo errore versatus sum, ut nisi qui aut Ciceronis aetate, aut paulo ante vixissent, aut certe illi aetati supperes fuissent, non satis dignos esse arbitrarer, quorum exemplo qui Latine aut scribere aut loqui vellent, niterentur. Sed postea re tota mecum accuratius considerata, visus ipse mihi sum nimio plus mihi sumere, qui de Seneca, Livio, Valerio, Celso, Quinctiliano, Columella, utroque Plinio, Tacito, Suetonio, Vellejo, Q. Curtio, Lactantio, aliisque ejusmodi scriptoribus, quos & ab illa ipsa temporibus, quibus Latina lingua floruisse diceretur propius afuisse, & suo quemque saeculo, disertissimos habitos esse constaret, temere pronuntiare auderem. Certe enim neque quisquam unquam veterum eos male Latine locutos esse dixit: neque nos, tam longo intervallo, valde boni ejus rei existimatores sumus. At multa simplicia vocabula, multa etiam loquendi genera in eorum libris leguntur, quae apud Ciceronem & ejus aequales nusquam reperias. Primum quis hoc praestare audeat? Ciceronis scriptorum vix decimam partem reliquam habemus, eamque multis partibus mancam a

mu

Digitized by Google

mutilam, multis vulneribus, multis cicatricibus deformatam: Sallustii vix centesimam, Varronis tantundem, Catonis e tam multis voluminibus unum De re rustica commentariolum: tot philosophorum, tot oratorum veterum, tot poëtarum, tot historicorum, tot jurisconsultorum scripta perierunt, & ex illis fractis ac laceris, quae ad nos pervenerunt, Romani sermonis reliquiis adfirmare audemus, si quid in eis non reperiatur, id apud veteres in usu non fuisse? Quanto credibilius est, nova multa atque inusitata nobis videri, quae si eorum libri exstarent, in frequentissimo usu posita fuisse constaret? Illi autem, quos stulte & arroganter, ut minus eleganter locutos, despicere audemus, cum & bibliothecas haberent omni genere librorum instructissimas, & eas diligentissime pervolutarent, & acerrimo judicio praediti essent; quis scit, an ea ipsa ex vetustioribus sumpserint quae frustra nobis aut novitatis aut peregrinitatis nomine suspecta sint? Cum saepe contingere videamus, ut multae voces diu ab istis censeantur inter novas quae postea usque ab ultima antiquitate a nobilissimis auctoribus proditae ac propagatae reperiuntur. Quid, quod in istis ipsis Ciceronis reliquiis multae sunt, quae semel tantum leguntur? Ergo si paullum chartae, aut mus, aut tinea adrosisset, aut situs & caries corrupisset, aut scintilla e lucerna in certam aliquam libri partem incidisset, hodie *pigrandi & controversandi* verba, multaque alia istis delicatis barbara essent: quae nunc ita non refugiunt, ut inculcent. Et ut magis intelligas totum hoc e stulta quadam opinione pendere, scito multos ex istis inepte fastidiosis, quibus qui quid dicunt, quod Ciceronis non sit, meros lapides loqui videntur, quibus, ut olim athletis in arenam descendentibus, circumdandae essent amphotides, quoties in publicum prodeunt, ne delicatae ipsorum aures vocum non Ciceronianarum ictibus contunderentur, saepe esse a me magna cum voluptate delusos. Nam cum voces quasdam observassem, Ciceronis quidem illas, sed minus contritas, neque a Nizolio in illum praeclarum indicem, qui istorum obruza est, relatas: admiscebam eas de industria orationi meae, cum ad me audiendum amici quidam hoc, de quo loquor, morbo laborantes venissent. Illi ut earum quamque audierant, cervi-

vicem contorquere, humeros attollere, frontem contrahere, alius alii in aurem insusurrare, excuti sibi cerebrum, perire aures, cum talibus vocibus verberarentur. Quin etiam coetu dimisso, cum me, ut fit, officii caussa domum reducerent, male se a me habitos atque acceptos esse conquerebantur. Ego aliquandiu eos ambiguo sermone frustratus, tandem sponsione lacessebam, ni illae ipsae voces quibus auditis, caput sibi condoluisse dicerent, ipsius Ciceronis essent. Quid quaeris? cum id ita esse pervicissem: jam voces illae omnem duritiam atque asperitatem deposuerant; jam lenes, suaves, jucundae auditu factae erant: &, ut lupini aqua macerati, omnem amaritiem exuerant, simulatque eas Ciceronis esse constiterat. Meministine, cum vox *illustrissimus* apud istos censores in urbe jus togae tueri non poterat, sed pro peregrina habebatur? *Nec miserae prodesse in tali tempore quibat*, quod Gellius *illustrissimas orationes*, et *illustrissimos philosophorum* alicubi dixisset. Itaque si quis Latine loquens *Cardinalem* quempiam *illustrissimum*, ut fit, vocaverat, in eum ἐλα τὸ μυκτῆρε, ut Graeci dicunt, utebantur. Neque extorqueri eis poterat, ut non *maxime illustrem*, pro *illustrissimo* dicerent, nisi, postquam ex Varrone audierunt, *illustrissimum quemque ex veteribus pastorem fuisse*. Et quidem eam vocem nemo majori cachinno excipere solitus erat, quam ille quem sui ita esse Ciceronis similem praedicabant, ut dicerent, σὺν μοὶ τὸν Δί-μωνα: eique illud occinerent, ἀ πᾶς Δήμων, ἀλλ' Ἀχαιὸς αὐτὸς ἦ. Qui cum aliquando ad me libros tum Aristotelis ad Nicomachum interpretantem venisset, audisseteque adfirmantem, innumerabilia esse in omnibus philosophiae partibus, quae Latine dici non possent ab iis qui tam severi esse vellent: egresso mihi, cum circumfusa nobis esset magna eruditorum hominum corona, mirari se dixit, quid ita mihi videretur fieri non posse, quod jam egregie Perionius praestitisset. Credo, inquit, illum dicis, qui quod quincto quoque anno (*) faciendum sig-

ni-

(*) Huc pertinet animadversio G. Scioppii de Stilo Histor. p. 216. „ Fugit Muretum ratio, cum pro *singulis quinque annis* dicen„ dum putat *quinto quoque anno*. Nec enim eadem utrinque dicta sen-

ificari vellet, id *singulis quinque annis* fieri oportere cripſit. Eum ipſum, inquam, & Ciceronis eloquentiam ides. Sed ut me ad propoſitum referam, etiamſi hoc emus, novata eſſe multa ab iis qui poſt Ciceronem fue- unt, quid causſae eſt, cur ea rejicere debeamus? Quor- us igitur illud Horatii? *Ut folia in ſilvis*. & illud:

— licuit ſemperque licebit
Signatum praeſente nota producere nomen.

Nonne Cicero & multa novavit ipſe, & Catonem, Var- onem, Brutum, aliosque, ut idem facerent, hortatus eſt? An fortasſis perſonale illud privilegium fuit: ut cum Cicerone, & cum iis,

Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,

xſtinctum eſſe videatur? *Incomprehenſibile* Ciceroni fin- ere licuit: quidni aliis alia ad eundem modum poſtea icuerit? Equidem exiſtimo, Ciceronem, ſi ad Quinctilia- i, & Plinii, & Taciti tempora vitam producere potuis- et, & Romanam linguam multis vocibus eleganter con- ormatis eorum ſtudio auctam ac locupletatam vidiſſet, nagnam eis gratiam habiturum, atque illis vocibus cu- ide uſurum fuiſſe. Nam iſtorum quidem audire eſt perae pretium amentiam. Ad Taciti aut Suetonii voces auſeant: ipſi eas ſcriptis ſuis intexunt, quae ne in culi- a quidem illorum patienter audiri potuiſſent. Mentior, iſi tibi, cum voles, in ſcriptis quorundam, qui hujus ectae coryphaei habentur; *ſpeculationem*, *ingratitudi- em*, *contrarietatem*, aliaque ejusdem generis plurima oſtendero. *Sed ſatis eſt dixiſſe, ego pulchra poëmata ango.* Cum ſemel in hanc diſciplinam nomen dederis, uocunque modo & ſcribas, & loquare, dicas licebit:

Ταῦτ' ἔστι τοῖς ἅπασι δίχηρα εἶναι.

Fuit

ſententia. Si quid enim fiat, quod quinquennio, ſeu ſingulis quinquennalis ſemel, nihil neceſſe eſt id quinto ſemper anno fieri, cum etiam primo, ſecundo, aut quocunque quinquennii anno factum intelligatur."

Fuit haec de principio laboriosa quaedam, & exquisita diligentia. nunc in ignaviam vertit. quid enim magis in promptu est, quam, cum quid scribere ingressus sis, de singulis voculis Nizolium consulere? Quid tu igitur? inquies, ex omnibus antiquis scriptoribus, nullo discrimine, verba quibus utare, depromes? Immo vero adhibebo judicium, habebo dilectum, & cum ex iis potissimum qui antiquitatis quoque ipsi principes visi sunt, Cicerone, Caesare, Terentio, aliis, quam plurima sumpsero: cum orationis meae genus ad eorum exemplar quam maxime potuero, conformaro, ex aliis quoque bellissimum quodque carpam, & quo quisque maxime excelluisse videbitur, id imitari atque exprimere conabor: neque in iis modo quos paulo ante nominavi, sed in Tertulliano, (*) Arnobio, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, &, quod magis mireris, Appulejo, Cassiodoro, Martiano etiam & Sidonio Apollinari multa reperiam, quibus suo loco positis oratio uberior & ornatior fiat. Tibi quoque, Dari, auctor sum, ut idem facias, in primisque ut ne eorum stultitiam imiteris, qui usque eo antiquitatis studiosi sunt, ut voces quoque Christianae religionis proprias refugiant, & in earum locum alias substituant, quarum nonnullae etiam impietatem olent: qui non *fidem*, sed *persuasionem*; non *sacramentum corporis Dominici*, sed *sanctificum crustulum*: non *excommunicare*, sed *diris devovere*; non *Angelos*, sed *genios*: non *baptizare*, sed *abluere* dicunt: aliaque eodem modo depravant: qui, ut opinor, nisi sibi metuerent, etiam pro Christo *Jovem optimum maximum* dicerent. est enim magis Ciceronianum. Quae autem insania est, cum *porricere*, cum *impetrire*, cum *tripudium solistimum*, cum *pateras* & *sympuvia* legimus, notare ea tam

(*) Gasp. Scioppius Rhetor. Exercit. p. 17. & de Stilo Histor. p. 64. existimat, haec Muretum non ex animi sententia scripsisse, sed ut in hac professione, si quid sibi minus Ciceronianum excidisset, latebram haberet. Adversus Scioppium disputat Jac. Thomasius Praefat. p. 8. Mihi in tali re non quid quisque dixerit, praesertim tempori serviens, sed quid certo & constanti judicio fecerit, spectandum videtur. Atqui res ipsa loquitur, Muretum non alios, nisi Ciceronem, & reliquos optimae aetatis scriptores imitando expressisse. Appuleji autem, Cassiodori, Sidonii, & similium verba, tanquam scopulum, fugisse. Vera igitur est Scioppii sententia.

unquam dicta sapienter: quid ex auguralibus & pontificalibus libris deprompta sint; propria Christianae fidei, & Christianorum rituum verba, ut non satis Latina contemnere? Plura dicere cum pararem, amicorum quorundam interventus institutum sermonem abrumpere coëgit.

CAPUT II.

Conatus emendandi locum quendam Taciti pessime a librariis acceptum.

SOLENT interdum medici eos quoque aegrotos, quorum salus ab omnibus deposita jam ac desperata est, curandos suscipere, interposita prius cautione, fraudi sibi non fore, si quid eis interea deterius acciderit. Eadem ego quoque conditione locum quendam Taciti suscipiam, ita male affectum & in vulgatis & in veteribus libris, vix ut ulla spes ejus sanandi supersit. Si quid igitur boni efficere potuero: sin minus, veniam tamen ut spero, ab aequis judicibus consequar. Ita ergo scriptum est libro XIV. Annalium ab excessu Divi Augusti: *Ne tamen ludicrae tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium affectavit contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum insignis aetatis nati considere simul, & allatos vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere: quod species ipsa carminum daret, non impetu & instinctu, nec ore uno fluens.* Neque multum opis in veteribus libris, in quibus ita legitur; *Nec dum insignis aetatis tati considere simul & natos vel repertos ibidem versus connectere.* Nunc quomodo ei mederi coner, aperiam. Primum illud *tati*, ex quo ab aliis factum est, *nati*, doleo: & puto frustra geminatas esse ab indocto & oscitante librario litteras ejus vocis quae proxime praecesserat. Deinde ex illo *aetatis*, facio *erat*. *Ii*. Postremo ubi est & *natos vel repertos*, deleo illud *vel repertos*: & puto dubitationem fuisse librarii legere nescientis. Quae si mihi concedantur, praestare ausim, locum integrum esse hoc modo: *Ne tamen ludicrae tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium affectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis erat. Ii considere simul, & natos ibidem versus connectere, atque*

que

que ipsius verba quoque modo prolata supplere: quod spe cies ipsa carminum docet; non impetu & instinctu, ne ore uno fluens. Si quis igitur melius aliquid novit, im pertiat: si non, his mecum utatur licet.

CAPUT III.

Emendata quaedam apud Tacitum in vita Julii Agricolae.

IN vita Julii Agricolae, quam idem ille Latinus Thucydides scripsit, oratio est ducis Britannorum Galgaci, ardoris & vehementiae plena, qua ille milites suos ad fortiter pugnandum cohortatur, facilemque eis, si praesent animo sint, spem victoriae ostentat. In ea ita vulgo legitur: *Brigantes, femina duce, exurere coloniam, expugnare castra, ac, nisi felicitas in secordiam vertisset, exuere jugum potuere: nos integri, & indomiti, & libertatem non in praesentia laturi, primo statim congressu unde ostendamus quos sibi Caledonia viros sepposuerit.* In quibus acute vidit Lipsius, legendum *prima statim congressione.* Idque ipsi mihi magis placet, quam quod ego antea suspicatus eram, vocem *unde* delendam esse: tamenetsi utroque modo eadem sententia efficitur. Sed ea quae proxime antecedunt, ut obscuriora, & ad corrigendum difficiliora sint, Rhenani temeritate factum est, qui, ut in Taciti libris nonnulla correxerit, multo certe plura corrupit. Libri Romae impressi habebant, *& in libertatem non in praesentiam laturi.* Rhenanus fecit, *& libertatem non in praesentia inlaturi*, & stultae mutationi stultiorem interpretationem addidit. Significat, inquit, prius ipsis libertatem fuisse, pro qua adipiscenda non erat opus pugnare, sed conservanda. In praesentia dixit de futuro. Equidem Rhenanum, cum illa scriberet, sobrium fuisse non puto. Sed, eo omisso, adferamus si quid verius possumus. Censeo igitur, ubi est, *in praesentiam laturi*, legendum esse, *in P. R. servitium nati.* ut totus locus legatur hoc modo: *Nos integri, & indomiti, & in libertatem, non in populi Romani servitium nati; prima statim congressione ostendamus, quos sibi Caledonia viros sepposuerit.* Non magnam, neque violentam esse mutationem, qui in hoc genere exercitati sunt facile vi-

dent

dent: vulgus quid probet, quid non probet, numquam laboravi.

CAPUT IV.

Quid sit apud Ciceronem amor amicitiae: *& cur idem in flagitiosi amoris mentione, dixerit,* more Graeciae.

VETERES philosophi Graeci libentius fere versabantur cum adolescentulis, quam ut sermones hominum, & aliquam turpitudinis suspicionem effugerent; quanquam enim illorum se ingenia amare dicebant, ea tamen fere potissimum amabant, quae bene habitarent. Itaque id Cicero in eis urbane, ut solet, exagitans, ita scribit libro quarto Tusculanarum: *Ad magistros virtutis philosophos veniamus: qui amorem negant stupri esse, & in eo litigant cum Epicuro, non multum, ut opinio mea fert, mentiente. quis est enim amor iste amicitiae? cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem?* Quibus in verbis, quaesitum est ex me, quem aut Cicero, aut illi *amorem amicitiae* dicerent. Respondi, hoc eos κατακλυσμὸν nequitiae suae obtendere solitos esse, ut dicerent, amorem suum non ad foedam & nefariam corporum commistionem, sed ad constituendam amicitiam referri: atque ita eum vocasse ἔρωτα ἐπὶ φιλίᾳ, id est, ut Cicero interpretatur, *amorem amicitiae*. Plutarchus: ἵνα δὲ εὐφυοῦς τῆς ἀπὸ ψυχῆς ἀψάμενος, εἰς ἀρετὴν διὰ φιλίας πλάνητα. & paulo post: ὁ σωκρατικὸς δὲ αὐτὸς ὁ ἔρως, καθάπερ ἐγὼ καὶ σὺ γεγράφαμεν. Idem in Numa: ἀνδρὶ γὰρ οὐκ ἦν σύμμικτος ἀσὼς ἦν, οὐδὲ ὁμιλίαι πάσαις ἀγεώδεσι ἢ ὅτι τὸ μογγύλλειον ἢ μίσυ), τοῦ δὲ ἄλλου ἀπτοπεδίδωσι κοινωνίαν. ὁ μὲν οὖν φιλίαν γε καὶ ἔρωτα καλεῖσθαι φησὶ καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσιν λεγόμενον ἔρωτα. Fuisse autem amores illos in Graecia usitatos, etiam illud indicio est, quod qui eo vitio laborabant, *more Graecorum facere* dicebantur. Cicero quinto Tusculanarum de Dionysio tyranno loquens: *Cum abundaret & aequalium familiaritatibus & consuetudine propinquorum, haberet etiam, more Graeciae, quosdam adolescentes amore conjunctos, credebat eorum nemini.* Aemilius Probus in Alcibiade: *Inepte adolescentia, amatus est a multis, more Graecorum.* Xenophon libro secundo παιδείας Λακεδαιμονίων, καὶ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, ὃν καλοῦσι, πεπάνηται τοῦτο τὸ μειράκιον.

CAPUT

CAPUT V.

Vetus quaedam Aemilii Probi reprehensio adversus eruditum virum qui Aemilium defendere voluit, confirmata.

SCRIPSI jam pridem, errasse mihi videri Aemilium Probum, qui negasset, *turpe fuisse Cimoni, summo Atheniensium viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto.* Extitit biennio aut triennio post homo non indoctus (*), qui in notis, quas ad Plutarchi vitas in Latinum sermonem a se conversas addidit, a me dissentiens, Aemilium defendere conatus est. Ait enim, Cimonem pulsum esse in exilium, non quod sororem duxisset uxorem: sed quod ea citra nuptias abusus crederetur: idque ex ipsis Plutarchi verbis colligi posse, si quis attentius ea consideret. addit, Athenaeum libro XIII. hac ipsa de re loquentem non simpliciter dicere, τῇ ἀδελφῇ συνοικοῦντα, sed addere ὡς λέγεται, ex quo intelligi damnatum Cimonem, non simpliciter quod cum sorore germana corpus commiscuisset, sed quod id fecisset adversus leges, id est, priusquam illam uxorem duceret. Postremo Plutarchum aperte idem quod Aemilium dicere, qui Themistoclis filio Mnesiptolemam Themistoclis ipsam quoque, sed ex alia matre filiam, ex ea consuetudine nupsisse narret. Ego autem non eram nescius licuisse Athenienſibus, sorores eodem patre, dum ne eodem matre, natas uxores ducere. Docuerat me id Theon (†), qui in Nebulas Aristophanis ita scribit: παρ' Ἀθηναίοις ἦσαν γαμεῖν τὰς ἐκ τοῦ πατρὸς ἀδελφάς. Sciebam hoc interfuisse inter Solonem & Lycurgum, quod ille τὰς ὁμομητρίους ducere permiserat: hic τὰς ὁμοπατρίους. Docuerat me id Philo, cujus haec sunt: Ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμομητρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμοπατρίους ἐκώλυσεν. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος νομοθέτης ἐφρόντισεν, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμογαστρίων γάμων ἐπιτρέψας,

(*) Gulielmus Xylander. Ceterum Muretus, Nepotem erroris arguens, ipse errat, quod veram potestatem vocis *germanus* non satis teneret. Vide Jan. Rutgersium Var. Lect. I. 9.

(†) Theon Scholia in Aratum, Theocritum, & Apollonium Rhodium, non in Aristophanem, scripsit. Vide quae diximus in Praefatione ad Hesych. p. 9.

Digitized by Google

φυὶ, τὸν αὐτὸν πατέρα ἐμπαιρίας εἶπεῖν. At de germanis sororibus nusquam tale quidquam legere memineram. Ita enim semper existimavi, qui eodem patre, sed non eadem matre geniti essent, consanguineos; qui eadem matre, sed non eodem patre, uterinos; qui iisdem & patre & matre interdum quidem consanguineos, sed suo ac proprio vocabulo germanos vocari. Itaque neque umquam apud Athenienses germanam sororem habere in matrimonio licuit: &, si Elpinice consanguinea tantum Cimonis fuit, non etiam ὁμομήτριος: bis erravit Aemilius, qui eam germanam ipsius sororem fuisse dixit. Imo vero si consanguinea tantum fuit, dicere ausim, causam non fuisse, cur Athenienſium legibus Cimon in exilium pelleretur. Stuprum enim, non incestum fuisset. Incestum si quidem non committitur cum ea, quam quis ducere uxorem potest. Sed certe verisimilius est, germanam fuisse: & eo illum exulasse, quod eam ὁμομήτριον uxorem ducere ausus esset. Nam illud quidem argumentum ex Athenaeo, non fuisse additurum πατρόμητρος, nisi idem fieri posset etiam ὁ πατρόμητρος, aeque bellum est, ac si quis, quia Cicero alicubi dicit, Catilinam pestem patriae nefarie moliri, colligat, idem non semper nefarie, sed interdum etiam sine scelere fieri posse. Postremo sanctissimus & eruditissimus vir, Cyrillus Alexandrinus libro sexto adversus Julianum, non furtivos concubitus, sed nuptias eum sorore Cimoni, ut scelus nefarium objicit, non facturus, si id apud Athenienses legitimum & usitatum fuisset. Tunc enim accusari Solonem oportuerat, qui id permisisset, non civem qui patriae suae legibus paruisset.

CAPUT VI.

De Chaldaeis Ciceronis locum e Theophrasto conversum videri.

CHALDAEI, ait Cicero libro primo De divinatione, *non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset.* In quo, quod ait Chaldaeos ex gentis, non ex artis, vocabulo nominatos, pertinet ad communem errorem refellendum, quo genethliacos, cujuscumqu-

que gentis forent, *Chaldaeos* vocabant: ita ut id artis, non gentis, vocabulum haberetur. Quod autem ait de illorum scientia, aut vanitate potius, & falsa opinione scientiae, ex Theophrasto sumptum videri potest: qui eos temporibus suis in magna admiratione fuisse dicit; quod non ea tantum praedicerent: quae communia essent, ut tempestatem, serenitatem, & iis similia, sed etiam quomodo quisque victurus, quomodo moriturus esset. Atque hoc de Proculo cognovimus: apud quem ita scriptum est: Θαυμασιωτάτην ἦ εἶναι φησι ὁ Θεόφραστος τὸ τοῖς περὶ αὐτὸν χρόνοις τὸν τῶν Χαλδαίων ἀεὶ πάσης ἱστορίας, τί τε ἕκαστος βουλήσεται, καὶ τὰς βίας ἐρεῖν, καὶ τὰς διαίτας, καὶ ὁ τι τοιοῦτον μέλλει, οἷον χειμῶνα, καὶ εὐδίας· ὥστε καὶ τὸ ἄστρον τὸ Ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν σαφηνῆ γινόμενον ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους· εἰς ἐκείνους αἰνιττόμενος. πάντα δ' οὖν αὐτὸς καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ τοιαῦτα προεγινώσκειν ἀπὸ τῆς ἀστρολογίας, ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος.

CAPUT VII.

De honore qui Olympionicis & interdum imperatoribus re praeclare gesta habebatur. Emendatus Aemilii Probi locus.

QUANTO in honore fuerint antiquitus Olympionicae, nemini, qui paulum modo versatus sit in hoc litterarum genere, ignotum est. Solebant autem inter cetera, donari coronis aureis: unde & Pindarus Olympiam vocat πυτίνιξ χρυσοστέφανον ἄεθλον. Imperatores quoque, re bene & feliciter gesta, interdum, quamquam admodum raro, eodem honoris genere afficiebantur. Sic Cyro, post tam multas tamque insignes victorias in avitum regnum redeunti Cyaxaris filia, quae ipsius postea uxor fuit, coronam auream offert. Xenophon libro octavo: ὁ δὲ Κυαξάρης πρῶτα μὲν ἐδέξατο, στεφανώσας ἦ αὐτὸν τῷ δυνατὸν στέφανον τὸ χρυσοῦν, καὶ ψέλια φέρουσαν. Habitus est hic honos Alcibiadi quoque, cum domita Lacedaemoniorum superbia in patriam rediret: qua de re ita Probus: *Hic ut navi egressus est, quamquam Theramenes, & Thrasybulus eisdem rebus praefuerant, simulque venerant in Piraeeum, tamen illum unum omnes prosequebantur: &, id quod numquam antea usu venerat nisi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur.* Sed cur *aeneas* quoque coronas addar,

dat, non immerito quaeri poteſt. Nam ut Glauci Homerici vecordia ridetur permutantis χρύσεα χαλκείων, ita ridicula videri poteſt haec χρυσέων καὶ χαλκείων permiſtio. Ego vero non dubito, quin Probi verba corrupta ſint, ita ut ubi eſt *aeneisque*, legendum ſit *taeniisque*. Solebant enim fere taeniae cum coronis conjungi. Empedocles:

Ταινίαις τε περίπλεα, φύλλοισί τε δαλείοις.

Idque manifeſto confirmat quod apud Thucydidem de Braſida legitur: quem Scionaei, re praeclare geſta, ut Olympionicen excepiſſe, & ut Graeciae liberatorem, corona aurea & taeniis revinxiſſe dicuntur. Thucydidis verba haec ſunt: καὶ οἱ μὲν Σκιωναῖοι ἐπῄνεσάν τε τοῖς λόγοις, καὶ ὑποτιθέντες πάντες ὁμοίως, καὶ εἷς μὲν ἀστέφανον ἄρτους τε ἀφανίσιμα, τόν τε κάλλιστον διενεῖμαν ἀσθένειαν εἶναι, καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ' ἄλλα τιμῶντες ἐδίξαντο, καὶ δημοσίᾳ μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα, ἰδίᾳ τε ἐταινίουν τε, καὶ ἀστέφανον ἐποίησαν, ὥσπερ ἀθλητήν. Athletam autem cum dicit, Olympionicen intelligit.

CAPUT VIII.

Emendata quaedam e libro ſexto Epiſtolarum ad Atticum.

IN hoc ſcribendi genere non modo exigi ordo non ſolet: ſed ipſa potius ἀταξία, & melius Variarum lectionum nomen tueri, & minus ſatietatis adferre lectoribus creditur. Ego itaque qui horis exceptis haec qualiacumque procudo, ut quisque liber venit in manus, ita ex eo aliquid excerpo, quo mea haec auctiora fiant. Nunc igitur percurram ſextum librum Epiſtolarum ad Atticum. In cujus prima epiſtola haud procul a fine ita legitur: *Nam Coelius libertum ad me miſit, & litteras accurate ſcriptas, & de pantheris, & de civitatibus.* Puto pro *civitatibus* legendum *Cibyratis*: idque iis qui rem totam accurate conſideraverint, probatum iri confido. In eadem epiſtola paulo infra libri editi ſic habent: C *Vennonius domum Vindulli venit, cum omnia obſignaret, in Vediana res incidit. In iis inventae ſunt quinque imagunculae matronarum, in quibus una ſororis amici tui hominis Bruti, qui hoc utatur, & illius Lepidi qui haec tam negli-*

genter ferat. Vetus liber meus pro illo *amici tui* habet *amic tuos.* Bruti autem & Lepidi nomina non habet. Quar totum locum ita lego: *In quibus una ſororis amici tui Os hominis, qui hoc utatur: & illius, qui haec tam negli genter ferat.* Significat enim, duri admodum oris eſſe Brutum, qui utatur eo, propter quem ſoror ſua adulte rii ſuſpecta eſſe poſſit: & Lepidum, qui tam turpem ſu ſpicionem in uxore tam lente ac negligenter ferat. Ne que dubium eſt, quin de Bruto & Lepido loquatur: ſe in talium rerum narratione, ac ſignificatione, propri eorum, de quibus agitur, nomina multo venuſtius mul toque verecundius ſubticentur. Addita autem puto jan pridem ab aliquo erudito homine, qui locum declarar vellet. Jam illud, *os hominis*, ita dictum eſt, ut apu Martialem:

Santonica medicata dedit mihi pocula virga.
Os hominis? mulſum me rogat Hippocrates.

Libet & notare uſum verbi *placet*, ſane elegantem: f quis forte eum minus adverterit. Cum igitur in mani feſto peccato aliquem deprehenderant, ita ut ne ipſ quidem factum ſuum defendere poſſe videretur: ita eun interrogabant: *Placet hoc tibi?* Sic Thais Terentian deprehenſum Chaeream leviter objurgans, *Satin' hoc ti bi placet?* Cicero epiſtola ſexta ejus libri, in quo nun verſamur: *Sed heus tu* πορὸς τὸ δίκαιον. *placet hoc tibi* Tibullus in carmine obſcoeno: *Placet ..... qui ſu arborum coma:* & quae ſequuntur. piget enim adſcribe re. In eadem epiſtola, ubi vulgo legitur, *At nunc Coe lius, non dico equidem, quid egerit:* legendum eſt *quidquid egerit.* In octava, *meros terrores*, non ut vul go, *miros.* In ultima vero, *Accepi ab Acaſto, meo ſta tore, tuas litteras.* non ut editi libri habent, *Accepi a Acaſto ſervo meo ſtatim tuas litteras.*

CAPUT IX.

Emendata multa e libro tertio De officiis.

CICERONIS verba ſunt e tertio De officiis: *Acced eodem teſtis locuples, Poſidonius, qui etiam ſcribit in qu*

Digitized by Google

dam epistola, P. Rutilium Rufum, qui Panaetium audiverat, dicere solere, ut nemo pictor esset inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat: sic ea quae Panaetius praetermisisset, & non perfecisset, propter eorum quae fecisset praestantiam, neminem persecuturum. Quibus in verbis saepe admiratus eram, cur additum esset illud, *& non perfecisset*. certe enim quae praetermiserat Panaetius, ea non modo non perfecerat, sed ne inchoaverat quidem. Sed veteres libri admirationem sustulerunt, quorum in plerisque postrema ejus comprehensionis pars ita legitur: *Sic ea quae Panaetius praetermisisset, propter eorum quae perfecisset praestantiam, neminem persecutum.* In eodem libro, ubi de Caesaris caede, etsi eum non nominat, loquitur, ita vulgo legas: *Vicit igitur utilitas honestatem: imo vero honestas utilitatem secuta est.* At in vetustioribus quanto melius? *Vicit igitur utilitas honestatem? imo vero honestatem utilitas consecuta est.* Significat enim, factum illud honestum fuisse per se, utile autem consecutum. Unum praeterea locum subjiciam, qui nusquam ille quidem in vulgatis libris emendate legitur: sed in libris praeclari illius correctoris ita depravatus est, ut ipsius sententiae, aliquot vocum temere additarum contextu obrutae, vix, quasi per nebulam, tenue quoddam vestigium appareat. Et fuit ea illius consuetudo, ut non tam quaereret interdum, quid dixisset Cicero, quam quid ipse eum dicere oportuisse censeret. Sed tota res mihi paulo altius repetenda est: ut etiam in iis Ciceronis verbis quae non multo antecedunt eum quem purgare instituimus locum, maculae quaedam eluantur. Quaerit igitur Cicero, liceatne interdum viro bono alium laedere, neque illius commodis aliquid detrahere. Ac primum illud quasi principium ponit, humanae societatis arctissimum vinculum esse; magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi caussa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, *servantem justitiam.* Ita enim plane legendum est, non ut vulgo, *quae vacent justitia.* Vetus scriptura depravata est, *cevatent justitiam.* Deinde, paucis interjectis, addit: *Quid? si Phalarin, crudelem tyrannum, & immanem, vir bonus, ne ipse frigore con-*

ficiatur, vestitu spoliare possit, nonne faciat? Hic libri mei veteres habent, *ne ipse algore pereat*. sed utroque modo eadem sententia efficitur. Deinde totam quaestionem, adhibita distinctione, explicat his verbis: *Nam si quid homini ad nullam partem utili, utilitatis tuae causa detraxeris, inhumane feceris contraque naturae legem.* quibus verbis ne homini quidem plane inutili significat, quidquam sapientem detrahere debere, utilitatis suae causa. At ille, quem dico, ita edidit: *Nam si quid homini, homo ad nullam rem utilis, utilitatis tuae causa detraxeris.* Inepte. Instituta enim quaestio est hoc modo, *Num sapiens homini ad nullam rem utili aliquid aliquando detrahere possit*, non autem: *Num homo ad nullam rem utilis.* Ita enim paulo ante quaesitum erat: *Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili?* Negat igitur Cicero, id utilitatis privatae causa licere. Deinde addit: *Sin autem is tu sis, qui multam utilitatem reipsatque hominum societati, si in vita remaneas, adferre possis: si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum. Ob eam causam;* id est, non obtuam utilitatem, sed publicam. Sequitur: *Sin autem id non sit ejusmodi: suum cuique incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum.* Liber autem vetus, quo nunc utor, ita habet: *Sin autem non sis ejusmodi*. unde colligo, librarium, primo per errorem, cum scripsisset *sin*, rediisse denuo ad superius membrum, cujus principium erat, *sin autem is tu sis*, deinde, errore animadverso, non delevisse quidem duas voces, quas frustra repetierat, *autem is*, sed cetera persecutum. Ut sit vera lectio: *sin non sis ejusmodi.* Solebant enim homines imperiti, qui avorum aut proavorum nostrorum temporibus, victum sibi describendis libris quaeritabant, quae perperam scripserant, non delere: sed libros suos, multis lituris deformatos, minus vendibiles redderent, iterumve totas paginas describere cogerentur, sed iis ut erant omissis cetera persequi. Atque ea res innumerabilem errorum copiam in omne scriptorum genus invexit.

Digitized by Google

CAPUT X.

Xenophontis loci duo emendati.

LIBET hoc loco proferre conjecturam meam de duobus locis Xenophontis e primo ἀναβάσεως: de quibus dubium non habeo, quin & in omnibus usque in hunc diem editis libris corruptè legantur, & tuto ac facile corrigi possint. Eorum primus est, ubi Cyrus in Ciliciam transit, superatis montibus in quibus Syennesis praesidium collocarat. Cum enim Cilices ad primam Cyri adventantis famam sese in fugam dedissent, sine ullo negotio Cyrus & montes conscendit, & Cilicum castra cepit. Ibi Xenophontis verba sunt: Κύρος ἡ ἀνίσχει ἐπὶ τὰ ὄρη, εἶδεν κολίσταν, ἢ εἶδε τὰς σκηνὰς ἔτι ἐφύλαττον οἱ Κίλικες. Quid autem attinuit dicere eum, superatis montibus, vidisse castra quae Cilicum fuerant? Certe enim ita necesse fuit, nisi aut caecus fuisset, aut clausisset oculos. Sed nos quoque caeci, opinor, fuerimus, nisi videamus, εἶλε, non εἶδε, legendum esse. Alter locus est, ubi Cyrus ad flumen Chalum pervenisse dicitur: cujus pisces Syri, ut & columbas, pro diis habebant. Ibi enim ita legimus: Αἱ δὲ κῶμαι αἱ αὐτῆς ἐκτήσαντο, Παρυσάτιδος εἶναι, εἰς ζωνὴν διδομένας. Sed mihi excuti non potest, quin ζώνην, non ζωνὴν legere oporteat: ut dicamus eam totam regionem reginae Parysatidi in cingulum adtributam fuisse. Reginis enim Persarum multa oppida, multaeque regiones in singulas mundi muliebris partes adtribui solebant: verbi caussa, *in strophium*, *in amiculum*, *in cingulum*, *in sandalia*. Idque locupletissimus testis confirmat Plato in Alcibiade primo his verbis: ἐπεὶ που ἤκουσα ἐγὼ ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβάντων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐνεγκεῖν ἡμερῶν ὀδὸν, ἣν κελεύω τὰς ἐπιχωρίους ζώνην τῆ βασιλέως γυναικός. εἶναι δὲ καὶ ἄλλα, λιῶ αὖ κελεύοις κολύπλεγα. καὶ ἄλλους πολλοὺς τόπους κελεύω καὶ ἀγαθοὺς εἰς τὸν κόσμον ἐξηγημένους τῆ γυναικός, καὶ ὑπόμνησιν ἔχειν ἑκάστους τὸν τόπον λαὸν ἑκάστου τῶν κόσμων. Sed & Lutetiae Parisiorum vectigal quoddam vino impositum est, quod vulgo *cingulum reginae* vocant. Sic Themistocli apud eosdem Persas quinque urbes, Magnesia, Lampsacus, Myus, Percope, & Palaescepsis, in panem, vinum, opsonium, stragula & vestitum adtributae fuisse dicuntur.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Suetonii in Galba unus, & alter in Otthone emendatus & illustratus locus.

MIRAM & prope sordidam Galbae Imperatoris parsimoniam fuisse & Tacitus, & Suetonius, & alii tradiderunt. Cujus exempla multa cum retulisset Suetonius, adjicit: *Quare adventus ejus non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Si quidem Atellani notissimum canticum exorsis, Venit io simus a villa: cuncti simul spectatores, consentiente voce, reliquam partem retulerunt, ac saepius versu repetito egerunt.* Quae Turnebus libro quincto Adversariorum emendaturum se & explicaturum professus, nihil de suo adfert, nisi id esse interjectionem exultantis omnibus notissimam. Miror autem, cur tantus vir, cum manus depravato loco admovisset, nihil protulerit, nisi quod pueri paulo gradiores in schola si ignorarent, caederentur. Certe si nodus ille tam facile solvi poterat, non tali vindice indigebat. Quomodo autem populus, iterando eam vocem quae exultantium propria est, declarare potuisset parum sibi gratum esse imperatoris adventum? Sed non tentemus, si quid melius possumus. Servis olim & libertis interdum nomina ex moribus ipsorum imponi solebant. atque id magis etiam fiebat in comoediis. Puto igitur in vetere Atellana vel servum vel libertum dispensatorem fuisse, qui, quod frugi & parcus, & domino minis utibilis foret, ex re Onesimus vocaretur. Servile autem illud nomen esse, etiam e S. Pauli epistolis notum est. Eum igitur conservi cum in Atellana fabula viderent redeuntem e villa, intelligerentque, parcius sibi jam edendum ac bibendum fore, quod eos Onesimus dure contenteque habiturus esset, cecinerant, *Venit Onesimus a villa:* & addiderant, opinor, alia quae ad parsimoniam & severitatem ipsius exagitandam pertinerent. Eadem igitur illa cum in Galbam, qui nuper venerat, praeclare convenire viderentur, populus jocari crebro iterasse dicitur. Plane autem in veteribus libris legitur *Venitone simus*, quod testati sunt & alii: ut minimo negotio mendum tolli potuerit: Sed saepe fit, etiam perspicacissimos ea quae sunt ante oculos posita

ugiant. Fuit autem ipsi Suetonio pater vir fortissimus, & spectatae virtutis: cujus nomen cum in filii libris decurtatum ac depravatum legatur, restituere, operae fuerit. Sic ergo legimus in Otthone: *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiae decimae legionis tribunus angusticlavius.* Ita vulgo. At vidi ego librum qui cariem & tineas senserat, in quo post nomen *Suetonius* foramen erat exiguum: deinde sequebatur *linus:* & supra alia manu emendatum *lenis.* Omnino autem legendum est *Paullinus.* (*) id enim ei verum cognomen fuit. Testem in eam rem laudabo Tacitum, qui fortis viri neque nomen, neque virtutem tacitam esse sivit. Ejus enim & saepe in Annalibus & in Agricolae vita perhonorificam mentionem facit.

CAPUT XII.

Aristotelis e primo Politicorum, Hippocratis e libro περὶ τόπων emendati & illustrati loci.

ARISTOTELES libro primo Politicorum erudite ac copiose disputat de origine servitutis: ostenditque verae servitutis causam in natura positam esse: ita ut ii qui mente ac consilio valent, corpore autem sunt ad obeunda necessaria munera non satis habili, natura facti sint ad imperandum: qui contra valido ac robusto corpore, sed ingenio hebeti ac stolido, tantum ut imperata facere, non etiam ipsi, quid agendum sit, prospicere possint, eos natura ipsa eorum qui plus sapiunt imperio subjecisse videatur. Qui autem bello capti, aut alio modo in servitutem redacti sunt, ii, si liberali sint ingenio, fortuna quidem ac conditione servi sunt, sed natura liberi Sunt igitur quidam liberi natura, quos in servilem sortem casus aliquis deduxit: sunt contra multi quos servire oportet, quique natura servi sunt, qui melioribus & natura liberis imperant. Neque omnis aut libertas, aut servitus contra naturam est: neque omnis congruens ac consentanea naturae. Sed ad ipsum ejus dispu-

(*) *Suetonius Lenis* diversus est a Taciti *Suetonio Paullino.* Mureti errorem notavit Is. Casaubonus ad Sueton. l. c. cap. 10.

putationis finem ita legitur in libris emendatis a Victorio, & in aliis prope omnibus: ὅτι μὲν οὖν ἔχει πολὺ λόγον ἡ ἀμφισβήτησις, ἢ οὐκ εἶναι οἱ μὲν φύσει δοῦλοι, οἱ δ' ἐλεύθεροι, δῆλον. quae ita interpretatur Victorius: *Continere igitur in se rationem quandam hanc controversiam, & non esse, hos quidem natura servos, hos autem liberos, planum est.* Atqui Aristoteles ipse nihil tam docere conatus est, in iis quae antecesserunt, quam esse quosdam natura servos, & quosdam natura liberos. Itaque in libris Aldinis hoc modo legimus: ἢ εἶναι οἱ μὲν φύσει δοῦλοι, οἱ δ' ἐλεύθεροι, id est, *& esse alios natura servos, alios liberos.* Sed ne hoc quidem ferri potest. Utrumque enim docuit, quosdam natura, quosdam praeter naturam, & servos & liberos esse. Verum igitur est, quod ego, cum prius conjecissem, postea scriptum reperi in eis libris, quos Aldi heredes edidere: ἢ εἶναι καὶ οὐκ εἶναι οἱ μὲν φύσει δοῦλοι, οἱ δ' ἐλεύθεροι, id est, *Et esse, & non esse alios quidem natura servos, alios autem liberos.* Similis locus est in libro Hippocratis De alimento: qui ita lacer ac mutilus est, ut & Cardanus & ceteri, quos ego quidem viderim, aetatis nostrae medici, qui eum declarare voluerunt, meras nugas attulerint. Ego autem eum ita interpretabor, ut non verear, ne quis mihi illud objiciat πάντων γὰρ οὐ ὑπαρξίς ἐ πανταχοῦ. Expositerat Hippocrates varias super tempore puerperii sententias, dixeratque, aliis quidem videri tempus id esse dierum CCX, qui quidem efficiunt septem menses, si quis Aegyptiorum more quem tum fere sequebantur, tricenos dies singulis mensibus tribuat: aliis trecentorum, qui eadem ratione efficiunt decem menses: aliis denique CCXL: qui eadem ratione octo menses efficiunt. Deinde ad hanc postremam opinionem respiciens, subjicit: ὡς ἔστι καὶ ἔτι. Quae verba quid sibi velint, ne Mopsus quidem aut Oedipus divinarit. Legendum autem hoc modo: ὡς ἔστι καὶ οὐκ ἔστι ἐκπίπτειν γένεσις. Atque ita intelligendum esse quodammodo partum octimestrem, & quodammodo non esse. Potest enim mense octavo mulier parere: sed fetus vitalis non est. Atque ideo Sabinus, Galeno, ut notum est, antiquior medicus, ea sic exposuerat: ἔστι μὲν φανέρωσις ἐ φῶς, μὴ τῶν ἔκτρωσιν, ὡς ἔστι δὲ, ὡς ὀνίσκεται μετὰ πάσης. ἔστι καὶ φανερὸν μὲν παρεμπίπτει ὄντως, ἐκκάμπτει δ' οὐκ ἔτι. ex quibus etiam Sabini verbis conjicio, ubi apud Hippocra-

te

tem legimus ἐκπλεῦσαι, legendum ἐκπεσεῖν. Sunt &, quae sequuntur, depravata in Hippocratis libris: quae quomodo emendanda sint, cognosci poterit e Gellio, libri tertii capite XVI. unde etiam sumpta sunt quae modo attuli. ut mirum sit ea tam diu latuisse, cum tam aperto ac celebri in loco paterent. Eodem autem loquendi genere usus est & Plautus in Trinummo:

Est atque non est mihi in manu Megaronides.
Quin dicant, non est. merito ut ne dicant, id est.

CAPUT XIII.

Emendati e Trinummo Plautina loci duo.

FACTA me Trinummi mentio admonet, ut insigniem ex ea locum emendem: in quo & versus perperam collocati sunt, & personarum nomina locis non suis posita, & depravati versus, & denique ὀδὼν ὑγιές. Nolo autem otium, quo minime abundo, inanibus verbis consumere. tantum proponam locum ipsum, ita ut mihi legendus videtur:

PHILT.

Non edepol tibi pernegare possum quidquam quod velis.
Cui egestatem tolerare vis? loquere audacter patri.

LYSITELES.

Lesbonico huic adolescenti, Charmidae hujus filio.
Qui illic habitat. PH. *qui comedit, quod fuit, quod non fuit?*
LY. *Ne opprobra pater. eveniunt multa homini quae vult, quae ne vult.*
Sapientiae aetas condimentum est: sapientia aetati dibust.
PH. *Mentire edepol nate. atque id nunc facis haud consuetudine.*
Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.
Nulli quae ne volt eveniunt, nisi fictor malus fiet.
LY. *Multa est opera opus fictura e, qui se fictorem probum*

Vitae agendae esse expetit. sed hic admodum adolescentuluſt.
PH. *Non aetate, verum ingenio apiſcitur ſapientia.*
Agedum, eloquere. quid dare illi nunc vis? LY. *nihil quidquam pater.*
Tu modo ne me prohibeas accipere, ſi quid det mihi.

Quod autem ait Lyſiteles ad excuſandum ſodalem, *ſapientiae esse condimentum aetatem & ſapientiam aetati cibum;* hanc ſententiam habet. Quidam cibi ſunt, qui recentes quidem non ſunt eſui; ſed reponi ſolent in longam uſionem, & muria aut aceto, aut ſale, aliisve modis condiri. miteſcunt autem, ac concoquuntur tempore, & ad veſcendum utiles fiunt. ſic ſapientiam ait in juvenibus immaturam esse: procedente aetate condiri ac mitigari, quaſique matureſcere. In eadem autem fabula jocularis quidam verſus qui a Staſimo pronuntiatur, & corrupte legitur, & male explicatur. Lambinus hoc modo:

Coena haec annona eſt, ſine ſacris hereditas.

& exponit, Coena haec eſt inſtar annonae. At Lipſius ἐρωτηματικῶς: *Coena haec an non eſt?* Ego veterem ſcripturam retineo:

Coena, hac annona, eſt ſine ſacris hereditas.

Eſt autem, *hac annona*, ablativus, ut grammatici vulgo loquuntur, abſolutus; & hoc ſignificat, hac annonae caritate quae nunc eſt. Sic alibi:

Mirum eſt lolio victitare te, tam vili triticeo?

id eſt, cum triticum tam vile ſit.

CAPUT XIV.

Notata quaedam apud Livium, in quibus ipſe ſibi pugnare videri poteſt.

LIVII, hiſtoriarum ſcriptoris diſertiſſimi ac copioſiſſimi, errores quosdam notavit olim Laurentius Valla, unus etiam

etiam homo eruditissimus mihique amicissimus, Carolus Sigonius, qui hoc tempore tantum in Livii annalibus praestitit, quantum vix sperare fas erat. Supersunt & alii, quos notare non ab re fuerit: ut incendatur scribentium industria; & ut intelligatur τὸ ἀνυμέτρητον majus quiddam esse, quam ut ab homine praestari queat. Libro igitur annalium quarto, multis argumentis docet, errare eos, qui tradunt, A. Cornelium Cosum, tribunum militum, secunda opima spolia Jovis Feretrii templo intulisse. At eodem in libro Mam. Aemilium dicentem facit, se eundem dictatorem esse, qui ante Vejentium Fidenatiumque, adjunctis Falisciis, ad Nomentum exercitus fuderit: & magistrum equitum, A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello tribunus militum, Larte Tolumnio, & rege Vejentium, in conspectu duorum exercituum occiso, spolia opima Jovis Feretrii templo intulerit. Ne illud quidem defendi posse arbitror, quod libro nono in laudando L. Papirio Cursore ita scribit: *Haut dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret: quin eum parem destinarant animis magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.* At paulo post ait, se arbitrari Alexandrum ne fama quidem Romanis notum fuisse. Quomodo igitur L. Papirium, quem ei opponerent, animis destinare potuerant? Sed & illud recte ac vere notavit Glareanus, manifesto eum sibi pugnare, cum Hannibalem vix dum puberem Hasdrubalis litteris accersitum scribit, cum ex ipsis Livii verbis necesario colligatur, Hannibalem eo tempore annos non minus viginti tres natum fuisse. Qua aetate qui alium tutore egere dicat, ipsemet curatore potius indigere videatur.

CAPUT XV.

Cur videatur Assa nutricibus dici solitum. Emendatus quidam Varronis locus.

QUOD Nonius *assas nutrices olim vocatas* esse scribit, *quia assint eis quos nutriant*, id quam verum sit, videbimus. Fortasis enim verius est, esse a Graeco ἄπλα. ἴσα γὰρ τὰ μὲν πάπλα, φίλα, τὰ δὲ ἄπλα, τροφίμα, τὰ δὲ πάππα,

πάπ-

πατρὸς, τὸ δὲ ἀδελφοῦ, ait Eustathius. Sed quod homo eruditus putat, se apud ipsum Nonium ejus vocis exemplum reperisse in exemplo Varronis ab eo adducto, cum verbi *betere* notionem explicat, de eo mihi quidem longe aliter videtur. Verba Varronis in veteribus libris ita scripta sunt: *Asfanos multos quod ea parere non poterat mulier, eum betere foras jusfit.* quae is, quem dico, ita emendat: *Asfa non multo post, quod ea parere non poterat mulier, eum betere foras jusfit.* & tamen ait, ibi *asfam* vocari non nutricem, sed obstetricem. Quod si admitteremus, non tamen dicendum esset, repertum exemplum ejus quod Nonius dixerat; sed repertam aliam significationem nominis *Asfa*, quae ipsum quoque latuisset Nonium, neque usquam a veteribus tradita esset. Id autem quam credibile sit, non disputo; mihi certe nondum displicet, quod de illis Varronis verbis jam pridem existimavi: ea pertinere ad Sp. Carvilium, qui primus Romanorum uxorem repudiasse dicitur, non quod ejus mores aut ingenium parum probaret, sed quod conjugem se velle diceret liberorum quaerendorum gratia: illam autem sterilem esse. Lego igitur hoc modo: *A se annos multos quod ea parere non poterat mulier, eam betere foras jusfit.* Erat enim hoc quoque verbum usitatum in repudiis. Cicero: *Claves ademit. foras exegit.* Martialis: *Uxor vade foras, aut moribus utere nostris.*

CAPUT XVI.

Emendati complures variorum scriptorum loci in quibus a librariis eodem modo peccatum erat.

AD medicinam melius & certius factitandam, non mediocriter utile est, scire, quibus in rebus is qui aegrotat, peccare solitus sit: quo & causa morbi facilius reperiatur, & ad eam medendi ratio accommodetur. Sic & iis, qui se veterum scriptorum quasi medicos quosdam esse profitentur, nosse expedit, quibus potissimum modis veteres librarii peccare soliti sint, ut latentia hulcera quae in optimis quibusque scriptoribus inveterarunt, sagacius deprehendant. Inter cetera igitur sane multa genera depravationum, animadverti, solitos eos, si quando vetustioris libri, ex quo aliquid describebant, scripturam satis certa

certo ac liquido perspicere non poterant, dubitabantque, hoc an illo modo scriptum foret, aut si quando aliud in aliis exemplaribus scriptum reperiebant, utrumque ponere, & lectorum judicio permittere, utrum verius videretur. Eo modo, vix credibile est, quam multa in optimis & nobilissimis quibusque scriptoribus maculata sint. Libet ejus rei aliquot exempla proponere: ut ab aliis quoque alia consimilia notentur. Apud Xenophontem libro primo Anabaseos ita legimus: τὸ δὲ πρόσθεν ὁ αὐτὸς ἐπέλιπε, τῷ πεζικῷ αὐτὸν ἰέναι, οἱ μὲν ὧν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, ὧν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ, πλὴν τοξοτῶν ἀλλήλων ἢ ἀλφίτων, τοξοτῶν σύλλογον. ubi qui diligenter attenderit, facile videbit, legendum tantum esse, πλὴν τοξοτῶν ἀλφίτων. Apud Aristotelem libro primo De arte dicendi: Ἀνάγκη συμπεριζώματον ἢ ἐπιφορὰν δεικτικῶν ὀνομῶν ἢ ὀνομάτων. ubi frustra se torquet Victorius. illud enim ἢ ὀνομάτων plane delendum est: quod ego eum jam pridem conjecissem, confirmatus sum in sententia, auctoritate Halicarnasei, qui hunc locum ita citat, ut illam librariorum ἀφοσίωσιν non agnoscat. Apud Ciceronem in Academicis: *& veluti amantes Socratem*, ubi docui legendum, *& jam ante Socratem*. Apud Livium libro XXIV. in libris a doctissimo Sigonio emendatis: *Cum illud potius agendum, atque eis cogitandum sit, si quomodo fieri possit, ne qui socii a populo R. desciscant: & non vocitent. documentum autem ducant, statui oportere, si quis respiscat, & antiquam societatem respiciat.* Libri autem veteres ita habent: *Documentum aut ducant, statui oportere non nocitivum.* Ita igitur emendo eum locum quem insanabilem esse pronuntiavit Sigonius. Primum illud, *Documentum aut ducant*, ajo librarii esse, utro modo scriptum esset, ambigentis Deinde illud, *& non vocitent*, factum esse ex eo, quod paulo post sequitur *non nocitivum*, & positum loco non suo. Quibus positis ita lego: *Documentum statui oportere, non nocituram, si quis respiscat, & antiquam societatem respiciat.* Est autem optima & gravissima sententia, & Thucydidea: ὅτι ἀπέλιπον τοξοτῶν τῶν ἀπορῶν, ὡς ἐκ ἔστι μισθοῦσθαι. Apud Senecam libro primo De beneficiis: *Ergo & Mercurius una stat, non quia beneficia ratio commendat vel oratio, sed quia pictori ita visum est.* legendum: *Non quia beneficia commendat oratio.* Apud eundem epistola XXXIII. *Ego vero utar via veteri: sed si priorem planiorem-*

Digitized by Google

oremque invenero, hanc muniam. Libri veteres: *Sed ſi priorem vel planiorem.* Ego, *ſed ſi planiorem invenero.* Apud Plinium capite XXII. libri XIV. *Spectante miraculi gratia Tiberio principe in ſenecta jam ſevero, atque etiam alias ſaevo, ſed ipſa juventa ad merum pronior fuerat.* Totum illud, *atque etiam alias ſaevo*, delendum eſt. Apud eundem capite III. libri XXVI. *Abſtinentiam cibi, alias vini.* Dele illud, *alias vini.* dicit enim ἀσπόνδως. Apud Tacitum libro XI. ab exceſſu Divi Auguſti: *Ut ſacrificantes vel inſanientes Bacchae.* Utrum non facile dixerim: alterum certe παρίλλως. Apud eundem libro XIII. *Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis rurſus Burrus.* Liber vetus: *inde devilis rurſus aut Burrus.* legendum, *inde debilis Burrus. debilem* autem vocat, quia trunca erat manu: ut ſtatim ſubjicit. Apud eundem libro XIV. *Per inſidias ſerviles, quas nemo prohibuit, aut prodidit.* delendum illud, *aut prodidit.* Apud Plutarchum in Theſeo: ἴσως γὰρ ἡ διπλάσιος τῇ Αἴθρᾳ συγγενὴς. delendum illud, ἡ διπλάσιος. Parcam plura congerere: ne ipſa copia lectoribus moleſta ſit.

CAPUT XVII.

Recte ſcriptum a Donato, his verbis, Hoc age, *ſilentium & attentionem imperari.*

DONATUS in Phormionem Terentii ſcripſerat, hoc loquendi genere, *hoc age*, ſilentium imperari. Gabriel Faërnus, homo Latinae quidem linguae non ignarus, ſed Graecae prorſus expers: neque hoc detrahendi ſtudio dico: ita eſſe ſciunt, quibus ille notus fuit: neque id ipſe diffitebatur: ne poterat quidem: is igitur hoc, quia nusquam alibi legerat, ferre non potuit: &, ut erat ingeniosus, confugit ad illud ſuum, ut diceret, in veteribus libris Terentii ſcriptum fuiſſe, *hoc age ſi.* ſed unam aut alteram litteram erafam eſſe: & verba illa Donati ad illud *ſi*, non ad verba *hoc age* pertinere. Credo hoc acute excogitatum eſſe: & agnoſco ingenium hominis, non tantum quid in vetuſtis exemplaribus ſcriptum eſſet, legere ſolliti, ſed divinare etiam quid deletum fuiſſet. Sed quia tradior ſum, quam ut illam tantam celeritatem ingenii ſubſequi poſſim: continebo me intra ſepta, & contentus

Digitized by Google

tus ero iis quae ab aliis confirmata reperio. Videor autem legisse, in sacris imperari solitum silentium his verbis, *favete linguis*. & Graece ὄγε πᾶς ἴσι λεὼς. & eadem de caussa clamari solitum, *hoc age*. & hoc puto dicere non malum auctorem Plutarchum in Numa: οἷς ἴσως τὸ μίχρι νῦν διασώζοντες, ὅταν ἄρχωσι σπένδειν, ἢ θυσίας διατίθωσι, θεοῦσι, ἀντὶ ἄγε. Hoc igitur tenebo: curam legendi ea quae erasa sunt, perspicacioribus delegabo.

CAPUT XVIII.

Confirmatum quod de Aristotele & Hippodamo in superioribus scriptum est adversus frigidam defensionem ejus qui quod ipsemet ignoravit, aliis pro certo & explorato obtrudere voluit.

SCRIPERAM, non satis bona fide versatum Aristotelem videri in Hippodami rep. reprehendenda: idque cognosci posse de quibusdam ipsius Hippodami fragmentis quae apud Stobaeum extarent. Extitit, qui decennio post, Aristotelis defensionem susciperet: neque ejus rei historiam ignorasse diceret: se autem planum facturum, fideliter, ut docebat, se summum philosophum in toto illo negotio praestitisse. Exspectabam igitur, ut ipse quoque se in suscepto negotio fideliter praestaret: & quando me inani argumento usum dixerat; solidis ipse ac gravibus argumentis in mea opinione refutanda uteretur. Reperio historiam quidem nullam: argumenta autem ita levia, ut ea dum refello, videar mihi cum Aenea Virgiliano persequi *tenues sine corpore vitas*. Alium esse ait Hippodamum, cujus multa apud Stobaeum leguntur, alium qui ab Aristotele reprehenditur. Illum enim Italicum, hunc Milesium fuisse. Vellem alicujus veteris scriptoris testimonium protulisset, a quo horum duorum Hippodamorum, Milesii & Italici, quorum uterque optimae reip. speciem informasset, mentio fieret. Quamquam enim plurimum illi tribuo; non tantum tamen, ut satis sit, αὐτὸς ἔφα. Haec videlicet illa historia est, cujus ignoratione lapsum esse me dicit. Quae si in ipsius ingenio delituerat, neque a quoquam veterum prodita erat, qui, quaeso, eam non ignorasse potui? At quia testimonia non suppetunt, ab argumentis auxilium mutuatur.

Digitized by Google

tur. *Hippodamus*, inquit, *Ariſtotelis Mileſius fuit. Fateor: Stobaei vero ut exiſtimare licet, Italicus, quod diſciplina illius, & ſermo etiam Doricus, quo utitur, declarat. alter Hippodamus Ionico uſus fuiſſet. Miletus enim Ioniae civitas fuit.* Nego quidquam hac ratione concludi. Nam neque omnes qui Italicam philoſophiam coluere, fuerunt genere atque origine Italici: cum Pythagoras, ejus diſciplinae auctor, Samius fuerit: neque omnes Dorico ſermone ſcripſere. Empedocles certe Ionice ſcripſit; qui tamen Pythagoreus fuit. *At alter*, inquit, *Hippodamus Ionico uſus fuiſſet. Miletus enim Ioniae civitas fuit.* Quaſi vero neceſſe ſit, unumquemque ejus gentis lingua in ſcribendo uti, in qua ipſe natus eſt. Fruſtra certaſſent ſeptem urbes de ſtirpe inſignis Homeri, ſi ulla in hoc argumento firmitas eſſet. Neque ego puto ea lingua uſos Stagiritas, qua Ariſtoteles ſcripſit: aut, quia Ἀτθιδόπολις ſcripſit Theophraſtus, ideo ita locutos Ereſios. Petrum Bembum optime Etruſce ſcripſiſſe ait bonus in primis ejus rei exiſtimator, Joannes Caſa. at Bembus Venetus fuit. Quid autem vetat, Hippodamum, cum Mileti quidem natus eſſet, ſeu diu verſatus in magna Graecia, in qua philoſophia illa florebat, ejus gentis ſermone ſcripſiſſe, non in qua natus eſſet, ſed in qua viveret, & cui fortaſſe potiſſimum ſcriberet? Dorienſis fuit Hippocrates, ait Aelianus: ſed in Democriti gratiam Ionice ſcripſit. Qui magis licuerit Dorienſi Ionice, quam Ionico Dorice ſcribere? Hoc ſaltem admonere debuit ipſum, non minus acri judicio, quam acuto ingenio praeditum, ut non ſtatim propterea duos Hippodamos eſſe concluderet. Addit: *Quanto autem plura ſunt, quae judicio Stobaei, in ſcriptis ipſius Hippodami diſcrepant a ſententiis Ariſtotelis, tanto facilius intelligere poterat, ipſos longe alios eſſe. neque enim exiſtimandum eſt, philoſophum ita perfricuiſſe frontem, ut tam aperte mentiretur: praeſertim eo tempore, cum omnes nullo negotio hoc redarguere potuiſſent.* Hoc loco arduam mihi & lubricam defenſionem eſſe fateor. nam neque de Ariſtotele, quem quanti faciam, norunt, quicumque me norunt, quidquam ſequius loqui velim: & tamen res ipſa ſubigit me, ut dicam, eum nonnunquam reprehendendorum veterum paulo quam par erat, cupidiorem fuiſſe. Plato civitatis ſalutem in eo poſitam eſſe dixerat, ſi quam maxime una eſſet. Quam

id

Digitized by Google

id ſophiſtice Ariſtoteles calumniatus eſt? Non libet de Ideis dicere. Sed tamen non deſunt ex ipſis Ariſtoteleis, qui Ariſtotelem in eis labefactandis non optima fide cum Platone egiſſe fateantur. Parmenidem quidem defendit Simplicius, nihil Ariſtotelis auctoritate deterritus. Et Platonis aut Parmenidis ſcripta non minus illa tempeſtate in manibus erant, quam Hippodami. Sed ſi duo Hippodami fuerant, quorum uterque de republica ſcripſerat, cur eorum alterum Ariſtoteles inſectatus eſt, alterum ne nominavit quidem? cum praeſertim quosdam nominaverit, quorum nusquam alibi memoria extat. An illud verius eſt, ex his duobus Hippodamis alterum Mileti, alterum, ut Palladem e Jovis, ita ex hominis eruditiſſimi cerebro Florentiae natum? Et addit poſtremo: *Quod autem Ariſtoteles ſignificavit, eum, quem improbat, Mileſium fuiſſe, putari debet id fecisſe, ut diſtingueret ab altero hoc, eodem nomine vocato, Pythagoreo.* Non video, cur ita putari debeat: multos enim a patria nominat, etiam ubi nihil opus eſt diſtinctione. ut cum dicit, Γοργίας ὁ Λεοντῖνος. Et libro primo cum dicit: οἷον τῷ τὸν Θάλεω Μιλήσιον, non opinor, Miletium dixit, ut eum ab aliquo Thalete Italico diſtingueret. Illum igitur ἐπωνύμιον Hippodamum omittam: pertinacius contendenti occinam:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκεῖ· ἐμοὶ δ' οὐ πάνυ.

CAPUT XIX.

D litteram vocibus in vocalem desinentibus antiquitus interdum addi ſolitam. Et ejus rei propoſita aliquot exempla.

A LATINIS veteribus concurſum vocalium non amantibus fieri ſaepe ſolitum, ut vocibus in vocalem desinentibus adderent litteram D, tum maxime, cum ſubſequentis vocis prima littera vocalis eſſet, notum eſt & ex Fabio, & e fragmento columnae roſtratae C. Duillio poſitae, quod e foro ſuperioribus annis erutum, nunc in Capitolio viſitur. Atque idem obſervatum eſt in jungendis verbis, ut ex *re* & *eo*, *redeo*: ex *re* & *emo*, *redimo*: ad eúndemque modum plurima. Sed & *mederga*, *tederga*, *ſe-*

derga, ad sed eas, ita frequenter apud Plautum leguntur; ut homini ignota esse possint. Superessent & in posteriorum aevi scriptoribus multa ejus consuetudinis vestigia, nisi per errorem oblitterata essent. Nam & apud Catullum plane ita legendum: *At tu Catulled obstinatus obdura*. quod ex me in sermone familiari auditum probavit Turnebus: & apud Horatium duo loci sunt hujus vetustae consuetudinis ignoratione depravati. Nam & libro tertio Carminum, ubi vulgo est,

vos, ô pueri & puellae
Jam virum expertae, male ominatis
Parcite verbis;

ex quo alii fecerunt, *male nominatis*: plerique veteres libri habent, *maled ominatis*. quod ut (*) verum est, & libro primo Epistolarum:

Omnem crede diem tibid illuxisse supremum.

ex quo factum est, *tibi diluxisse*. Est autem ita locutus Horatius, ut Livius in illo: *Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit*. Apud Plautum quoque in Rudente, in extrema fabula, ubi vulgo ita legitur:

Tibi propino decuma fonte: tu tibi inde, si sapis.

non habeo dubium, quin ita legendum sit:

Tibi propinod eccum a fonte: tu tibi inde, si sapis.

Aquam enim conservo propinat, & eum jubet vinum sibi ipsum miscere. Quin etiam lib. XLIII. Digestorum sub titulo, Ne quid in loco publico vel itinere fiat, ubi legitur: *Idem ait, si odore solo locus pestilentiosus fiat non esse ab re de ea interdicto uti*: legendum censeo *non esse ab red eo interdicto uti.*

(*) Transpone: *quod verum est, ut et.*

CAPU

CAPUT XX.

Essentiae nomen a Cicerone novatum esse. Emendatus Senecae ex epistolis locus.

MAGNAM saeculo suo laudem consecutus est & dicendi facultate, & philosophiae scientia, & gravitate morum Ser. Flavius Fabianus: multaque de eo cum alii, tum locupletissimus testis Seneca honorificentissime scripsit. Is cum philosophiam civitate donare vellet, multa vocabula novaverat: neque enim aliter fieri poterat; cum in Graeco quoque sermone, qui Romano immensum quantum copiosior est, veteres illi necesse habuissent multa procudere. Putabatur autem primus, quam Graeci *usiam* dicunt, eam Latine *essentiam* nominasse. Ita certe Quinctilianus credidit, qui libro secundo, cum rhetoricam a quibusdam Latine loquentibus oratoriam aut oratricem vocari dixisset, & *haec*, inquit, *interpretatio non minus dura est, quam illa Flavii essentia.* & libro tertio: *usiam, quam Flavius essentiam vocat, neque sane aliud est ejus nomen Latinum.* & libro octavo: *Multa ex Graeco formata nova, ac plurima a Ser. Flavio: quorum dura quaedam admodum videntur, ut ens & essentia: quae cur tantopere aspernemur, nihil video: nisi quod iniqui judices adversus nos sumus: ideoque paupertate sermonis laboramus.* Primus tamen eam vocem finxerat Cicero: sed quod eam Fabianus primus usu trivisset, quodque alias multas fabricatus esset, hujus quoque origo ad eum referebatur. Sed eam Ciceroni vindicat Seneca epistola LIX. nisi quod locus corruptus, ne id vulgo animadvertatur, impedimento est. Ita enim legitur: *Cupio, si fieri potest, propitiis auribus tuis quid sentiam dicere? sin minus, dicam & iratis. Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem. Si recentiorem quaeris, Fabianum, disertum & eloquentem, orationis, etiam ad nostrum fastidium, nitidae.* Sed pro illo *quid sentiam*, omnino legendum est *essentiam* alioqui enim cujus illos verbi habere se auctores dicerent? Idque manifesto declarant, quae statim sequuntur: *Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur* ΟΥΣΙΑ, *res necessaria naturam continens, fundamentum omnium. Rogo itaque permittas*

mihi hoc verbo uti. Quanquam autem res aperta est, ne quis tamen calumnietur, alium testem in eam rem dabo. Is erit Sidonius Apollinaris: cujus haec sunt ex epistola quadam ad Polemium: *Lecturus es hic etiam novum verbum, id est, essentiam. sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. Nam essentiam, nec non & indoloriam nominavit, addens: Licet enim novis rebus nova nomina imponere. & recte dixit: Nam sicut ab eo quod est, verbi gratia, sapere & intelligere, sapientiam & intelligentiam nominamus regulariter, & ab eo quod est esse, essentiam non taceamus.* Jam igitur qui ad Nizolii epulas bellaria inferunt, *essentiae* nomine auctiorem ejus librum faciant licet. *Indoloriam*, me quidem auctore, non addent. nam & apud Sidonium ipsum *indolentiam* legi debere arbitror.

FINIS.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

J. C. ET CIVIS ROM.

VARIARUM LECTIONUM

LIBRI IV.

ET

OBSERVATIONUM

JURIS LIB. SINGULARIS. (*)

(*) Hos IV. *libros Variarum Lectionum*, una cum *Observationibus Juris*, ab Andrea Schotto acceptos, post Mureti mortem, Augustae Vindelicorum a. 1600. 8. edidit Marcus Velserus, Muretinae disciplinae alumnus, e cujus bibliotheca etiam reliqua Mureti Postuma Ingolstadii prodierunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

MARCI VELSERI PRAEFATIO.

VIRO REVERENDO,

ANDREAE SCHOTTO,

SOCIETATIS JESU

SACERDOTI.

Doctus & disertus vir, inquis, Muretus, meo quidem palato. Et cujus non item, mi Schotte? Si quis est, illi vero non tam palatum, quam mens obbrutuit. Novi qui serio contenderet, a mille retro annis neminem vixisse, eloquentia cum hoc uno comparandum. De me si quaeris, nihil quisquam tam magnificum praeterea adjiciat, cujus ego authoritatem defugiam. Sic tamen, ut eam primam Mureti laudem nunquam statuam. Prudentia & judicio excellere semper visus. Quid tibi nunc exsequar? Ultro assen-

Digitized by Google

tireris, si hominem, fere dixi vidisses, certe coram novisses unquam. At id jam serum est. Nescio quomodo, Ego nullam ejus lego paginam, in qua praesentem intueri, & grave illud limatumque judicium agnoscere non videar. Quod itaque volebas, feci omnino lubens, ut acceptos a te posteriores quatuor Variarum libros, & Observationum juris singularem, typographo vulgandos traderem. Unaque publice attestarer, cui beneficium hoc deberemus: sine enim tua pietate fuisset, perierant profecto haec planissime. De reliquis ne desperes. Enitemur quacumque, ne semper omnia lateant: nam praeclara sunt haud dubie pleraque. Tu in Photio civitate Romana donando perge, perinde ac coepisti, alacriter, & in difficili labore, te identidem memoria posteritatis excita, quae tibi, quam diu quidem litterae Latinae erunt, gratias aeternum habitura est. Vale, et Deum pro me ora.

M. A N.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XVI.

CAPUT I.

T. Livii locus e philosophia depromptus.

Philosophicam sententiam fecit Livius, libro quinto Annalium, ab Ap Claudio, dici in ea oratione quam ad populum adversus Tribunos habuit. Haec enim ipsius verba sunt: *Labor, voluptasque dissimillima natura, societate quadam naturali inter se juncta sunt.* Constat autem, id multo ante apud Platonem dictum esse à Socrate, qui cum paulo post morituros, vinculis, ex more, solutus esset, *Quam mirabile,* inquit, *videtur id, quod suave homines vocant: & mirabiliter affectum naturn erga id, quod ei adversari videtur, molestum: cum ambo quidem in homine simul esse nolint: alterum autem eorum si quis persequatur ac capiat, alterum quoque fere capere cogatur: tamquam ex eodem utraque capite apta, ac colligata sint.* Neque tamen omnino verum est, voluptatem, & molestiam simul in eodem esse non posse: multae enim sunt voluptates, quibus aliquid molestiae admistum est: ut ea ipsa quam tum sentiebat Socrates: & pleraeque earum, quae ad corpus pertinent: quae propterea purae ac liquidae esse non possunt; ut sapientissime disputatur ab Aristotele, libro decimo Ethicorum. Et ut in tepido, remissi calo-

ris, ac frigoris quidam quasi cinnus est: ita multae sunt voluptatis ac doloris permistiones. ut cum alibi, tum in amatoria levitate. Propterea enim Musaeus Grammaticus stimulum amoris vocavit γλυκύπικρον. Et Catullus a Venere *dulcem amaritiem curis misceri* ait. Neque vero aut detracta molestia, necesario in locum illius subit voluptas, aut detractam voluptatem statim consequitur dolor. Media enim inter utrumque *indolentia* est: etsi eam Epicurus non voluptatem modo, sed summam voluptatem esse dicebat. Multum tamen inter voluptatem, & doloris vacuitatem interesse, & Cicero multis locis docet, & multis ante eum saeculis in Philebo docuerat Plato.

CAPUT II.

Animalia in igne degentia. Plinius corrigitur.

Cum varia animalium genera caelo, terra, marique, ut poëtae loqui solent, nascantur, solus ignis nullum ex se animal procreare dicitur: ideoque veteres, cum Vestae nomine ignem intelligerent, & ipsam virginem fecerunt, & ei virgines consecrarunt. Ovidius:

Nec tu aliud Vestam quam puram intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.

Aristoteles tamen libro quinto de historia animalium, in Cypro, ubi lapis chalcites excoquitur, in medio igne bestiolas quasdam alatas nasci ait, quae per ignem saliant, atque ambulent, morianturque, simulatque ab igne abscesserint. Ad eas respexit Seneca libro quinto naturalium Quaestionum, ita scribens: *Ignis qui omnia consumit, quaedam etiam creat: &, quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur.* Plinius autem libro undecimo, Aristotelis verba prope ipsa interpretatus est, hoc modo: *gignit aliqua & contrarium naturae elementum. Si quidem in Cypri aerariis fornacibus ex medio igni majores muscae magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyrales, a quibusdam pyrausta. Quam diu est in igne, vivit: cum evasit longiore paulo volatu, emoritur.* Plinii verba levi-

viter depravata esse constat: legendumque, aut, *majoris muscæ magnitudinis*, aut *majoris muscæ magnitudine*. Aristoteles enim ait, ἡ μὲν μεγάλη μύια μικρᾶς ἐλάττων.

CAPUT III.

Terentii Adelphi locis aliquot castigantur.

Repuerascere me cogit amor in meos. Itaque qui jam pridem & Comoedias, & cetera ludicra posueram, ut graviora, & huic aetati convenientiora curarem, nunc ut consulam studiis M. Antonii, qui natura fratris mei filius est, caritate, & benevolentia meus, Terentium, amores olim ac delicias meas, sumo interdum in manus, ejusque fabulas, cum optimae spei puerulo, magna cum animi mei voluptate percurro. Reperio autem ad oras librorum meorum notata nonnulla, quae fortasis non ingrata fuerint illius poëtae amatoribus. Quaedam igitur, ut fors ferat, ex illis in hos libros referam, si cui forte, aut usui, aut oblectamento esse possint. Ac alia quidem alias: nunc ex Adelphis haec pauca, quae ad manum sunt. Demea cum audisset ex Hegione de Pamphila gravida, conturbatus, neque habens quid aliud responderet,

Fratrem, inquit, *conveniam, Hegio.*
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.

Sed quomodo ait, secuturum se id consilium, quod super ea re frater dederit? An nesciebat, quicquid libidinose & intemperanter faceret Aeschinus, de Micionis, si non consilio, at certe permissu illius ac voluntate fieri? Deinde diceret potius, se auctorem ac suasorem fratri fore, quid ipsum e re nata facere oporteret: non secuturum, quod ille suasisset. Neque enim Demeae, sed Micioni de illo negotio statuendi potestas erat. Neque is qui negotii alicujus praecipuus est arbiter, solet aliis consilium dare, quod sequantur: sed ipse potius aliorum sententias exquirere, & quod optimum factu visum fuerit, sequi. Quae cum ita sint, non dubito, quin totus ille versus, *Is quod mihi*, ex hoc loco expungendus

dus sit: ut tota responsio Demeae contineatur his tribus verbis,

— Fratrem conveniam, Hegio.

ut sententia sit: Ego tibi hic aliud nihil praestare possum, Hegio, nisi ut cum fratre colloquar. Scis enim, Aeschinum non in mea potestate esse, sed in illius. Hoc & Donatus confirmat: cujus haec verba sunt: *Vultuose pronunciandum hoc quod addidit, HEGIO. quasi dicat, In manu fratris est constitutum, non mea.* Translatus autem huc est versus ille ex Phormione, ubi ita loquitur Demipho:

— frater est exspectandus, mihi.
Is quod mihi de hac re dedit consilium, id sequar.

Ita enim plane illic quoque legendum videtur. In illo autem, quod paulo post sequitur, colloquio Ctesiphonis & Syri, ubi legitur:

Nunc eum maxume operis aliquid facere credo.

prorsus legendum est, *Nunc cum maxume*. quo modo & Plautus, & Cicero, & Seneca, & Tacitus, & alii optimae notae scriptores saepe locuti sunt. Quod autem, cum adolescens patri, qui voluptates suas ab eo impediri nollet, triduanam perpetuam lassitudinem precatus esset, subjicit Syrus:

Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius:

tum Ctesipho,

Ita, nam hunc diem
Misere nimis perpetuum, ut coepi, cupio
in laetitia degere.

Videri in eo poterat poëta non satis diligens servandi decori fuisse, qui improbo servo, non lassitudinem, sed mortem Demeae precanti, ingenuum adolescentem as-

sen-

sentientem fecisset. Sed totum hujus loci artificium subtilissime aperuit elegantissimus Grammaticorum Donatus: qui verba haec duobus modis accipi posse ostendit: quorum utrovis posito, id quod alioqui poëtae objici poterat, diluatur. Aut enim negabimus mortem a Syro intelligi: neque illum quidquam aliud precari dicemus, nisi ut ad illud triduum aliquid praeterea addatur, sitque aliquanto longior lasitudo: aut, si mortem significare voluit, quod mihi quidem in servo, & in tali servo, verisimilius videtur, dicemus, eum, cum illa diceret, *& istoc, si quid potis est rectius*, avertisse se a Ctesiphone, ita ut ab eo non audiretur. Prior illa expositio si cui magis probabitur, *istoc*, non sextus casus erit, sed adverbium antiquum, pro, *istuc*. Et haec quidem ex Donato hausta sunt: sed intelligi ex eo non queunt, nisi verba ipsius prius emendata fuerint. Legenda igitur sunt ad hunc modum:

Et istoc si quid potis est rectius. Deest, *addi*. nam si mortem significaret, non conveniret, adolescentem, *ita*, dicere. Videtur ergo plus temporis optasse languori. Vel *& istoc si quid potis est rectius*, ut moriatur scilicet. Et hoc aversus servus debet dicere: ne indecorum adolescentis personae sit, *ita*, dixisse. quamvis ejusmodi adolescentes inducant Comici. Ut Naevius in Tribasilo,

Deos quaeso, ut adimant & patrem & matrem meos.

Haud magni pretii haec esse, dicat aliquis? licet. ego ea nonquam pro pretiosis venditabo: ut ne illud quidem, quod illius versiculi, qui non ita multo post legitur,

Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.

tanta est similitudo cum illo Euripidis ex Cyclope,

Ὃν ἀβρότατα παῖδ' ἐμὸν ποτ' ὄντα,

ut si illa Euripidis Satyra periisset: & hic unus versus non expresso auctoris nomine, citatus ab aliquo vetere Grammatico reperiretur, facile suspicaturus fuerit aliquis,

quis, eum esse ex Adelphis Menandri. Tale enim quid dam in aliis evenisse scimus.

CAPUT. IV.

Hippolyti Card. Estensis prudens de severitate sermo.

SAEPE mihi obversatur ante oculos Hippolytus Cardinalis Ferrariensis; saepe de illo vigilans, saepe etiam dormiens cogito: & magna causa est, cur id facere debeam. Primus ille fortunarum mearum, quantulae illae tandem cunque sunt, auctor atque inceptor fuit. Quindecim annos, & eo amplius, cum eo familiarissime vixi: cum optimus & humanissimus Princeps, sua mecum gravissimis de rebus consilia saepenumero communicaret: nonnunquam etiam eodem plane modo quo magistri discipulorum ingenia interrogando experiri solent, meam super eis sententiam exquireret: a se interdum dissentientem aequissimo animo ferret: errantem amantissime redargueret, multarumque rerum ad vitam pertinentium, pro singulari prudentia, qua praeditus erat, admoneret. Praecipue autem cum Tibur secessseramus, ubi ille quotannis aestivos menses transigere solebat, nullus fere abibat dies, quin, per studiorum speciem, aliis omnibus exclusis, horas aliquot una jucundissimis sermonibus consumeremus. Utinamque eorum, quae quotidie ab illo audiebam, commentarios & confecissem diligentius, & studiosius conservassem. Sed hominum incogitantium more, qui, quorum in praesens copia est, ea sibi perpetuo parata fore confidunt, & e plurimis paucissima seligebam, quae, memoriae causa, consignarem litteris, & eas ipsas scidas in quas illa conjeceram, postea ita negligenter habui, ut earum bona magnaque pars perierit. Incido autem nonnunquam in earum nonnullas, quae me acriore reliquarum desiderio incendunt. Ut haec est, quae nunc aliud agenti venit in manus. Habitus erat in prandio sermo de summo quodam, & potentissimo Principe, qui cum in omnibus aetatis partibus admirabilem quandam integritatem, & innocentiam praestitisset, jam senex ad imperium evectus, peccata hominum ferre non poterat; eaque durioribus ac se

ve

eriorĭbus legĭbus, quam inveterata ſaeculi licentia po-
tulare videretur, coërcebat. Multi ac varii ſermones
uerant, aliis, ut fit, rigidam illam & praefractam ſeve-
itatem commendantibus, neque aliter vitia reſecari pos-
e dicentibus: quibusdam modice culpantibus, cum dice-
ent, ab illis repentinis mutationibus naturam quoque
pſam abhorrere, quae nos non ſtatim ab hieme ad aeſta-
em, aut ab aeſtate ad hiemem, ſed interjecto inter illas
ere, autumnoque perduceret. Abſceſſus quoque &
omicas in corporibus noſtris a medicis, lenĭbus primo
omentis ac cataplasmatis molliri ſolere, neque prius in-
idi, quam ſuppuraverint. Cardinalis, cum & blande
mnes ad dicendum invitaret, neque patienter modo,
ed & libenter audiret, dicebat, in iis reprehendi poſſe
everitatem, qui ad formulam ſuam non viverent, ſed
lia facerent ipſi, alia publice facienda praeſcriberent:
n eo non poſſe qui nullam aliis legem poneret, quam
on ipſe ſibi multo ante poſuiſſet. His aliisque in eam-
dem ſententiam ſermonibus ſuper menſam habitis, Hip-
olytus, dimisſis ceteris, ex more, me in cubiculum ad
e vocari jubet. Ibi cum alia multa ſapientiſſime dixit,
uibus ne ſibi quidem illam tantam ſeveritatem prorſus
robari oſtenderet, quam tamen certo ſciret ab optima
ente proficiſci; tum has, quas ſubjiciam ſententias,
diſperſit orationi ſuae: quas ego, quod & graves, & ele-
anter expreſſae viderentur, ut primum ab eo diſceſſi,
n libello, quem tum forte in ſinu geſtabam, annotavi.
Nihil prohibet, eſſe aliquem & optimum virum, & non optimum Principem. Optandus eſt medicus, qui aliquando aegrotarit. Non ſatis aptus eſt ad regendos homines, qui ab hominibus ea, quae ſunt ſupra hominem, exigit. Miſeros homines, ſi ſola innocentia tutos facit. Cogitet, qui imperat, quomodo ſibi olim alios imperare voluiſſet. Deinde, quaſi eum ipſum de quo ſermo erat, alloque-
etur, *Quod tu*, inquit, *alios praeſtare non poſſe mi-
aris, id te alii praeſtare poſſe mirantur. Si quid tu
uoque olim tale feciſti, ignoſce & aliis, ut ignotum eſt
ibi: ſin nihil: cogita, non eandem a Deo datam eſſe om-
ibus animi firmitatem. Qui ad minora peccata interdum
onnivere non vult, ſaepe ad majora homines cogit. Aliud
litio eſt, aliud correctio. Qui ulciſci vult, iratus eſt:
ui corrigere, amicus. Ille, eum qui peccavit, non am-*

plius

plius esse vult: hic esse quidem, sed non amplius talem esse. Non sunt ferenda vitia. Sed qui nullum vitium fert, nullum hominem feret. Haec optimus, & longo rerum usu exercitatissimus senex: quae tanquam oracula quaedam fuisse, eventus ipse postea docuit.

CAPUT V.

Unus pro millibus, a Democrito primum dictum videri.

NON numerandas, sed ponderandas esse sententias, saepe a sapientibus dictum est: plurisque faciendum esse unius gravis, & cordati viri judicium, quam imperitam multitudinem, cui probari ac placere, olim a peritis Musicis argumentum habitum est κακοπαχίας. Ex quo proditum etiam est litteris, Periclem, si quando plaudentem sibi coronam videret, metuere solitum, ne quid peccasset, neu quid plus minusve dixisset, quam oportebat. Et laudatur Antimachus, qui cum grande illud suum poëma recitans, ab omnibus, praeterquam a Platone, relictus esset, *Legam*, inquit, *nihilominus. Plato enim mihi unus instar est multorum millium.* Neque non illud Epicuri generosum ac magnificum est: qui ad Metrodorum scribens, & parvi tum sibi, tum illi, facienda esse vulgi judicia, disserens, *Satis magnus*, inquit, *uterque alteri theatrum sumus.* Sic Cicero, dum Catoni probaretur, aliorum judicia non extimescebat. *Cato ille noster*, inquit, *qui mihi unus est pro centum millibus.* Et alibi de Peducaeo, *Tu vero*, inquit, *leges Sexto: ejusque judicium mihi perscribes.* εἷς ἐμοὶ μύριοι. Cum autem Graeca illa verba alicujus veterum esse constet: neque quisquam adhuc, quod sciam, cujus sint, prodiderit: non alienum putavi, testari, quid de illis opiner. Suspicor igitur Democriti esse: cujus hoc dictum refertur a Seneca: *Unus mihi pro populo est: & populus pro uno.*

CAPUT

CAPUT VI.

Servi ad pedes coenantibus ſtabant. Magdalenam pedes Domini ſtando unxiſſe.

DISCUMBENTIBUS olim cenandi cauſa, ſervi retro d pedes ſtare conſueverant, qui Dominorum juſſa exci- erent. Quod vel ob eam cauſſam obſervatione dignum utavi, ut magis intelligeretur quod in ſacroſancto Euan- elio ſcriptum eſt, Magdalenam, cum in domo (*) Phariſaei enanti communi omnium domino, ingreſſa eſſet, retro d pedes ipſius ſtetiſſe. Neque enim adveniens, ulla ntione majorem animi ſummiſſionem ſignificare poterat, uam cum eum ſibi nobiliſſima mulier locum delegit, ui ſervis proprie erat attributus. *Stans retro*, ait S. Lu- as, *aa pedes ejus, lacrimis coepit rigare pedes ejus.* Se- eca libro tertio de Beneficiis: *Ut primum diluxit, ſer- us, qui cenanti ad pedes ſteterat, narrat, quae inter ce- am ebrius dixiſſet.* Martialis:

Omnia cum retro pueris obſonia tradas,
Cur non menſa tibi ponitur a pedibus?

CAPUT VII.

Aridaeus & Apollodorus tyranni. Seneca emendatus.

QUAESIIT ex me per epiſtolam homo eruditus, qui, e auctore, Senecam ſtudioſe legere coeperat, cum ab o prius, more multorum, abhorruiſſet, qui fuiſſent x Arrhideus, & Apollodorus, qui ab eo inter feros, crudeles nominarentur. Reſpondi, de Arrhideo qui- em ut dubitaret, factum eſſe culpa librariorum, qui *rrhideum* pro *Aridaeo* ſcripſiſſent. Fuiſſe autem Ari- eum Alexandri Magni fratrem, ex ignobili muliere or- m: cujus meminiſſet & Plutarchus ad finem Alexandri. d & in commentario, *Nam ſeniori gerenda ſit reſpu- ica*, ita legi: Καὶ ὁ μὲν Ἀριδαῖος ἦν υἱός, γόνου δὲ Ἀντιγόνου ὁ μὲν ἄπαιδα ἐλίπε δέκα πεντήκοντα τὸν Ἄτταλον, ὁ δὲ ἐκείνης ἀδελφὸς δορυφόρημα, καθὸν ἦν ἄνευ βασιλέως, ἐξ αὐτόματου τῶν

(*) A Mureto ſcriptum videtur: *cum in domum Phariſaei, tenanti magni &c.*

ὑπὸ τῶν ἀεὶ κρατούντων παρανόμως. Phillinnam saltatriculam Aridaei matrem fuisse legimus apud Athenaeum libro tertio decimo. Apollodori autem tyranni mentionem est & apud eundem Plutarchum, libro, quo disputat, *Philosopho cum iis qui rerum potiuntur, vel maxime fermonem conferendum esse*, & apud Suidam in voce [illegible]. Haec, quanquam recondita non sunt, quod illi tamen scrupulum injecerant, putavi, evenire posse, ut alii quoque molesta essent.

CAPUT VIII.

Tria Livii loca numerorum notis depravata.

DEPRAVATA multa in optimis quibusque scriptoribus, cum librarii eas litteras quibus numerus indicabatur conjungerent, atque ex eis vocem aliquam conficerent saepe judicavi. Nunc proponam quosdam e Livii annalibus locos, in quibus ejus generis maculam tam diu haesisse mirum est. Eorum unus est libro XXIII. ubi agitur de auxiliis, quae Karthaginenses miserunt ad Hannibalem cum, male pugnato a Romanis ad Cannas, spes esset bellum brevi tempore perpetratum iri. *Itaque*, inquit Livius, *fit Senatusconsultum, ut Hannibalt XL. Numidarum millia in supplementum mitterentur, & XL. elephanti, & argenti multa talenta.* Sed quis non miretur, cum & militum, & elephantorum numerus senatus consulto definitus ac certo comprehensus fuerit, de pecunia ita *dictum* decretum esse? Non immorabor in re perspicua longius. Fuit haec paulo supra nostram aetatem ab hominibus ineruditis invecta scribendi ratio, ut eum quingenta significare vellent, ita scriberent *Vta*. Erat igitur scriptum in vetere Liviano libro, *M. Vta*. id est *mille quingenta*. Quod qui non intellexerunt, inepte scripserunt *multa*. Contrario vitio laborat hic locus libro XXVI. *Eodem tempore septem tabernae, quae postea quinque, & argentariae, quae nunc novae appellantur, arsere.* Numeri notam putarunt esse, quae non erat. Habebat enim antiquus liber: *septem tabernae quae postea vet. & argentariae quae nunc novae appellantur.* Nam ut novae, ita veteres tabernae in foro erant. Unde loco eorum nomina, *sub veteribus*, & *sub novis*. At illi, deletis duabus litteris, quas frustra geminatas putarent, illi

illud V notam esse quinarii numeri judicarunt. Addam & tertium, qui tamen quoto ex libro sit, nunc quidem recordari non queo. Sed alicubi extare tam certo scio, quam me vivere. Expositio proelio quodam, Livius, ut plerumque solet, subjiciens numerum eorum qui utrinque ceciderant, ita scribit, ut vulgo quidem legitur: *e Romanis cecidere victores.* In veteribus erat *victi.* Sed qui Romanos ex eo proelio viderent superiores discessisse, ex *victis* fecere *victores.* Erat autem scribendum *VIcti.* id est, sexcenti. Sexcenta adhuc hujus generis in scriptis veterum latent: quae aut a me aliquando, aut ab aliis detegentur.

CAPUT IX.

Si forte. Ciceronis in Miloniana locus interpunctione sanatus.

APUD Ciceronem in Miloniana ita legitur: *Hiccine vir patriae natus, usquam, nisi in patria morietur, aut si forte pro patria, hujus vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini?* sed vitiosa interpunctio vim omnem illius enervat, pulchritudinem delet, sententiam obscurat. Atque equidem putabam, id ita perspicuum esse, ut supervacaneum esset monere. Sed cum videam, id mendum haerere etiam in iis libris, qui, jure, an injuria, videbimus, sed certe vulgo ceteris emendatiores putantur, praetereaque animadvertam, hominibus ceteroqui non ineruditis in explicanda ejus sententia oculos caecutire, potius hujus rei pellae jacturam faciam, quam eos diucius errare patiar. Est igitur ita legendum: *Hiccine vir patriae natus, usquam, nisi in patria morietur, aut, si forte, pro patria?* Atque hic subsistendum: ut quod sequitur, sit novae periodi principium. Hoc enim significat, indignum esse, quemquam virum usquam, nisi in patria mori, nisi forte casus aliquis ita tulerit, ut in aliquo externo bello, mortem, pro patria dimicans, oppetat. Est genus loquendi Graecum, *si forte*, εἰ τύχοι. Sic libro primo Epistolarum ad Q. fratrem: *Intelliqis, nihil esse a me, nisi orationis urbanitatem, & iracundiam, &, si forte, raro litterarum tuarum diligentiam reprehensam.* Et libro tertio de ora-

oratore: *Ex quo vereor, ne nihil sim tui, nisi suppłosionem pedis imitatus, & aliquem, si forte, motum.* Sed & Ovidius in primo Metamorphoseon:

Figitur in viridi, si fors tulit, anchora prato.

εἰ ἄρα τύχοι; cujus ignoratione vulgo fecerunt, *sic fors tulit.*

CAPUT X.

Suetonii de claris Rhetoribus libellus emendatur.

IN his libris conscribendis imitari mihi videor eorum consuetudinem, qui tesseris ludunt. Ut enim illi, quod temere jecerunt, eo utuntur: sic ego pomeridianis horis, dum se calor frangat, in bibliothecam meam ingressus, qui primus liber in manus venit, eum arripio, &, si quid olim a me in eo notatum sit, inspiciens, unum aut alterum horum capitum concinno. Nunc igitur, cum sese obtulerit libellus sane elegans Suetonii *de claris Rhetoribus*, tentabo, num ex iis, quae pridem in eo notavi, possim quasi corollam aliquam texere. *Rhetorica quoque*, inquit, *apud nos, perinde atque Grammatica fere recepta est.* Ego pro, *fere*, non dubito quin legendum sit, *sero.* Sequitur paulo post, *Quod ne cui dubium sit, vetus item censorium edictum subjiciam.* Lego, *vetus S. C. & censorium edictum subjiciam.* Addo & praenomen prioris consulis, ut sit, *C. Fannio Strabone, M. Valerio Messalla cos.* Ac paulo post, *uti ei.* non, ut vulgo editum est, *ut. si ei.* Notum autem est, & Senaticonsultum hoc & Edictum totidem verbis apud Agellium extare. Quod autem aliquanto post legitur, *dum utilia & necessaria, dum perniciosa & supervacanea ostendere.* si locus vitio vacat, illud *dum* geminatum valet, *διὰ μὲν, διὰ δὲ.* Ad ipsum autem prooemii finem, cum ita legatur, *petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertate:* legendum est, *in libertatem.* Hoc enim dicit, eum puerum peti *in libertatem*, id est, liberali causa manu asseri, quod domini portitores fraudare cupientis, voluntate liber habitus sit. Ubi autem de L. Plotio Gallo disserens ita scribit: *hunc eundem (nam diutissime vixit) M. Coelius in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat* (ma

malim legere, *significat*) *dictasse a Cratino accusatori o actionem.* ibi ergo pro *Cratino*, legendum esse *Atra-no* constat ex oratione Ciceronis pro Coelio. Neque egligendum est, quod ait, *L. Otacilium, cum esset osti-rius, vetere more, in catena fuisse.* Ejus enim moris entio & apud alios, & apud Ovidium in illo versu,

Janitor indigne dura religate catena.

uem autem *Epidium Nuncionum* vocat, *Nursinum* for-sis vocare melius fuerit. Et, ut haec leviora sint, c certe quod subjiciam, conciliare aliquam huic ca-ti gratiam, vel apud fastidiosos aestimatores (*) potest. *x.* inquit, *Clodius e Sicilia Latinae simul Graecae-ue eloquentiae professor, male oculatus, & dicax par ulorum. In amicitia M. Antonii Triumviri extitisse ajebat.* Ita vulgo legitur. Sed aquam quis citius e mice, quam ullam ex his verbis idoneam sententiam xpresserit. Emendentur igitur ad hunc modum: *Sex. lodius e Sicilia Latinae simul Graecaeque eloquentiae rofessor, male oculatus & dicax: pari oculorum amici-am M. Antonii Triumviri stetisse sibi dicebat.* Cum im M. Antonius & plurimum biberet ipse, & eos, i idem facerent, amaret, ut ex historia notissimum t; Clodius, qui, ut M. Antonio obsequeretur, dies ctesque cum eo perpotabat, oculis sibi constitisse il-s amicitiam dictitabat: eos enim potando corruperat. aque in compotorum illius numero a Cicerone cense-r. *Compotorum* enim legendum plane est, non, *com-itorum.* & alia quoque in verbis Ciceronis, quae hic feruntur, ex Cicerone ipso emendanda. Hic aliquis istis novis Astydamantibus ἀναίσθητος suam admiraretur, Musarum fidem imploraret, & sibi inauratam statuam se decerneret. Sed ego istam novam eloquentiam non-m didici; & senex sum. Satius fuerit, his nugis o-isis, alias nugas (quid enim aliud haec nostra sunt?) ic congerere, & quaedam in ultimam ejusdem libelli rtem notare. In iis igitur, quae de C. Albutio nar-ntur, ita legenda sunt haec: *receptusque in Planci atoris contubernium, cui declamaturo mos erat prius iquem, qui ante diceret, excitare, suscepit eas par-tes,*

(*) Potius, *existimatores.* Vide quae notavimus ad T. I. p. 43.

tes, atque ita implevit, ut Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Et mox, ubi legitur, *solitus proposita controversia sedens in opere*, legendum, *incipere*. Ac statim pro, *declamare aut genere vario*, lego, *declamare autem genere vario*. Et paulo post, ubi vulgo, *tantummodo trivialibus verbis*, legendum, *tantum non*, μονονού. Mox, *dum amplissimam quamque sectatur*, non, ut vulgo, *quamquam*. Tum pauculis versibus interjectis, *& rursus cum in cognitione caedis Mediolani a* L. P. P. *d. v. c. t. l. n. l. v. ita exanduit, ut deplorato Italiae statu:* & quae sequuntur. De illa autem M. Bruti statua, quae Mediolani viseretur, jucundum cognitu quiddam est apud Plutarchum in Bruto, in extremo. Tantulus libellus unam prope mihi horam abstulit.

CAPUT XI.

Notati in transcursu errores aliquot cujusdam, qui libellum illum Suetonii Commentario explanavit.

Cum superiora scripsissem, venit ad me amoenissimi homo ingenii, Alexander Riparius, qui, cum ea, pro nostra arctissima familiaritate, legisset, Vereor, inquit, ne tota tibi haec opella perierit. Levis, inquam, fuerit jactura. Sed cur id, quaeso, vereris? An tu, inquit, nescis, a vetere illo amico tuo & hunc libellum, & alium argumenti quidem consimilis, ejusdem autem auctoris, jam pridem emendatos prodisse? Quem tu, inquam, amicum mihi veterem nominas? quaeso te, etiamne is in hunc librum aliquid scripsit? Immo vero, inquit, domi, ut puto, commentarium ipsius habeo, quanquam fortasis aliqua jam parte lacerum. mitte, quaeso, qui afferat. Ille puerum confestim ire ac redire jussit. It, redit, affert tres aut quatuor conscissas chartas. Itaque mittendum ad librarios fuit. Apud quos vix tandem repertum commentarium, quanquam non valde metuebam, ne quidquam eorum, quae a me notata erant, occupasset, excutere tamen libuit. Eorum pauca quaedam notare placuit: neque enim vacabat omnia, in quibus ab illo dissentio. Primum igitur illa, *C. Fannio Strabone M. Valerio Messalla Cos.* notat esse initium edicti ne

Digitized by Google

neque videt esse principium Senatusconsulti. & ambigit, scribendumne sit *Cens.* an potius *Cens.* cum tamen censorum nominibus nunquam tempora notari soleant: hos autem *Consules*, non *Censores* fuisse, etiam pueri sciant. Addit, multa edicta & Senatusconsulta apud Ciceronem, & apud Agellium, & apud Frontinum legi, quasi dubium sit, aut non apud alios quoque aeque multa legantur: neque tamen videt, illud ipsum s. c. & illud ipsum Edictum, de quibus hic agitur, apud Agellium extare. Sequitur: *Uti Romae ne essent. Ne*, pro, *non*, inquit, antiquo more. Immo vero qui dicat, *uti Romae non essent*, non Latine loquetur. *De iisdem.* in v. imp. *de isdem.* in veteribus monumentis semper *isdem.* Haec levia sunt. *Ad quos juventus.* Magis, opinor, e veterum consuetudine in v. impresso, *juventus ad quos.* Hic recta depravat. *Eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras.* In v. imp. *eos sibi nomen imposuisse Latine scilicet Rhetoras.* Lego ego, *haud Latine scilicet Rhetoras.* vel potius, *haud Latine*, tantum, ne in edicto verbum *rhetoras* fuisse intelligamus. Mirabar, si tibi quidquam potius videretur, quod non omnium deterrimum esset. Neque vero ignotum est, veteres sedulo cavisse, ne peregrinas voces Edictis aut Senatusconsultis admiscerent: quod tamen non ita superstitiose vitabant, ut piaculum ducerent, si quid secus factum esset: sed hoc loco id ipsum ad invidiam in illos dicendi magistros conflandam pertinebat, quod sibi Graecum vocabulum imponerent, cum ante id tempus nunquam Rhetorum Latinorum nomen auditum esset, totumque illud artificium Senatui displiceret. Mitto multa. neque enim tanti est. Hoc tamen omittere non possum. Suetonii verba sunt: *Nam & dicta praeclare per omnes figuras, per casus: & apologos aliter, atque aliter exponere, & narrationes tum breviter & presse, tum latius & uberius explicare consueverant.* Ubi *dicta praeclare* vocat quae Graeco vocabulo dicuntur *Chriae.* de quibus Quintilianus libro 1. Aphthonius in Progymnasmatis, & alii. Ad eas per casus variandas assuefiebant pueri in scholis, hoc modo: *Socrates dicebat. Socratis dictum est. Socrati placuit. Socratem dixisse aiunt. O Socrates, praeclare a te dictum est A Socrate dici solitum accepimus.* & hoc aperte constat cum ex

aliis, tum ex Diomede, libro primo. Ad haec quae vel pueris nota esse oportebat, mox ita scripsit: *Per casus. eventus. Ut quid quoque casu dicendum. Vel casus intelligit, de quo Quintilianus in* v. *Casus autem, inquit, qui & ipse praestat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus.* Sed quid ego plura persequar?

CAPUT XII.

Plinii minoris Epistola contra interpretis eruditi sententiam explicata.

UT epistolas Plinius accuratissime scripsit, ita interpretem nactus est accuratissimum, Jo. Mariam Cataneum, hominem, patrum nostrorum memoria, exquisitae doctrinae, diligentiae singularis. Qui tamen interdum, ut homines omnes sumus, offendit. Sed bene agitur cum iis, quorum errata, in opere praesertim longo, numerari queunt. Atque ita mihi omnia quae opto, eveniant, ut ego, cum magnorum, ac praestantium virorum errata quaedam detego, nihil minus propositum habeo, quam ut quidquam de illorum existimatione, ac gloria deteram, quibus me nullo modo parem esse, sentio, & profiteor: sed quo major est eorum auctoritas, eo majus periculum est, ne alios secum in eundem errorem trahant: quae mihi una causa est ea interdum, in quibus ipse ἀνθρώπινόν τι ἔπαθον, indicandi. Plinius igitur libro quarto ad Paternum scribens, & ad eum suos quosdam hendecasyllabos mittens, de quibus judicium ipsius cognoscere cupiebat, ita epistolam claudit: *A simplicitate tua peto; ut quod de libello meo dicturus es aliis, mihi dicas. Neque est difficile, quod postulo. Nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset, aut solum; fortasse posset durum videri dicere, Quaere quod agas. molle & humanum est, Habes quod agas.* Quae ita declarantur a Cataneo: *Quaere quod agas, jocanda monet, quid judicandum sit. Molle & humanum. respexit ad genus carminis, quod lascivum, & urbanum est. Quod agas. quomodo judices.* Equidem suspicor, hominem eruditum, studendo defessum, dormitasse, cum haec scriberet: ita longe, praeter consuetudinem suam, a sententia Plinii aberravit. Videtur autem errorem illi objecis-

eisse, quod librarii *opusculum* scripserant, cum *opus* tantum scribendum foret: ut magis intelligamus, nullum esse tam pusillum mendum, quod non e bonis scriptoribus tolli expediat. Hoc enim dicit Plinius, nihil esse caussae, cur vereatur Paternus libere aperire sententiam suam: etiamsi forte hendecasyllabos illos non satis probet: *nam si hoc*, inquit, *opus nostrum aut potissimum esset aut solum*, id est, si poëtae praecipue nomine censeri vellem, ejusque facultatis mea praecipua professio esset, aut etiam sola, ita ut nusquam alio animum, quam ad faciendos versus, applicarem; *fortasse posset durum videri dicere, quaere quod agas*: quaere aliud studium, in quo te exerceas. nam ad hoc, quod delegisti, parum aptus es. *Molle & humanum est*, cum aliud studium mihi praecipuum habeam, nempe studium eloquentiae, *habes quod agas*: poëticam laudem aliis relinque, & urge id studium cui te dedisti: Σπεύσω ἴλαγξ, σπεύσατε κῶμοι.

CAPUT XIII.

Plauti Curculio locis aliquot castigatur.

QUOD oculorum usus natura nobis carissimus est, ex eo duxit Plautus occasionem fingendi novi vocabuli, ut *oculissimum ostium* diceret, quod carissimum significare vellet. Sed hoc ei non placuit, qui Plautum Commentario onustum emisit, pluribus locis emendatum, non facile dixerim. Is cum recte legeretur in Curculione,

Huic proximum illud ostium est oculissimum.

nactus libros a quibus verbum *est* aberat, & veterum librorum, & Sex. Pompeji auctoritate contempta, addidit unam litteram, fecitque; *oculeissimum*: idque & rationem Latini sermonis, & legem carminis postulare dixit. Inepte utrumque. Non enim a nomine *oculeus*, quod Plauti quidem est, sed nihil huc pertinet: sed a nomine *oculus*, factum est *oculissimus*: ut, si oculus carus est, quod carissimum est, oculissimum vocetur. De lege autem carminis, non est mihi valde laborandum,

ut eum in illa parum exercitatum fuisse demonstrem. Sed & proximum verbum ita corrupit:

Salve. valuistin' ostium oculeisfimum.

cum legendum sit ex vetere libro qui penes me est,

Salve. valuistin' usque ostium oculisfimum.

Et certe erat haec consuetudo interrogandi eos, quos ex intervallo videbant, non ut ita simpliciter dicerent, *Valuistine?* sed hoc modo, *Valuistin' usque?* aut, *Perpetuone valuisti?* Sic in Epidico:

Quid agis? perpetuon' valuisti?

& in Bacchidibus senex ita de filio interrogat:

Benene usque valuit?

& in Mostellaria:

Here salve. salvum te advenire gaudeo.
Usquene valuisti?

Non abutar otio in similibus colligendis. Sequitur apud Plautum:

Caruitne febris here te, vel nudius tertius?
Et here coenastine?

Quae ita explicat noster interpres: *Significat servus, absurda interrogando, herum suum absurde quaerere ab ostio, valuerit, nec ne. Dicimus enim aliquem febri carere: non febrem aliquo homine carere: Vel dic; non eo esse ineptam vel absurdam interrogationem, quod ita quaerat ex Phaedromo, caruitne te febris? sed quod, caruitne te febris heri vel nudiustertius? nam debet quisque scire, valuerit heri & nudiustertius, nec ne.* Haec ille. Ego sat habebo dicere, illa omnia, quae huc ab eo allata sunt, esse ἀκαιρολόγια. Quoniam enim homines ex febre, aut ex longo jejunio delirare interdum, & mea-

mentis errore affici solent, idcirco interrogat herum servus, caruerintne febre proximum biduum, & num vespere cenaverit. Videbatur enim ei delirare, qui talibus verbis ostio blandiretur. Itaque tantundem tribus verbis dicere poterat. *Satin' sanus es?* Ubi autem vulgo legitur, *nec me ille finit Juppiter*, legendum est, *fi-rit*, ita postulante & lege carminis, & ratione Latini sermonis. Mox autem duo quidem libri mei veteres habent,

Ita tuum conferto amorem semper, si sapis.

non, quod ille maluit, *amare*. Tum quod ille ita legit,

PH. *Quid istuc est verbi?* PA. *caute ut incedas* ...

eorum alter multo, ut videtur, melius,

PH. *Quid istuc verbi est?* PA. *tuta ut incedas via.*

& versu proxime sequenti,

Nemo hinc prohibet, nec vetat,
Quin quod palam est venale, si argentum est, emas.

Nemo, inquit, prohibet te amare hinc, id est, a lenone: nec vetat, quin emas quod palam venale est. Mox versus ille ita legendus est:

PH. *Lenonis hae sunt aedes.* PA. *male istis evenat.*

non, ut vulgo, *eveniat*. Deinde interjectis paucis,

Ita ut occepi dicere, eii ancillula est.
PA. *Nempe huic lenoni, qui hic habitat.*
PA. *recte tenes.*
PA. *Nimis formido, ne exedat.*

In quibus explicandis miror qui libuerit interpreti, tam multa, tam foeda, tam flagitiosa congerere. Satis superque, cum vult, spureus, & obscoenus est Plautus:

&

Digitized by Google

& quod olim dixit Varro, *Musas, si Latine loqui vellent, non alio, quam Plautino sermone, usuras esse:* nae illae saepe, si Plautino more loquerentur, meretricio magis quam virginali more loquerentur. Sed ubi nihil obscoenitatis est, velle in ea reperienda ingeniosum videri, & implere totas paginas ejusmodi rebus, quae etiam si vere dici possent; reticeri tamen debuerant; certe non erat hominis σωφρονος, sexagenarii, quique, cum ea scriberet, uxorem ac liberos haberet. Quid, quod omnia, & inepta prorsus, & aliena sunt. Jocus enim totus consistit in verbo *est*. Nam cum dixisset adolescens,

Eii ancillula est.

cavillans servus, quasi verbum *est*, non a verbo *sum*, sed ab *edo* ductum esset: id est, quasi non σιτοφοβος significaret, sed ἀδηφαγος; metuere se ait, ne non edat tantum, sed etiam exedat. Monebo etiam, versum hunc prope in extremo ita legendum esse:

Vultisne olivas? pulpamentum? capparim?

Est enim senarius: quem corrumpunt, qui alia inferciunt.

CAPUT XIV.

Plauti scena, Curculione, suis numeris reddita.

QUONIAM Plautus in manibus est; faciam, quod jam in his libris aliquoties feci, ut integram scenam, cujus versus prope omnes perturbati sunt, ita proponam, ut, partim conjectura, partim veteribus libris fretus, legendam puto. Est autem ea, quae proxime sequitur illam, quam modo emendare conatus sum. Meminisse autem oportet eos, qui Plautinos versus dimetiuntur, crebras esse apud eum crases, & synaereses: neque semper elidi ob sequentem vocalem ultimas syllabas vocum in litteram *m* desinentium: ut ne ipsas quidem vocales ultimas earum vocum, quae alias item a vocali incipientes anteceedunt. Item ultimas syllabas verborum, quae imperandi vim habent, etiam si primi secundive ordinis sint, ab eo, cum libet, corripi: *ut ama, vi-*

ide, tace, cave, & talia. Haec enim, & ejusdem eneris alia qui minus cogitet, in versuum dimensione requenter haerebit. Sed quoniam haec contrita, ut puo, jam sunt, agedum, praestemus quod polliciti sumus.

PHAEDROMUS. PALINURUS.

LE. *Flos veteris vini meis naribus objectus est.*
Ejus amos cupidam me huc per tenebras prolicit.
Ubi ubi est, prope me est. Euax, habeo.
Salve anime mi,
Liberi lepos ut veteris vetusti cupida sum,
Nam prae tuo, unguentorum omnium odos nautea est.
Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,
Tu crocum, & casia es, tu bdellium. nam ubi
Tu profusus, ibi ego me sepultam pervelim.
Sed quum adhuc naso est obsecutus odos meo,
Da nunc vicissim gutturi meo gaudium.
Nihil ago tecum? ubi ipsus est? ipsum expeto
Tangere, & invergere liquores in me tuos
Sino ductim. sed hac abiit. hac persequar.
PH. *Sitit haec anus.* PA. *Quantulum sitit?*
PH. *Modice sitit.*
Capit quadrantal. PA. *pol quidem, ut tu praedicas,*
Vindemia haec huic anui non soli sat est.
Canem quidem esse hanc par magis fuit. sagax
Nasum habet. LE. *Amabo, quoja vox sonat procul?*
PH. *Amum appellandam hanc censeo. Adibo. redi,*
Et respice ad me huc. LE. *quis imperator est?*
PA. *Vini pollens lepidus Liber,*
Tibi qui ficcae, semisomnae,
Screanti, potum affert, & sedatum it sitim.

Elegantissime autem fecit, ut, quasi Liberi patris sacra ferret, senariis interjecerit duos versus ejus generis, quo in ejus choris utebantur.

LE.

Digitized by Google

LE. *Quam longe abeſt, quaeſo, a me?* PH. *lumen hoc vide.*
Fac grandiorem ergo, obſecro, huc ad me gradum.
Salve. LE. *Ego ne ſalva ſim, quae ficca ſum ſiti?*
PH. *At jam bibes.* LE. *diu fit.* PH. *En tibi lepida.*
LE. *Salve oculiſſime homo.* PA. *Age, ageſis, effunde hoc cito*
In barathrum. propere prolue cloacam. PH. *tace.*
Nolo huic maledici. PA. *faciam igitur male patius.*
LE. *Venus de paulo paululum hoc tibi dabo haut*
Lubenter. namque amantes potantes, tibi
Vinum propinant ſemper omnes. at mihi haut
Saepe hac veniunt haereditates. PA. *hoc vide, ut*
Ingurgitat impura in ſe avariter merum,
Faucibus plenis. PH. *perii hercle. huic jam neſcio,*
Quid primum dicam. PA. *Em. iſtius, quod mihi dixti.* PH. *quid eſt?*
PA. *Periiſſe ut te dicas.* PH. *Di male faciant tibi.*
PA. *Dic iſti.* LE. *ah.* PA. *quid eſt? ecquid bibere lubet?* LE. *lubet.*
PA. *Etiam mihi quoque ſtimulo fodere te lubet.*
PH. *Tace. noli.* PA. *taceo. ecce autem bibit arcus, pluet,*
Credo, hercle hodie. PH. *jam dico?* PA. *Quid dicturus es?*
PH. *Me periiſſe.* PA. *age dico.* PH. *asus audi. hoc volo*
Te ſcire. perditus ſum miſer. LE. *At pol ego oppido*
Servata. ſed quid eſt? quod perditum lubet
Te dicere eſſe? PH. *quia id quod amo careo miſer.*
LE. *Ne plora Phaedrome mi. curato tu, amabo, me,*
Ne ſitiam; ego, quod asnas, jam huc adducam tibi.
PH. *Tibine ego? quin ſi mecum ſervas fidem,*
Vineam tibi pro aurea ſtatua ſtatuam, quae tuo
Monumentum gutturi ſit. Quis me in terra erit
Adaeque fortunatus, ſi illa ad me bitet,
Palinure? PA. *aedepol qui amat, miſera afficitur, ſi eget,*
Aerumna. PH. *non ita eſt. nam confido ego,*
Parafitum hodie huc cum argento adventurum meum.
PA. *Magnum inceptas, id ſi exſpectas, nusquam quod eſt.*

PH.

PH. *Quid, si ad fores eâeam, atque occentem?* PA. *si lubet.*
Neque veto, neque jubeo: quando video ego te
Immutatis moribus here esse, atque ingenio.
PH. *Pesfuli, heus pesfuli, vos faluto libens.*
Vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro.

Sunt autem hi duo versus e quaternis creticis. quibus usus est, quoniam is numerus ad saltationem est accommodatus. Itaque eis utebantur in Pyrrhicha.

Amanti mihi morem gerite amoenissimi.

Redit iterum ad creticos.

Fite causa mea Ludii barbari.
Susfilite, obsecro, & mittite istanc foras.
Quae misero amanti sanguinem ebibit mihi.

Rursum ad creticos.

Hoc vide ut dormiant pesfuli pesfumi,
Nec mea gratia commoveri se ocyus.
Perspicio nihili meam vos facere gratiam:
St. tace. PA. *taceo hercle. quid est?* PH. *St. sonitum sentio.*
Tandem aedepol morigeri fiunt pesfuli.

Ita puto scenam illam restitui oportere. Sed varietatem consectanti, omittendus in praesens Plautus est.

CAPUT XV.

De misera rerum humanarum conditione e Seneca Tragico, aliisque scriptoribus disputatum.

Ex omnibus Senecae Tragoediis plurimum mihi semper placuerunt *Troades*; quarum etiam olim magnam partem, animi causa, Graecis versibus expresseram. Nunc quoque earum principium agitanti multa in mentem veniunt, quae committam huic chartae; si quid forte in eis inerit quod aliquis non invitus legat. Versus hi sunt:

Qui-

Digitized by Google

Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leves timuit deos,
Animumque rebus credulum laetis dedit,
Me videat & te, Troja.

Quid autem est in rebus humanis, cui fidere, quoque niti aliquis possit, si ne regno quidem satis tuto fiditur? Et tamen ne potentissimorum quidem regum stabilis & fixa fortuna est. Quis enim rex Priamo potentior, aut perdiu fortunatior fuerat? At aetate confectus in eas incidit calamitates, quae & perpetuam, quasique restibilem poëtarum ingeniis scribendi segetem, ac materiam subministrarunt, & ab Aristotele prope in proverbii loco nominantur. Recte igitur & sapienter Solon in illo nobili sermone, quem cum Croeso habuisse dicitur, neminem beatum vocari debere censuit, quam diu viveret: & quod in longitudine temporis· πολλὰ μὲν ἐπ ἐλπίδι τὸ μή τι βλαβῆναι, πολλὰ δ ἡ τῷ παρόντι. Multis enim, ut in eodem illo sermone est, magnas opes ad tempus concessit Deus, quos postea radicitus exstirpavit. Idque Croesus quoque ipse expertus est: qui e summis opibus summaque potentia eo tandem perductus est, ut captus a Cyro, parum afuerit, quin vivus cremaretur. Sapienter etiam Herodotus: ἡ ἀνθρωπεία εὐδαιμονίη ὑδαμοῦ ἐὸ τωυτὸ μένει. Et ob id Plato homines esse dicebat θεῶν ἀθέμιστα. Ex quo Plautus,

Enimvero di nos homines ut pilas habent.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βλαβῆναι, ῥέα δ βλαπτόμεν χαλίπαλ.
Ῥᾶα δ' ἀνέζυλον μινύθαι, τὸ δ' ἄδηλον ἀέξαι·
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατον δίκρατα νοεῖ.

ait Hesiodus. ex quo Horatius:

—— insignem attenuat Deus
Obscura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

& alibi ait eam esse potentem,

—— vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos.

Aeso-

Aesopum etiam Phrygem interrogatum; quid ageret Jupiter; respondisse ajunt, τὰ μὲν ἀνθρώπων, τὰ δ' ἀνατρέπων. Et Euripides praeclare,

Θεοῦ δ' ὅταν θεὸς θέλῃ.

&, nisi me memoria fallit, Menander,

Οὐκ ἴσμεν ἀνθρώποις ἅπασι, τύχη δ' ἐπίσταται.

Omnia enim ut sperare, ita & metuere homines possunt. Meritoque Apelles, cur, praeter ceterorum pictorum consuetudinem, Fortunam sedentem pinxisset, interrogatus, *Quoniam*, inquit, *stare non potest.* Immo vero cum maxime arridet, tum maxime metuenda est. Ut enim ait Hippocrates τὰ ἀκρότατα, cum ad summum pervenerint, periculosissimas esse: ita periculosissima est eorum conditio, quibus fortuna immodice favet. Rectèque Bias: *Fortuna vitrea est. cum splendet, frangitur.* Quod vel maxime intelligi potest ex iis, quae de Amasi rege Aegypti, & Samiorum tyranno Polycrate apud Herodotum leguntur. Hanc humanarum rerum infirmitatem ac fragilitatem jam pridem indicaverat Homerus illo versu,

Οἷα περ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

& illo,

Οὐδὲν ἀνθρώπου γαῖα τρέφει ἀσθενέστερον.

& Pindarus his verbis,

Τί δὲ τίς; τί δὲ οὐ τίς; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος.

Sed & eadem de re pulcherrimus locus est apud Sophoclem Ajace Mastigophoro: ubi Minerva, cum ostendisset Ulysi Ajacem Telamonis filium, qui maximo inter Graecos in pretio fuerat, furore divinitus immisso percitum, &, dum Graecos ulcisci se putat, in pecudes saevientem; ita Ulixem ipsum alloquitur:

Ὁρᾷς Ὀδυσσεῦ τὴν Διὸς ἰσχὺν ὅση;
Τίνα τίν' ἄν σὺ πω τ' ἀνδρὶ λαὸν ἐσθλὸν ἢ
Ἔμ' ἢ ἄμουσον δύσφρονα ξὺ καίριον;

Vides, Ulixe, quae potestas sit Deûm?
Quis hoc viro prudentior antehac fuit,
Aut ad gerenda, quae opus erant, praestantior?

Tum Ulixes, cum respondisset, eum plane & prudentissimum & fortissimum fuisse: seque ejus in tantam infelicitatem collapsi misericordia commoveri, etiamsi eum sibi infensum esse sciret: addit, commoveri se non tantum ejus causa, sed etiam sua. Videre enim se, quantum hominum viveret, nihil aliud esse, quam vanas imagines, & inanem umbram. Tum Minerva praeceptum sapientissimum subjicit, & nunquam ex hominum animis delendum: ut talia intuens, nihil unquam in eos superbe loquatur: neque se extollat, sive robore, sive opibus alium superet. Unum enim diem satis esse ad omnia humana & deprimenda, & rursum erigenda. moderatos autem homines diis caros esse; invisos, improbos Sed & illud eleganter a Seneca dictum, *Nec leves metuit Deos.* mutari enim deos dicebant, cum conditio hominum mutaretur. Horatius,

Mutatosque deos flebit, & aspera
Nigris aequora ventis
Emirabitur insolens.

His autem paucis verbis, *me videat & te, Troja*, plus dixit, quam si plura dixisset. Videat me ex regina captivam, ex tot liberûm matre orbam, ex felicissima etiam hostibus miserabilem. Videat Trojam ex urbe omnium pulcherrima, & opulentissima, eo redactam, ut vix illius vestigium superfit. Haec cum viderit, eat, & fidat rebus humanis.

CAPUT XVI.

Avidia, pro aviditate. Sallustii locus conjectura correctus.

ETSI vitium omne natura foedum, & homine indignum est: quaedam tamen vitia sunt, quae minus averseris; quaedam contra ita turpia; ut stomachum omnibus ac nauseam moveant. Et ut herbae quaedam noxiae, qui-

Digitized by Google

quibus tamen in locis sponte proveniunt, bonitatem soli, si cultus accedat, indicant: ita e quibusdam vitiis excelsus tamen, & erectus animus intelligitur, quique, si excolatur, egregii aliquid praestare possit: cum contra alia quaedam vitia sint, quae degenerem, & abjectum, ac servilem animum manifesto arguant. Huic rei argumento esse possunt *avaritia*, & *ambitio*: quarum illa sordida, & humilis est: haec magnis ac generosis animis plerumque comes addita. Illa nihil magnum ac sublime cogitat, semper avida, semper hians, semper querula, infuscatis aerugine manibus, quod recondat quaerit, non quo fruatur, parata amicos, cognatos, parentes, patriam, numis, si res ferat, addicere. Haec saltem aliquid petit, quod & magni ac fortes viri petunt: neque aliud fere interest, quam quod vir bonus honestatem ipsam sequitur, gloriam, quasi accessionem aliquam, & publicum virtutis suae testimonium non recusat: ambitiosus gloriam sibi praecipue proponit: ea quasi mercede detracta, ne virtutem quidem ipsam amaturus. Sed tamen contemptus pecuniae semper laudi: contemptus gloriae interdum vitio datur. Itaque Alexandrum Macedonem, C. Caesarem, & tales viros ab avaritia alienissimos fuisse legimus, ab ambitione non item. Nota est Alexandri quidem illa vox: *Interfecissem; si quis me tertium nominasset:* Caesaris autem illa, cum ignobile oppidulum praeteriret, *Malle se illic primum esse, quam Romae secundum.* Tantum erat in utroque τὸ φιλόσοφον. Fere igitur si alterutrum necesse sit; ambitionem facilius ac libentius homines, quam avaritiam, agnoscunt. Ut Sallustius (ejus enim caussa sermo hic a me susceptus est) in prooemio libri de conjuratione, de se fatetur. *Ac me*, inquit, *cum ab reliquis malis moribus dissentirem; nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros, fama, atque invidia vexabat.* Sed cum sententiam nobilissimi scriptoris videri difficile non sit, in verbis tamen depravatum aliquid videtur. Idque mihi assensuros esse omnes arbitror, qui attente ac diligenter ea considerarint. Ego cum saepe ad diu de illo Sallustii loco & cogitarim, & quaesierim ex aliis; & vetustos libros consuluerim; tandem in eam sententiam veni, ut pro certo arbitrer ita legendum esse: *Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros, famaeque avi-*

dia vexabat. Ut *honoris cupidinem, & avidiam famae* dixerit φιλοτιμίαν καὶ φιλοδοξίαν. *Avidiam* autem, pro aviditate, dixisse Sallustium nemo mirabitur; qui eum jam tum, ut immodicum antiquarum, & insolentium vocum affectatorem notatum esse meminit. Jam vero ut a *perfido perfidiam*, ab *invido invidiam*, sic ab *avido avidiam* dici, analogia quidem facile patitur. Et veteres quidem multa hoc modo formarunt: *defidiam, ferociam, ignaviam, dividiam, inaniam, imbelliam;* quorum pleraque in usu esse postea desierunt. *Indoloriam* etiam, si Sidonio credimus, Cicero dixit. Hanc opinionem meam mihi quidem, communi fortasse vitio, valde probari fateor: aliorum tamen sententiae non praejudico.

CAPUT XVII.

M. Tullii Philippicae decimae locus explicatur.

GRAVI admodum sententia usus est Cicero libro decimo Philippicarum, cum recuperandae libertatis causa nullum detrectandum esse periculum diceret. Vitam enim, quae omnino semel relinquenda sit, nusquam glorioſius, quam in libertate defendenda, posse deponi. Atque etiamsi, vitato aliquo ejusmodi periculo, immortalitas viro forti proponeretur, ita ut perpetuo in servitute victurus esset; tanto debere eum alacrius mortem oppetere: ne, morte vitata, incideret in illam perpetuam servitutem. Mala enim omnia eo magis fugienda sunt; quo ea diuturniora fore prospicimus. Hoc ita divinus orator expresit: *Ita praeclara est recuperatio libertatis; ut ne mors quidem fit in repetenda libertate fugienda. Quodsi immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam: tamen eo magis fugienda videretur; quo diuturnior esset servitus.* Constat autem, Homericam quidem esse sententiam, sed finem illius summo artificio ab eloquentissimo viro immutatum, & in contrariam partem inflexum τοῦ ἐναντίου. At Ciceronis corrector hoc quoque loco diligens esse voluit. judicavitque legendum, *Eo magis ea non fugienda videretur.* Et addidit declarationem correctione dignam, ut operculum patella. *In illis*, inquit, *verbis Ciceronis, Ea non fugienda videretur, subaudiendum est, mors. Nam si sine negatione legas,*

Digitized by Google

gas, ut in vulgatis, ſubintelligetur, immortalitas. Hominem admiror, qui non viderit, de *ſervitute*, non de *morte*, aut de *immortalitate* Ciceronem loqui.

CAPUT XVIII.

In Mureniana Cicero, & in Odis Horatius, Graecorum ſcriptis illuſtrati.

INTER commoda ruſticorum, hoc quoque ponit Horatius, quod dormientes non excitantur tubae ſono, ut milites. id enim ſignificatur illo verſu,

Nec excitatur claſico miles truci.

Neque id Cicero praetermiſit: ſed id inter juriſperitos & militares viros etiam intereſſe dixit. Sulpicium enim cum Murena comparans, *Te*, inquit, *gallorum: illum buccinarum cantus exſuſcitat.* Sed & ante eos quidam vetus poëta Graecus id dixerat, eos qui in pace dormirent, non tubarum clangore, ſed gallinaceorum cantu a ſomno excitari. Ejus verba haec leguntur apud Plutarchum in Nicia: Τὰς ἐν αἰχμῇ πολλάκις ὑ σάλπιγγος, ἀλλ' ἀλεκτρυόνος ἀφυπνίζειν. Non aranearum telae hac obſervatione tenuiores ſunt: ſed habent haec quoque λεπτολογίαν interdum aliquid voluptatis. Subtexam & alia ejusdem generis. Quod cornicem libro tertio Odarum eleganti admodum epitheto *aquae augurem* vocat, ab Euphorione, ut mea fert opinio, ſumpſit. Ejus enim citantur haec,

Ὑετὸμαντιν ὅτι κρώζει κορώνη.

Sed nunquid parum prudenter feciſe videri poteſt, qui libro ſecundo, cum Pompejum Varum, cujus inſperato reditu exultabat, adventicia cena excepturus eſſet, etiam ex apio properari ſibi coronas juſſerit? ita enim canit:

— quis udo
Deproperare apio coronas,
Curatve myrto?

Aliis quoque locis *coronas ex apio* in conviviis adhibet:

Neu desint epulis rosae,
Neu vivax apium.

Et alibi,

Est in horto
Phylli nectendis apium coronis.

At apium apud veteres ferale & ominosum habebatur, quod eo tumuli coronari solerent: & quibus aegrotis mortem imminere significarent, eos apio indigere dicebant. Certe Timoleontis milites, cum in colle quodam superando in mulos apio onustos incidissent, ita omen illud exhorruisse memorantur; ut prope concidissent animis, nisi eos fortissimus imperator docuisset, victoriam potius portendi: cum in Isthmiis victores illis temporibus apio coronari solerent. Itaque ab hominibus eruditissimis proditum est, ex omnibus passim herbis ac floribus in conviviis hilarioribus solitas necti corollas, praeterquam ex apio. Absit tamen a nobis haec audacia, ut elegantissimum & eruditissimum poëtam in eo peccasse dicamus. Habet enim ille hyperaspisten, in his rebus sane valentem, ac strenuum. &, si amare ac potare sapientia est, quovis Thalete sapientiorem, Anacreontem, cujus haec sunt:

Ἐπὶ δ' ἰφείσι σελίνων στεφανίσκους
Θήσομεν, ἁλίαις ἰαχήσας ἀηδόσι Διονύσῳ.

Haec igitur corona huic capiti coronis esto.

CAPUT XIX.

Ciceronis Quinctiana, locis aliquot perpurgata.

Locos quosdam ex oratione Ciceronis pro Quinctio hic subnotare animus est, quos aliter, quam ceteri, aut intelligo, aut lego. Primus hic erit: *Tum Naevius ipse pueros circum amicos dimittit. ipse suos necessarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat.* Ubi homo eruditus, *Ex atriis*, inquit, *Liciniis auctionarios praecones, ex faucibus macelli nobiles homines otio affluen-*

entes, qui expediis inhiabant, aut otio ibi suo fruebantur. Non equidem negarim, gulae proceres in macellum nonnunquam ventitasse. Notanda sunt illa Juvenalis,

Multos porro vides, quos saepe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet exspectare macelli.

Sed tamen opsonatorum opera saepius utebantur: neque est verisimile, nobiles homines in turpi, ac prope infami loco sedere solitos, tanquam publice profitentes, se ventri ac gulae deditos esse: & habebant alia honestiora loca, in quibus otium suum oblectarent. Neque haec conveniunt, & nobiles fuisse, & praeconis Naevii necessarios. Ex utroque igitur loco corrogatos accipio homines abjectos, ignobiles, Naevii amicitia dignos. Sed fefellit interpretem, quod statim subjicitur: *Tabulae maximae signis hominum nobilium consignantur:* quod cum illudens Cicero dixisset, ipse, ut vere ac serio dictum, accepit. Nam quod opinionis suae confirmandae causa citat locum ex libro tertio Accusationis, ubi ita legitur: *Albam Aemilium sedentem in faucibus macelli loqui palam, vicisse Verrem:* miror, si eum, quod Aemilius vocaretur, aliquem esse e numero nobilium existimavit: cum paulo post ita de eo loquatur Cicero: *Albam habebo judicem, eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari vult, qui a scurris potius semper gladiator quam scurra appellatus sit.* Sponsionem autem illam de qua Cicero, ut nova & iniqua, conqueritur, ita fuisse conceptam puto: *Ni bona sua ex edicto possessa non essent:* quomodo & Budaeus legit, non hoc modo, *Si bona tua ex edicto possessa essent.* nam ex hac posteriore formula, necesse habuisset Naevius probare, bona Quinctii ex edicto possessa esse: at ex illa onus probandi translatum est in Quinctium. ideoque priore loco eum dicere oportuit: de quo non injuria Cicero conqueri videtur. Quod autem citat interpres locum quendam e libro ultimo in Verrem, ubi de sponsione Servilii agitur, alio loco docebo, quam longe ab illius sententia aberrarit. Ex eadem oratione: *Quum in altera re causae nihil esset, quin secus judicaret ipse de se.* Liber vetus, *sequius:* cui voci librarii videntur aliquando inimici fuisse: ita pertinaciter conjurarant ad eam ex

omnibus libris oblitterandam. Ex eadem: *Itane est? quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos*, & cetera. At in eodem vetere libro multo melius: *Itane? Quod viri optimi faciunt, ii qui suos propinquos ac necessarios claros & honestos esse atque haberi volunt, id Sex. Naevius non faceret?* Quomodo si legas, tollitur omnis illa in qua interpres frustra luctatur, difficultas. Ex eadem: *Si debuisset, Sexte, petisses statim; sin non statim, paulo quidem post: si non paulo, at aliquando.* Aliquanto melius est, quod in eodem libro legitur, *Aliquanto*. Multa praetereo, quod jam ab aliis notata sunt. Ex eadem: *Ego pro te nunc hoc consulo, post tempus, in aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es.* Lego, *hos*, & *quos*, & ita legendum, manifesto ostendunt ea, quae statim sequuntur. Sed interjungamus ipsi, ut & qui haec legent, interquiescant.

CAPUT XX.

Elegans Ciceronis, Tusculana secunda, locus illustratus.

CICERO libro secundo Tusculanarum, cum multis verisque laudibus philosophiam ornasset, acerbeque exagitasset philosophos quosdam, qui cum optima instituendae vitae praecepta aliis traderent, ipsi tamen turpissime ac flagitiosissime vivebant: cum quicum loquitur, facit hoc ipso quasi argumento utentem adversus philosophiam, ut ostendat, eam non tantas utilitates adferre, quantas diceretur. Cui respondens ipse, ait id hominum vitio evenire. ut enim quamvis bona semina non in omnibus agris idem efficiunt; ita neque praecepta, quamlibet bona, in quibuslibet animis. Hoc autem ita explicat: *Nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur; falsumque illud ac improbe,*

Etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent:
Sic animi non omnes culti fructum ferunt.

Sed latere hic aliquid vitii, primum ostendit prior versus,

ius, qui vix satis numeris suis constat: nisi aut ultima vocalis in *etsi* non elidatur, aut ita legamus,

Etsi segetem sunt in deteriorem datae:

quomodo olim, auctore me, edidit Manutius, & post eum alii. Sed postea ipsi mihi diligentius cogitanti, visa est mutatio illa vitium occultasse potius quam sustulisse. Neque enim satis cohaerent haec, *Falsum & improbe.* itaque alii ediderunt, *Falsoque illud & improbe.* Ego autem falsam quidem esse sententiam illam video, improbitatis nullam in ea significationem reperire possum. in vetere libro, quem habeo, ita legitur, *Falsumque illud ut improbae.* ex qua depravata scriptura conjecturam feci, ita legendum esse: *Falsumque illud Attii,*

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent.

ut Cicero & poëtam nominaverit, qui id dixerat: & praecepta philosophiae, non simpliciter cum seminibus, sed cum probis & lectis seminibus compararit.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XVII.

CAPUT I.

Rectene inscripti libri M. Tullii de Finibus bonorum & malorum, disputatum.

QUAESITUM est, cur Cicero pulcherrimos libros, in quibus varias veterum philosophorum de summo bono sententias excutit, inscripsisset, *De finibus bonorum & malorum.* Ac facile quidem illos absolvimus, qui Caelii Calcagnini errorem secuti, melius eos *De fine*, quam *De finibus* inscribi potuisse censebant. Cum enim variae philosophorum disciplinae, varios fines facerent, & de iis ipse disputare instituisset, recte libros suos *De finibus*, potius quam *De fine* nominavit. In illo plusculum laboris fuit, cur non solum *bonorum fines* dixisset, sed etiam *malorum.* Nam nomen quidem ipsum *finis* sumpserunt philosophi ab illo omnis elegantioris doctrinae fonte, Homero:

οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ πόλου χαλεπώτερον ἄσθαι.

Sed tamen nunquam dixerunt πόλου κακοῦ: ac ne videtur quidem dici posse. Etenim τὸ πόλου πλεῖον. Malum autem non perficit. Itaque mors vocatur πόλος, quae μετεμφορεύς. & cum furem, aut sycophantam πόλον dicimus, improprie loquimur: non secus, quam cum *bonum furem*, aut *bonum sycophantam* dicimus. Auctor & fundus huic rei Aristoteles libro quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικά. qui etiam secundo Physicorum irridet poëtam quendam, qui ita dixerat,

Ἔχει πλοῦτον, ὅστις εὖ ἐπίσταται.

Non

Non enim quodlibet extremum *finis* vocatur, sed quod optimum. quod ille ita exprimit: τέλος δὲ ἐστὶν οὗ ἕνεκα τὰ πρακτὰ πάντα, καὶ τὸ βέλτιστον. Quae verba ideo referre & interpretari placuit, quod a quibusdam interpretibus pessime accepta sunt. Item πάντα, ἅπαντα, ἕκαστα, idem sunt. At *malum* nullo modo potest, ut finis, cuiquam propositum esse. *Bonum* enim expetunt omnia. Neque illus, quamvis malus, quidquam ipsius mali causa facit. Voluntas enim nunquam fertur ad malum, quatenus malum est. At fortasse dicat aliquis, *finem malorum* dici, non quem spectent, & quo referantur mala omnia, sed id quo nihil pejus sit. Quid, quod ne id quidem fieri potest? Quodcunque enim malum proposueris, id, addito alio, pejus & deterius fiet: neque quisquam unquam malum ullum tantum nominabit, (de iis malis loquor, quae homini in vita accidere possunt) ut non eo pejus aliud reperiatur. Et recte Pythagorici dicebant, bonum finitum esse, malum infinitum. Recte nihil rectius. at perverso & depravato, semper aliquid contortius reperiri potest. Nisi forte malum unum tantum dixeris: ut Stoici, cum solum vitium in malis habendum docerent: qui & vitia ipsa, & peccata paria esse dicebant. Sed tunc inepte dixeris *summum malum* aut *maximum malum*, aut *finem malorum*. Nam haec, nisi in comparatione, non dicuntur. Comparatio autem non nisi inter plura. Et inter paria nihil summum, aut maximum est. An ut felicitas bonorum omnium cumulus, ita *finis malorum* erit omnium malorum cumulata complexio? At non potest. Nam bona quidem conspirare possunt, mala non possunt. Quia bonum ἑαυτοῦ est & sui, & ejus in quo est. Malum ἑτέρου & aliorum & sui. Itaque omnes virtutes in uno aliquo esse, nihil prohibet. Immo vero qui perfecte habet unam, omnes habeat necesse est. Neque ceterae sine prudentia sunt: neque absoluta prudentia sine cetevis. Longe aliud in vitiis, quibus major inter se, quam cum virtute pugna est. His adductus, facile in eam sententiam prolaberer, ut dicerem, inscriptionem librorum esse *De finibus*, aut certe *De finibus bonorum*, nisi me Ciceronis ipsius revocaret auctoritas: cujus haec verba sunt ex libro secundo de Divinatione: *Cumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus a nobis,*

quin-

quinque libris: ut quid a quoque, & quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. Positum sit igitur, veram esse inscriptionem, *De finibus bonorum, & malorum:* finem autem malorum dici, id quod tale est, ut χαλεπὸν deterius sit alio quolibet per se sumpto: aut etiam aliis omnibus coacervatis: dummodo hoc unum non sit in illo acervo. Aliter accipi posse, nullo prorsus modo existimo.

CAPUT II.

Epithetorum in poëtica usus. Mater leonum Africa. Horatius illustratus.

OMNIA ornamenta, omnemque quasi mundum Latinae poëseos a Graecis acceptum esse, nemo jam nescit, nisi qui ea quoque, quae nota sunt omnibus, nescit. Cum autem ut caelum stellis, ita poësis concinnis praecipue & suo loco positis epithetis illuminetur; multa, quibus Horatius utitur, unde petita essent, alias indicavi. Nunc unum etiam indicabo in Ode ad Aristium Fuscum; ubi de lupo, qui sibi in silva Sabina occurrerat, ita canit:

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit aesculetis,
Nec Jubae tellus generat, leonum
Arida nutrix.

Quod enim Mauritaniam *nutricem leonum* vocat, Homericum est: qui poëta saepe vocat Idam μητέρα θηρῶν, id est, *matrem leonum.* Θηρὸς enim nomen, quanquam aliarum quoque ferarum commune est, proprie tamen de *leone* dici, notat Galenus. Ut mirum non sit, cum Ida tam multos leones habeat, cur eis potissimum ad currum Phrygia mater utatur. Sic idem poëta Thracen vocat μητέρα μέλων, id est, *pecudum matrem.* Sic alias docui, a Tibullo noctem *matrem siderum* dici, quae ab Euripide, *siderum nutrix* diceretur. Sic Olympiam Pindarus, *matrem certaminum*, in quibus victores aureis coronis donarentur; sic Syracusas *equorum bellicorum nutrices* vocavit. Neque pigebit appingere locum illum ex ode prima libri quarti,

— *Ly-*

Digitized by Google

— *Lyraeque & Berecynthiae*
Delectabere tibiae
Mistis carminibus, non sine fistula.

imitatum esse ex tertia Ode Olympiorum, unde haec sunt:

Φόρμιγγά τι παντιλόγαισιν
Καὶ βοᾶν αὐλᾶν, ἐπίων τι θεῖον
Αἰνησιδάμοιο
Παισὶ συμμίξαι ἀγυιάταις.

Atque id genus symphoniae, quo hodie quoque saepe utimur, σύμψαλμα Graeco vocabulo nuncupatur. Vereor, ne dicar nimis dissimilia copulare: sed tamen quando de epithetis e Graeco fonte ductis agere coeperam, dicam quod nunc in mentem venit epithetum, quo summus Latinorum poëtarum afficit undam inferorum, cum eam *irremeabilem* vocavit, ipsum quoque a Graecis fluxisse. Sic enim & Theocritus:

Ἀγγελίαν ἱμὸ τις ἀνίξεται εἰς Ἀχέροντα.

& hanc unam vocem Catullus versu integro expressit,

Illuc, unde negant redire quemquam.

CAPUT III.

Avaritia, & ambitio rerumpubl. pestes. Sallustii super ea re locus Catilinarii castigatus.

SAPIENTER Sallustius malorum omnium, quibus resp. Romana conflictata est, duos quasi fontes fuisse scribit, *ambitionem*, & *avaritiam*. Sunt enim duae illae civitatum praecipuae pestes: cum cives inter se committant, tollantque concordiam, qua civitatum salus continetur. Idem autem ante illum dixerat gravissimus scriptor Thucydides his verbis, πάντων ἦ αἰτίων ἡ ἀρχὴ ἀφ' πλεονεξίαν ἢ φιλοτιμίαν. Aristoteles quoque in Politicis, maximas & perniciosissimas contentiones ex honoris, aut pecuniae studio, ait existere. Διὰ τίφθον, inquit, ἢ ἀφ' μεγάλ προσκτήσεως αὐξ αἰσχ. citatur & versiculus a Graecis, Theognidis an Solonis,

Digitized by Google

nis, qui eandem sententiam complectitur, qua ibi utitu
Sallustius, cum ait avaritiam omnia venalia habere. Et
autem hic,

Sapiens autem ille Hebraeus ait, avari etiam animam ipsam
esse venalem. φιλαργύρῳ, inquit, οὐδὲ ἀσφάλτου. ἀντὶ γ
τῇ τοῦ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἐπερωτᾷ τοιαῦτα. Sed antequam manum
de tabula tollam, libet considerare locum ex illa scelera
ta ac pestifera oratione, qua Catilina suos ad conjuran
dum cohortatur; in quo latere mendi aliquid senti
Verba illius haec sunt: *Nam postquam resp. in paucorum
potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges
tetrarchae vectigales esse: populi nationes stipendia pende
re: ceteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobile
vulgus fuimus.* Non probo illud *nobiles atque ignobiles*
Ornare enim suos volebat, non deprimere. & hoc ipsum
illos urebat, quod homines novi & ignobiles ad guber
nacula civitatis admoti essent: cum ipsi qui maxima e
parte nobiles erant, jacerent. Proponam scripturam ve
tusti libri, quem habeo, quam plane veram esse exisi
mo: *Nam postquam resp. in paucorum potentiam, jus
dominationemque concessit, semper illis reges, tetrarcha
vectigales esse: populi, nationes stipendia pendere: ceter
omnes strenui, boni, factiosi, gnobiles, vulgus fuimus
Factiosos* olim dictos esse, impigros & aptos ad res ge
rendas quos Graeci δραστηρίους vocant, notum est. Itaqu
opponuntur *inertibus*. Plautus: *Lingua factiosi, inerte
opera. Gnobiles* autem pro *nobilibus* antiquo more dixi
Sallustius. Sic *gnarigare* dicebant, pro *narrare*: s
gnatos, gnavos, gnares, gnotos, & similia. Sic in XII
tabulis: *Ante meridiem causam gnoscito.*

CAPUT IV.

*Plenus auferendi casui saepe Cicero adjunxit, con-
tra atque Victorio placuit.*

QUIDDAM valde minutum, ac pusillum notavit Vict
rius, capite XVII. Libri XXVI. variarum lectionum: C
ceronem semper, cum potest, conjungere nomen *plen*
cu

tum patrio generandique casu: haec enim ipsius verba sunt, nunquam autem cum sexto, nisi necessitate quadam coactum: cum tamen hac altera constructione, & Varro, & Caesar utantur. Profert autem locum unum ex Accusatione, ubi Cicero ab illa sua consuetudine recessit, ita scribens: *Verres ornamentis fanorum, atque oppidorum habeat plenam domum.* Sed cum excusat, quod insuavis futura erat oratio, si dixisset *ornamentorum*, propter duas contiguas voces eodem modo desinentes. Ego aliam caussam adfero, quod si dixisset *ornamentorum*, videri poterat dicere, tribus generibus rerum plenam esse Verris domum, ornamentis, fanis, & oppidis. Nam si nihil aliud obstabat Ciceroni, quam quod ait Victorius, ne illam consuetudinem suam retineret, poterat pro *plenam* dicere *refertam.* Sed non solent poëtae, & eruditi scriptores ea nomina quorum unum ex alio pendet, uno & eodem casu, genere, ac numero ponere: quod ea res ambiguam, obscuram, insuavem orationem facit. Itaque *ornamenta fanorum* recte dixeris: sin, cum illud dicere velles, magnam fuisse multitudinem eorum (*) illorum, qui fanorum ornamenta exspectarent, dixeris, magnam fuisse multitudinem spectatorum ornamentorum fanorum: nescire te loqui etiam pueri dicent. Atque hoc est, quod rhetores monent, casibus, generibus, & numeris, distingui debere orationem. Quod ut magis intelligatur, removeamus alteram ex illis duabus vocibus: ut sit, *ornamentorum fanorum plenam domum;* aeque inepta erit oratio. Non igitur quod tres voces eodem modo terminarentur, eo ita loqui Cicero noluit: sed propter eam, quam modo exposui, caussam. ea enim sublata; conjunctio non trium modo, sed & plurium similiter desinentium vocum, vitii nihil habitura est. Cicero in Milloniana: *Scutorum, gladiorum, frenorum, sparorum, pilorumque etiam multitudo deprehendi posse indicabatur.* Vides, quam illa similiter desinentia non fugiat? Addit homo eruditissimus, sed certe interdum minus accuratus, quam par erat, invenisse se etiam alterum locum in Ciceronis scriptis, in quo ille a consuetudine sua discesserit, neque se tantae consilii mutationis caussam adferre posse; nisi aliquis putet id natum ab animi perturbatione ma-

(*) Sic legitur in M. Velseri Editione. Sed Muretus scripserat: *eorum. f. multitudinem eorum, qui fanorum ornamenta spectarent.*

magna, qua tunc premebatur. Esse enim in tertio libro Epistolarum ad Atticum, quas scripsit, cum patria ex pulsus foret: illic igitur ita scripsisse: *Ex tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompejo, quidnam de nobis velit, aut ostendat.* Quid non in animis hominum effici doloris acerbitas? Ita perturbatus erat Cicero, quod patriae, quod uxoris, quod liberorum adspectu careret; ut cum consilium cepisset nominis *plenus* nunquam nisi ur gente necessitate, cum sexto casu conjungendi, in tanta re imprudens consilium mutaverit, & non *exspectationis* sed *exspectatione plenum* esse se scripserit. Sed tamen hoc patrono effugiet quoquo modo inconstantiae notam. At hoc quomodo excusabimus, quod scriptum est in oratione pro Sextio? *Otiosa vita, conferta & plena voluptatibus.* Quid, hoc ex libro tertio de Finibus? *Eo beatior quisque, quo sit corporis aut externis bonis plenior.* Quid alia ejusdem generis multa? Cogitationem hanc suscipiat alius. Nam mihi quidem nihil occurrit, quo tantam consilii mutationem excusare posse videar.

Caput V.

Ciceronis pro Rabirio Postumo oratio, ex veteribus libris duobus, locis aliquot emendata.

Percurram, animi causa, orationem Ciceronis pro C. Rabirio Curiano Postumo, in qua multa notaveram abhinc annos prope viginti, ex duobus veteribus libris quorum unum mihi commodato (*) dederat Alexander Glorierius, tunc auditor meus, nunc vir clarissimus, quique sibi, universa civitate plaudente, ad altiores dignitati gradus viam virtute quotidie munit; alterum donavera homo eruditus, idemque antiquae probitatis ac fidei, Hercules Ciofanus. Sed cum eorum pleraque postea etiam Lambinus notaverit, inspiciam eodem tempore notas ipsius, & quae ab eo animadversa erunt praetermittens, quid aut ipsius diligentiam fugerit, aut aliter in illis quos dixi, libris scriptum fuerit, adnotabo. Statim igitur in ipso principio ita vulgo legitur: *Si quis est, judices, qui C Rabirium, quod suae fortunae fundatas praesertim, atque optime constitutas opes potestati regiae libidinique commiserit, reprehendendum putet.* At in eorum

(*) Muretus scripsit, certe scribere debuit, *commodaverat.*

Digitized by Google

brorum utroque: *Quod suas fortunas, fundatas praecipuum atque optime constitutas, potestati regiae*, & cetera. Neque mihi dubium est, quin haec scriptura verior sit. certe enim, *Opes fortunae suae* Latine dici non puto. Quod autem *Curtius* fuisse dicitur hujus Rabirii pater, cte in veteribus libris legitur *Curius*: quod cum a ambino quoque ita emendatum sit, praetermisissem, si eum incogitantia quadam in eundem errorem denuo ovolutum viderem. Nam qui recte aliquot locis *Curii* scripsisset, immemor sui, in extremo, ubi rectissime gitur, *Tunc es Curii filius*, mutat, neque precario, d plane directis verbis imperat, ut legatur, *Curtii*. Vix ud notandum puto, quod in illo, *Quamvis patrem um nunquam viderat*, ab utroque libro abest vox *suum*. d certe multo melius in Glorieriano, *Multas partes habit publicorum*, quam ut vulgo *publicanorum*. In eodem iam corrupte, *Cujus reditum consulicum datum*: unde njicio legendum: *Consuli commendatum*. In libro autem Ciofani illud praeclare: *Sunt lites aestimatae A. Gabinio. nec praedes dati: nec ex ejus bonis quanta summa ium fuit, servari potest*. quae plane incorrupta est illius loci scriptura. Illud quoque in utroque recte legitur od in omnibus divulgatis depravatum est: *Si est hoc vum in lege Julia, sicuti multa sunt severius scripta, am in antiquis legibus, & sanctius, inducatur sane etiam suetudo hujus generis judiciorum nova*. Quae autem bjiciam, & in vulgatis libris, & in veteribus corrupta nt. Utrorumque scripturam proponam: tum, quid hi videatur, aperiam. Lambinus igitur ita edidit: *Ille*, inquit, *capite, quod erat in Postumum, quod in Gabium judex esses, nihil Gabinio datum, cum in eum es aestimarentur*. Quibus ex verbis non meliorem sententiam extuderit quisquam, quam ex febricitantium nniis. Libri veteres hoc modo, *Illo, inquit, capite, od in posterum*. Puto verba illa, QUOD IN POSTERUM, e principium ejus capitis ex lege Julia, quo accusator stumum teneri dicebat: & propterea grandiusculis, ut litteris scribi oportere. Sequitur in eisdem libris: *om in Gabinium judex esses, nihil Rabirio datum, neque ei lites aestimarentur*. Puto legendum, *Quom in abinium judex esses, nihil de Rabirio auditum: il quom ei lites aestimarentur*. Et spero, ensuros mihi eos, qui totum locum attente considera-

rint. Omitto quaedam puſilla: cujus generis hoc eſt quod in eis ita legas: *Neque ſolum hoc genus pecuniae capiendae turpe, ſed etiam nefarium eſſe arbitrabantur ac tamen*, & cetera. At non illud omittendum, quod in eorum uno legitur: *Quare aut judici mihi non eſſe licet, aut legem Senatoriam non timere.* Prorſus enim abſurdum videtur, quod in vulgatis omnibus legitur, *Aut legem lege Senatoria non timere.* Eſt & hoc in perſcriptum in veteribus: *Non patitur mea met jam fides*. unde deleo litteram T, ut ſit, *Non patitur mea mi jam fides.* Equidem, ut verum fatear, muſcas mihi capere videor, cum haec tam minuta conſector. Sed tamen cum ſemel coeperim, perſequar usque ad extremum. quanquam enim genus hoc ſcriptionis, & ſcribenti moleſtum eſt, &, ut opinor, legenti: ſcio tamen, in purgandis veterum ſcriptis operam bene & utiliter collocari. Alias igitur oblectationis aliquid dabimus. Nunc vincat utilitas. Haud ita multo poſt, in uno ex eis libris ita legitur: *Quid vociferabere? Decem millia talentum Gabinio eſſe permiſſa. Hui. videlicet puer blandus reperiendus fuit, qui hominem, ut tu vis, avariſſimum exoraret, HS bis millies, & quadringenties ne magno pere contemneret.* Hoc ego, ne quid diſſimulem, verius & ſincerius puto. ut & hoc, quod ſequitur: *Et quidem in cuſtodia fuit etiam regia: & vita ei ablata paene eſt.* Et ſtatim, *Quae neceſſitas coegit perferre, pertulit.* Aliquanto autem inferius: *Nec vero id homini tam quisquam, ſed tempori adſignandum putavit.* Et paulo poſt: *Nam ut ventum eſt Alexandream, judices, haec una ratio;* & quae ſequuntur. Sunt & aliae quaedam in iis, quae ſequuntur, varietates, ſed non magni momenti. Cetera prorſus cum Lambini editione conſentiunt.

CAPUT VI.

Lycurgi orationis locus emendatus & auctus.

UT Euripides intereſſe ait, non tantum quid dicatur, ſed etiam a quo dicatur: quod a perſona dicenti multum iis, quae dicuntur, vel accedit auctoritatis, vel decedit: ita non tantum quid dicatur, refert, verum etiam quo modo dicatur. Eadem enim ſententia alio atque alio verborum genere elata, modo jacet ac languet

et, modo attollitur, & audientium mentes admiratione
rfundit. Declarant id vel maxime poëtae, qui cum
erdum vulgares, & e medio petitas sententias profe-
t, quia tamen eas & numeris vinciunt, & figuris il-
minant, seque ab usitata loquendi consuetudine abdu-
nt; quia grandius & sublimius dicunt, grandiora eti-
, & sublimiora dicere existimantur. Non aliter in
bitu ac cultu corporis accidere videmus, ut principi-
, ac magistratibus ex eo dignitatis aliquid accedere
eatur. Neque non, quod dixi poëtis evenire, idem
m oratoribus evenit, ut, si quis eorum verba immu-
, quamvis eandem sententiam retineat, multum ta-
n eis & dignitatis, & vehementiae detrahat. Ut con-
t acri sane & pleno spirituum oratori, Lycurgo, qui,
n in pulcherrima oratione adversus Leocratem multa
virorum fortium, qui mortem pro patria oppetierant,
le dicturus esset, ne nimis a re proposita digredi vi-
etur, ita sibi viam ad eam disputationem praemuniit,
diceret, duabus de causis libenter audiendam esse vi-
um fortium commendationem. Nam & ex contentio-
inquit, magis intelligitur eorum, qui ab illis dege-
ant, ignavia: & justum est, laudem, quae sola viris
ibus praemium periculorum est, eis non denegari,
animas ipsi suas in publicis certaminibus civitatis,
salute communi, profuderunt. Verba autem, qui-
hanc sententiam complectitur, haec sunt: εἰ γὰρ τῶν
ῶν ἀνδρῶν ἕκαστος ἐν ἴλεγχῳ σταίη περὶ τῶν πεπραγμένων ἑαυτῷ
ἀσθενῶν. Sed a libris excusis abest vox ἀνδρῶν,
e tamen & sonum & gravitatem addit orationi. Ac
leve est, praeut quod sequitur: ἦν δὲ καὶ δίκαιον,
ἴκαιον γε ὃς μόνῳ ἄλλον τῶν πεπραγμένων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν
τῶν, ἐπιδὴ πρέπειν εἰς τὴν πρώτην συντέλειαν τὰς ψυχὰς
ῶν ἀπέδοσαν, ἃ τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι πόλεως ἕκα-
λιπεῖν. In libris, qui usque in hunc diem editi sunt,
nibus, ita legitur: ἐπιδὴ πρέπειν εἰς τὴν πρώτην συντέλειαν
πόλεως ἐπιδόσεως. quomodo sententiam quidem ean-
manere, sed de pulchritudine ac vehementia oratio-
plurimum detrahi, nemo non videt.

CAPUT VII.

Antiphontis Rhamnusii oratio correcta.

ANTIQUISSIMI rhetoris, Antiphontis Rhamnusi quo Thucydides magistro usus dicitur, quique ob in gnem suaviloquentiam Nestor vocitatus est, oratiuncul aliquot extant lectu jucundae, ut in quibus primos ruc adhuc, & inchoatae eloquentiae conatus licet agnoscer In omni autem re jucundissimum est principia ipsa, progressus videre. Nam & qui herbarum, ac stirpiu naturas curiose inquirunt, satis se studio suo fecisse nc putant, nisi eas & ex terrae gremio primulum erumpe tes & pubescentes, ac succrescentes, & florentes der que ac vigentes, postremo etiam arescentes ac decide tes contemplati fuerint. Quodsi quis tam perspicacib oculis uteretur, ut ipsius naturae unumquidque proc dentis, & ad justam magnitudinem paulatim perducen artificium spectare posset, ac tum quomodo quidq mutaretur, tam quantum quoque momento accresc ret, intueri; nemo reperiretur, qui non illius spectac li suavitati vel inemori vellet. Sed ut ad Antiphonter cujus causa hic sermo institutus est, redeam, in perp va oratione, qua homo adolescens, qui senem in cert tione pugno interfecisse arguebatur, crimen illud a se r pellens inducitur, duae maculae haeserunt, quas tolle haud ab re fuerit. Primum ergo ubi legitur, ἀλλ' ὁ μὲν εἴργων μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν, ἵνα γε τῷ φόνῳ τῆς ἐπιτιμ σεως ἀπαφαίνω σε, manifesto constat, duas voces omissas: l gendumque; μήτε δικαίως, μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν. Pau autem infra eum locum, hoc quoque ita emendandu est: εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν πυγμῶν ὁ ἀνὴρ ἀπέθανεν ὑπ' ἐμοῦ μόνου, δικαίως ἂν ἐνεθύμει. νῦν δὲ πολλῆς ἡμέρας ἐ ρου, & quae sequuntur. Illa autem omnia, ὁ γὰρ τῶν ἀπὸ μείζονα ἢ πλείονα δίκαιον οἱ ἄρχοντες ἀνηπόρησαν εἰσὶν, hoc quidem loco delenda sunt: quae cum paulo superi recte ac loco suo posita essent, ut tam exiguo interval denuo hic legantur, librariorum stupor effecit. Ha non adnotarem; nisi eos quoque libros, qui merito o nium emendatissimi habentur, eodem ac ceteros mo depravatos viderem.

C

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Peregrinatio ſitne utilis, quaeſitum: & liceatne laudare aliud, aliud ſequi.

REGRINATIO ad tempus, homini praeſertim ado-
nti, neque injucunda, neque inutilis eſt. nam & no-
, ac varietas mirificam oblectationem habet: & qui
s multarum gentium novit, magnum ſibi ad pruden-
inſtrumentum comparavit. Sed plerique juvenum
, qui longinqua itinera ſuſcipiunt, multasque regi-
perluſtrant, id ſibi fere unum ſtudio habent, ut quo
que urbs loco ſita ſit, cujus generis aedificia habeat,
in quaque ſit mercium, ceterarumque rerum ad ex-
as cupiditates accommodatarum copia, cum domum
int, narrare aequalibus poſſint: quibus legibus,
inſtitutis temperata ſit, quibus magiſtratibus uta-
quomodo ea quae ad ſe conſervandam utilia ſunt,
quatur, declinetque contraria; horum omnium ne
tionem quidem ſuſcipiunt ullam. Et tamen nihil
ſt, multa loca vidiſſe, niſi harum rerum notitiam
xeris. Praeclareque de Ulyſſe Homerus:

ιδεν δ' ανθρωπων ιδεν αστεα, και νοον εγνω.

, inquit, *multorum hominum vidit, ingenia natu-*
e cognovit. Quae re ipſa diſtincta ſunt, ea diſtinxit
verbis. Negligentius Horatius:

Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

etiam a praetereunte videri poſſunt: mores cogno-
niſi adhibita cura & ſtudio, non poſſunt. Solon,
goras, Plato, aliique olim magni ac praeſtantes vi-
conſilio peregrinati ſunt, ut quam maximam ſibi
rerum ſupellectilem compararent. Quanquam enim
aliena domo, ſic in aliena rep. negant curioſum eſſe
ere; haec tamen, quam dico, curioſitas, & priva-
mper, & publice utilis fuit. Aliam quandam ra-
n ſecutus eſt Plato, qui hujus generis peregrinatio-
neque, niſi magiſtratus permiſſu, neque, niſi a
ageſimo usque ad ſexageſimum aetatis annum ſuſ-

Digitized by Google

cipi voluit: quod probarem & ipse, si qua usquam civ
tas, qualem ipse describit, reperiretur. Nam quod il
verebatur, ne alienigenarum hominum multitudine i
provinciam aliquam confluente, ibique sedes figente, c
adolescentibus, quorum improvida aetas ad libidinem pl
rumque quam ad virtutem, pronior est, extra patri
fines vagantibus, externa potius vitia importarentur, qua
domestica tollerentur: hunc metum ipsius non vanu
fuisse, satis declarant eae gentes, quae, cum multa sa
cula floruissent, nunc in exitium suum versae, peregrin
potius moribus laborant, quam suis. Sed, ut me ad pr
positum referam, cum & utilis & jucunda sit bene inst
tuta peregrinatio: tranquillam tamen & quietam vita
amantibus, domi vivere jucundissimum est. οἶκος φίλο
οἶκος ἄριστος, dixisse ait testudinem Aesopus. Quid sene
ille, an corporis oculis captus, nescio, mentis certe oc
lo lynceus?

Οἶκοι βέλτιον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ ἐξω.

Ubique enim, ut vafer quidem & improbus, sed polit
& urbanus scriptor ait Lucianus, ἐκχωρεῖν πατρί
ἐστιν. Itaque in illa aurea aetate, si qua poëtis fide
nemo peregrinabatur.

Nullaque mortales praeter sua littora norant.

Equidem afficior intimis sensibus; cum illud Claudi
poëmation lego, quo senex ille Veronensis describitu
qui nunquam e patriis finibus excesserat: de quo vere
eleganter idem poëta:

Erret, & extremos alter scrutetur Iberos,
Plus habet hic vitae: plus habet ille viae.

praeclareque Horatius:

Romae laudetur Chios, et Samos, & Rhodos abse

Sed, ut aliud ex alio; quid est, quod longinquas
urbes, sive insulas, laudari jubet, adire vetat? Ce
enim hoc dicit: laudato peregrinationes; sed ipse

Digitized by Google

omi contineto. An aliud laudare jubemur, aliud sequi? aliud in ore, aliud in pectore habere, turpissimum est. Et tamen multa talia sunt poëtarum: ut illud Hesiodi, laudandam esse parvam navim: sed merces in magnam imponendas. & hoc Virgilii,

—— Laudato ingentia rura:
Exiguum colito.

Et hodie in Italia usitatum est simile proverbium agricolarum: laudandos montes: sed a planitie non recedendum. Capitale in eodem genere illud Sophoclis: laudandam justitiam: sed haerendum lucro:

Αἰνεῖ μὲν ἀρετήν, ἕπου δὲ κερδαίνειν θέλει.

In quo praecepto etiam improbissimi verbo, re & factis esse ii quidem, qui boni viri habentur, omnes abhorrent. Numquid igitur, ut aliam vestem domesticam habemus, aliam forensem: ita alia aliis laudabimus, alia ipsi consectabimur? An hoc potius significant vetera illa poëtica proverbia: cum saepe variae, ac multiplices sint hominum sententiae, ita ut eadem alii laudent, alii vituperent, gravesque interdum inimicitiae ex ejusmodi dissensionibus oriantur: debere nos sinere unumquemque judicio suo uti: & potius quam ullam dimicationem aut contentionem suscipiamus, laudare judicium ipsius: sed tamen id quod optimum est, sequi? Ita mihi quidem videtur. Et cetera quidem hoc sensu accipi queunt: Sophocleum illud non potest: neque alia ratione summum poëtam defendi posse arbitror, quam ut dicamus, eum hanc habuisse rationem decori, & sententiam protulisse convenientem ei personae, quae tum loquens induceretur.

CAPUT IX.

Ciceronis Divinatione in Verrem locutio contra Asconii Peddiani sententiam defenditur.

PRINCIPIUM divinationis in Verrem hodie in omnibus vulgatis libris depravate legitur hoc, *Si quis vestrum,*

judices, aut eorum qui adsunt, forte miratur me, qui tot annos in caussis judiciisque publicis ita sum versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere: is si mei consilii caussam rationemque cognoverit, una & id quod facit probabit, & in hac caussa profecto neminem mihi esse praeponendum actorem putabit. Manavit autem error ab Asconio Paediano, qui, cum in veteribus libris legeretur *descenderim*, putavit, speciem esse soloecismi, nisi aut aliquid adderetur, aut pro *descenderim*, *descendere* legeretur: quomodo & quosdam legere affirmat. Sed hoc ab Asconio (quae enim invidia est, vera proloqui?) incogitantius dictum est. Nulla enim hic neque umbra, neque species soloecismi est. Fefellit eum, quod putavit verbum *miratur* absolute positum esse: & illud *me* conjungendum cum iis, quae sequuntur. quod si esset, omnino legendum esset, *descendere*. Sed non ita est. immo vero illud *me* conjungendum est cum verbo *miratur*; quod si feceris, omnis illa falsa soloecismi species somniorum in morem evanescet. Ita enim locutus est Cicero, ac si quis diceret: *Asconium miror, qui aliis in rebus tam accuratus fuerit, in hac tam pueriliter erraverit. Miror te, qui heri tantum biberis, hodie tam mane surrexeris. Miror te, qui semper antehac tibi praeclare moderatus fis, hodie continere te non potueris. Miror Ciceronem, qui semper usque hac defenderit, nunc, subito mutata voluntate, ad accusandum descenderit.* Hoc ego non aliam ob caussam notandum putavi, quam quod tam multos Asconii auctoritate in eundem errorem pertractos esse mirabar.

CAPUT X.

Ciceronis e Lucullo lectio defensa, de Herculis sagittis ex Euripide.

NON absimili modo conatus est homo eruditus, & hac aetate τῶ σκοτίνων, locum Ciceronis e Lucullo mutare, qui tamen mutationis illius nihil indigebat, rectoque & emendate scriptus omnibus in libris circumferebatur hoc modo: *Quid? apud Euripidem Hercules, quum, ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis, quum uxo-*

xorem interimebat, quum conabatur etiam patrem? Hinc
nim censuit is quem dico, tollendam esse particulam
ta, motus ea ratione, quod Hercules apud Euripidem
n ea fabula nusquam Euryſthei filios confixiſe dicatur,
ed ſuos: quos inſania correptus putabat esse Euryſthei
ilios: quod ut probet, quaſi valde dubium, adducit eti-
am Euripidis verſus. Atqui, ὃ γ' ᾔδη, quod tu dicis, id ipſum
Cicero dicit: tuque dum, ut corruptum, ita integrum
& vitio carentem locum emendare conaris, oſtendis te
liud egiſse, cum illa ſcriberes. Non enim hoc ſignifi-
atur, confixos esse ab Hercule ut Euryſthei filios, ita
etiam ſuos: ſed ita confixos ſuos, ut ſi Euryſthei, quod
ille inſaniens putabat, filii fuiſſent. Equidem ſi quis hoc
nodo loquatur: Socrates capitis damnatus, ut mulſum,
ita hilaris obduxit venenum: non ita accipiam, ut &
nulſum & venenum a Socrate epotum putem: ſed eadem
hilaritate obductum ab eo venenum, ac ſi mulſum fuiſ-
et. Sed ne optimi quidem jaculatores ſemper colli-
mant. (*)

CAPUT XI.

Lyſiae laudatio eorum qui Corinthiis opem ferentes occubuerunt, locis aliquot emendatur.

SI putarem fore, ut optimi ſcriptores, Graeci praeſer-
im, qui ab optimis & accuratiſſimis typographis editi jam
unt, vivo adhuc, & ſpirante me, denuo ederentur:
ihil fortaſſis neceſſe haberem, quae in eis depravata
ideo, quomodo emendanda putem, in hos libros refer-
e: ſatisque haberem ea novas editiones adornantibus in-
icare. Sed cum & aetas me jam id ſperare prohibeat;
t litterarum Graecarum ſtudia, ſaltem in Italia: nam de
aliis

(*) Scioppius Rhetor. Exerc. p. 17. „ Hujus porro generis no-
va apud Murerum ſunt: *ne optimi quidem jaculatores ſemper collimant*,
pro *collineant*. quod non eſt ferire deſtinatum, ſed dirigere telum"
aec reprehenſio quam inanis ſit, intelligitur e Ciceronе de Divin.
. 59 *Quis eſt enim, qui totum diem jaculans non aliquando collimet?*
c Erneſtus e libris ſuis edidit. Alii *collineare* praeferunt, ut Fr.
idendorp. ad Appulej. Met. IX. p. 675. Utrum verius ſit, in pari
ſcrum librorum auctoritate, nemo facile decernet.

Digitized by Google

aliis gentibus nihil affirmare possum: ita quotidie refrigescere videam, ut existimem, a nova praestantium librorum editione librarios emptorum raritate deterritum iri: non puto me perperam facere, si optimam quamque editionem cum iis libris, quibus adolescens utebar, conferens, ubi quid a me notatum video quod & alicujus momenti, & ab eis tamen omissum sit, communicandum id cum studiosis putem. Neque me illud movet, quod prospicio, fore, ut hujus generis scripta sordeant ac negligantur, simulac quis e singulis capitibus pauca quaedam, quae in hoc, aut illo nobili scriptore emendantur, excerpserit. non enim gloriae ac nomini meo, sed studiosorum utilitatibus servio: quibus cum hi qualescunque libri mei utiles esse desierint, dum semel profuerint, quominus in perpetuum abjiciantur, non recuso. Interea cum veteres illos & sapientiae, & eloquentiae laude ita floruisse videam, ut neque a me, neque a quoquam eorum, qui nunc sunt, a me quidem certe minime omnium, quidquam scribatur, quod vel κατ' ὄναρ ad illorum praestantiam accedat; malo ceteris, quoad possum, viam ad eos facilius intelligendos sternere, quam scribere quae parum cauti, novitatis studio allecti, illis omissis, legant. Ut enim dictum est a nobili poëta, *moribus ac viris antiquis rem Romanam stare*, ita libris & scriptoribus antiquis veram ac solidam eruditionem stare dicamus licet.

Vino qui utuntur vetere, ait quidam, *sapientes puto,*
Et qui veteres spectant libenter fabulas.
Nam nunc novae quae prodeunt comoediae,
Multo sunt nequiores, quam nummi novi.

Id leviter inflexum ad omne prope genus librorum accommodari potest. Et tamen, quod mihi interdum risum, interdum stomachum movet, obscuri homunciones reperiuntur, qui nobilissimos quosque scriptores, quosque tanquam in caelo, ut ita dicam, merita collocarunt, in ordinem cogere, & de eis adversus tot saeculorum sententiam judicare audeant. Alius Homerum damnat, alius in Virgilio multa reprehendit, alius praecepta Horatii de arte poëtica irridet, alius Ovidium nescisse ait Latine loqui: quasi nos hodie, quid sit Latine loqui, scimus: alius alia, quorum me pudet, pigetque. Miseri

quant

quanto melius facerent, si ad eos intelligendos, & ad virtutes eorum penitus cognoscendas, &, quantum cujusque vires ferunt, imitandas studium conferrent, quam nunc cum, canum Lunam allatrantium more, ad quos adspirare non possunt, eorum famam lacerare contendunt. Neque negaverim, esse & in veteribus, quae culpari possint: homines enim fuerunt: sed ut in formosis corporibus naevos notamus, non propterea totam formam despicimus: sic & in illis, si qua non placent, modeste notanda, non ipsos tribo movendos censeo. Modesta judicia fero: impudentiam & arrogantiam non fero. Sed sentio me longius provectum, quam proposueram. Ac vereor interdum, ne nostra haec dicaci cuipiam videantur esse ex genere Macrocephalorum, quibus caput toto reliquo corpore longius esse dicitur: sic enim & nobis prooemium saepe longius est, quam cantilena. Sed suum cuique vitium. Senes interdum natura loquaciores sumus. In hanc, qua modo usus sum, φλυαρίαν, nescio quo modo, incidi, cum constituissem emendare locos aliquot ex pulcherrima & ornatissima oratione Lysiae, qua eos laudavit, qui Corinthiis opem ferentes occubuerant: quam quidem orationem, ut & ceteras, ἐξαμβλῶν τυποχάρων ita emendatam edidit, ut tamen aliorum industriae aliquid reliqui fecerit. Sub principium igitur, ubi ita scriptum est, ἐγκαὶ ἢ τὴ πῖς ἐπιχειροῦσιν ἐξεῖ αἰτεῖν, pro ἐξῆν legendum ἐξὸν. mox, ἐν τῖς πολιτῶν ἔργοις, adde articulum, ut sit, ἐν τοῖς τῶ πολιτῶν ἔργοις. deinde, Ἀμαζόνας μὲν γάρ. Dele illud μὲν. & statim, μόνας ἢ ἀπλατιθέας. scribe, μόνας μὲν. Paulo post, τῆ ἔργῳ μὲν τὰς αὐτὰς αὐτοῖς κατα διέλαμβάνει lege, ἐν αὐτοῖς αὐτοῖς. ut referatur ad illud quod antecessit, πολλῶν ἐθνῶν. Sed & ubi est, ἐκ τῆς ἐπὶ τῶ πολέμῳ τάξεως, libri veteres habent, ἐν τῷ πολέμῳ. Sed haec levia. illud gravius, quod, ubi est, ἀλλ' ἐκείνους μὲν αὐτὲ τῆς ἀσεβείας τῶν αὐτῶν ἀμεινὸ ἐπιδείξαντο, legendum est, τῆς ἀσεβείας. Illam autem impietatem dicit, qua Thebani impedire volebant, ne interemptorum corpora sepelirentur. Paulo infra legendum, ἐκείνοις δὲ ἐν ἐλάττοις. & de liberis Herculis, Τοιοῦτον δὲ παχόντος παῖδες ὄντες ἐβοήθουν τῶ πατρί. expuncta particula δὲ: est enim ἐπιφώνημα, ut,

Tantae molis erat Romanam condere gentem.

&

& simile aliud hac ipsa in oratione legitur. At ubi est, μύριοι γὰρ ὑπὲρ ἀσπίσος τῆς Ἑλλάδος ἀφεῖς πολὺς μυριάδας τῶν βαρβάρων διεπεφώδυσαν, alii libri pro μύριοι, habent μύρμοι. & utraque scriptura defendi potest. Nam & decem millia Athenienſium fuisse constat: & solos dimicasse, quanquam mille Plataeenses adfuerunt, etiam Demosthenes in epitaphio dicit: οὐκοῦν τῶν ἐξ ἀσπίσος τῆς Ἀσίας πέλαν ἐλθόντα μύριοι δὶς ἐμαχέσαντο καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν Quo fit ut apud Lysiam quoque libentius legam μύριοι, & δὶς ἐπεφώδυσαν quam διεπεφώδυσαν. Locus autem qui sequitur, in omnibus editis libris & mutilus & corruptus est hoc modo: ἄνδρες δ' ἀγαθοὶ γεγόμθοι, καὶ τῶν μὲν σωμάτων ἀφειδήσαντες, ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς φιλοψυχήσαντες, & μᾶλλον τοὺς παρ' αὐτοῖς νόμους αἰσχυνόμθοι, ἴσησαν μὲν τρόπαια ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τῶν βαρβάρων ἐν τῇ αὐτῶν ὑπὲρ χερρονήσου ἐν τῇ ἀκτορίᾳ ἐμβαλόντων παρὰ τοὺς ὅρκους τῆς χώρας. Multa hic & gravia peccata sunt: quae tollentur omnia, si veteres membranas secutus, ita legas: ἄνδρες δ' ἀγαθοὶ γεγόμθοι, & τὸν μὲν σωμάτων ἀφειδήσαντες, ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς ἀ φιλοψυχήσαντες, καὶ μᾶλλον τοὺς παρ' αὐτοῖς νόμους αἰσχυνόμθοι, ἢ τὸν περὶ τοὺς πολεμίους κίνδυνον φοβηθέντες, ἴσησαν μὲν τρόπαιον ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος, τῶν βαρβάρων ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ὑπὲρ χερρονήσου τῇ τῶν ἀθηναίων ἐμβαλόντων παρὰ τοὺς ὅρκους. Οὕτω δὲ ἔχῃς, & quae sequuntur. In sequentibus pauca sunt, neque magni momenti: quae omittam. In iis autem quae expossui, nullam mihi ingenii aut εὐτυχίας laudem appeto: sunt enim omnia e duobus veteribus libris, altero Veneto, altero Vaticano.

CAPUT XII.

ROMA *cur*, *& a quo* orbis compendium *dictum*. *Gregorii* XIII. *Pont. laus.*

IN excerptis e primo libro Deipnosophistarum Athenaei legimus, non aberraturum, si quis urbem Romam *epitomen totius orbis* vocaverit: quod & Romam ex omnibus terrarum partibus longe plurimi confluunt, & quicquid usquam visendum, ac spectabile est, Romae spectari potest. quam laudem etiam hodie post tot Barbarorum insultus, tot strages, tot direptiones, *aeterna urbs*, ut eam veteres vocarunt, magna ex parte retinet. ut nunc quoque cum Propertio vere dicere liceat:

Om-

Omnia ſunt pariter rerum miracula Romae,
Natura hic poſuit, quicquid ubique fuit.

Atque haud ſcio, an unquam eam epitomen orbis, aut communem patriam verius vocare licuerit, quam hoc tempore, cum Gregorius XIII. Pontifex maximus, incredibili animi magnitudine, & depraedicanda omnibus ſaeculis in univerſum hominum genus caritate, Hebraeorum Chriſtianam religionem ſuſcipere volentium, Graecorum, Armeniorum, Germanorum, Britannorum collegia inſtituit, magnifica eis, ubi habitent, aedificia exſtruxit, reditus, quibus alantur, attribuit, templa ingentia poſuit: ut, ſingulari temporum noſtrorum felicitate, ſacroſanctum Chriſti nomen ac numen omnium populorum linguis, ac ritibus una in urbe celebretur. Cujus Pontificis inexhauſta, & indefeſſa liberalitas orbis noſtri finibus non contenta, penetravit etiam ad gentes veteribus incognitas, & noſtro primum ſaeculo repertas, conſtitutis quaternis numorum aureorum millibus, quae quotannis usque in Japponem ad ſuſtentandos eos, qui caeleſti doctrina populos illos imbuerent, mitterentur. Hoc eſt vere communem omnium paſtorem, vere Chriſti vicarium eſſe. Sed ad laudes illius pleniore ore celebrandas alius mihi, ſi Deus voles, conſtitutus eſt locus. Nunc quod dicere coeperam, cum Athenaeus non indicarit, quis e veteribus *Romam epitomen τῆς οἰκουμένης* vocaſſet, viſum eſt monere, ejus appellationis auctorem fuiſſe oratorem Polemonem, ut teſtatur Galenus commentario primo in Hippocratem *de articulis*.

CAPUT XIII.

Neque vivus, neque mortuus ſum, *a pluribus uſurpatum eſſe.*

QUOD apud Euripidem in Supplicibus, mulier nobilis, ſortem ſuam deplorans, ait, ſe jam *neque in vivis, neque in mortuis poſſe numerari*, id a Dante, poëta Etruſco, in magni timoris ſignificatione poſitum eſſe, dicit Victorius capite XXI. libri XXXI. variarum lectionum. Quamquam autem, quod tantum acumen in eo dicto ſit, curve id tantopere admirari debeamus, non vi-

Digitized by Google

video: saepe enim & homines, neque ingenioſos, neque eruditos, & mulierculas ita vulgo loquentes audivi: quia tamen vir eruditiſſimus tanti eſſe duxit; notabo ego quoque a Plauto in Curculione eodem modo loquentem virginem induci. verſus Plautini hi ſunt:

Ego pertimeſco. tum ibi me neſcio quis arripit
Timidam atque pavidam, nec vivam, nec mortuam.
Nec quo me pacto abſtulerit, poſſum dicere.

Hoc quoque, etſi ſtipula levius, notetur, in illis Euripidis verſibus, non δυσφόρτου legendum, ſed δυσφορτος. Sic enim paulo poſt, ἀρθμιᾶς & ἴχνος.

CAPUT XIV.

In Plauti Poenulo notata non pauca.

IN Poenuli Plautinae prologo quaedam notare conſtitui. Statim autem in ipſo limine duo vetera exemplaria, quae habeo, variant. in uno eſt,

Achillem Ariſtarchi mihi imitari lubet.

in altero, ut in editis, *commentari*: quod ſi retinea-mus, ſcribendum, ut puto, erit *Achilem* unico *l*: ut verſus conſtet. ſic ſaepe apud Graecos Ἀχιλλεύς, & Ὀδυσεύς. quod ſi quis etiam Latine ſcribens imitari audeat; equidem non reprehenderim. Secundum verſum ita legendum arbitror:

Inde mihi principium capiam ex tragoedia.

Nam, ut vulgo legitur, *ex ea tragoedia*, non video, quomodo verſus conſtare poſſit. Quod autem ſervos vel ſedere vetat, vel aes pro capite dare vult; eo pertinet, quod ſubſellia quaedam erant, quae ab ipſis hiſtrionibus locabantur: pro quibus mercedula ſolvenda erat, ſi quis in eis ſedere vellet. Quas autem *ſcribilitas* Plautus, eas Martialis συγγραμμάτως *ſcriblitas* vocat:

Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis.

Sed

Sed quid est, quod ait, velle se ad argumentum remigrare, cum ejus nullam prorsus partem attigisset? Nimirum *remigrare* hoc loco nihil aliud est, quam *migrare* & *transire*. Sic *reddere* interdum idem est quod *dare*. Celsus Jurisconsultus, *Verbum reddendi*, inquit, *quanquam significatum habet retrodandi: recipit tamen & per se dandi significationem*. Plautus Pseudolo,

Hercle haut te sinam emoriri, nisi mi argentum redditur.

Sic *redire* dicitur *haereditas*, quae tum primum defertur. Terentius:

Ea ad hos redibat lege haereditas.

Cato de re rustica: *Nunc ad rem redeam, quod promisi, institutum principium hoc erit.* Sallustius de bello Jugurthino: *Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum taedet pigetque. Nunc ad institutum redeo*. & tamen in id nondum ingressus erat. Sequitur:

Ejus regiones, limites, confinia
Determinabo. ei ego tum factus finitor:

Ubi Joachimus, & eum secutus Lambinus notant, *finitor*, legendum esse penultima brevi. quod certe non pro cetera earum rerum sapientia sua dixerunt. Nam & *auditor* & *amator*, qui correpta penultima enunciet, si cui risum debebat, illo se aere alieno exsolverit. Quanto satius mutare ordinem vocum: ut sit,

—— ei ego finitor factus sum.

Paulo post autem suspicor legendum:

Latine Plauti Poenulus pultiphagonidas.

Se ipsum enim, non Poenum illum, pultiphagonidem vocat. Venustissime autem illud:

Vosmet nunc facite conjecturam ceterum,
Quid id sit hominis, cui Lyco nomen siet.

quasi

Digitized by Google

quasi ex cujusque nomine de moribus conjectura fieri posſit. Sic in Bacchidibus:

Adeon' me fuisse fungum, ut illi crederem?
Cum me ipsum nomen ejus Archidemides
Clamaret, dempturum esse si quid crederem.

Sic ex nomine *Vertis* augurabantur homines fore, ut ab eo Sicilia verreretur. Quin etiam qui hodie criminalia judicia exercent; in torquendis reis, interdum ex nomine ipso conjecturam capiunt.

Ubi quamque est in urbem ingressus.

Melius videtur, quod in uno e meis est, *Uti quamque in urbem ingressus.* Ille quoque versus,

Dat aurum. ducit, noctem rogat. post ibi,

neque numeris suis constat, & absurdam sententiam continet. Quid enim opus est, ut qui aurum dedit, & duxit, noctem postea roget? At in meis rectissime hoc modo,

Dat aurum: ductat noctem: rogitat post ibi,
Unde sit.

Haec quamquam pauca (*), non usquequaque tamen Plauti amatoribus ingrata erunt.

CAPUT XV.

In eadem Comoedia difficilis nodus explicatus. Sesamum & papaver.

IN eadem fabula adolescens amore perditus, cum amicae verba audiret, ac sibi, eis audiendis, mel, ut ajunt, lingere videretur, *Obsecro*, inquit, *ut mulsa loquitur?* Tum vafer servus dominum irridens, *Ni-*

(*) Scribe, *parva.*

Nihil, inquit, *nisi laterculos,*
Sesamum, papaveremque, triticum, & frictas
nuces.

Quae verba ita exponit interpres: *Servus Milphio ad spectatores conversus, plane contraria Adelphasium loqui respondet, quam dicat herus ejus Agoraſtocles, nempe dura, & injucunda omnia. Laterculos, id est, parvos lateres.* Addit ex Dioſcoride, *ſeſami* eſum nocere ſtomacho: & poſtremo ea omnia eſſe palato injucunda. Non potuit, ſi maxime voluiſſet, a Plauti ſententia longius aberrare. *Laterculi*, placentulae erant a figura vocatae, quibus ſapa admiſcebatur, ut ex Catone notum eſt. Sed hoc, ut opinor, faciebant parci & reſtricti paterfamilias: nam ab elegantioris palati hominibus melle condiebantur. Apulejus libro x. *Panes, cruſtula, juncula, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita.* Vulgo tamen male *lacertulos* legunt, litterarum ſede mutata. Sic alias quasdam ab orbiculari figura *globulos* vocabant. *Seſamum* autem vel principem locum obtinebat inter bellaria, ut ex Athenaeo & Polluce notiſſimum eſt. Papaverem quoque ex eodem numero fuiſſe, vel ex Petronio diſcere poterat: cujus haec verba ſunt: *Mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque tanquam papavere & lampſucho ſparſa.* Jam ex tritico multa placentarum genera & olim fiebant, & hodie fiunt: & ex amygdalae, ſic & nuces frictae ex melle in ſecundis menſis apponebantur. Sic cicer frictum, ſic fabam friolam ex melle edebant. Dulcia igitur enumeravit ſervus, non hero contraria locutus eſt.

CAPUT XVI.

Plautina formula, *Haud vidi magis.*

JOCUS quoddam loquendi eſt ironicum, quo utebantur, cum oſtendere volebant, id quod dixiſſet alius ſibi non probari: neque ita eſſe, ut ille dixiſſet. Dicebantur, *Haud vidi magis.* Quare Milphio cum ſe pridie herus, qui tum ſibi blandiretur, valde vapulaſſe dixiſſet: reſpondiſſetque adoleſcens, quod pro amorem fecisſet, ſibi ignoſci aequum eſſe: ſubjicit ſervus, *Haud*

Digitized by Google

vidi magis. quae verba noſter ita interpretatur: *Haud vidi quenquam qui magis amaret, quique magis amore incenſus, in ſervos ſaeviret.* At ego haud vidi quenquam, qui aut ſaepius, aut longius a Plauti ſententia aberraret. Hic quidem perinde eſt, ac ſi diceret irridens ſervus: *Nihil vidi unquam aequius*: cum ex contrario intelligi velit, iniquiſſimum eſſe. Sic in Amphitruone:

Exſpectatusne advenio? SO. haud vidi magis
Exſpectatum. eum ſalutat magis haud quisquam
quam canem.

& in Captivis:

At etiam te ſodalem ſuum eſſe ajebat.
TYND. *haud vidi magis.*

quos locos cum hic noſter ſatis commode interpretatus eſſet, in hoc ad ingenium rediit.

CAPUT XVII.

Poenulus Plauti contra atque a Turnebo explicatur.

JAM Plautum e manibus poſueram, cum inſpicere vo lui, ut plerumque ſoleo, nunquid eorum, quae a me no tata erant, alii occupaſſent. Sed ea mihi ipſa res plure ex Poenulo locos ſtrictim attingendi occaſionem dedit quos ab eruditiſſimo viro, Turnebo ita explicatos repe ri, ut facere nullo modo potuerim, quin teſtificarer quantum ab eo diſſentirem; jure, an injuria, lectorem judicem facerem. Turnebi igitur verba ſunt:

Scitum eſt per tempus, ſi obviam eſt verbum vetus:

vel, ut alii legunt, ſi obviam it, quo ſenſu dictum eſt opinor ſignificari verba vetera, id eſt, proverbia & ſententias, ſcita eſſe, cum tempeſtive uſurpantur. verbum autem vetus eſt, quod ante Agoraſtocles dixerat, debet ei libertatem & grates gratias. Si Turnebum igitur ſequamur, illius verſiculi ſententia erit, proverbia & ſententias conciliare orationi gratiam, ſi tempeſtive adhibe

antur. Et ita, Milphio, quasi quidam dicendi magister, herum suum docebit, scite & eleganter loqui, eique de proverbiorum usu praeceptum rhetoricum tradet. Bene sane. Sed quodnam illud est proverbium, Turnebe? *Deberi*, inquit, *ei libertatem & grates gratias*. Ignosce, quaeso, tarditati meae. nam neque hic proverbium, neque sententiam ullam video. Sequar igitur interea veterem librum meum, in quo est:

Scitum est, per tempus si obviam is: verbum est vetus.

quod ita interpretor: Tu mihi saepe blandiris, saepe gratiam deberi agnoscis, saepe libertatem daturum pollicieris: sed istaec omnia verba sunt. nihil enim praestas praeter pugnos, quibus saepe me pectis. atque hi quidem solvuntur praesenti pecunia in probo & aspero: illa autem blandidica dicta in diem differuntur. *Verbum autem vetus est, Scitum est, per tempus si obviam is*. id est, scitum atque elegans est, cum quid promisisti, ne exspectare quidem dum rogeris: sed suo tempore occurrere, atque obviam ire, & promissa patrare: quod tu non facis. Dixi quid mihi videatur. Nunc lectores in consilium mitto. Sequitur alius locus, de quo Turnebus:

Primae ut inferremus ignem in aram.

In membranis pervetustis reperi,

Prima cum ut inferremus.

ut sit, prima cum, pro, cum prima luce; quod genus oquendi apud Nonium in quodam auctore me legisse ecordor. Sint illae membranae per me vel Ogygiae, tunquam propter eas adducar, ut versum corrumpam: qui, eas sequare, corruit. Est enim Trochaicus, ut ceteri. Retinebo igitur vulgatam scripturam, quae ipsa quoq;e arioias & edentulas chartas auctores habet. Nunc ad lia. *In iisdem*, ait Turnebus, *membranis erat*,

Ego faxo, si non irata es, ninnium pro te dab.?

vidi magis. quae verba noſter ita interpretatur: *Haud vidi quenquam qui magis amaret, quique magis amore incenſus, in ſervos ſaeviret.* At ego haud vidi quenquam, qui aut ſaepius, aut longius a Plauti ſententia aberraret. Hic quidem perinde eſt, ac ſi diceret irridens ſervus: *Nihil vidi unquam aequius:* cum ex contrario intelligi velit, iniquiſimum eſſe. Sic in Amphitruone:

Exſpectatusne advenio? SO. haud vidi magis
Exſpectatum. eum ſalutat magis haud quisquam
quam canem.

& in Captivis:

At etiam te ſodalem ſuum eſſe ajebat.
TYND. *haud vidi magis.*

quos locos cum hic noſter ſatis commode interpretatus eſſet, in hoc ad ingenium rediit.

CAPUT XVII.

Poenulus Plauti contra atque a Turnebo explicatur.

JAM Plautum e manibus poſueram, cum inſpicere voluit, ut plerumque ſoleo, nunquid eorum, quae a me nondum erant, alii occupaſſent. Sed ea mihi ipſa res plures ex Poenulo locos ſtrictim attingendi occaſionem dedit, quos ab eruditiſſimo viro, Turnebo ita explicatos reperi, ut facere nullo modo potuerim, quin teſtificarer quantum ab eo diſſentirem; jure, an injuria, lectorem judicem facerem. Turnebi igitur verba ſunt:

Scitum eſt per tempus, ſi obviam eſt verbum vetus:

vel, ut alii legunt, ſi obviam it, quo ſenſu dictum eſſe opinor ſignificari verba vetera, id eſt, proverbia & ſententias, ſcita eſſe, cum tempeſtive uſurpantur. verbum autem vetus eſt, quod ante Agoraſtocles dixerat, debere ei libertatem & grates gratias. Si Turnebum igitur ſequamur, illius verſiculi ſententia erit, proverbia & ſententias conciliare orationi gratiam, ſi tempeſtive adhi-

Digitized by Google

antur. Et ita, Milphio, quasi quidam dicendi magister, herum suum docebit, scite & eleganter loqui, eique de proverbiorum usu praeceptum rhetoricum tradet. Bene sane. Sed quodnam illud est proverbium, Turnebe? *Deberi*, inquit, *ei libertatem & grates gratias.* Ignosce, quaeso, tarditati meae. nam neque hic proverbium, neque sententiam ullam video. Sequar igitur interea veterem librum meum, in quo est:

Scitum est, per tempus si obviam is: verbum est vetus.

quod ita interpretor: Tu mihi saepe blandiris, saepe gratiam deberi agnoscis, saepe libertatem daturum polliceris: sed istaec omnia verba sunt. nihil enim praestas praeter pugnos, quibus saepe me pectis. atque hi quidem solvuntur praesenti pecunia in probo & aspero: illa autem blandidica dicta in diem differuntur. *Verbum autem vetus est, Scitum est, per tempus si obviam is.* id est, scitum atque elegans est, cum quid promisisti, ne exspectare quidem dum rogeris: sed suo tempore occurrere, atque obviam ire, & promissa patrare: quod tu non facis. Dixi quid mihi videatur. Nunc lectores in consilium mitto. Sequitur alius locus, de quo Turnebus:

Primae ut inferremus ignem in aram.

In membranis pervetustis reperi,

Prima cum ut inferremus.

ut sit, prima cum, pro, cum prima luce; quod genus loquendi apud Nonium in quodam auctore me legisse recordor. Sint illae membranae per me vel Ogygiae, tunquam propter eas adducar, ut versum corrumpam: qui, si eas sequare, corruit. Est enim Trochaicus, ut ceteri. Retinebo igitur vulgatam scripturam, quae ipsa quoque cariosas & edentulas chartas auctores habet. Nunc ad alia. *In iisdem*, ait Turnebus, *membranis erat,*

Ego saxo, si non irata es, ninnium pro te dabo?

Sat scio, ninnium equuleum interdum Graecis significare: sed puta tamen scribendum esse, numulum pro te dabit, id est, te pecunia sua liberabit. Ego vero hic neque *ninnium*, (quid enim huc equuleus pertinet?) neque *numulum* lego. Si numulo uno liberari potuisset Adelphasium, non diu servitisset. Dixerat paulo ante Agorastocles, sibi domi esse sexcentos numos Philippos. Retineo igitur hic quoque vulgatam scripturam, quae ne ipsa quidem fugientium & exolescentium librorum testimonio destituta est:

AT. *Ego faxo fine.* MIL. *irata es nimium, argentum pro te dabit.*

Minatur enim puella amatori suo. Ego, inquit, faxo, ut eum poeniteat, quod mihi verba tam diu dederit fine modo. Tum ei Milphio, ut jussus erat, subblanditur. *Argentum* autem *dare pro aliquo*, aut *pro capite alicujus*, unde ἀργυρώνητοι, ita est in frequenti usu apud comicos, ut putidum sit exempla congerere. Ait Turnebus: *Lego etiam*

Qui bene volunt, bene vis item,

non, ut vulgo, bene visitent. Ego vero hac in parte popularis sum, & vulgus sequor. Hoc enim quasi proverbium est: *Qui bene volunt, bene visitent:* id est, ita visitant quos amant, ut eis boni aliquid faciant, non, ut eos verbis inanibus pascant: quod tu facis. Haec quoque ita lego, longe aliter, quam Turnebus:

Atque hic ne me verberet, (illud faciet, nisi te propitio)
Male formido.

Nam quod ille secundarum partium in his omnibus Turnebo accinit, non hujus facio. Turnebum miror: veritos miror quidquam unquam pro sano loqui.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Duorum rursum in Poenulo locorum explanatio, & accessio.

PAENE me jam Poenulus delassavit, sed satius est semel defungi, quam quidquam reliquiarum facere. Adolescens impatiens morae, advocatorum, quos secum ducebat, tarditatem accusans, ita loquitur:

Nequidquam hos procos mi elegi, loripedes, tardissimos.

Quod Turnebus ita accipit, ut subsit irrisio: quod senes sint, nec ea aetate qua procos quis suis filiabus deligere debeat. Ego vero contra sentio: & procorum nomine intelligo adolescentes, ea aetate, ut de uxore ducenda cogitare possint. Adolescens enim, qui properaret, senes sibi advocare noluerat: adolescentes sumpserat: sed id sibi nihil profuisse dicit: eum prae mollitia & deliciis, ob id enim eos *procos* vocat, nihilo celerius incederent, quam senes. Idque ipse ita perspicue dicere videtur, ut mirer, non dico Turnebum, hominem perspicacissimum, & eruditissimum, sed quemquam omnino fuisse, qui aliter accipere potuerit. Versus hi sunt:

Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitavi senes,
Scibam aetate tardiores. metuo meo amori moram.
Nequicquam hos procos mi elegi, loripedes, tardissimos.

At id per se videre quilibet duntaxat non tardissimus potuit. Hoc quod subjungam, non item. ubi enim & in Joachimi, & in Dionysii libris ita legitur:

Potare, amare volt, ne qui sciant,

Digitized by Google

deesse aliquid ad versum, nemo est, quin sentiat. Sed unam modo aliquam vocem deesse facile quis crediderit, cum tamen duo propemodum versus desiderentur. Ita enim est in veteribus meis;

Potare, amare volt. LY. *locum lepidum dabo.*
AD. *At enim hic clam furtimque esse volt, ne qui sciant*

Verbum, *volt*, non longo intervallo bis positum, errori occasionem obtulit. Sunt & alia multa in hac ipsa fabula, quae corrigendo deteriora facta sunt. Sed ego mihi jam uno in diversorio nimis diu videor commoratus.

CAPUT XIX.

Seneca emendatur. Suetonius in Caligula ex Homero illustratur.

RECTISSIME & verisime judicarunt duo singulares viri, Victorius & Turnebus, apud Suetonium in Caligula legendum esse,

Ἡ μὲν ἀνάγκη ἢ ἐγώ σε,

eodemque modo apud Senecam, sub finem libri primi de ira. Sed quia is Senecae locus nondum plane perpurgatus est; subjiciam eum, & paulum quiddam, quod in eo adhuc residet & obscuritatis & vitii, si potero, tollam. *C. Caesar*, inquit, *iratus caelo, quod obstreperet pantomimis, quos imitabatur studiosius, quam spectabat: quodque comissatio sua fulminibus terreretur, prorsus parum certis, ad pugnam vocavit Jovem, & quidem sine interpositione, Homericum illum exclamans versum,*

Ἡ μὲν ἀνάγκη ἢ ἐγώ σε.

Parum certa vocat *fulmina*, jocans, quomodo *parum certas sagittas* dicimus, quae non attingunt scopum. Ovidius:

Cer

Certa quidem noſtra eſt: noſtra tamen una ſagitta
Certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit.

Parum certa igitur *fulmina*, quae ipſum Caligulae caput non tangerent, quod unum petere debere videbantur. At illud *ſine intermiſſione* plane depravatum eſt: neque dubium quin legendum ſit, *ſine miſſione*. Vocabant autem *pugnam ſine miſſione*, cum gladiatores ea lege deſcendebant in arenam, ut neutri fas eſſet petere miſſionem, ſed neceſſe haberent, usque eo dimicare, dum alter caderet. quod optime verſui Homerico congruit. Sic apud eruditum in primis & venuſtum ſcriptorem, Appulejum: *Proeliare*, inquit, *& fortiter proeliare*. Et paucis interjectis: *Graſſare gnaviter, & occide moriturus. hodierna pugna non habet miſſionem.*

CAPUT XX.

Xenophontis libri primi Anabaſeos locus non ſatis fideliter ab erudito interprete redditus.

NON fraudabo gloriola ſua ſcito & eleganti praeditum ingenio puerum, M. Antonium, fratris mei filium, qui hodie juſſus a me Xenophontis primum anabaſeos conferre cum interpretatione Romuli, cum alia ſatis multa notavit ab interprete partim omiſſa, partim negligentius reddita, tum hoc, quod mihi animadverſione dignum viſum eſt, cum & inſigne ſit, neque ab optimo typographo, qui tamen in notandis Romuli erratis ſatis alioqui diligens fuit, animadverſum. Xenophon enim, cum, expoſita Cyri morte, de moribus & ingenio ipſius, ut ſolet, diſſereret, multaque argumenta colligeret, quibus oſtenderet, eum multitudini eximie carum fuiſſe, hoc quoque inter cetera utitur, quod quamvis ipſe fratris ervus foret, nemo tamen, deſertis ipſius partibus, ad ratrem transfugerit: cum multi contra quotidie a Xerxe leficerent, ſeque in Cyri caſtra conferrent. Unum excipit Orontem, qui conatus ſit a Cyro transfugere, ſed conatum illum infauſtum ei atque infelicem fuiſſe. Καὶ τοῦτον δή, inquit, ὃν ἔφην πειρᾶσθαι ἀπιέναι, ἔχων αὐτὸν ἐπὶ Κύρου φιλαν-

φιλόπατρον, ὦ ἀνδρες. quae verba ita interpretatur Romulus: *Quem tamen rex, dum sibi fidelem putat, Cyro paene quam sibi amiciorem invenit.* Atque nihil minus dicit Xenophon, quam quod eum Romulus dicentem facit. Neque de rege loquitur: sed eum cui uni ex omnibus plurimum fidei Orontas habebat, repertum esse dicit Cyro, quam Orontae amiciorem. Litteras enim, quas ad regem de proditione ferre jussus erat, ad Cyrum attulit: atque ita proditione detecta, Orontas capite poenas luit. Hoc, cum & ad historiae veritatem vel maxime pertineret, &, mirante me, a puero nondum duodecim annos nato sagacissime animadversum esset, dignum, quod adscriberem, judicavi.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XVIII.

CAPUT I.

De vocalibus eleganter disputatum, ex Platone & Plutarcho; de E, & O. Atheneus lib. X. castigatus.

ARE tenui hujus libri principium ducam: sed quae cognita & voluptatis & utilitatis aliquid habitura est. Aliud esse litterarum nomina, aliud cujusque litterae vim ac potestatem, omnes, opinor, sciunt. Et omnes quidem consonantes nomina habeant, ecesse est. Vis enim & potestas ipsarum, nisi aliqua ocali addita, neque plane exprimi, neque percipi potest. aque apud Latinos earum nomina sunt, Be, Ce, De, f, & similia. Vocalium apud Latinos quidem nomina ulla sunt, sed mera ac nuda ipsarum potestas eis pro omine est Merito. Possunt enim per se, &, ut ita cam, ἄζυγες pronunciari. Graeci tamen etiam vocalius quibusdam nomina indiderunt; aliis breviora, aliis ngiora: duabus tantum vim ac potestatem suam nominis co esse voluerunt. Nam *Alpha* quidem, & *Iota*, & ta manifesto litterarum nomina sunt Duae quoque ocales natura breves, cum per se nimis exiles viderenr, & plusculum temporis in eis appellandis ponendum set, sortitae (*) sunt, non nomina quidem proprie, sed men quaedam quasi nomina, neque ea, quibus hodie rammatici utuntur, qui Epsilon & Omicron vocant: d alia. Nam E quidem EI, O autem OY veteres nonabant Sed & e consonantibus *San* vocabant, quae die *Sigma* dicitur. Vetustissimi autem neque Eta, neque

*) *Sortiri*, pro nanciscì, non est melioris aetatis.

que eam quae hodie *Omega* dicitur in usu habebant, si aut ipsis brevibus earum loco utebantur, aut brevib geminatis, longitudinem indicabant. quod & figurae ips rum demonstrant. nam si duo E adversis frontibus scr bas, eaque inter se conjungas hoc modo ΕΞ, deletis p stea transversis lineolis, quarum altera in summo, altera imo est, habebis H. Sed & O productum ita signabant unde effectum est ad scribendi celeritatem illud quo h die utimur ω. Y autem & Ω non, ut hodie, Ypsilon Omega, sed simpliciter Y & O nominabant. Plato Cratylo: τὸν ψιλόν, οἶδα, ὅτι ἀνάγκη λέγειν, ἐπ' ἐ αὐτὸ τὸ ψιλόν, πολὺ πνεύμων, τὸ ι, τὸ Ξ ν, τὸ Ξ ο, τὸ Ξ τοῖς δ' ἄλλοις φαίνεταί τι ἐν ἀφύσει, οἷόν ἐστι τὸ ξι ψιλὸν λεγόμενον λιγρόν, ἀνόμοιον πᾶσιν. Longum esset totum locu adscribere. plura qui volent, ab ipso petant. In eode dialogo ait, quosdam e veteribus dixisse ἰμέρραν quae poste ἰμέρρα vocata sit. Ἔρρω quoque fuit, qui postea Ἔρως. τὸ δ inquit, ἀντὶ τοῦ ω ἐχρώμενα. Et in eodem, ἐν δὲ τῷ ἐχρώμενα, ἀν ου τὸ παλαιόν. Sed & ante repertum ω, scribebant τοῖ λεοῖ pr τῷ λαῷ, τοῖ λόγοι pro τῷ λόγῳ, & cetera eodem modo. U de apud Euripidem in Phoenissis σοῖ τιν φιλτάτοιν pro σῷ φίλτατ, quod qui non intelligebant, fecerunt, σοὶ τιν ἴσ νοι. Cum autem quod nunc Epsilon dicitur, id veteres ut dixi, ΕΙ, nominarent: factum est, ut littera illa templo Apollinis Delphici consecrata, multis eruditorum hominum disputationibus celebrata sit: quae cognos possunt ex Plutarchi libro περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς: una enim litteram fuisse, & apertissime ex eo ipso libro i telligitur: & e quodam ejusdem scriptoris loco in libr περὶ τοῦ ἀναλελωπότων χρηστηρίων, ubi ita legitur: ὁ ἢ ἐν ἀναβιβάζομαι ἐκὸς τόπων, ἀλλ' ἡ πρὸ μικροῦ πεπαῦσθαι, ἐ πλειόν δημιεργῶν, τὸ πῶς ἐν τοῦ ἀεμαῦ τούτου σοῦ τὸ πλῆθος λόγ εἶδον ἂν μοι δικῶ μηθὲν, ἢ τῆς ἐσπάδα τοῦ Ε ἐπιμεμένας τ ἀληθείαν. Cumque item quod nunc vocamus Omicron ipsi vocarent OY, ea fuit una littera, qua Lacedaemon Philippo regi responderunt: ὐ, ut quidam inepte somn ant, quae nota nuper inventa, non littera est, sed O cujus nomen negandi vim habebat. Et ita intelligend Ausonius:

Una fuit tantum, qua respondere negantes,
Littera, & irato regi placuere negantes.

Digitized by Google

Et rectissime in divina Apocalypsi, Ego sum Alpha, & O. nam parvum quidem o vocabant ΟΥ, ultimae autem litterae idem nomen & potestas erat. Itaque nihil necesse est Latine loquentibus addere illud *mega*. Libet hic adscribere verba Eustathii e principio Commentarii in quintum Iliados, quibus haec confirmantur: Ἰσέον ἦ ὅτι τὸ ι μιχθὲν ΕΙ ἄλλην δὲ παλαιαὶ, σφετερισθὲν τὸ ι, ὅτε τῇ ΑΙ ἀφθόγγῳ ὁμοιοῦτο, διώνυμον ἀξιωμάτων τῇ αὐτῇ, πρὸς τῷ πάθει τοιχῶν. τοιοῦτον ἦ τοιοῦτο τῷ ἐπὶ Ε μικρῷ ω. τῷ αὐτῷ φησὶ ΑΙ τὸ αὐτὸ αὐλέων λέγεσθαι. His de rebus extant versus Calliae apud Athenaeum libro decimo, sed mirabiliter depravati, quos ut partim ex veteri codice, partim etiam conjectura ductus, legendos putem, exponam, si prius breviter eorum sententiam exposuero. Inducitur mulier alias mulieres Grammaticam docens, quae primum quidem eas monet, primam vocalem vocandam esse *Alpha*: secundam autem ΕΙ tantum, at tertiam non simpliciter vocandam Ε, sed ΕΤΑ. Tum interrogat eam una ex discipularum numero, num quarta quoque vocalis ita simpliciter vocanda sit, ut sonat.. cui respondet magistra, non suo tantum sono vocandam, sed *Jota*. Interrogata rursus de quinta, respondet eam vocandam esse ΟΥ, at sextam vocari tantum Υ: & ultimam Ω, & sic esse septem vocales, sed in metris tantum. nam ο & ω, ε & ω tempore tantum differunt, ceteroqui sunt eaedem. Addit denique, eam, cum haec semel dixit, denuo repetere, ut magis in animis discipularum infigantur. Versus hi sunt,

ΑΑΦΑ πρῶτον, ὦ γυναῖκες, ΕΙ τὸ δεύτερον μόνον
Χρὴ λέγειν. Τρίτον ἦ μόνον ἀ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ΗΤ' ἐρεῖς.
Ἆρα φήσει τις τὸ πέμπτον αὖ μόνον; Οὐκ, ΙΩΤΑ γάρ.
Τί ἦ τὸ πέμπτον, Πίστευε, ΟΥ, τὸ δ' ἕκτον Υ μόνον λέγε.
Λοίσθιον Ω. Τί ἐστιν φωνῆ, ἐστὶ δ' οὐ μίσγεις μόνον.
Καὶ ταῦτα λέξας, εἶπε δὴς πανὶ λαλεῖ.

Quinque versus sunt trochaici, quibus unus senarius jambicus subjungitur.

CAPUT

Caput II.

Loci duo Athenaei integritati restituti.

Libet & alios quosdam emendare: ac primum eum qui haud longe a principio hujus sermonis de gryphis legitur, quo mulier quaedam apud Comicum Alexin somnum obscure describens inducitur:

Οὐ δύναμαι, εἰ μὴ δύναμαι, δι' ἔχω τινὰ
Σύνεσιν, ὅτι μήτ' ὁ ἀνθρώπου βίος,
Μήτ' ὢν ἐγὼ ζῶν, ἄλλο φύσαι τ' ἄν
Καινῶς, φίλον τι τὸν παιδίον πάλιν
Λέγοντ' ὄψιν, γνώριμον δ' ἅπαντ' ἴσον.

Hi duo postremi versus in omnibus Athenaei editionibus desiderantur: qui tamen sunt in veteribus libris: & leguntur apud Eustathium. Est & valde corruptum distichon quo Apollo ipse, ubi & qua matre genitus sit, exponit. Legendum autem hoc modo,

Ἐν φανερᾷ, γλαύκωπα, πέτρᾳ δὲ μιν ἀλκμήνη τέκε
Ἀμφὶς ἰχέ, μήτης δ' ἐς ἀελλοπόδων πάϊς.

In eodem libro, in extremo, exagitat Athenaeus turpe quoddam & flagitiosum genus quaestionum, quae superiore tempestate in conviviis proponi solebant, indicatque alias elegantiores, & liberaliter educatis hominibus digniores, ex quibus & voluptas percipi, & simul quam diligenter quisque in studiis versatus sit, intelligi possit. Sed similitudo duarum vocum, παιδὸς & παιδὸν, induxit librarios, effecitque, ut in vulgatis libris locus hic ita decurtatus legatur: ἄνωγε τὸν παιδίον εἰκοστόν, cum legendum sit: ἄνωγε τὸν παιδὸς μὲ ἑκατὸν ἔτος μάντιν τε χρηστὸν τῆς ἱερᾶς ἀρχῆς παιδόθεν εἰκοστόν. Hujus generis multa admodum in Athenaei libris emendata jam pridem habeo. Diligenter enim Venetiis primum, deinde Romae totum illum scriptorem cum libris veteribus contuli. Sed in eo proferendis ero parcior: quod & a diligentissimo typographo novam Athenaei Graecam editionem adornari audi-

Digitized by Google

dio: & scio esse in Belgis (*) hominem eruditissimum, qui studium in eo emendando posuerit, eumque a se Latine incredibili felicitate redditum brevi editurus sit. Illorum igitur industriae pleraque omnia integra servare malo.

CAPUT III.

Elegans Horatii locus de ira, ex vetere libro restitutus.

QUI irati sunt, eos apud se non esse, & exisse ex potestate dicimus, & a furiosis atque amentibus tempore tantum differre. Itaque cum ad se redierunt, poenitet plerumque illos eorum, quae per iram fecerunt: eaque, si possent, infecta redderent. Hoc ita expressit Horatius in Epistola ad Lollium:

— *Qui non moderabitur irae;*
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens.
Dum poenas odio per vim festinat multo.

Sed ille συνδυασμὸς doloris & mentis mihi semper visus est ἀσύνδετον: neque unquam satis intelligere potui, quomodo quae facta essent per iram, ea mens suasisse diceretur: cum, ut furiosi, sic irati mente minime omnium utantur. Neque tamen quidquam mutare audebam, donec in vetustissimo libro Vaticano aperte, & sine ullo liturae vestigio ita scriptum reperi:

Infectum volet esse, dolor quod suaserit amens

Amens profecto sit, qui hanc scripturam vulgatae non anteponat.

CAPUT IV.

Dolus alius bonus, malus alius apud Jurisconsultos.

QUOD Juris studiosi notant, alium *bonum dolum* esse, & alium *malum*, idem Graeci quoque Grammatici docent ad

(*) Intelligit, in fallor, Guilielmum Canterum, qui paucis ante annis praeclare de Athenaeo meritus erat insigni ejus lacuna e MSS. explenda, Nov. Lect. III. 31.

ad illum Homeri e secundo Iliados locum, ubi Agamem non non se a summo Jove dolo malo in fraudem inductu conqueritur:

Ζεῦς μοι μέγα κρονίδης ἄτη ὁϊδυκερῇ βαρύθει,
Σχέτλιος, ὃς πρίν μοι ὑπέσχετο, καὶ κατένευσεν
Ἰλιον εὐπύργητ' ἀνιέμεναι ἀπήμονα.
Νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην βουλεύσατο.

Bonus autem dolus est, qui prodest ei ipsi qui decipitur ut ille, quo medicos absinthia pueris propinantes, uti ai Lucretius, & a tali dolo ne deum quidem abhorrere Ae schylus dixit,

Ἀπάτης δικαίας οὐ θεοστυγὴς θεός.

Et ita accipiendum illud Herodoti: ὑπὸ χρεὸς ἢ ψεύδε λ γεσθ, λεγέσθω. Plato quoque ita distinguit mendacia, u quaedam utilia esse fateatur: & iis quidem qui praesunt licere putat in tempore adversus eos, quibus praesunt mendacio uti: cum tamen idem iis qui alieno imperio sub sunt, adversus eos quibus parent, licere non debeat. Se & in bello laudantur qui hostem circumveniunt, dum n quid adversus fidem interpositam fiat: & illa sunt, qua vocantur *strategemata*. Et quod Homerus *dolosum* Ulixen vocat, ad commendationem ipsius pertinet, quod mult solerter & ingeniose adversus Trojanos machinaretur.

CAPUT V.

Aristotelis locus I. *Physicorum ex Galeno emendatus, & auctus.*

NOBILIS est, & celebratus Aristotelis locus e libr primo de Principiis, ubi ait, sibi, si summo jure agere velit, nihil causae esse, cur adversus Parmenidem & Melissum disputet: sibi enim institutam esse disputatio nem de principiis: at ab eis principia ipsa tolli. Nam cum eorum uterque unum modo esse ens diceret, quan vis ipso nomine principium intelligeret, hoc ipso tame vim ipsam & notionem principii funditus evertebat. U enim pater intelligi non potest sine filio: ut nugetur, qu

Digitized by Google

quis causam aliquam esse dicat, quae tamen nullius rei causa sit, ita ridiculus est, qui dicit principium quidem esse, sed praeter ipsum principium, nihil. Certe enim si principium est, alicujus aut aliquorum principium sit; necesse est: quo posito, sequitur, ut plura sint. Qui ergo dicit unum esse principium, & praeter illud, nihil esse, compungit, quasique comest ipse se, & id ipsum quod ponere vult, eadem oratione labefactat. Omni autem disputationi propositum esse debet aliquid de quo disputetur: idque oportet constare esse: quomodo enim de eo quisquam disputet quid sit, aut quale sit, quod sit, necne sit, ambigatur? Sed & cum id ipsum quaeritur, sitne aliquid, an ne sit; convenire & constare oportet inter eos qui disputant, cujus vel rei vel speciei temere effictae vox illa, qua id appellatur, symbolum sit. Ut, si quaeramus, sit omnino Satyrus, an non sit, explicari aliter disputatio non poterit; quam si ponatur, sive hoc animal, sive hanc inani opinione conceptam animalis imaginem esse, quam Satyrum vocent. Ita quod sit, nec ne sit, ambigimus; id ipsum, cum de eo disputatur, esse quodammodo ponimus. Formarum enim inanium & commenticiarum τὸ πάντων ἐστὶ ἔστιν ἔστιν αὐτὸ τὸ εἶναι, ut somniorum, nihil aliud est quam ita in mente informari ac concipi. Utitur autem Aristoteles, ad id quod agitur illustrandum, comparatione quadam Geometrae cum Physico. Nam Geometres, si quis neget vera esse, ea quae principio tanquam certa ab eo & explorata ponuntur, ut communes sententias, postulata, finitiones, a quibus omnes geometricae demonstrationes tamquam a quibusdam fontibus manant: haerebit, si quidem artis suae finibus continere se voluerit: neque enim poterit ea demonstrare, ut Geometres, quae in Geometria omnium prima sunt. Ut igitur geometres adversum illum, qui tollit principia, non disputabit, ita nec Physicus. Quod igitur adversum eum, qui artis alicujus principia tollere conatur, perfugium est? Si qua sit ars superior, cui haec quae ita vexatur, proprie subsit, & ex qua pendeat; ab ea auxilium petimus Exempli causa, cum medicinae praecepta ita ex physicis apta sint, ut ubi definit physicus, incipiat medicus, sintque principia medicinae ea ipsa quae conclusa sunt a Physico: si medicinae principia negentur; a Physicis petenda erit eorum confirmatio. Sic si negentur prin-

principia optices, ad Geometriam: ſi Muſices, ad Ari
thmeticen recurremus. Sin ejusmodi nulla ſuccurret; e
imploranda erit, quae omnium ſuprema eſt, quam Plat
Dialecticam, Ariſtoteles *primam philoſophiam* vocat. Ne
que, inutilis ad hanc rem futura eſt e. quoque quam Ari
ſtoteles *Dialecticam* nominat: quamque octo Topicorum
libris complexus eſt: nam & ipſa de aliarum artium prin
cipiis diſputat, ſed molliore, ut dicitur, brachio, quip
pe quae probabilitatem tantum conſectetur: cum illa al
tera ad veritatem ipſam dirigatur. Et hanc quidem fe
re Ariſtotelis eſſe ſententiam conſtat. Sed verba ipſiu
non omnes eodem modo legunt. Etenim in omnibus
quos ego quidem viderim, Ariſtotelis libris ita ſcriptum
videas: ὅσοις δὲ καὶ τοῦ γεωμέτρου εἶπεν λόγῳ ἰσὶ πρὸς τὸν ἀνα
λύοντα τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ μὴ ὅτι ἐπὶς ἐπισήμας, ἢ κοινὸν πάντων
ἀδίκημα τοῦτ' ἐστὶν. Neque aliter legit rudis ille Latinus in
terpres, qui ita vertit: *Sicut enim Geometrae non amplius
ratio eſt ad deſtruentem principia, ſed aut alterius ſcien
tiae, aut omnibus communis, ſic neque alicui de princi
piis.* At apud Galenum libro primo de Elementis hoc
modo: ὅσοις δὲ τοῦ γεωμέτρου εἶπεν λόγῳ ἰσὶ πρὸς τὸν ἀναιροῦν
τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μὴ ὅτι ἐπὶς ἐπισήμας, ἢ κοινὸν πάντων, οὔτω
δὲ καὶ φυσικοῦ. Eſt autem non leve diſcrimen inter haec
duo, πάντων κοινὸς, & κοινὸν πάντων. Illo enim ſignificatu
ars aliqua, quae ad alias omnes permanet ac pertineat.
At Galenus ad illam quidem communem artem refert id
quod antecesſit, ἐπὶς ἐπισήμας: hoc autem κοινὸν πάντων
ita accipit: omnes homines, cujuscunque artis ſcientiam
profiteantur, quaſi conjuratione facta, concurrere de
bere ad oppugnandum eum, qui principia evertit, ut qu
ipſam vitam evertere videatur. Idque aperte conſtat ex
verbis ipſius, quae ſubjiciam: τῆς δὲ ἀναιροῦσι τὰ σοφιστικὰ φαν
τάσματα, ἢ κοινὴ πάντες ἀνθρώπους μεμφόμεθα συστῆναι, ὡς ἀναιρεῖτα
τὸν βίον, ἢ τύχοι πᾶσι, ὅσοις τὰς ἀρχὰς ἀναιρεῖσθαι συστήσασθ
παρὰ τὰς τῷ μίρῳ ἀπάσας. De his varietatibus ita cen
ſeo, ἀναιροῦσι melius legi quam ἀναιροῦσα, ſive πάντων κοινῆς
ſive κοινὴ πάντων quis legat, magnos habiturum ſententia
ſuae adſtipulatores: omnino autem melius legi, οὕτω τ
φυσικῷ, quam οὕτω καὶ ἀρχῶν.

CAPU

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Ciceronis e Philippica secunda loco diligenter quaesitum.

APUD Ciceronem, libro secundo Philippicarum locus tentatus a multis eruditis, & ingeniosis hominibus, d a nullo tamen usque adhuc integritati suae restitutus. egitur autem in vulgatis libris hoc modo: *Venisti e llia ad Quaesturam petendam. Aude dicere, te prius patrem tuum venisse, quam ad me.* Atque ego ante s viginti annos cum Lutetiae libros illos a me purgatos idi, secutus sum vulgatam scripturam; quamvis in timo libro, quo usus eram, scriptum reperissem, *ad rentem tuum:* quod illud *parentem*, eo quidem loco, genue ut loquar, mihi subineptum videretur: neque ta- en celavi lectores, quid in optimo libro scriptum exta- t. Faërnus qui paulo post, ipse quoque eodem libro us, easdem orationes hic Romae edidit, veterem scri- uram hoc quidem loco cum fide repraesentavit. Extitit stea homo ingeniosissimus & eruditissimus, qui de eo co satis copiose scripsit, necessariisque rationibus per- cit, neque *patrem*, neque *parentem* legi posse: quod que de patre Antonii, neque de vitrico, neque de pa- uo, neque de quoquam ex fratribus dictum hoc intel- gere liceret. Statuit igitur, legendum esse *ad matrem am:* idque ab aliis magno consensu probatum est. Ma- s autem confirmatus esset in illa sententia, si veterem rum vidisset, quem ego postea nactus sum, in quo le- tur quidem *ad patrem tuum:* sed ita ut manifesto ex li- ra appareat, scriptum prius fuisse, *ad matrem tuum*, de- le erasa littera *m*, substitutam in locum illius litteram ab aliquo videlicet, qui tam apertum soloecismum re non posset. Ego autem non dubito, quin duae po- s litterae adjungendae fuerint, scribendumque, *ad ama- em tuum*: ut intelligamus Curionem, cujus impurae idini pro scorto tunc erat Antonius. Atque hoc ita hi perspicue verum videtur, ut ne confirmandum qui- m pluribus verbis putem. Certe Carolus Sigonius, cum ntentiam super eo loco meam decem abhinc annos per eras exquisisset, ita eam probavit, ut ad me postea

scripserit, nihil sibi videri potuisse rectius aut verius cogitari.

CAPUT VII.

Alia item ex eadem oratione menda sublata.

Sunt in Philippicis adhuc quaedam, quae & meam & Faërni diligentiam fugerunt: quae, ut quodque occurrerit, notabo. Tale est illud e libro secundo: *Licinium Denticulam de alea condemnatum, colluforem suum, restituit: quasi vero ludere cum condemnato non liceret: sed ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret.* Ubi ita legendum est: *Licinium Denticulam de alea condemnatum, colluforem suum restituit: non quasi ludere cum condemnato non liceret*, & cetera. At Lambinus quam multa de suo addidit? neque mirum. non enim librariorum errata tollebat, sed Ciceronem ipsum, si quando non satis commode locutus videretur, corrigebat. *Volumnia* autem *mima*, de qua illic tam multa dicuntur, filia erat Volumnii mimi, quem secum in castris Antonius habebat, ut cognoscitur ex Plutarcho in Bruto: &, nisi me fallunt omnia, is ipse est Volumnius, ad quem Cicero jocose & familiariter scribit libro septimo Epistolarum, quae *Familiares* dicuntur, in extremo. At quod in eadem oratione legitur, *postea cultus sum a te: tu a me observatus in petitione Quaesturae;* semper mihi, ut jam tum testatus sum, suspectum fuit. Vix enim est, ut eum a se Cicero observatum dicat, a quo ipse coleretur: neque videtur par esse, ut adolescentulum Quaesturae candidatum Consularis senex, ea gloria, iisque rebus gestis, observasse dicatur. Cum igitur in optimo quidem libro legatur *ovatus*, in altero autem meo deterioris notae, *beatus*, verebar, ne legendum esset *sublevatus*. Ita certe loquitur Caesar libro primo, de bello civili: *Quod in petitione Consulatus ab eo erat sublevatus.* Sed hoc meum quoddam somnium est, de quo verator (*), aut conjector aliquis judicabit. *Charybdin* quandam in eodem libro esse Antonium dicit: aut certe cum Charybdi eum comparat *Quae Charybdis*, inquit, *tam vorax?* Et fieri quidem potest, ut neminem in eo imitatus sit. Sed tamen qu

pu

(*) *Verator*, suspectum vocabulum.

Digitized by Google

putet eum hoc ab Aristophane sumpsisse, non multum, ut opinor, erraverit. Sic enim & ille in Cleonem:

Βοᾶν, κακῶς τ' ἀκούειν ἢ περιστιχίζειν,
Καὶ πλάνδην, ἢ φάσγανα, ἢ χαμαιβόλια ἀφιέναι.

CAPUT VIII.

Elegans Platonis librorum de Rep. initium. Lysiae stilus. Fabius Quintilianus correctus.

In scriptoribus pectendae ac comendae orationis studiosis, ea ipsa nonnunquam quae sponte fusa omnibus viderentur, summo studio elaborata & expolita sunt. Quod ego mihi saepe in Lysia observasse videor: ut cum verbis plerumque quotidianis utatur, structura tamen & collocatio eorum nullo modo mutari queat, quin aliquid de gratia & suavitate orationis detractur. Tantum apud probatos artifices in ipso singularum vocum ordine, & conjunctione momenti est. Audivi a maximis viris, quique id facillime nosse poterant, Ludovicum Ariostum, nobilissimum nobilissimae domus praeconem, in duobus primis grandioris illius poëmatis sui versibus plus quam credi potest laborasse, neque sibi prius animum explere potuisse, quam cum illos in omnem partem diu multumque versasset. Idem accidit & nobilissimo Etruscorum poëtarum, Francisco Petrarchae: cujus ex autographo, quod habuit vir praestantissimus, Petrus Bembus, facile cernitur, eum in limando secundo item poëmatum suorum versu saepe sudasse. Sed hoc in poëtis fortasse minus mirum est, qui verba dimetiuntur, omnesque lepores ac festivitates dicendi aucupantur, voluptatique lectorum se vel maxime servire profitentur. Justius id aliquis in Platone miretur, cujus post mortem reperta fuisse tabulas dicunt, in quibus principium librorum de Republica, quo nihil videtur esse simplicius, iisdem vocibus, sed alio atque alio ordine collocatis, saepius ab eo variatum fuerat. Auctor hujus rei Dionysius Halicarnasseus, cujus verba subjiciam: Ὁ δὲ Πλάτων τὰς ἐκκειμένας ὑπ' αὐτῷ λέξεις ἐπιζεύγνυσι καὶ διαπλέκει καὶ διαλύει καὶ ἀναπλάττει πολλαχῶς· ἔστιν ὅτε γοῦν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Πολιτείας γράμματι τὸ δὲ τῆς Φιλοσοφίας τέλος ἐν τῷ δευτέρῳ ἐποίησε, τὸ δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον

ἐν ἀεὶ τὴν Πλάτωνι, ἐν πολλοῖσιν ἀυτοῦ λόγοις ἀρίστοις ποικίλοις μαλακοῖσιν τὰ ἀρχαῖα τῆς πολιτείας ἴχνεσι τοῖσδε Καικίλιε χρῆσι εἰς Πειραιᾶ μᾶζι Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος. Narrat idem & M. Fabius libro octavo Institutionum, his verbis: *In ceris Platonis inventa sunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piraeeum se descendisse significat, plurimis modis scripta.* Scio, Fabi verba aliter in vulgatis libris legi: sed ego meum secutus sum, qui, ut curiosus mucidusque non sit, est tamen

Jam senior: sed cruda libro viridisque senectus.

CAPUT. IX.

Plautus Mercatore, locis aliquot restitutus & auctus. More majorum, contra Alciati sententiam. Tuis ingratiis.

ITERUM mihi Plautus vocandus ad partes, & magn quidem gratia iis, qui eum tam multis corruperunt nam, absque illis esset, saepe haec opera nostra haeret. Nunc ut boni patresfamilias succidiam domi par tam & suspensam habent, ex qua cenam petant, si quan do ex macello non licet: sic & nos, cum aliud deest, Plauto petimus, quo has epulas instruamus. Hic igitu missus e Mercatoris prologo apparabitur. In quo ho primum ferre non possum, quod is ipse adolescens, c jus primae partes in ea fabula sunt, fabulam esse ea confitetur, & tum Graeci, tum Latini poëtae nome eloquitur: & attentionem a spectatoribus postulat: quo etsi aliis quoque locis factum a Plauto est, ex arte t men non esse constat: neque cuiquam unquam excus tioni fuit, quod alias etiam saepe peccasset. Eodem ju in Cistellaria tum demum ἀγνόημα, cum jam inter se mu ta locutae mulieres essent. Miror, posteaquam sen omnia audere coeperat, non exspectasse aliquando, du aulaea tollerentur: ut epilogus esset, non prologus. quis eorum, qui hodie comoedias scribunt, talia fac ret, (de iis loquor, qui in eo poëmatis genere cum lau versantur) sibilis subsellia omnia circumsonarent. S Plautus, dum diceret aliquid quod risum moveret; qu ex arte, quid minus esset, non nimium laborabat. M

Digitized by Google

o nitidior Terentius, multo accuratior. Neque imme-
ito fabulae ipsius a Laelio ac Scipione scribi putabantur.
Tertius versus in uno ex meis ita legitur:

Non ego item facio, ut alios in comoediis
Vidi facere amatores.

eque tamen nego *idem*, ut in aliis, legi posse. Sed certe
unc ita legendum arbitror:

Graece haec Philemonis vocatur Emporos.

e hic unus versus inter tot rectos claudicet. in meis
item corrupte legitur, *matii*, pro quo legendum *M. At-
i*, & nomen illud per *t*, non per *c* litteram scribi opor-
et. Jam duo illi versus,

Et hoc parum esse more majorum institi,
Per me percontatus, sumque index illico.

a, ut eos scripsi, in meis libris leguntur. Sed aut mira-
liter corrupti sunt, aut quod mihi verisimilius videtur,
iunde huc invecti. Nulla certe sententia, quae quidem
nic loco conveniat, ex eis extundi potest. At noster,
lciatum secutus, ita legit:

Neque haec pernosse more majorum institi:
Per me percontatus sum, sineque indice aliquo.

ita interpretatur: *Non coepi haec pernosse more majo-
m., id est, indicibus auditis, seu per indices. Per me,
c est, solus, ea perquisivi, & sine ullo indice.* Hic
lciatus quidem, *apud Plautum*, inquit, *in Mercatore mo-
majorum cognoscere, est, indicibus prius auditis, de
capitali cognoscere, nec enim prius nomen cujusquam
ter reos recipiebatur, quam indicium factum esset.* Quae,
r Deum immortalem, res capitalis hic agitur? quod
dicium exercetur? Quid huc mos majorum pertinet?
id ullis indicibus opus est? Incautus adolescens, se,
m Rhodum venisset, mulierculae amore captum con-
etur. Et ait, si Alciatum auctorem sequare, se adver-
s morem majorum fecisse, qui per se haec percontatus

sit, sine indice aliquo. Videlicet is mos majorum fuit, ut adolescentes, quos amor meretricis alicujus cepisset, non per se id percontarentur, sed exspectarent indicem aliquem, antequam ipsis de ea re cognoscere liceret. Quae illaec delira sunt? quae febricitantium somnia? Ea cujus responsa pro oraculis habere debeamus. Venio ad alia. In veteribus libris est, recte, ut puto,

Ineptia, stultitiaque adeo & temeritas.

Neque metuendum est versui. nam duae consonantes, a quibus vox sequens incipit, producunt vocalem, quae antecessit; ut ἵππος πτερόεις, & in illo Ennii,

Caesa accidisset ad terram abiegna trabes.

Sic enim plane veteres libri: & in illo Catulli,

Et inde tot per impotentia freta.

& saepe alibi. Grammaticos autem non habeo nauci, qui inepte *ineptiam* dici vetant, *ineptias* jubent. Magis me Terentius movet:

Ita me di ament, ut video ego tuam ineptiam,
Facturum credo, ut habeas quicum cantites.

In illo Plautino versu,

Principio atque animus ephebis aetate exiit.

voces illae *atque animus*, delendae sunt: ut quae huc principio versus sequentis irrepserint. Nam Lambinus qui pro eis substituit, *ut animus*, occultavit vitium, non sustulit. Et ridiculum est dicere, animum exisse ex ephebis: quasi animi quoque pubescant, ut corpora. Legendum autem,

Principio ut ex ephebis aetate exii.

& ubi vulgo, *Summo haec clamore, interdum mihi se co loqui*, reponendum, e sanctuariis, ait Turnebus, bibliothecarum:

Summ

Digitized by Google

Summe haec clamore, musſans interdum loqui,

& paulo poſt, *Omnes tenerent mutuitanti credere.* Sed & illud in veteribus hoc modo,

Omnes labores invenisſet perferens.

ut rectisſime Scaliger ita legendum conjecerit. Nunc quoe ſubjiciam tale eſt, ut non videar iniquus fore, ſi dicam, aliquid mihi pro eo a Plauti amatoribus debitum iri. Nam & verſum unum in integrum reſtituam, & alterum, qui jam pridem ab omnibus editis libris exulat, Plauto ipſi reddam ac reſtituam. In libris Joachimi ita legimus:

Convicium tot me annos jam ſi paſceret.
Quod niſi puderet, ne luberet vivere.

Lambinus emendat,

Convicium tot me annos jam ſic paſcere.

& ita exponit: *Se tot jam annos ſic paſcere me, per appoſitionem, convicium ſuum, hoc eſt, turpitudinem ſuam, & dedecus ſuum.* Deinde mutat, & confingit nobis novam vocem *commulcium:* quam ait eſſe non omnibus auditam aut cognitam. quod ego non tantum fateor; ſed illud etiam addo, eam ne ipſi quidem auditam aut cognitam fuiſſe, antequam eam cuderet. Ait autem, ea ſignificari vibicem. In quo pugnare nolim. Nihil enim aequius, quam, ut patres quae volunt filiis nomina imponunt, ita eum qui vocem aliquam gignit, ipſum edicere quid ea ſignificari velit. Sed cum *commulcii* nomen eadem forma percuſſum ſit, qua verbum *excolubrandi*, utrumque auctori ſuo diligentius excolubrandum relinquamus, cenſeo. Interea melius credemus veteribus membranis, quae ſic habent:

Convicium tot ſe annos jam mihi phaſcere.

niſi quod corrigemus ridiculum errorem librarii, qui ſcripſit *phaſcere*, cum ſcribendum eſſet, *facere.* at alii, de-

lita aſpirationis nota, fecerunt *paſcere*. Statim autem poſt illum verſum, hic ſequitur,

Suisque ingratiis me vitam agere perperam
Quod niſi puderet, ne luberet vivere.

Praeclare omnino. eſt enim, *ſuis ingratiis*, ſe invito ac renitente. ſic hac ipſa fabula:

nimis multum ſcis. Tuis ingratiis.

& in Caſina, *amborum ingratiis*. Jam in illo verſu,

Ibi multo primum ſe familiarium,

& lex carminis, & vetus liber docet, pro *primum* legendum *plurimum*. & in illo,

Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis,

multo melius, quod in vetere eſt, *metes*. & illud,

Adeo dum, quae tum haberet, peperiſſet bona.

ubi male vulgo, *quaeſtum*. Sed jam caput hoc nimis excrevit.

CAPUT X.

In Nonio Marcello emendati ſcriptores, Plautus, Varro, Cicero, Turpilius, Lucilius, & Afranius.

MULTA pridem notavi in Nonio: ſed pleraque ita mihi levia videntur, ut pigeat edere. Quia tamen multos eruditos homines his quoque leviculis delectari video, unum aut alterum apponam. In verbo *olivitatem*, citatur Varro *de re publica* libro primo: cum legendum ſit *de re ruſtica*. Ibi autem, ut ſaepe, ineptus eſt in referendis Varronis verbis Nonius, qui quaedam, quae ad mala Punica pertinent, ita conjungit cum iis, quae ad oleas, ut ea ipſa quae citat, ab eo intellecta eſſe non putem. Ac puta-

putarem librariorum culpa id contigisse, nisi ipsi Nonio non inusitatum esse scirem. In verbo *cursus*, Plautinos versus ita lego:

Pol ad cubituram, mater, magis tum exercita
A te, quam ad cursuram. eo sum tardiuscula.

In verbo *lanitium*, Laberianos hoc modo:

Nihil refert, e lanitia mollem Attica,
An ex hircorum pecore vestitum geras.

In voce *mercatus*, verba Varronis, hoc modo: *Ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus.* Versus Turpilii hoc modo:

Consilium hoc cepi: litteras misi ad senem
Nostrum, processe nobis ex sententia
Mercaturam.

In verbo *capi*, non video quo colore defendere negligentiam suam possint, qui se Nonii emendatores professi, passi sunt, verba Ciceronis ita legi: *Non possum adduci & suscipere pecuniae captum.* cum vel caeco perspicuum sit, legendum: *Non possum adduci, ut suspicer te pecunia captum.* In verbo *elidere*, lego: Lucilius Satyr. lib. II.

impuratum hunc

In fauces invasse, animamque elisisse illi.

Sed & illud nimis crassae ac supinae negligentiae est, quod in verbo *offendere*, Plautinum versum ita depravatum reliquerunt:

Eo more expergefactum adveniens tenebrosum offendi dominum.

cum in omnibus exemplaribus Plautinis recte legatur,

Eo more expertem te factam adveniens offendi domum.

In voce *ſpurcum*, verſus Afranii ita legendos ſuſpicor:

O dignum facinus, adoleſcentes, qui optimas,
Bene convenientes concordesque cum viris,
Repente viduas faciat ſpurcitia & protris.

Et mox in verbis Varronis *lictorem*, non *lectorem*. Piget plura addere. Ita mihi quo plura ſunt, eo minoris videntur.

CAPUT XI.

Principem legibus ſolutum quomodo intelligendum ſit, ex Platone diſputatum, qui & corrigitur.

IMPROBA olim & perniciosa plurimorum animos occuparat opinio, id demum jus eſſe, quod utile foret potentiori: eaque diſerte ac copioſe a Thraſymacho apud Platonem defenſa, quanquam a Socrate poſtea refutata divinitus, ita firmiter tamen haeſit in potentiorum animis; ut propagata, quaſique per manus tradita, & ſummo ſtudio retenta, ne nunc quidem eis facile detrahi poſſe videatur. Ac ſi quidem recte, ut par eſt, intelligeretur, veriſima & honeſtatis plenisſima eſſet. Eadem enim prorſus eſt imperantum, & eorum quibus imperatur utilitas: neque poteſt quidquam a communi utilitate ſejunctum, principi, qui modo nomen illud tueri velit, utile videri. Cum igitur quae juſta ſunt, ex publica potiſſimum utilitate ſpectentur: vere Flaccus utilitatem quaſi *matrem* quandam *juſti & aequi* eſſe dixerit, ſi hoc primum ponatur, nihil principi utile eſſe, niſi quod publice utile ſit; recte ex eo, non aliud eſſe jus, quam quod principi utile ſit, conſequetur. Sed plerique potentium, quibus ab aliis occupationibus tantum otii non eſt, ut vacet iſta tam tenuiter acuteque rimari; in ſcholis iſta inter pueros, & inter homines a rerum agendarum ſtudio remotiſſimos jactari ſinunt: ipſi craſſius & ſimplicius philoſophantur: neque quod juſtum eſt, id ſibi utile eſſe: ſed quod ſibi utile putant, idem juſtum etiam eſſe concludunt. Utilitatem autem ſuam opum & potentiae magnitudine & nullis infrenata legibus explendarum cupiditatum licentia metiuntur. Neque ullam cantilenam, aut ullum acroama libentius audiunt, quam leges ipſas dicere,

Digitized by Google

se, principem legibus solutum esse, &, valere jussis interpretibus quibusdam nimio acumine molestis, qui dictum illud non tam late patere, sed de certo quodam duntaxat legum genere accipi volunt, ipsi, ut leges condere, ita leges interpretari, suum esse dicentes, omnibus se & humanis & divinis legibus solvunt. Atque ut Homerus *aliis vocabulis uti homines* ait, *aliis deos*: ita isti humani Joves, alio jure alios uti jubent, alio utuntur ipsi. Nec eadem sunt eorundem rerum vocabula. Quae vulgo *certationes*, *adulteria*, *rapinae*, *caedes* nominari solent: eadem a quibusdam admissa, *ludos*, *amores*, *delicias*, & a magno ac contumeliarum insolenti animo profectas *ultiones* vocari videas. Silent inter ista miserae leges: &, si malo cavere velint, ipsae quoque tantum non aut musfare, aut adulari jubentur. Nam ut ad Olympi cacumen venti, sic ad excelsa & in sublimi posita leges non perveniunt. Neque tamen negaverim, si princeps sit, qualis esse debet, nullis eum legibus teneri. Oportet enim principem omni virtute longe ac multum supra usitatam consuetudinem excellere: ut quantum inter pastorem & pecudes interest, tantundem, si fieri potest, inter pastorem populi & populum intersit. Qui si contigerit; Aristoteles quoque ipse non diffitetur, utilius esse tali principi parere, quam legibus omni humano consilio adhibito positis gubernari. Leges enim una voce perpetuo loquuntur: at bonus princeps sese ad varietatem casuum, ut usus poscit, accommodat. Lege itaque nihil indiget, cum ipse viva sp:ransque lex sit: *& justo legem positam non esse*, etiam libri illi, a quibus omnis mendacii suspicio remotissima est, docent. At improbo & tyrannico nihil minus expedit, quam legibus solutum esse. Ut enim furiosis utile est alligari, & in manicis ac compedibus haberi, non ut resipiscant, sed ut minus sibi, minus aliis noceant: ita tyranno ipsi utile est, legum vinculis adstrictum teneri ac coërceri, non quo bonus fiat, neque enim potest: sed ut illis quasi cancellis ac repagulis conclusus, rabiem suam minore damno & aliorum & suo exerceat. Haec disputantem Platonem Dionysius iniquo animo tulit. Nec mirum. Ut enim pudicae mulieres quamlibet multa adversus impudicitiam dici aequo animo ferunt: impudicae, quidquid de toto genere dixeris, ad suam proprio contumeliam pertinere arbitrantur: ita boni principes

cipes aequis auribus, quae in malos dicuntur, accipiunt: quos scelerum suorum conscientia stimulat, quanquam universe loquaris, neminem nominatim perstringas, sua quisque hulcera illo sale defricari putant. Sed quod de Platone dixi, jam enim satis ἐφλυάρησα, id cum apud Laërtium ita legatur, ut etiam in optimis & a principe typographorum emendatis libris depravatum sit; ita subjiciam, ut vulgo legitur: deinde ut mihi partim conjectura, partim veterum membranarum auctoritate freto, legendum videtur. Librorum igitur editorum scriptura haec est: ὁ ἓξ Ἀφελεγόμενος ἐξὲ τυφωνίδος, τὴν φάσιν οὐς εἶπε ἴσα τοῦτο κρεῖττον, ἢ συμφέρον αὐτῷ μόνον, εἰ μὴ τῇ ἀρετῇ Ἀφέροι, συνεβαίνειν αὐτῷ. In his nihil mutavit ὁ Στέφανος, nisi quod pro συμφέρον, scripsit συμφέρῃ. At in veteribus hoc modo: οὐς εἶπε ἴσα τὸ ἓξ κρεῖττον συμφέρον, αὐτὸ μόνον εἶναι, εἰ μὴ τῇ ἀρετῇ Ἀφέροι. Ego ex duabus vocibus αὐτὸ μόνον, trajectis litteris, unam facio, αὐτόνομον. In ceteris veterem librum sequor.

CAPUT XII.

Thetica, & Paradoxa an eadem sint. Cicero contra Turnebi sententiam explicatus.

SAEPE audivi quaeri, quae dicerentur a Cicerone θετικὰ in praefatione paradoxorum. Et Turnebus quidem interpretatur ea, quae de toto aliquo genere disserantur, nullis circumscripta personis, locis, temporibus. Notum est enim, theseon nomine quaestiones infinitas, hypotheseon, definitas in scholis rhetorum intelligi. Mihi tamen hoc quidem loco semper probabilius visum est, thetica, & paradoxa eadem esse: ut hoc Cicero dicat, se ea ipsa quae vix in scholis audiri solent, ita abhorrent ab opinione communi, tentasse nunquid dicendo posset efficere, ut in forenses ac senatorias orationes includerentur, & illic etiam ineruditis hominibus probarentur. Thesis enim vocatur magni alicujus viri a communi hominum sententia discrepans opinio. Aristoteles primo Topicorum: Θέσις ἐστὶν ὑπόληψις παράδοξος τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν, οἷον ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀναξίμανδρος. ἢ ὅτι πάντα κινεῖται, ἢ Ἡράκλειτος, ἢ ὅτι ἓν τὸν, καθάπερ Μέλισσός φησιν. Idem 1. Physicorum: ἔμοιγε δὲ τὸ συμπεσὸν

καὶ ἀ ἔνεκα ἦν, ἢ ἀσὲς ἄτοπον ἴσως ἀποφαίνειν τὴν λόγου ἰσχὺν λεγόμενον. Ita tamen meam sententiam propono, ut eam Turnebi sententiae non anteponam.

CAPUT XIII.

T. Lucretii locus de noctibus serenis, alter item Plinii. Lucubrare quando optimum. Kalendis Januarii quid fieri solitum. Marcelli Cervini, & Gul. Sirleti Cardinalium laus.

LUCRETIUS libro primo cum ostendisset summam difficultatem esse in philosophia Latino sermone explicanda, ut studium suum Memmio magis commendaret, adjecit:

Sed tua me virtus tamen, & sperata voluptas
Suavis amicitiae, quemvis efferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare serenas.

Quibus in versibus non injuria quaeri potest, cur *serenas* potissimum *noctes vigilare* se dicat. Neque enim perpetuum illud epitheton est: neque majus negotium videtur, vigilare noctes serenas, quam obscuras, & caliginosas. Sed certe, hieme ut quasdam noctes serenas esse fateamur,

—— positas cum glaciat nives
Puro lumine Juppiter.

pleraeque tamen nimbosae ac ventosae, & turbidae sunt. At aestate prope omnes serenae, & breves, & multa luce suffusae. Cum igitur hieme, propter longitudinem noctium, homines studiis dediti & vesperi lucubrare, & mane, multo ante aurorum radiorum ardentum indicem, librum, cum lumine poscere soleant: aestate tamen non multi reperiuntur, qui non illas breves ac contractas noctes integras dormiant: idem veteres videlicet factitabant: neque antelucanam lucubrationem fere incipiebant, nisi sub finem autumni. Juvenalis:

—— —— —— at nunc
Post finem autumni, media de nocte supinum

Cla-

Clamosus juvenem pater excitat. Accipe ceras,
Scribe puer.

Erat quidem in consuetudne positum, ut de mense Augusto, Vulcanalibus lucubrare inciperent: sed id tantum ἀφοσιώσεως χάριν plerique faciebant: eodem plane modo, quo Kalendis Januarii suas quisque artes modice attingebant, auspicandi caussa. Ovidius:

Quisque suas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quam solitum testificatur opus.

Ita Plinius junior illum parcissimum temporis dispensatorem, avidissimum librorum helluonem, avunculum suum, qui mihi videtur prope tot horas legisse aut scripsisse, quot vixit: eum igitur laudans, *lucubrare*, inquit, *a Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi caussa, sed studendi.* Negat eum ita fecisse, ut ceteri solebant, qui tunc dicis tantum caussa incipiebant lucubrare: ac deinde id differebant ad finem autumni: cum

Jam Phoebus breviore via contraxerat ortum
Lucis, & obscuri crescebant tempora somni.

at illum vero ac serio a Vulcanalibus incipere solitum. Lucretius igitur se, dum munus illud suum Memmio concinnat, ait vigilare, & lucubrare non hieme tantum, quod omnes faciunt, sed etiam, quod paucissimi, aestate, cum serenae plerumque sunt noctes. Eodem prope modo commendat Cicero Bruto libellum paradoxorum. *Accipies igitur*, inquit, *hoc parvum opusculum elucubratum hiis jam contractioribus noctibus.* Hoc ego, quod mihi sane acute atque ingeniose animadversum videtur, non ut meum profero: sed ut acceptum ab illo vivo ac spirante museo, Gulielmo Sirleto Cardinali, ἵ ἡ λαλιὰ αὐτοῦ non melle tantum, sed ambrosia dulcior manat oratio. Atque is hoc se olim audivisse dicit ab eo quem ipse praecipue colebat, cuique merito carissimus erat, Marcello Cervino, Pontifice maximo, cujus sanctissimi & eruditissimi viri longiore pontificatu, Deus vitiis nostris offensus, indignos esse nos judicavit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Virgilium, quod neque Homeri, neque Ciceronis meminerit, ingratum videri.

Καὶ τὸν Φοινικίδα· id est, ejusdem illius Sirleti, a quo discere potest quisque & quantum cupit, & quantum capit. Ita sacrum illud os uberem perpetuo rerum scitu dignissimarum copiam fundit. Praestantissimus Latinorum poëtarum, Virgilius videri non immerito potest duorum summorum virorum gloriae invidisse, Ciceronis, & Homeri. Nam cum tres poëtas sibi praecipue proposuisset ad imitandum, Theocritum in Bucolicis, Hesiodum in Georgicis, Homerum in Aeneide, duorum quidem priorum mentionem utcunque fecit. Nam & *Sicelidas Musas* invocavit, & illo versu aperte significavit Theocritum:

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra nec erubuit silvas habitare Thalia.

Hesiodum autem illo loco,

Hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

& rursos illo,

Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

At Homeri, cui tam multa debebat, quem prope totum compilarat, nulla usquam mentio. Quin etiam cum odoratum illud lauri nemus describeret, in quo felices agerent pii vates & *Phoebo digna locuti*, Musaeum ante omnes collocat, Homerum ne nominat quidem. Neque in Ciceronem aequior.

Excudent, inquit, *alii spirantia mollius aera,*
Orabunt causas melius.

Num tamen Cicero hanc gloriam Graecis praeripuisse crederetur. Apertius autem libro octavo, cum Catilinam appellasset,

— &

—— & te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo, furidrumque ora trementem.

cujus invidiae fuit, ſtatim ad Catonem tranſire: de Cicerone, cujus virtute peſtis illa patriae oppreſſa erat, verbum nullum facere? Cujus ornandi nulla certe juſtior eſſe potuit occaſio. His argumentis, fateor, vix videre me, quid pro Virgilio reſponderi queat.

CAPUT XV.

Xenophontis e tertio anabaſeos locus correctus & explicatus.

LUCULENTA eſt Xenophontis oratio, qua libro tertio anabaſeos milites cohortatur, ne concidant animis, etiamſi multis magnisque difficultatibus conflictentur: eas enim omnes poſſe animi praeſentia, & virtute ſuperari. Summo autem artificio facit, ut eas ſingulas proponat ac refutet, quae univerſae debilitare atque infringere illorum animos poterant, ſingulae faciliores ad ſuperandum videntur. Atque a diis quidem exorditur, eosque, ait, ſuis quidem, qui jurisjurandi fidem ſervarint, aequos ac propitios: barbaris autem, qui eam pro nihilo putarint, ſaevos & infenſos fore. Deinde autem proponit eis majorum exempla, qui parva manu magnas ſaepe barbarorum copias fuderant. Addit, ne ipſos quidem parum dignos eſſe majoribus, cum ſuperioribus diebus, congreſſi cum ingenti eorundem barbarorum multitudine, nullo eos negotio profligarint. Quod cum fecisſent, pro Cyri imperio ac potentia dimicantes, multo alacrius idem facere oportere, cum vita & ſalus ipſorum agatur: cumque praeterea experimento cognoverint ignaviam barbarorum, cujus antea periculum non fecerant. Neque quod a quibusdam deſerti eſſent, quibus ſociis & adjutoribus Cyro vivente utebantur, idcirco eis pertimeſcendum: quod illi etiam in victoria, fugae auctores ac principes fuisſent: cujusmodi homines in hoſtium caſtris, quam in ſuis videre praeſtet. Nam quod ipſi equitatu careant, quo hoſtes abundent; equos nihil aliud hoſtibus praeſtituros, quam faciliorem ac celeriorem fugam. Neque equos pugnare, ſed homines: eosque ipſos terrae ſolo, quam

equi

[illegible]orsu firmius & tutius niti. Jam si ad dimicandum qui[illegible] prompto & alacri, inquit, animo estis: sed illud vos [illegible]it, quod neque Tisaphernem amplius itineris ducem [illegible]bebimus, neque rex nobis vendi amplius jubebit ea, qu[illegible]d victum necessaria sunt, cogitate, quanto meliores i[illegible]ris duces futuri sint captivi quam Tisaphernes: & [illegible]um optabilius sit, magna vi pecuniae, qua plerique [illegible]strum tenuiter instructi sunt, paucos cibos mercari, [illegible] arbitratu suo pinguem, & rebus omnibus abundante[illegible]bstilem agrum diripere ac depraedari. Quodsi haec qui[illegible] meliora esse sentitis, sed flumina ne vobis obstent [illegible]remini, scitote, ea, quo quis propius ad eorum fonte[illegible] capita accesserit, eo facilius posse transiri. Haec [illegible]ia breviter proposui, ut ex ipsa orationis serie magis in[illegible]ligatur, id quod sequitur depravatum esse. [illegible]itur autem[illegible]iam in optimis libris hoc modo: Εἰ δὲ τοῦτο μὲν γεγένηται ὑπὲρ ἡμῶν τοὺς δὲ πορείας ἄπορον τεμεῖν οἴει. Olim ita vertit Romulus: *Sed esto, obstent nobis [illegible]mi[illegible] neque duces nanciscamur. non tamen id circo [illegible] desponderе debemus* Ego vero, quid verba illa si[illegible]sent μὴν οἱ πόροι διώσιν, non video: non significar[illegible] quod Romulus putavit, plane video. Ac ne long[illegible]raciam, ita apud Xenophontem legendum censeo: Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὲν γεγένηται ὑπὲρ ἡμῶν, τοὺς δὲ πορείας διώξουσιν, ἡγεμὼν δὲ μηδεὶς φανῇται, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀλλ' ἀμήχανον. ut sit sententia: *Quod si videtis [illegible] ne flumina quidem itineri nostro obstatura sint: [illegible]ad veremini, ne dux itineris nullus existat: ne sic [illegible] animis concidere debemus.* Cur autem sic quoque [illegible]erare debeant, statim subjicit. Sed ita legendum, [illegible], constare opinor ex iis quae antecesserunt. Sunt [illegible]a plane his gemina: Εἰ δὲ τοῦτο μὲν γεγένηται ὑπὲρ ἡμῶν τοὺς δὲ πορείας ἄπορον τεμεῖν οἴει. & paulo supra: ἀλλὰ τοὺς μὲν μάχας ἡμῖν ἔσεσθαι, ὑπὲρ δὲ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν Τισσαφέρνης ἡγήσεται, ἀλλὰ βασιλεὺς ἕψεται παρέξει, τοῦτο ἄχθεσθε. Quae qui diligenter inter se contulerit, spero fore, ut mihi assentiatur.

CAPUT XVI.

Gregorii Nazianzeni loci duo, partim e Luciano, partim ex Aristophane expressi.

SCITUM est notare & animadvertere, quomodo prisci illi ecclesiae Patres, quorum & pietas ac sanctimonia, &

—— & te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo, furiarumque ora trementem.

cujus invidiae fuit, ſtatim ad Catonem tranſire: de Cicerone, cujus virtute peſtis illa patriae oppreſſa erat, verbum nullum facere? Cujus ornandi nulla certe juſtior eſſe potuit occaſio. His argumentis, fateor, vix videre me, quid pro Virgilio reſponderi queat.

CAPUT XV.

Xenophontis e tertio anabaſeos locus correctus & explicatus.

LUCULENTA eſt Xenophontis oratio, qua libro tertio anabaſeos milites cohortatur, ne concidant animis, etiamſi multis magnisque difficultatibus conflictentur: eas enim omnes poſſe animi praeſentia, & virtute ſuperari. Summo autem artificio facit, ut eas ſingulas proponat ac refutet, quae univerſae debilitare atque infringere illorum animos poterant, ſingulae faciliores ad ſuperandum videntur. Atque a diis quidem exorditur, eosque, ait, ſuis quidem, qui jurisjurandi fidem ſervarint, aequos ac propitios: barbaris autem, qui eam pro nihilo putarint, ſaevos & infenſos fore. Deinde autem proponit eis majorum exempla, qui parva manu magnas ſaepe barbarorum copias fuderant. Addit, ne ipſos quidem parum dignos eſſe majoribus, cum ſuperioribus diebus, congreſſi cum ingenti eorundem barbarorum multitudine, nullo eos negotio profligarint. Quod cum fecisſent, pro Cyri imperio ac potentia dimicantes, multo alacrius idem facere oportere, cum vita & ſalus ipſorum agatur: cumque praeterea experimento cognoverint ignaviam barbarorum, cujus antea periculum non fecerant. Neque quod a quibusdam deſerti eſſent, quibus ſociis & adjutoribus Cyro vivente utebantur, idcirco eis pertimeſcendum: quod illi etiam in victoria, fugae auctores ac principes fuisſent: cujusmodi homines in hoſtium caſtris, quam in ſuis videre praeſtet. Nam quod ipſi equitatu careant, quo hoſtes abundent; equos nihil aliud hoſtibus praeſtituros, quam faciliorem ac celeriorem fugam. Neque equos pugnare, ſed homines: eosque ipſos terrae ſolo, quam

equi

Digitized by Google

equi dorso firmius & tutius niti. Jam si ad dimicandum quidem prompto & alacri, inquit, animo estis: sed illud vos angit, quod neque Tisaphernem amplius itineris ducem habebimus, neque rex nobis vendi amplius jubebit ea, quae ad victum necessaria sunt, cogitate, quanto meliores itineris duces futuri sint captivi quam Tisaphernes: & utrum optabilius sit, magna vi pecuniae, qua plerique nostrum tenuiter instructi sunt, paucos cibos mercari, an arbitratu suo pinguem, & rebus omnibus abundantem hostilem agrum diripere ac depraedari. Quodsi haec quidem meliora esse sentitis, sed flumina ne vobis obstent veremini, scitote, ea, quo quis propius ad eorum fontes & capita accesserit, eo facilius posse transiri. Haec omnia breviter proposui, ut ex ipsa orationis serie magis intelligatur, id quod sequitur depravatum esse. Legitur autem etiam in optimis libris hoc modo: Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διάσχωσιν, ἡμῶν τε μηδεὶς φανεῖται, οὐδ' ὡς ἡμῖν γε ἀδυνατόν. Quae ita vertit Romulus: *Sed esto, obstent nobis flumina: neque duces nanciscamur. non tamen id circo animum despondere debemus.* Ego vero, quid verba illa significent μήθ' οἱ ποταμοὶ διάσχωσι, non video: non significare id quod Romulus putavit, plane video. Ac ne longum faciam, ita apud Xenophontem legendum censeo: Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διάσχωσιν, ἡμῶν δὲ μηδεὶς φανεῖται, οὐδ' ὡς ἡμῖν γε ἀδυνατόν. ut sit sententia: *Quod si videtis fore, ut ne flumina quidem itineri nostro obstatura sint: sed illud veremini, ne dux itineris nullus existat: ne sic quidem animis concidere debemus.* Cur autem sic quoque bene sperare debeant, statim subjicit. Sed ita legendum, ut dixi, constare opinor ex iis quae antecesserunt. Sunt enim illa plane his gemina: Εἰ δὲ τοῦτο μὲν γιγνόμενον ὃπ ὅπως ἐρεῖτον, τὸν δὲ ποταμὸν ἄπορον νομίζετε εἶναι. & paulo supra: Εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μάχας δεήσει, ὅτι δ' οὐκ ἔστι ἡμῖν Τισσαφέρνης ἡγήσεται, οὐδὲ βασιλεὺς ἀγορὰν παρέξει, τοῦτο ἄχθεσθε. Quae qui diligenter inter se contulerit, spero fore, ut mihi assentiatur.

CAPUT XVI.

Gregorii Nazianzeni loci duo, partim e Luciano, partim ex Aristophane expressi.

SCITUM est notare & animadvertere, quomodo prisci illi ecclesiae Patres, quorum & pietas ac sanctimonia, &

eruditio atque eloquentia admirabilis fuit, e profanis scriptoribus accepta multa in meliores usus converterint: ut nos quoque ad illorum exemplum studia nostra dirigere ac conformare conemur. Quapropter proponam duos locos, in quibus Gregorius Nazianzenus, de cujus laudibus mihi tacendum puto: tum quia notissimae sunt: tum quia nullum tam sublime verborum genus reperire possum, quod non longe infra ipsius dignitatem jaceat: is igitur in oratione & eo qui laudat, & eo qui laudatur dignissima, qua Magni Basilei laudes depraedicat, duos impuros quidem, sed disertos scriptores imitatus videtur. Principium enim divinae illius orationis hoc est: Ἐμοὶ μὲν οὖν πολλὰς ἐμοῦ ὑπερθέσεις τοῦ λόγου δι' ἀσχολίαν ὁ μέγας Βασίλειος, & quae sequuntur. Eodem autem modo exorsus in Demonacte laudando Lucianus: Ἐμοὶ μὲν οὖν μηδὲ ὁ τοῦ ἱερέως βίος τὸ ταπεινότατον ἄμοιρον ἴσοις ἀνδρῶν λόγου τῆς μονάρκης ἀξίου. ut fortasse non longe a vero aberraturus sit, si quis sanctissimum eundemque eloquentissimum virum a summe impio, sed culto tamen ac polito scriptore, aliquid sumpsisse credat. Alter quidem locus quem ex eadem oratione subjiciam, ex Aristophane manifesto expressus est. Nam cum inveheretur Gregorius in pravam quandam consuetudinem, quae jam tum in ecclesiam irrepserat, utinamque ad aetatem nostram non pervenisset, ut homines in ecclesiasticis muneribus nunquam exercitati, quique nullum in inferioribus ordinibus sui periculum fecissent, primo statim pedatu, per gratiam & malas artes, ad summum in ecclesia episcoporum munus promoverentur (*): probari sibi ait nauticam legem, quae gubernatores futuros, prius diu remigare, ac deinde proretas esse jubet, quam eis in puppi sedere & clavum tenere permittat. Ἐκεινό, inquit, ἦ ναύτικὸν νόμιμον, ἐς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας τὴν τῶν κυβερνήτην, καὶ κεῖθεν ἐπὶ τὸν πρῶρεα ἀγαγών, κἄπειτα τὸ ἡμέτερον δῆτα, ὅπως ἐπὶ τῆ οἰάκων καθίζῃ, μετὰ τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον κελεύσας, κἀτὸν τῆ ἀνίμων λήψεσθαι. Aristophanis autem sunt haec ex Equitibus:

Ἐρέτην χελεῶν πρῶτα γοῦν, εἶτ' ἐν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν.
Κἄπ' ἐντεῦθεν πρωρατεύσαι, κἄν τις ἀνίμους ἀφέληται,
Κἄπα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτοῦ.

No-

(*) Scioppius Rhetor. Exerc. p. 17. tanquam novum loquendi genus reprehendit, *ad episcopi munus promoveri*. Certe ante Plinium & Suetonium nemo sic locutus reperitur.

Digitized by Google

Notat autem & Titeon in scholiis ad eum Aristophanis locum, ex eo illa Gregorium, quem tamen nominatim non appellat, hausisse. Videlicet ut apes etiam ex amaris herbis ac floribus educunt aliquid quo ad mel conficiendum utantur: sic & talia ingenia etiam ex improbissimis scriptoribus aliquid quod profit, excerpunt.

CAPUT XVII.

Virgilii IV. Aeneidos locus non recte a Servio explicatus.

MIREPICUS homo interdum est Servius in sensu Virgilii explicandis: & quamvis inter Grammaticos merito semper habitus est primae classis: est tamen, ubi de tuenda illa opinione non nimis sollicitus videtur. Vel hoc ex quarto Aeneidos versus, quibus Dido verens, ne soror sua ex illo immoderato retinendi Aeneae studio, suspicaretur fore id quod evenit, ut ipsa ejus abitum ferre non posset; ita eum affatur:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre soror potero.

Eos igitur versus quam absurde interpretatur? Hanc enim sententiam illorum esse dicit: *Si scissem abiturum Aeneam, non tantum diligerem. Si non dilexissem, minus dolerem. Si potui, autem, pro, si potuissem. & sic est dictum, ut,*

Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

ac si diceret, nihil mihi novum contingeret. Haec Servius: quibus vix a sententia Virgilii excogitari posse quicquam alienius puto. Ego hoc Didonem sentire existimo: Non est, quod metuas, soror, ne ego hunc etsi acerbissimum dolorem, si se obduret Aeneas, perferre non possim. Cum enim eum dolorem sperare, id est, exspectare potuerim, neque me ipsa illius jam jamque imminentis exspectatio ad quidquam in me durius consulendum adegerit: quam acerbitatem forti animo exspectare potui, eandem magno ac forti animo, si necesse fuerit, perferam. Sed tamen ne ullam ejus retinendi ratio-

nem intentatam relinquam; tribue hoc mihi, ut ad eum adeas, eique, si potes, persuadeas, ut discessum suum usque eo saltem differat, dum tempestas commodior sit ad navigandum. Neque verò leve argumentum est quo utitur Dido, ut ostendat se dolori perferendo fore, quod ejus exspectationem tulerit. Metus enim imminentium acerbitatum vehementius interdum homines afficit, quam ea ipsa quae timentur, ubi postea contigerunt. Pueros videmus in verberum metu nusquam quiescere, nusquam consistere, velle patriam & parentes relinquere, qui tamen postea verberati conquiescunt. Vidi ego patrem, qui, cum aegrotantis filii prope deploratam salutem esse, a medicis audiisset, alligandus fuit, ne sibi manus adferret. Idem hodie multos jam annos filio superstes & vivit, & hilare vivit. Ita plerumque, quae ne eveniant, horrescimus, ea cum evenerunt, acquiescimus. Qua de re elegantissima disputatio est apud Xenophontem libro tertio de institutione Cyri. Qui igitur imminentis mali exspectationem fortiter tulit, is id quoque ipsum quod metuitur, fortiter laturus videtur. Et hoc argumento utitur Dido.

CAPUT XVIII.

Hecyrae Terentii locus exponitur. Donati hiatus expletur.

TERENTIANUS Laches, cum praesentiam uxoris, & suam, filio & nurui odiosam esse credens, rus cum ea migrare statuisset,

odiosa, inquit, *haec est aetas adolescentulis.*
E medio aequum est excedere: postremo jam nos fabulae
Sumus, Pamphile, senex atque anus.

ubi vere & recte Donatus ait, eum allusisse ad principium fabularum, quae puerulis narrari solent: quarum pleraeque ita incipiant. Animadverti autem tale quiddam extare & apud Aristophanem, ἦν δ' ἐγὼ. ubi etiam Theon notat, plerisque fabulis earum quae domi narrari solerent, hoc esse principium: ἦν δ' ἐγὼ. & tale

tale esse illud Platonis in Phaedro: *Fuit olim quidam formosus puer.* Neque ab his abludit illud ex Andria,

Atticus quidam olim navi fracta.

Itaque Simo, qui omnia illa ficta esse autumaret, *Fabulam*, inquit, *inceptat.* Sed &, nisi me valde fallit animus, apud Donatum hoc loco ea ipsa Graeca verba legerentur, nisi librariorum inscitia obstitisset. Nunc enim ita legitur: *Haec duo nominavit —— caput indicat & inceptionem hujusmodi fabularum.* At in quibusdam veteribus hoc modo: *Haec duo nomina —— CAPUS indicant inceptionem hujusmodi fabularum.* Ego in illa lacuna puto fuisse ΓΕΡΩΝ ΚΑΙ ΓΡΑΥΣ. Cum autem P. Latinum eandem formam habeat quam Graecorum *rho*, si quis duarum tantum litterarum ordinem mutet, ex illo CAPUS faciet ΓΡΑΥΣ. Ita omnia perspicua erunt. At illi fecerunt ex GAPUS, primum CAPUS, deinde CAPUT. Nos vero hic concludamus hoc caput.

CAPUT XIX.

Si telum manu fugit, *e XII. Tabulis, ab Homero desumptum, ut & philosophiae definitio. Hadriani Turnebi laus.*

SI *telum manu fugit.* His verbis in lege XII. emissi teli significata erat imprudentia: ut in tertio de Oratore scriptum est. quae tralatio, cum a Crasso tantopere commendetur: egoque eam a patre eloquentiae Homero fluxisse animadverterim: facturus operae pretium videor, si id indicarim. Ille igitur libro Iliados quinto Diomedis cum Phegeo Daretis filio pugnam describens, cum priorem ictum Phegei irritum fuisse dixisset; subjicit, non idem Diomedi evenisse, neque ei irritum telum manu fugisse, sed defixum esse in pectore Phegei:

Τῷ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρὸς ἰοῦσα,
Ἀλλ' ἵετο στῆθος μεσσηγύς.

Sic & Iliados octavo dicit habenas fugisse e manu Nestoris:

Μίσγω δ' ἐκ χειρῶν φύγεν ἄνια σιγαλόεντα.

(*) quod ita reddidit vetus poëta Livius:

Mea puera, quid verbi ore profugit tuo?

Attexam huic obſervationi aliam valde diſſimilem: quidni enim mihi quoque τυφλίζειν aliquando liceat? utinam quidem vere ac ſerio poſſem. Sed ut qui divinas Ariſtotelis ac Platonis virtutes imitari non poterant, hujus gibbum, illius quoddam oris in loquendo vitium imitabantur, ut aliqua ſaltem in re tantorum virorum ſimiles eſſent: ita ego, quando ad illam infinitam multiplicis doctrinae copiam quae in Turnebo fuit, adſpirare non auſim, licentiam quandam illius in diſſimilibus rebus conjungendis hoc loco imitabor. Veteres igitur Critici, qui omnia quae a philoſophis dicerentur, ab Homero manaſſe contenderent: ipſam philoſophiae finitionem, quae a nonnullis eorum tradita eſt, Homericam eſſe dicebant. Diomedem enim ἀνηρειπῶς philoſophum intelligi, cui Minerva omnem caliginem, quae mortales hebetat viſus, ex oculis aufert, ut & deos & homines noſcat.

Ἀχλὺς δ' ὡς τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Ex eo igitur loco ſumpſiſſe illos, quod dicerent, *philoſophiam & divinarum & humanarum rerum ſcientiam eſſe.*

CAPUT XX.

Scriptores veteres, non recentes publice explicandos & ſequendos. Quintiliani praefatio libri ſexti emendatur.

ME puero magna cum cura exponebantur in ſcholis Inſtitutiones oratoriae M. Fabii Quintiliani, accurati admodum & exquiſiti Rhetoris, neque quiſquam ſatis bonus dicendi magiſter habebatur, qui non in illis vel praecipue

(*) Ante haec verba in Editione Auguſtana excidit Homericum, φῶτε τι ἐπῶ φύγε ἴρηξ ὀδίτην;

cipue auditores suos exercere solitus esset. Mutata postea ratio est: eumque annosis illis, & ipsa vetustate venerandis arboribus neglectis, succrevisent inutiles rami: juventusque laboris fugitans, infulsos quosdam libellos, & omnium prope liberalium artium, & omnium philosophiae dispendiosa (*) partium compendia, pro pinguibus illis veterum latifundiis adamare coepisset, ex illo vidimus omnia

In pejus ruere & retro sublapsa referri.

Neque ullum lapsis prope rebus certius remedium est, quam ut vetus illa consuetudo revocetur, &, expulsis istis novitiis indoctae arrogantiae magistris, a priscis illis, quos *endo caelo*, ut ita dicam, merita locarunt, vera & solida eruditio repetatur. Quod etsi, ut aetatis meae tempus est, vivo me eventurum, sperare non audeo, posteris tamen, si quid mei ad posteros perveniet, contestatam opinionem meam relinquam: neque committam, ut ego quoque unus ex eo numero, qui vetustatem contemnunt, videri queam. Nunc ejus quem nominavi Rhetoris praefationem in librum sextum, a quibusdam inveteratis librariorum erroribus vindicare conabor. Deplorat autem in ea homo disertissimus sane doleater ac copiose uxoris & duorum filiorum mortem: ex qua tantum hauserit doloris, ut se, nedum instituta studia persequi, etiam eis superstitem esse posse miretur. Sed de uxore haec ipsius verba sunt: *Quae nondum expleto aetatis undevigesimo anno duos enixa filios, quamvis acerbissimis rapta fatis, felix decesserit. Ego vel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me jam nulla fortuna posset efficere felicem.* Paulo post autem de filiis: *Liberis tamen superstitibus oblectabar: &, quod nefas erat, sed optabat ipsa, me salvo, maximos cruciatus praecipiti via effugit.* Quae nullo modo inter se cohaerere, vel caecus aliquis viderit. Sed tota hujus periodi posterior pars loco suo mota est: ad uxorem enim pertinet: legendumque hoc modo: *Felix decessit, &, quod nefas erat, sed optabat ipsa, me salvo, maximos cruciatus praecipiti via effugit. Ego vel hoc uno malo*, & cetera. Deinde, *Liberis tamen superstitibus oblectabar. Mihi filius minor quintum egressus an-*

(*) Transpone sic, *partium dispendiosa.*

annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Sed hic quoque mendum ſubeſt: neque dubium quin totum illud, *ut in malis agerem*, delendum ſit. In meo vetere libro ita legitur: *Mihi filius minor quintum egreſſus annum in malis nec augere prior alterum e duobus eruit lumen.* Ex quo liquido perſpicitur error librarii: qui quatuor voces, *in malis nec augere*, huc transtulerit e periodo quae ſtatim ſequitur: *Non ſum ambitioſus in malis, nec augere lacrimarum causſas volo.* Paulo poſt, ubi vulgo eſt, *oſtenderit*, liber meus habet *oſtenderet*, haud dubie melius. Et, ut quaedam leviora omittam: haec certe contemnenda non ſunt. In vulgatis libris ita legimus: *Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem talit? ut me in ſupremis conſolatus eſt? quam etiam deficiens, quamque non tunc ipſum illum alienatae mentis errorem circa ſolas litteras habuit?* At in meo praeclare: *Quam etiam deficiens, jamque non noſter, ipſum illum alienatae mentis errorem circa ſolas litteras habuit?* Nihil pote elegantius. Illud enim *non noſter* ſignificat, eum jam in poteſtate mortis fuiſſe. Sequitur haud ita multo poſt: *Te omnium ſpe Atticae eloquentiae candidatum ſuperſtes parens tantum ad poenas amiſi?* Quibus in verbis illud *Atticae* plane redundat ac friget. Liber meus pro eo habet *acutis*: unde non dubito, quin legendum ſit, *ac vetis*. Superſunt adhuc quaedam in quibus lima opus eſt. ut illud, *Tum ſi qua minus fuerint effecta iis quae levius afflicti coeperamus, imperitiae aut fortunae remittantur.* Illa *imperitia* huc ab imperito aliquo invecta eſt. Legendum ſimpliciter, *Fortunae remittantur.* Paulo poſt: *Boni autem conſulere noſtrum laborem vel propter hoc certum eſt.* Liber vetus, *cecum eſt.* Ego lego, *aecum eſt.* ita enim ſcribebant pro *aequum*: ut *acam*, pro *aqua*. Ad ipſum finem ita legitur: *Nos miſeri, ſicut facultates patrimonii noſtri, ita hoc opus aliis paramus, aliis relinquemus.* Pro *paramus*, lege, ex auctoritate libri veteris, *praeparabamus.*

M. AN-

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

VARIARUM LECTIONUM

LIBER XIX.

CAPUT I.

De Baccho bimatre. Martialis versus reprehensus.

MORDACIUS fortasse, quam justius irrisit Martialis poëtam quendam, qui Jovem non patrem modo, sed & matrem Bacchi vocaverat: quod eadem ratione Semele quoque, ut ipsi quidem videtur, pater Bacchi vocari queat.

Qui potuit, inquit, *matrem Bacchi dixisse Tonantem,*
Ille potest Semelen dicere, Prisce, patrem.

Neque enim eadem ratio est. Nam patris quidem proprium est, generare in alio, ut ex Aristotele didicimus: quod Semele neque fecerat, neque facere potuerat: matris autem, concluſum fetum viſceribus ſuis fovere, & ſuo tempore parere: quae omnia, ut quidem ſe habet fabula, praeſtiterat Jupiter. Itaque eleganter ingeniosissimus poëta Ovidius, inter cetera epitheta, quibus Bacchum ornat, eum etiam *bimatrem* vocat: quod duas matres habuerit, Semelen, & Jovem: unde & Graeci eum Δίμητορα nominant. Extat & versiculus veteris cujusdam poëtae Graeci, qui ob id & masculum Jovis uterum, & ipsum Jovem Bacchi tum patrem, tum matrem fuisse ait:

Ἄρσην μὲν λέχεσι πατὴρ ἦν πότνια μήτηρ.

Neque alia ratione Heraclides Ponticus eundem Jovem Palladis & patrem, & matrem vocat. Sed saepe Martialis,

lis, dum falsè aliquid & aculeate diceret, quam id justè ac merito faceret, non curavit.

CAPUT II.

In Quintiliano poëtarum versus aliquot nitori suo redditi.

APUD M. Fabium libro octavo citatur versus veteris poëtae, quo quidem de Achillis morte ita quaerens inducitur:

Ferro anne fato virtus Argivum occidit?

Sed in antiquis quibusdam libris pro *virtus* legitur *metus*, in meo *moerus*. Ego una littera mutata, legendum censeo, *moerus*: ut expresserit Tragicus ille, quisquis est, illud Homericum (*) —— *moeros* enim dicebant pro *muris*: ut in illo Virgilii,

Dividimus moeros, & moenia pandimus urbis.

Sic *moenire*, pro munire: *coerare*, pro curare, in multis adhuc veteribus monumentis legitur. Emendabo de eodem oleo & opera locos quosdam ejusdem Rhetoris e capite tertio libri noni, in primisque versum veteris Tragici qui hoc modo circumfertur:

Quam magis aerumna viget, tam magis ad maleficiandum urget,

cum legendum sit e vetere libro,

Quam magis aerumna urget, tam magis ad maleficiandum viget.

Est

(*) Lacuna, quae est in Editione Augustana, sic supplenda est Il. H. 213. Τῶν δ' Αἴας ὄρτο πολεμιστὴς, ἦτορ Ἀχαιῶν

t enim troachaicus. Paulo autem inferius locus eſt
rabiliter deformatus, hoc modo: *Ex Graeco vero trans-*
a vel Salluſtii plurima: quale eſt, vulgus amat fieri:
l Horatii, Nam id maxime probat hoc Ciceronis. Et
utatio caſus: ut, nec longe invidit avenae. Haec ſi
is, ut vulgo edita ſunt, intelligere potuerit, idem bo-
s Sphingi interpres fuerit. In vetere libro ita legi:
el Horatii, N. I. S. P. Ciceronis nec longae invidit
venae. neque ulla dubitatio eſt quin ita legi debeat:

——— *nec illi*
Sepoſiti ciceris, longaeque invidit avenae.

aulo poſt, ubi citatur verſus Horatii,

Hunc & intonſis Curium capillis.

o *intonſis* veteres libri habent, *incomptis*. in eodem illo
pite, ubi vulgo ita ſcriptum eſt, *Hanc rerum conjun-*
am diverſitatem Caelius μεταβολὴν vocat: non *Caelius*
veteribus, ſed *Caecilius* legitur. Recte. eſt enim *Cae-*
lius Rhetor, cujus & hic ipſe, & Plutarchus ſaepe me-
init, & Dionyſius Longinus principio elegantis illius
ommentarioli περὶ ὕψους.

CAPUT III.

Athenaeus libro octavo ſaepius caſtigatus. Chreſto-
mathia & Ecloga quid?

T tam multa ſunt in Athenaeo, quae elegantis ingenii
omines ad ipſum legendum alliciant: & tam multa rur-
m, quae eis, ne voluptate illa pura ac liquida frui
oſſint, impedimentum objiciant; ut mihi gratiam ab eis
turus aliquam videar, ſi ex immenſa quadam copia
rum, quae jam pridem in eum notavi, nonnulla inter-
m his libris inſpergam: interea dum ab aliis melior &
egrior illius editio adornatur Hodie igitur, cum mi-
ex octavo ipſius libro quiddam petendum eſſet, neque
tam facile, quam putaram, reperire poſſem, ſatius
tavi totum librum percurrere, & in tranſcurſu colligе-
, ſi qua eſſent, quae illius ſtudioſis jucunda fore arbi-
trarer.

Digitized by Google

trarer. Primum igitur in historia, quae ex Posidonio affertur, de Tryphonis militibus subito incursu maris absorptis, ubi Sarpedonis milites, re audita, accurrisse dicuntur: cum vulgo ita legatur: Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὸ Σαρπηδόνιον ἀκούσαντες τὸ συμφορὸν, ἐπιλάθοντες, τοῖς μὲν τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφείσαντο, ἰχθύων δ' ἀφθονίαν ἀπολαύσαντες, τῷ ὄψονι Ποσειδῶνι τροπαῖα. in veteribus pro ἐφείσαντο legitur ἐφείσατο: quod verbum nihili est: & quod quidam ex eo facere voluerunt ἐφείσαντο, ideoque dixerunt illos hostium corporibus pepercisse: non dubito, quin animadversuri sint lapsos esse se, si locum paulo diligentius inspiciant. Omnino autem vulgata scriptura hoc quidem loco verissima est, ut intelligamus, eos ex hostium interfectorum spectaculo voluptatem cepisse: sitque ἐφείδοντο a verbo ἐφέδομαι. Nam ἐφείσαντο si quis legat, neque veteres libros habebit auctores, & ne sic quidem emendata fuerit oratio. Paulo post autem in narratione Hegesandri de admirabili quadam copia piscium, quae bis quotannis, ex lacu Bolyce, statis temporibus in flumen Olynthiacum influere dicitur, voces aliquot in excusis libris desiderantur. Quare totum locum, ut in veteribus extat, apponam: Καπὶ δ' τ' αἰθεμελῶνα, τῇ ἰλαφροβολίᾳ, λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι, διὰ πίμπλ' ἡ Βολύη τὸν λόφον Ολύνθῳ κατὰ τ' καιρὸν τῶν ἀπίσχοντον πλῆθος ἰχθύων ἐκ τῆς λίμνης εἰς τ' Ολυνθιακὸν ἀναβαίνειν πόρον. ὅτι δ' βραχὺς, ὅτι μᾶλις κρύπτει τὸ σῶμα. ἐκ δὲν ἔλαττον τοσοῦτον ἔρχεσθαι πλῆθος ἰχθύων, ὅσα τοὺς ἀφειλέτας, & cetera. Quam multa omiserint librarii, & quid eis errorem objecerit, etiam tacente me, omnes vident. Sed & in iis quae paulo infra citantur, e libro quinto Chrysippi *de voluptate*, omisae sunt per incuriam voces duae. Legendum enim τῇ δυσὶ μόνοις βραχὺς, τῇ συμπεπιεσμένῃ. In Sardanapali epitaphio, etsi veteres quoque libri habent λίλωπα, malim tamen λίλαπτα. Improbi autem versus, quibus Alexis homines ad intemperantiam cohortatur, trochaici duo sunt ita legendi, & ita distinguendi:

Πῖνε, παῖζε, σπεῦδε· βίος· ἀλίγος· ὁ ἐπὶ γῆς χρόνος.
Ὁ θάνατος δ' ἀθάνατος ἐστι, λῦ ἅπαξ ὃς ἐκτέθνηκε.

Statim autem, Sotionis fide, citantur versus quidam ejusdem argumenti ex ejusdem poëtae Asotodidascalo: quam fabulam is qui loquens inducitur, negat se unquam vidisse

se, quamvis mediae comoediae dramata plus octingenta legerit, eorumque eclogas fecerit, ubi *eclogas* vocat *excerpta* quaedam ex eis fabulis, memoriae caussa, quae insigniora viderentur. Tales *eclogae* hodieque ex amissis Polybii & aliorum libris reperiuntur. Inde apud Ciceronem *eclogarii*. Easdem & ἐκλογισμάτια vocabant: quales hodie extant ex Strabone. Et inde Cicero Turannium vocat hominem ἐκλογιστήν. Hoc non notassem, nisi alios in eo lapsos esse vidissem. In eis autem ipsis versibus cum ita legatur,

Τίφβαζε παιδὸς. χαιρὸν ἀλλ' ἄδου.

legendum puto,

Φίφβαζε, Μάνη. χαιρὸς ἀλλ' ἄδου.

Manes servile nomen olim fuit. In eisdem, ubi vulgo est λύχνε σὺ δυῖμαν: melius videtur quod in veteribus legitur, λύχνε σ' ὁ δυῖμαν. Jam in illa parodia Chrysippi cum vulgo ita legatur, Καὶ γὰρ ἐγὼ κακὸς εἰμι, pro κακὸς, in vetere libro est κανὸς. Ego autem legendum puto κόης. Multa leviora omitto properandi studio, & laboris, ut verum fatear, vel odio, vel taedio. Neque tamen illud omittam, quod in lepidissimis versibus quibus parasitus, ut opinor, aliquis de divitibus quibusdam cupediariis conqueritur, qui excandefaciebant annonam, & ita purgabant macellum; ut nullum lautius opsonium aliis reliquum fieret, legendum est, ἅπαντας ἀναπίπτειν; non, ut vulgo, πάντας: ita enim metri ratio postulat. Id si cui levius videbitur, quod ego quoque fateor, at hoc certe non omnino negligendum, postremi eorum versuum sententiam vulgo non satis intelligi. Nam illud, τὰμοὶ δ' ἐκεῖνος τῇ πρώτῃ ἥκων: hoc significat, nuptialia convivia, & adolescentum compotationes desiisse celebrari: ex quo illi divites omnia ad se trahere coeperant. Estque illud ἦσαν similе illi Catulliano, *Sed haec prius fuere*: & illi Plautino, *Fuit Phronesium*: & illi Virgiliano, *Fuit Ilium*: Et τὸ δὲ μίσγω praeteream, in illo dicto Stratonici, ἀκόνα ἀκόνᾳ, jucunda allusio est ad illam usitatam vocem, ἀκόνα λαοῖ: cujus lepos in Latino sermone sentiri non potest. Illud quoque praetericns monebo, longe plurimos Machonis de Stratonici dictis versus male vulgo pro so-

luta

traror. Primum igitur in historia, quae ex Posidonio af fertur, de Tryphonis militibus subito incursu maris ab sorptis, ubi Sarpedonis milites, re audita, accurrisse di cuntur: cum vulgo ita legatur: Καὶ οἱ μὲν τὸ Σαρπήδο ἀκούσαντες τῷ συμφορᾷ, ἐπλήττοντες, τοῖς μὲν τ πολεμίοις εἴκο σιν ἰφύσησαν, ἰχθύων ὃ ἀφθονίαν ἀπολυόμενοι, τῇ ὕβρει Πόσε δῶν τροπαίῳ. in veteribus pro ἰφύσησαν legitur ἰφύσιαν quod verbum nihili est: & quod quidam ex eo facer voluerunt ἰφείσαντο, ideoque dixerunt illos hostium corpo ribus pepercisse: non dubito, quin animadversuri sin lapsos esse se, si locum paulo diligentius inspiciant. Om nino autem vulgata scriptura hoc quidem loco verisim est, ut intelligamus, eos ex hostium interfectorum spect culo voluptatem cepisse: sitque ἰφύσησαν a verbo ἰφυ μαι. Nam ἰφείσαντο si quis legat, neque veteres libros ha bebit auctores, & ne sic quidem emendata fuerit orati Paulo post autem in narratione Hegesandri de admirabil quadam copia piscium, quae bis quotannis, ex lacu Bo lyce, statis temporibus in flumen Olynthiacum influer dicitur, voces aliquot in excusis libris desiderantur Quare totum locum, ut in veteribus extat, apponam Καπὶ ὃ τ ἀνθρωπίνα, τῇ ἐλαφροβολίᾳ, λέγουσι οἱ ἐπιχώριο διὸ πίμπλ ἡ Βολύη τῷ λάπυρι Ολύνθῳ πρὸ τ κωμῶν τῶν ἀπέχοντ πλέθρ ἰχθύων ὧν τῆς λίμνης εἰς τ Ολυνθιακὸν ἀνεβα νον ποταμόν. ἔστ ὃ βραχὺς, ὥστ μόλις κρύπτει τὸ σφυρόν. ἀλ ἀνδὶ ἕλκος τοσοῦδ ἔχει πλῆθος ἰχθύων, ὥστ τοὺς ἀφειδοῦντας, & cetera Quam multa omiserint librarii, & quid eis errorem objece rit, etiam tacente me, omnes vident. Sed & in iis quae pau lo infra citantur, e libro quinto Chrysippi *de voluptate* omissae sunt per incuriam voces duae. Legendum enim τῇ δυνάμει βραχεῖς, τῇ συμπαγεῖς. In Sardanapali epita phio, etsi veteres quoque libri habent λάλωπες, malim tamen λίληπες. Improbi autem versus, quibus Alexi homines ad intemperantiam cohortatur, trochaici du sunt ita legendi, & ita distinguendi:

Πῖνε, παῖζε, σύνιθι· θνητὸς ὁ βίος· ἀλίγος ὁ ἐπὶ γῆ χρόνος.
Ὁ θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν, ὃν οὔπω ἴδες ἀνθρώπων.

Statim autem, Sotionis fide, citantur versus quidam eju dem argumenti ex ejusdem poëtae Asotodidascalo: qua fabulam is qui loquens inducitur, negat se unquam vidi se

se, quamvis mediae comoediae dramata plus octingenta legerit, eorumque eclogas fecerit, ubi *eclogas* vocat *excerpta* quaedam ex eis fabulis, memoriae caussa, quae insigniora viderentur. Tales *eclogae* hodieque ex amissis Polybii & aliorum libris reperiuntur. Inde apud Ciceronem *eclogarii*. Easdem & χρειομαθείας vocabant: quales hodie extant ex Strabone. Et inde Cicero Turannium vocat hominem χρειομαθῆ. Hoc non notassem, nisi alios in eo lapsos esse vidissem. In eis autem ipsis versibus cum ita legatur,

Τίφβαξε μανιῶ. χαιρὸς ἐδὴ ἔδειν.

legendum puto,

Φίφβαξε, Μάνη. χαιρὸς ἐδὴ ἔδειν.

Manes servile nomen olim fuit. In eisdem, ubi vulgo est ἡνίκα σὺ δεῖπνον: melius videtur quod in veteribus legitur, ἡνίκα σ' ὁ δεῖπνον. Jam in illa parodia Chrysippi cum vulgo ita legatur, Καὶ γὰρ ἐγὼ κακός εἰμι, pro κακὸς, in vetere libro est κακὸς. Ego autem legendum puto κόκις. Multa leviora omitto properandi studio, & laboris, ut verum fatear, vel odio, vel taedio. Neque tamen illud omittam, quod in lepidissimis versibus quibus parasitus, ut opinor, aliquis de divitibus quibusdam cupediariis conqueritur, qui excandefaciebant annonam, & ita purgabant macellum; ut nullum lautius opsonium aliis reliquum fieret, legendum est, ἅπαντας ἀναπιμπλᾶσι; non, ut vulgo, πάντας: ita enim metri ratio postulat. Id si cui levius videbitur, quod ego quoque fateor, at hoc certe non omnino negligendum, postremi eorum versuum sententiam vulgo non satis intelligi. Nam illud, τάμοι δ' ἐκείνοις τὴ πανὶ πανὶ ἥσαν: hoc significat, nuptialia convivia, & adolescentum compotationes desiisse celebrari: ex quo illi invites omnia ad se trahere coeperant. Estque illud ἥσαν simile illi Catulliano, *Sed haec prius fuere*: & illi Plautino, *Fuit Phronesium*: & illi Virgiliano, *Fuit Ilium*: Et τὸ ὃ μὴν praeteream, in illo dicto Stratonici, ἀνὴρ ἀνὴρ, jucunda allusio est ad illam usitatam vocem, ἀνὴρ λαοί: cujus lepos in Latino sermone sentiri non potest. Illud quoque praetericns monebo, longe plurimos Athenaei de Stratonici dictis versus male vulgo pro so-

luta

luta oratione accipi. Subjiciam autem & quae citantur e libro primo Chariclis καὶ ἐν ἀρχῇ, ut in veteribus libris leguntur: quoniam ea aliter ab aliis tentata video: Γυμνικὸς δὲ ἀγῶνες, ἵππια, ἀφ' Ἡνιόχου, Ἡλεῖοι, Κορίνθιοι δὲ ἱππικὸς, Ἀθηναῖοι δὲ πολιτικὸς. οἷς τὸν τέτων πλησιάζοιν, μεγαλύνεσθαι Λακεδαιμόνιοι, ἐπισκήπτων ὧς παρ' αὐτοῖς ἀγράφως κρατύνεται. In illa longa historia Diphili de piscibus, ubi ad Bacchum piscem ventum est, ita est in libris vetustis: Βάκχῳ δίχυλα, πολύχυλα, ἄτεφα τρίγλα ἀκύλα, ἄπιδα, βρομίδες. At a vulgatis voces aliquot absunt. Sed & morosi illius senis, qui omnia sibi conformatis ad imminuendum nominibus appellari volebat, quod sibi eo modo minorem sumptum facere videretur, ejus igitur verba ipsa quoque diminuta & decurtata vulgo leguntur. Legenda autem sunt hoc modo:

Ἐπέχασκέν με τὸν μὲν ἰχθύα μοι τρίγλαν
Ἰχθύδιον, ὄψον δ' ἐὰν λίγης ἕτερον γε τοῦτο
Ὀψάριον. ἄδικον δὲ ἀπολέσαμαι πολύ.

In versibus autem, quos canticabant, qui coronae stipem colligebant, & alia multa depravata sunt, & hic versus:

Θεοὶ, χάσκετο μετάπυμπτος ἡ κόρη.

cum legendum sit,

Θεοὶ, χάσκετ' ἄπιν' ἄμμιγάδος ἡ κόρη.

Ubi de verbo ἀμμίζω quaerit Ulpianus, qui verbum illud irridebat, ait emptum videri ἐκ γῆς σαβύρης. Quod qui interpretatus est, *Ex terra subulca*, equidem quid sibi voluerit, nescio. Illud scio, legendum esse, ἐκ τῆς Σοβύρας. Cujusmodi autem mulieres in Subura olim habitaverint, & quae illic tum vitae, tum sermonis elegantia fuerit; nemini ignotum est. Paulo post autem una vocula corrupta, ne trochaicus Epicharmi intelligatur, impedimento est. Ita enim habent libri editi:

Τὰ καὶ δ' οὐ' ἄνδρες ἴλεγον, ἀνταὶ λάκτιζον

cum legendum sit,

τὰ

Τὰ αὐτῶ δὲ ἀνδρὸς ἄλλον, ὡς ἐγὼν ὑπολάβοιμι.

Unum si praeterea addidero, finem faciam. Desinere enim, quam deficere malo. In parodia sane eleganti, quae ad ipsum finem libri legitur, ita editum est:

κ'ἔπειτά τις εἶπε
Τῶν ξυμποτικόντων, ἔδη σὺ τί οὐχ ὑπολύσῃ
Αὐτὸν. ὁ δ' ἄχθη αὐτὸς ὁ ἥων.

quod mutilum esse qui non sentiat, nihil sentiat. Legendum autem hoc modo:

κ'ἔπειτά τις εἶπε
Τῶν ξυμποτικόντων, ἔδη σὺ γε οὐχ ὑποπίνεις;
Οὐχ ὑπολύσεις σαυτόν; ὁ δ' ἄχθη αὐτὸς ὁ ἥων.

ὑπολύειν ἑαυτὸν, est excalceare se. Xenophon Anabaseos libro quarto, ᾧ οἱ τὸ νόημα ὑπολύσιτο. Longe aberravit a sententia, qui ita vertit: *Hunc jam cur a metu non liberas?* Neque tamen eum aut accuso, aut infector: cum alia tam multa egregie praestiterit. Sed arduum ac difficile est, sine veterum librorum ope Athenaeum interpretari.

CAPUT IV.

Rectene Cicero Graecos reprehenderit, quod Laborem, & Dolorem una voce πόνον appellare dixerit.

M. Tullius quamquam φιλέλλην & erat, & haberi volebat, Graecorum tamen nationi nonnunquam subiniquus videtur: non tantum, ubi causae serviens eorum fidem in testimoniis elevat, levitatem insectatur, instituta deridet: sed etiam cum Romanam linguam verborum copia non Graecae parem modo, sed etiam superiorem facit: quod tam longe abest a vero; ut mihi ipsae chartae, in quibus id scriptum est, erubescere videantur. Quid libro secundo Tusculanarum, cum Graecos negat sua lingua *laborem a dolore* distinguere, annon aperte calumniatur? Neque φιλόπονος est doloris amans, sed laboris. At πόνος interdum etiam *dolorem* vocant, & *laborare* dicunt

cunt eas corporis partes, quae dolent. Non igitur idem & Latini faciunt? Unde igitur sunt illa?

Laborat e dolore misera.

&,

Quae laborantes utero puellas.

& qui laborat podagra, certe non ita laborat, ut Marius cum aestu magno ducebat agmen. Sed cujus potius in hanc rem quam ipsius Ciceronis testimonio utamur? Ejus igitur verba sunt e secundo de finibus: *Quos, dii immortales, ille, cum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat: tantummodo laboriosus videbatur.* Nonne eum, qui maximo dolore cruciatur, *laboriosum* vocat? Videat ergo, si hoc nomine in Graecos volet esse durior, ne causae suae securim talis ac tantus patronus infligat. Facere in eo quoque mihi videtur injuste, quod accubationem epularem melius a Latinis *convivium*, quam a Graecis συμπόσιον, aut συμπόσιον nominari judicat. Contra enim appellatio Latina habere quandam intemperantiae significationem videtur: quasi tum demum vivant homines, cum cibum capiunt: neque sit inter eos, praeterquam in epulis, ulla vitae communio. At Graeci *una vivere* dicent, eos etiam qui negotia sua inter se communicant, qui crebro una sunt, qui una militant, una philosophantur: convictum denique multis aliis in rebus quam in vino & epulis intelligent: non ut Latini, qui *convivere*, ut hoc verbo utar, eos demum dicunt, qui una tanquam ad idem praesepe pascuntur, quasi nihil sit aliud συζῆν quam συγκοιζίζεσθαι. Elegantius illi, qui aliud esse viderunt, una bibere, aliud una vivere. Itaque communionem epularum ab eo, ut Varro ait, coagulo, quo convivia continentur, nominarunt: vitae conjunctionem ad alia graviora & magis seria reservarunt. Haec si cui confidentius dixisse adversus Ciceronis sententiam videbor; cogitet, quam multa ab eo adversus Platonem, Aristotelem, Theophrastum, aliosque veteres dicta sint. Numquam haec vel dissentiendi, vel ingenii exercendi libertas in litteris vituperata est.

CAPUT

CAPUT V.

Xenophontis locus quarto Anabaseos emendatus.

APUD Xenophontem libro quarto anabaseos, Graeci uibus praerat ipse Xenophon, cum in Armenia & mul- s aliis difficultatibus conflictati essent, & paene obri- uissent ac conglaciassent frigore, nivisque vi tantum on obruti ac sepulti forent; ignem tandem construxisse icuntur: eumque ad fovenda corpora oleum deesset, ultis se ac variis chrismatis, quod ibi repererant, gene- ibus perunxisse. *Chrisma* autem illud fuisse ait Xeno- hon σύειον, ἢ σησάμινον, ἢ ἀμυγδάλινον ἀπὸ τῶν πικρῶν, ἢ τερεβίνθινον. At cetera quidem genera non ignota sunt: sesamo, ex amygdalis amaris, ex terebintho. unum uod primo loco ponitur, plane absurdum videtur, σύειον, uod Romulus vertit *suillum liquamen*, eumque secutus nus ex eruditissimis hujus aetatis, hoc uno, ut opinor, oco fretus, chrismatis nomine etiam animalium adipem gnificari tradidit. Quid autem, quaeso, commune habet deps suillus cum sesamino, amygdalino, aut terebinthino hrismate? Nam ocreas quidem suas, (si quas ex corio ocreas habebant) & calceamenta adipe suillo inungere d ignem, ut ea mollirent, poterant: artus vero suos, um suppeteret aliorum copia, tam tetro, & tam spurco nguine illinere, cujus turpitudinis fuisset? Equidem ffirmare ausim, locum depravatum esse, & pro σύειον, egendum aut σίειον, ita enim vocabant liquorem ex lilio xpressum, quem & *anthinon* Galenus vocat: aut si cui beat propius vulgatae scripturae ve tigiis insistere, una tterula mutata, ῥόειον, a thyia arbore, quam, ob exi- iam quandam odoris suavitatem, summe a veteribus ommendari, notius est, quam ut confirmari debeat.

CAPUT VI.

Quinctiliani libro sexto de Risu, loci plurimi & emendati, & explicati.

MACULOSUS est procul dubio Fabii locus e capite rtio libri sexti, ubi de dictis Ciceronis ita scribit: *Utri- m Quintus, & libertus ejus Tiro, aut alius quisquis*

cunt eas corporis partes, quae dolent. Non igitur idem & Latini faciunt? Unde igitur sunt illa?

Laborat e dolore misera.

&,

Quae laborantes utero puellas.

& qui laborat podagra, certe non ita laborat, ut Marius cum aestu magno ducebat agmen. Sed cujus potius in hanc rem quam ipsius Ciceronis testimonio utamur? Ejus igitur verba sunt e secundo de finibus: *Quos, dii immortales, ille, cum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat: tantummodo laboriosus videbatur.* Nonne eum, qui maximo dolore cruciatur, *laboriosum* vocat? Videat ergo, si hoc nomine in Graecos volet esse durior, ne causae suae securim talis ac tantus patronus infligat. Facere in eo quoque mihi videtur injuste, quod accubationem epularem melius a Latinis *convivium*, quam a Graecis συμπόσιον, aut συμπόσιον nominari judicat. Contra enim appellatio Latina habere quandam intemperantiae significationem videtur: quasi tum demum vivant homines, cum cibum capiunt: neque sit inter eos, praeterquam in epulis, ulla vitae communio. At Graeci *una vivere* dicent, eos etiam qui negotia sua inter se communicant, qui crebro una sunt, qui una militant, una philosophantur: convictum denique multis aliis in rebus quam in vino & epulis intelligent: non ut Latini, qui *convivere*, ut hoc verbo utar, eos demum dicunt, qui una tanquam ad idem praesepe pascuntur, quasi nihil sit aliud συζῆν quam συγκοιμᾶσθαι. Elegantius illi, qui aliud esse viderunt, una bibere, aliud una vivere. Itaque communionem epularum ab eo, ut Varro ait, coagulo, quo convivia continentur, nominarunt: vitae conjunctionem ad alia graviora & magis seria reservarunt. Haec si cui confidentius dixisse adversus Ciceronis sententiam videbor; cogitet, quam multa ab eo adversus Platonem, Aristotelem, Theophrastum, aliosque veteres dicta sint. Numquam haec vel dissentiendi, vel ingenii exercendi libertas in litteris vituperata est.

CAPUT

CAPUT V.

Xenophontis locus quarto Anabaseos emendatus.

APUD Xenophontem libro quarto anabaseos, Graeci uibus praeerat ipse Xenophon, cum in Armenia & mul- s aliis difficultatibus conflictati essent, & paene obri- uisent ac conglaciassent frigore, nivisque vi tantum on obruti ac sepulti forent; ignem tandem construxisse icuntur: eumque ad fovenda corpora oleum deesset, ultis se ac variis chrismatis, quod ibi repererant, gene- ibus perunxisse. *Chrisma* autem illud fuisse ait Xeno- hon σήσαμον, ἢ σησάμινον, ἢ ἀμυγδάλινον ἀπὸ τῶν πικρῶν, ἢ τερεβίνθινον. At cetera quidem genera non ignota sunt: sesamo, ex amygdalis amaris, ex terebintho. unum uod primo loco ponitur, plane absurdum videtur, σήσαμον, uod Romulus vertit *suillum liquamen*, eumque secutus nus ex eruditissimis hujus aetatis, hoc uno, ut opinor, oco fretus, chrismatis nomine etiam animalium adipem gnificari tradidit. Quid autem, quaeso, commune habet deps suillus cum sesamino, amygdalino, aut terebinthino hrismate? Nam ocreas quidem suas, (si quas ex corio creas habebant) & calceamenta adipe suillo inungere d ignem, ut ea mollirent, poterant: artus vero suos, um suppeteret aliorum copia, tam tetro, & tam spurco nguine illinere, cujus turpitudinis fuisset? Equidem ffirmare ausim, locum depravatum esse, & pro σήσαμον, egendum aut σίσαμον, ita enim vocabant liquorem ex illio xpressum, quem & *anthinon* Galenus vocat: aut si cui beat propius vulgatae scripturae vestigiis insistere, una tterula mutata, θύον, a thyia arbore, quam, ob exi- iam quandam odoris suavitatem, summe a veteribus ommendari, notius est, quam ut confirmari debeat.

CAPUT VI.

Quinctiliani libro sexto de Risu, loci plurimi & emendati, & explicati.

MACULOSUS est procul dubio Fabii locus e capite rtio libri sexti, ubi de dictis Ciceronis ita scribit: *Uti- am Quintus, & libertus ejus Tiro, aut alius quisquis*

fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius dictoru
numero indulsisset. Neque dubium est, quin legendu
sit, ut in veteribus, *Utinamque libertus ejus Tiro.* N
que enim libros illos quisquam unquam ad Q. Cicerone
retulit. Paulo infra cum locum haec in veteribus libr
ita leguntur: *Affert autem summam rei difficultatem*
primum, quod ridiculum dictum plerumque falsum est
semper humile, saepe ex industria depravatum. Falsum
non, ut vulgo, *falsum:* neque quidquam verius, qua
illic *falsum* legi oportere. ut & illud hoc modo: *Neq*
hoc ab ullo satis explicari puto, licet multi tentaverint
unde risus; qui non solum facto aliquo dictove, sed inte
dum quod etiam corporis tactu arcessitur. Hoc eni
ipsum est, quod negat a quoquam satis explicatum, *U*
de risus: id est, quae sit risus origo. Sequitur pau
post: *Erumpit enim etiam invitis saepe, nec fultus op*
nec vultus modo ac vocis exprimit confectionem, sed totu
corpus vi sua concutit. ubi tres illae voces, *nec fult*
ope, redundant. Barbara quaedam enunciatio effecera
ut *nec fultus* pro *nec vultus* scriberetur. Quae corrup
scriptura fulta est postea ope alicujus, qui de suo addi
illud *ope.* Sic saepe *feritas* invasit in locum *veritati*
fenus in locum *Veneris:* aliaque ad eundem modu
Quod autem subjungit, *ridiculo saepe maximarum rer*
momenta verti: concordat cum Horatio, cujus illud est

——— *ridiculum acri*
Fortius ac melius magnas plerumque secat res.

In eodem capite ita legendum est: *Et Catullus cum dic*

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

non hoc dicit, nihil in corpore ejus esse ridiculum. V
go detracta negatio Fabium ipsum ridiculum facit. E
ut nonnulla praetermittam, in quibus ipse mihi nondu
satisfacio, hoc certe ita legi debet: *Ludere nunquam*
limus: longeque absit propositum illud, potius amicu
quam dictum perdendi. male enim vulgo, *perdidi.* On
tam satis multa: spicilegio enim loci esse aliquid vo
duo tantum ex eodem capite notabo, quae mihi viden
minime negligenda. In editis libris legimus, *Emph*

Digitized by Google

Livius dixit, ferro cotem Attium Navium incidisse. Et totum quidem est, historiam illam de cote a Navio in. isa extare apud Livium libro primo. Sed quaero, quam andem hic Fabius emphasim videat: aut quid omnino istoria haec ad id quod hic agitur pertineat. Neque uto, id quemquam videre posse; nisi qui ita perspicax t, ut id etiam quod nusquam est, videat. In veteribus embranis meis hoc modo: *Emphasi A. Villius dixit, rrum in cotem incidisse.* Hoc nec verius, nec melius uicquam. Subjungam (*) unum item locum: deinde iter oc dividam. Libri circumforanei ita habent: *Seu fictis vis versibus. Simile est, quod* [illegible] *dicitur.* At eus recte & vere: *Seu ficti notis versibus similes: quod* [illegible] *dicitur.* Hoc si quis forte non satis intelligit; onsulat Athenaeum.

CAPUT VII.

Male ominatis verbis uti. Horatius, & Terentius illustrati. Versus Ennii numeris restituti.

DIXI alias de consuetudine veterum addendi nonnunam litteram D ad voces quarum ultima littera vocalis et, praesertim si sequeretur statim alia vox, quae a cali inciperet: legendumque ideo apud Horatium, *led ominatis Parcite verbis.* Cum autem & alii vidisse testati sint, & ipse viderim vetustos quosdam libros, quibus est *malen ominatis*, visum est, ut monerem, n tamen propterea legendum, *male nominatis.* Certe m *nominare verba* nemo dixit, qui recte emendateque ueretur: sed potius, *malen ominatis.* Modo enim lita D, modo littera N, ad vitandum hiatum utebantur. cum rectum sit *atqui & alioqui*, sequente tamen vo, *atquin*, & *alioquin* apud veteres saepe reperias. Et e est illud Plauti:

O Callicles, o Callicles, o Callicles,
Qualin animo mea commendavi bona?

Et

*) *Subjungere*, pro addere, non est Ciceronianum. Vide Stephan. de Stilo Hist. p. 160.

Digitized by Google

Et fuisse quandam earum litterarum mutuam functionem ostendit Donatus in illud ex Phormione,

Quia non rete accipitri tenditur, neque milvio.

Legitur, inquit, & *Tennitur. habet enim N littera cu D communionem.* Et certe hodieque vulgus Tiburtium Interamnatium, & aliorum quorundam, pro ND, c plex N plerumque pronunciat. Hoc igitur non indigu visum est observatione. Sed quoniam paulo infra eu locum citat Donatus versus quosdam e sexto Satyrar Ennii, quos prope integros in fabulam suam transtule Terentius: iique vulgo perturbati ac mendosi legunt describam eos ita, ut legendos puto. Sunt igitur hi:

Quippe sine cura, laetus, lautus cum advenis,
Exertis malis, expedito brachio,
Celsus, alacer, lupino exspectans impetu,
Quam mox alterius obligurrias bona:
Quid censes domino esse animi? pro divûm fidem.
Dum ille cibum tristis servat, tu ridens voras.

CAPUT VIII.

Phormio Terentiana e Demosthene illustrata.

SI quis eadem de re iterum judicio experiri velit; tum est, eum exceptione rei judicatae repelli: & inde tum est illud, *Actum, ajunt, ne agas.* Rectequ Terentianus Phormio Demiphoni objicit his verbis:

At tu, qui sapiens es, magistratus adi:
Judicium de eadem caussa iterum ut reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas: & soli licet
Hic de eadem caussa bis judicium adipiscier.

Eodem enim jure Athenienses uti solitos, ut pleraqu jure civili Romano ab eis sumpta sunt, vel hic Demos nis locus indicat ex oratione adversus Leptinem: οἱ ᾗ εἰσὶ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ἰσχὺς ἢ αὐτὸν ὑπὲρ ἅπαν, ὑπὲρ τοῦ, ὑπὲρ Ἀλκιβιάδου, ὑπὲρ ἄλλου τινὸς εἰλη εἶναι. & And des in oratione adversus Alcibiadem: ἄλλος τι τῇ τῶν

Digitized by Google

παγρεδίοπαν δὲ, ἐὰν ἐ αὐτὸ ἢ αὐτὸν μὴ ἐθέλῃ διαίζωλ. Sed quod subjicit Demipho, non necesſario ducendam orem ei qui genere proximus ſit: ſed licere ei per legem, id malit, dotis datione defungi, ejusdem oratoris teimonio confirmatur: apud quem ea ipſa lex extat in oraone adverſus Macartatum: Τῷ ἐπικλήρου ἢ ἐγγύτατος ἐπιδικαῖ, ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν ἢ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐθέλῃ, ὁ δέχεσθαι ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐπίδικος. Neque ero illud temere dictum eſt,

abduce hanc. minas quinque accipe.

enim pecunia conſtituta erat legibus, quam darent gentibus puellis, quo facilius elocarentur, qui eis proxii erant, ſi nollent eas ducere, ut Harpocration ex Dircho docet. Puto autem, haec nonnihil ad Terentium uſtrandum pertinere.

CAPUT IX.

Plauti e Captivis verſus e Graeco deſumpti.

SALTARE non hilaritatis modo eſt, ſed immodicae & ofuſae cujusdam hilaritatis. *Salire* autem ac *palpitare* letur *cor*, in maximo ac vehementiſsimo metu. Itaque nuſte Tyndarus apud Plautum in Captivis, cum illum um honeſtiſsimum dolum, quo herum ex ſervitute uxerat, patefactum videret, jamque ſibi magnum maı imminere auguraretur: cor ſuum objurgat, quod in nto periculo ſaltitet. Verba autem illius haec ſunt, quidem in emendatis libris leguntur:

Quin quieſcis dierectum cor meum? i, ac ſuſpende te; Tu ſuſultas. ego miſer vix adſto prae formidine.

riſimile autem mihi ſit, effictum eſſe illum Plauti lon e vetere Comico Anaxandride, cujus hi verſus citur apud Athenaeum in illa pulcherrima parte libri XV. m a me Lutetiae acceptam Gulielmus Canterus pucavit. Sed verſus Anaxandridae, de quibus dicere peram, hi ſunt:

ὦ πονηρὰ κεφαλή,
Ἐπχωρίσκιον ὡς ἀεὶ μόνον βλέπεις.
Οὐχὶ δὲ δῆλος, ἢν ἴδῃς ἀνδριάντα.

O cor improbissimum,
Ut corpore ex toto unicum gaudes malis.
Salis enim simulac timentem videris.

Paulo autem ante eos versus inepte scriptum est: ὡσὰ καὶ ἐν τοῖς ψόφοις γενομένας ἀγωγὰς πάσας τὰς μεθ' ἡμέραν ἐπιλόπτειν συμβαίνει: quae vitiosa scriptura impositi etiam h mini eruditissimo, qui nuper Athenaeum interpretat est. Legendum autem, ἐν τοῖς φίβοις. Ac libet, ant quam manum de tabula tollam, emendare locum Xen phontis e Sympositi, qui eodem in libro ab Athenaeo tatur, sed neque in optimis Xenophontis exemplaribu neque apud Athenaeum emendate legitur: legendus aut est hoc modo: Αἴγε μὲν γυναῖκες, ἔφης τι ἢ ὅταν νύκ τύχωσιν ὦσαι, ἄνευ τοῦ Νικηράτου τοῦτο, ἐὰν ἡ κεφαλὴ μύρου μόνον ᾖ καὶ στεφάνους. ταῦτας γὰρ πάντων ἄζιον.

CAPUT X.

Ciceronis epistola I. ad Atticum locus contra Simeonis Bosii sententiam & emendatus, & explicatus.

QUI eo sibi placent, quod antiquiores & meliores bros nacti sint, in eosque se jactant; ridicule mihi fa re videntur. Neque enim magis ingenii aut eruditio laus est, in bonum librum incidere; quam prudentia cum agrum fodias, reperire thesaurum. Et quanqu veteres libri multum opis afferunt ad optimos scripto purgandos, non tamen in eo posita sunt omnia. N cum eorum nullus prope ita emendate scriptus sit, non multis erroribus scateat; saepe evenit, ut quod rum ac rectum est, non ex uno describendum sit, multis inter se collatis, quasique mutuas operas trad bus colligendum: in quo multos saepe falli videmus. puto nonnunquam contigisse Simeoni Bosio, quanq homini erudito, ingenioso, diligenti, cujus opera studio nuper epistolae Ciceronis ad Atticum multo, q prius, emendatiores prodierunt. In ipso enim ve vestibulo, id est, epistola prima libri primi, cum ad

Digitized by Google

um ab aliis frustra saepe tentatum, jamque prope de-
ositum ac desperatum venisset; plurimum ille quidem
d illius emendationem, & veteribus libris, & ingenio
retus contulit: neque tamen eum persanavit, & a vera
lius sententia, nisi me vehementer fallit animus, aber-
avit. Id num temere, an secus (*) judicem; res ipsa indi-
ium faciet. Dixerat Cicero, de iis qui tunc consulatum
eterent, Caesarem quidem certum putari; sed quis illi-
us collega futurus esset, ambigi: Thermum enim cum
Silano contendere· neque satis constare, utrius futura
esset victoria. Addit deinde, suis rationibus maxime
conducere, ut Thermus fiat cum Caesare: eum enim cu-
atorem esse viae Flaminiae: quae absoluta, magnam ei
gratiam in vulgus conciliatura sit: ex quo consequitur,
luras partes ejus fore, qui cum ipso contendere volue-
it. Quare sibi minime optandum esse, ut Thermus in
nnum suum recidat. Sed praestat Ciceronis verba reci-
are, ita ut a Bosio ingeniosissime emendata sunt: nam
t in libris antea editis leguntur, nimium quantum absunt
veritate. Totus igitur locus hic est: *Nostris rationibus*
naxime conducere videtur, Thermum fieri cum Caesare.
emo est enim ex iis qui nunc petunt, qui, si in nostrum
nnum reciderit, firmior candidatus fore videatur: propter-
a quod curator est viae Flaminiae quae tum erit abso-
uta sane facile. tum libens Thermon Ciceri consul accu-
lerim. Haec ita homo eruditissimus interpretatur: *Ne-*
minem putabat Cicero suo anno Thermo praelatum iri, in
consulatus petitione: verebaturque, ne is sibi consulatum
praeriperet. qua de caussa cum pro certo crederet, eum
consulem factum iri, optabat illum sibi socium adjungi, ut
uterque consul fieret eodem anno. Thermum, inquit, si
consul factus ero, libens mihi collegam adjungam: hoc
est, non inique tulero, immo gaudebo, Thermum consulem
mecum fieri. Haec ille, quae mihi (quod bona ipsius
enia dictum sit) longissime abesse a Ciceronis sententia
identur. Primum enim dixerat Cicero, suis rationibus
naxime conducere, Thermum cum Caesare fieri. Ergo
olebat eum recidere in annum suum. At collega Cice-
onis esse non poterat, nisi cum eo una peteret. Dein-
e quid minus optabile erat petenti consulatum, quam
ha-

(*) Hoc jure reprehendit Vavasor de vi & usu verb. p. 172. legendum erat, *recte, an secus.*

Digitized by Google

habere firmissimum competitorem? Nam ut quisque minime firmos competitores habet, ita facillima illi via ad consequendum honorem patet. Quid autem intererat Ciceronis, Thermum potius quam alium quempiam sibi socium adjungi? Nam dum ipse anno suo fieret, quis secum fieret, non laborabat. Postremo verbum illud *accuderim*, contentionem potius quandam in petendo honore, quam conjunctionem in gerendo significat. Hoc dicere videtur: Non libenter cum Thermo concurrerim, quasique arietaverim: ne ille forte sit firmior. Si enim cicer, & lupinum in eodem mortario cudantur ac tundantur, periculum fieri videtur, utrum sit firmius. Eodemque modo, si duo iisdem comitiis petant, explorari videtur, uter sit firmior. Nunc dicam, & quomodo in Cicerone legendum putem, & cur putem. Primum igitur ordo duarum vocum *sane facile*, non idem est in omnibus libris. In plerisque enim est, *facile sane*. Deinde vocem *Consul*, fatetur ipsemet integram in codice Tornesiano non legi, sed abesse ab eo duas ultimas litteras. Ego autem hoc amplius dico, a plerisque vetustis libris tres ultimas litteras abesse: & *Con* tantum legi. Unde fit, ut, prima littera mutata, legendum arbitrer, *non*. Quare totum locum hoc modo, & lego, & interpretor: *Nostris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Caesare* tunc enim mihi verendum non erit, ne cum eo petere necesse habeam; quod mihi difficile ac molestum foret. *Nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui si in nostrum annum recidet*, (recident autem ii videlicet, qui hoc anno repulsam ferent) *firmior candidatus fore videatur*. ita ut verendum sit, ne dejiciat eos, qui secum in petitione concurrent. *Propterea quod curator est viae Flaminiae, quae tum erat absoluta facile. Via* autem *Flaminia* in Urbem ex Gallia venitur: & Galli plurimum in comitiis potest. Quare homines ex Gallia venientes ad comitia, qui prius cum luto & salebris in via Flaminia luctari solebant, iis difficultatibus expediti libenter eum qui illam munierit, suffragiis suis adjuvabunt. ideoque *sane tum libens Thermon Ciceri non accuderim*. id est, non libens cum eo contenderim ac concurrerim in consulatus petitione. Hanc enim interpretationem probavit vir summa dignitate praeditus, Paulus Foxius, Archiepiscopus Tolosanus, qui nunc regius in urbe Legatus est, cujus judicium, & auctoritas, qua apu

apud ſummos Principes in maximi momenti negotiis merito plurimum valet, non minus apud homines eruditos, propter multiplicem ipſius & exquiſitam in omni genere laudandarum artium doctrinae copiam, valere debet.

CAPUT XI.

Sacrum pro populi ſalute in domo Conſulis fiebat quotannis, idque Athenienſium exemplo.

OCCULTUM quoddam ſacrum antiquitus in Conſulis domo quotannis ab ipſius Conſulis uxore, pro ſalute populi, unde & *Damium* vocabatur, fieri ſolitum, in quod maribus ingredi non liceret, omnes ſciunt: cujus etiam violati tam ſaepe Cicero Clodium accuſat. Sed ejus ſacri originem Graecam eſſe, fortaſſis non aeque multi ſciunt. Monebo igitur, Athenis quoque in conſuetudine poſitum fuiſſe, ut quotannis in domo ejus, qui eo anno rex eſſet, ejusdem generis ſacrum quoddam fieret ab uxore regis. In hac autem urbe Conſules ipſi quoque quaſi annui quidam reges erant. Hoc quod dixi de Athenienſibus, ſi quis, unde ſit, quaerat, reperiet apud Demoſthenem in oratione adverſus Neaeram.

CAPUT XII.

Cicero accuſationum in Verrem libro I. *emendatus, & contra eruditi ſententiam interpretis explicatus.*

APUD Ciceronem libro primo accuſationis in Verrem, id eſt, eo, qui male vulgo numeratur tertius, haud longe a principio ita legitur: *Acceſſi enim ad invidiam judiciorum levandam, vituperationemque tollendam: ut cum haec res pro voluntate populi R. eſſet judicata, aliqua ex parte, mea diligentia, conſtituta auctoritas judiciorum videretur. poſtremo, ut eſſet hoc judicatum, ut finis aliquando judiciariae controverſiae conſtitueretur.* Eum locum vir eruditus, cujus extant Commentarii in primam partem orationum Ciceronis, aperte corruptum eſſe dicit: & poſtquam in omnem partem diu multumque verſavit, poſtremo ita emendandum eſſe judicavit: *Acceſſi enim ad invidiam judiciorum levandam, vituperationemque*

Digitized by Google

tollendam: & cum haec res pro voluntate populi R. esset judicata, ut finis aliquando judiciariae controversiae constitueretur: postremo ut cum esset hoc judicatum, aliqua ex parte, mea diligentia, constituta auctoritas judiciorum videretur. Quam ipsius, ne graviore verbo utar, minime necessariam mutationem, quidam secutus est, qui, ut quidque deterrimum erat, ita-id facillime amplectebatur. Nihil autem opus fuit illa tanta ordinis inversione. Nam si ubi est, *ut esset hoc judicatum*, pro *ut* legas *utut.*, locus integer futurus est. Hoc enim dicit Cicero: si de Verre ex voluntate populi R. judicatum fuerit, judiciorum auctoritatem aliqua ex parte constitutum iri: quae tum fluctuabat, propterea quod multa judicia aperte pecunia corrumpebantur: & postremo, (utut de Verre judicatum sit) fore, ut finis judiciariae controversiae constituatur: sive enim damnetur, penes ordinem senatorium mansura judicia: sive absolvatur, neminem honeste recusaturum, quo minus ad equites transferantur. Quae autem adferuntur ad illius mutationis necessitatem ostendendam, piget refutare: ita levia & nugatoria sunt.

CAPUT XIII.

Ciceronis in Verrinis locum e Graeco scriptore desumptum videri.

PULCHERRIME dixit Cicero in priore actione in Verrem, arbitrari se, nisi judicia repetundarum severius exercerentur, fore, uti nationes exterae legatos ad populum R. mitterent, ut lex de pecuniis repetundis judiciumque tolleretur. *Si enim*, inquit, *judicia nulla sint; tantum unumquemque ablaturum putant, quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitretur. Nunc quod ejusmodi judicia sint, tantum unumquemque auferre, quantum sibi, patronis, advocatis, praetoribus, judicibus satis futurum sit.* Id autem etsi Ciceroni ipsi per se facile in mentem venire potuit: non arbitror tamen longe erraturum, si quis putet haustum esse e Demosthene, si modo ejus est endeixis adversus Theocrinem, quod ego quidem non puto. Sed eam orationem quicunque scripsit, ait eos qui accusandi provinciam suscipiunt, deinde autem pecunia corrupti, institutam accusationem deserunt, vehementer nó-

Digitized by Google

nocere reipublicae. Improbos enim homines, qui alioqui tantum raperent, quantum sibi satis futurum esset, tanto plus rapere, cum intelligant, ejus quod rapuerunt, partem aliquam accusatoribus dandam. Verba diserti & copiosi oratoris, sive ille Demosthenes, sive Dinarchus est, haec sunt: ἀλλὰ μὴν οἱ βουλόμενοι κακόν τι πράττειν, ὅτι τούτοις ἐστὶν δοὺς τῷ λαμβάνοντι τὸ μέρος δοτέον, ἐξ ἀνάγκης μείζω ἀφαιρῶνται παρὰ τῶν ἄλλων ἀρπάζειν, ἵνα μὴ μόνοι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔχωσιν ἀπολείπειν.

CAPUT XIV.

T. Livii loci aliquot e M. Tullio expressi.

IMITATUR interdum Ciceronem Livius, & quidem ita manifesto, ut quilibet etiam mediocriter in Cicerone versatus, id perspicere facile possit. Sed tamen id plerumque tectius & occultius facit Illius autem prioris generis exemplum luculentum est libro quadragesimo, ubi Perseus apud patrem queritur de insidiis, quibus vita ipsius a fratre Demetrio petebatur. Ciceronis haec sunt e tertio libro Catilinariarum: *Ego sum ille consul, P. C. cui non forum, in quo omnis aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum auxilium omnium gentium, non domus, commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris, sella curulis, unquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit.* Persei autem haec: *Cui non sollemne lustrale exercitus tui, non decursus militum, non domus, non epulae, non nox ad quietem data naturae beneficio mortalibus, tuta est.* Quoniam autem ejusmodi locorum collationes, mihi olim adolescentulo, non voluptati modo, sed & utilitati fuerunt: puto fieri posse, ut & aliis non displiceant. Qua spe fretus, alterum item subjiciam. Cicero in Divinatione, cum Siculos a Verre quodammodo atheos factos esse diceret (ita enim certe vocari poterant, qui prope jam nullos amplius deos haberent) hoc ipsos ita querentes facit, *Sese jam ne deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere: quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.* Hoc ita imitantur legati Ambracienſium de M. Fulvio conquerentes, apud Livium libro

bro XXXVIII. *Templa tota urbe ſpoliata ornamentis: ſimulacra deûm, deos immo ipſos convulſos ex ſedibus ſuis ablatos eſſe: parietes poſtesque nudatos. quos adorent, ad quos precentur, & ſupplicent Ambracienſes, non ſupereſſe.*

CAPUT XV.

Ejusdem Livii locus caſtigatus.

UT ſana & integra videntur ſaepenumero in optimis quibusque ſcriptoribus, quae vitioſa ſunt, & ἀνώμαλα: ita non raro fit, ut quae non intelliguntur, cum omni vitio careant, vitioſa tamen & corrupta videantur. Periculoſum autem negotium ſanis medicinam facere: multaque hoc modo a parum cautis corrumpuntur, ſpecie corrigendi. Quale eſt quod nunc proferam ex libro Livii XXVI. ubi P. Scipio, capta Carthagine, cum virtutem militum collaudaſſet, addidit: *Quanquam omnibus omnia deberet, praecipuum tamen muralis coronae decus ejus eſſe, qui primus muros aſcendiſſet profiteretur, qui ſe dignum eo duceret dono.* Quae verba vir eruditus, cum putaret vitii aliquid continere, ita ſcripſit in ſcholiis ad Livium ſuis: *Mendum ſubeſſe puto in voce, aſcendiſſet, & legendum, aſcendiſſe ſe profiteretur. Nam ſubdit, Duo profeſſi ſunt.* Atqui, o bone, non ejus voluerat eſſe eum honorem Scipio, qui primum aſcendiſſe ſe diceret: hoc enim nemo erat in exercitu, quin poſſet, ſi ſatis erat ipſum dicere: ſed ejus qui primus aſcendiſſet. Jubebat igitur profiteri eum, qui ſe dignum eo duceret dono: ut vere id, an falſo profiteretur, militum teſtimonio planum fieret. Itaque veterem & receptam ſcripturam retinere ſatius fuit. Verum ubi plura nitent, non eſt quod quenquam paucae *offendant maculae, quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Condemnandi & Judicandi verbum, Graecorum more, in accusationibus etiam a Latinis adhiberi. Advertere, quid sit. Livius iterum purgatus.

CONDEMNANDI verbum non de judice modo, sed & de accusatore, qui reum peregit, dici, nemo est, opinor, quin sciat: idque & post ab aliis, & jam pridem ab eruditissimo Budaeo notatum est. Sed *judicare* quoque dici, non eum modo qui pronunciat, & sententiam fert, verum eum quoque qui accusat, & diem alicui dicit, id non ita vulgo notum esse arbitror. Indicabo igitur locum Livii ex eodem libro XXVI. ubi *judicare* dicitur accusator. Verba Livii sunt: *Tum Sempronius perduellionis se judicare Cn. Fulvio dixit: diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore urbano petit.* Utuntur autem & Graeci, eodem sensu, verbo κρίνειν. Lycurgus in oratione adversus Leocratem: οἱ μὲν ἐπίγονοι λιτοκρίτῃ δικαίως, τῷ κρίνει αὐτὸν, τῷ τὰς νεὼς τῷ τὰ ἱδη τῷ τὰ πρόβ. Sed & paulo post, κρίσιν, accusationem vocat. Addam quasi porismatis loco, pauca quaedam ex eodem libro Livii, quae melius in vetere libro meo, quam in vulgatis leguntur: *Multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis in defectu Lunae silente nocte cieri solet, edidit clamorem, ut averteret, etiam pugnantium animos.* Legendum *adverteret.* & eo modo saepe *advertendi* verbo utitur Tacitus. Mox: *Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foederi adscriberent, ita ratam eorum pacem.* Melius in meo: *Ita ratam fore pacem.* Haec ut levia esse fateor, praestat tamen emendate quam depravate legi.

CAPUT XVII.

Livius rursum emendatus locis aliquot e vetere libro.

LIVII verba haec sunt ex ipso principio libri XXI. *In parte operis mei licet mihi praefari quod in principio summae totius professi plerique sunt rerum scriptores, bellum maxime memorabile omnium quae unquam gesta sint, me scripturum.* ubi an alios quoque scriptores intelligat, nescio: Thucydidem certe intelligit, qui principio operis sui, ait se sperare, bellum id, quod scribere ingre-

ingreditur, μίγνυσι τὴν ἱστορίαν καὶ ἀξιολογώτατον τῶν συγγραμμάτων. Et quod noſter cauſſas affert, cur tale fuerit, ille quoque alter exponit, cur tale fore opinetur. Quod autem ait adeo variam belli fortunam, ancipitemque Martem fuiſſe, *ut propius periculo fuerint, qui vicere:* id Silius prope ad verbum in poëma ſuum tranſtulit:

—— propiusque fuere periclo
Queis ſuperare datum ——

Sed in meo vetere Livio legitur, *Ut propius periculum fuerint*. idque fortaſſe rectum eſt. Livius quidem ſaepe hac conſtructione utitur: ut libro IV. *Propius eſt fidem.* Et libro XXV. *propiusque inopiam erant obſidentes, quam obſeſſi.* Et libro XXVIII. *Ut propius faſtidium ejus ſim, quam deſiderium.* Et libro XXXV. *Major gloria Scipionis: & quo major, eo propior invidiam.* Et libro XLIV. *propiorque gladiatorium armorum uſum.* Notum eſt, & alios primae claſſis ſcriptores ſaepenumero ita loqui. Talia enim ſunt illa Ciceronis: *Proxime Pompejum ſedebam.* &, *Proxime deos accesſit Clodius.* Et illud Salluſtii: *In dextro latere, quod proximum hoſtes erat.* ubi tamen vulgo adverſus veterum librorum fidem legitur, *Proximum hoſtibus.* Sed apud Salluſtium quidem hujus generis exemplorum copia eſt. Quod autem paulo poſt in Livio ita legitur, *Ut appareret omnibus, majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum:* vox *omnibus* in eodem vetere libro non apparet. Quod *pueritiam Hannibalis* dicit: neceſſe eſt, Hannibalem, moriente patre, non minorem octodecim annis fuiſſe: ut merito credi poſſit, calumniam eſſe, quod de ipſius impudicitia traditur. *Barchinae* autem factioni libenter ſpiritum detraxerim, *Barcinamque* vocaverim, a *Barca*, quod *Amilcari* cognomen fuit. Sed & ubi vulgo *auſpiciis regulorum* legitur, ſine controverſia melius eſt in veteribus, *aucupiis:* ut intelligamus, eum regulorum amicitias aucupari ſolitum eſſe. Elegantiſſima autem Hannibalis deſcriptio, olet aliquid ex deſcriptione Catilinae Salluſtiana. Hanc quidem Livianam Silius carmine pereleganter expreſſit. Hoc tamen, quod de Hannibale dixit Livius, eum *principem proelium inire, ultimum confecto proelio excedere ſoli-*

Digitized by Google

solitum, Silius ad Tagum accommodavit, cui hoc tribuit, quod fuerit

Primus inire manu, postremus ponere bellum.

CAPUT XVIII.

De Horatio Cocliti Senecae narratio, ab aliis praetermissa.

OBSERVATIONE dignum arbitror, quod cum P. Horatius Cocles in ponte sublicio solus impetum hostium excepisset, rescisoque ponte, incolumis tranasset ad suos, gratus erga tantam virtutem populus Romanus fuit: &, praeter statuam aheneam in comitio positam, tantum ei agri, quantum uno die circumarasset, dedit: cum in modicis opibus necesse esset, modica esse magnarum virtutum praemia. Sed illud quoque memoratu dignum est, cum illud ipsum quantulumcunque praemium accipere noluisse: non quod aspernaretur, ut parum: sed quod inutilem reip. civem esse duceret, qui ob operam publice navatam opulentior esse aliis civibus vellet: ac non potius in ipsa recte facti conscientia, & in caritate ac benevolentia civium suorum satis sibi magnum praemium poneret. Hoc tamen neque a Livio, neque a Dionysio, neque a Plutarcho ponitur: quin potius ii omnes ita loquuntur, ut ab eo acceptum fuisse praemium significent. Seneca tamen, alios videlicet auctores secutus, aliter narrat: cujus verba subjiciam e capite septimo, libri septimi de Beneficiis: *Illam alteram possessionem agnoscet: hanc nolet habere, etsi poterit. emittetque illam vocem, quam Romanus imperator emisit, cum illi ob virtutem & bene gestam remp tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire posset. Non est, inquit, vobis eo opus cive, cui plus opus sit, quam uni civi.* Haec Seneca: qui quanquam Coclitem non nominat, & eum de quo loquitur, quod in Coclite mirum videri potest, Romanum imperatorem vocat, *Coclitem* tamen intelligere videtur. Sed & in veterum Galliae regum Annalibus egregia facta perexiguis olim praemiis decorata legimus: non quod minoris fieret virtus: sed quod avidiores tunc homines gloriae, minus avidi pecuniae forent: gloriamque

Digitized by Google

que ſuam contaminari ac pollui crederent, ſi quod aliud praemium acciperent, niſi tam leve: ut appareret, eos non id quaeſiiſſe. Sic antiquis temporibus victores ſacrorum certaminum, non auro ac gemmis nitentem, ſed pineam aut oleaginam coronam ferebant: quae virtutis non praemium, ſed indicium eſſet. Noſtra aetas virtutem gratis colere deſiit: verſaque vice, exigua hodie lenonibus praemia videntur, quae olim exercituum ductoribus nimis magna viſa eſſent.

CAPUT XIX.

Adire manum alicui. Plautus locis aliquot explicatus.

UT alia permulta proverbia male interpretatus erat is, qui tot eorum millia congeſſerat, ita hoc quoque, quo ſaepe utitur Plautus, cum *aditam manum* dicit ei, qui, cum jam ſibi quippiam accepturus videretur, poſtea fruſtra habitus ac deluſus eſt. Idque eo mirabilius eſt, quod diligenter ſub uno adſpectu poſuit eos, ut opinor, omnes locos, in quibus eo proverbio uſus erat Plautus: quae vel una res potuit eum ad veram illius intelligentiam manu ducere. Sed hoc condonari fortaſſe facile poteſt homini ceteta polyhiſtori, & magis interdum laboranti, ut multa ſcriberet, quam ut accurate ſcriberet. Is igitur eo inter ceteta lapſus eſt, quod putavit legendum eſſe, *addere manum*, non *adire manum*. Cum vel unus locus, quem ipſe quoque citat, ex Poenulo, facile eum admonere potuerit erroris ſui:

Quo pacto pulchre avarae Veneri adii manum.

Fallitur etiam in eo, quod putat proverbium ductum ab iis, qui in aliis irridendis, manu ad aurem admota, imitantur auriculas aſini. Cum enim conſtet, dici debere, *adire manum*, non *addere*: nemo non videt, eam, quam ille ratus eſt, proverbii originem eſſe non poſſe. Sed longe deterius novus Plautinus interpres, qui nec vidit quidem, quid proverbio indicaretur. Cum enim venisſet ad illum verſum ex Aulularia,

Ita illis impuris omnibus adii manum.

Digitized by Google

his verbis eum interpretatus est; *Ita cum illis scelestis congressus sum, & ita ab illis discessi, scilicet, vel ita illos impure tractavi. Quid sit adire manum alicui, ex aliis exemplis cognoscere licebit. Sic igitur idem Plautus in Casina: Quid nunc? satis lepide aditast vobis manus merito? id est, Quid nunc? satisne lepide tractati a nobis estis? Idem in Poenulo: Eo pacto avarae Veneri pulchre adii manum. id est, Eo pacto avaram Venerem pulchre tentavi.* Οὕτω τῇ φιλαργύρῳ Ἀφροδίτῃ καλῶς ὡμίλησα. Οὕτω τῇ φιλαργύρῳ Ἀφροδίτῃ καλῶς ἐχειρώσατο *Idem in Persa: Ut me in tricas conjecisti? quomodo de Persa manus mihi adita est? Quidam existimant, adire manum, esse supplicare, apud Plautum. Sed haec interpretatio non bene procedit in omnibus locis.* Hactenus ille. In quo praeter cetera hoc miror, quod illam interpretationem, quam secundo loco ponit, dicat non bene procedere in omnibus locis. Videtur enim significare, eam alicubi saltem ferri posse, sed non semper. Ego autem dico, quocunque eam loco adhibueris, semper insulsam & ineptam fore. Sed neque quidquam excogitari potest, cur *adire manum alicui* sit χεῖρά τινι, aut ὁμιλεῖν τινι. Quaerendum igitur aliquid melius. Et mihi quidem ita videtur: *adire manum alicui*, dici eum, qui quod illi, tanquam in manum traditurus ostentet: cumque ille manum ad id capiendum porrexerit, suam ipse manum retro trahat, eumque inanem atque hiantem destituat. Nunc videamus, ecquid illa interpretatio in omnes Plauti locos conveniat. In Aulularia hoc dicit Euclio: Veneram in macellum, & multa licitatus eram: ita ut piscatores & lanii lucri se aliquid ex me corrasuros esse sperarent. At ego nihil emi: & sic eis adii manum. In Casina Cleostrata ita insultat & villico & seni: Quid nunc? an non lepide ludibrio habiti estis, idque merito vestro, cum inhiaretis Casinam, eamque jam a vobis teneri putaretis? At ille noster eo quoque in loco, *Adire*, inquit, *manum alicui, proprie est, ad eum accedere, cum eo congredi & colloqui, cum eo agere.* Tacere praestabat, quam haec tam aliena dicere. In Poenulo autem leno, Venus, inquit, ut avara est, plures assidue a me hostias exspectabat: ideoque litare me nolebat. at ego ne prosecari quidem exta volui: eamque hiantem reliqui: & sic ei adii manum.

In Perſa itidem leno: Quomodo, cum ex illo aſſimulato Perſa magnum lucrum ſperarem, tu dolis tuis me in magnum infortunium conjeciſti? Haec, niſi valde fallor, multo accommodatiora ſunt ad Plauti locos, quam quae illi commenti ſunt. Sed de hoc alii judicabunt.

CAPUT XX.

Cicero in Maniliana emendatus & illuſtratus.

VITIOSUS, ut mea fert opinio, locus hic eſt e principio orationis pro lege Manilia: *Nunc cum & auctoritatis in me tantum ſit, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis*, & quae ſequuntur. Cur adducar, ut ita exiſtimem, haec cauſa eſt. *Mandare honores*, recte & uſitate dicitur: *mandare auctoritatem honoribus*, neque quisquam dixit, neque qui dicat, pro ſano loquatur. Et tamen neceſſe eſt, hoc admittamus, ſi vulgatam ſcripturam retineamus. Non dubito igitur, quin legendum ſit, *Quantum vos honoribus mandandis eſſe voluiſtis*. Auctoritatis enim tantum in ſe eſſe dicit, quantum populus eſſe voluit, cum ei honores illos mandavit, quibus auctoritas illa parta ac comparata erat. Nam illud quoque, *voluiſtis eſſe mandandum*, illepide & inelegantter diceretur. Erit igitur ſimile illi, quod eſt ſub principium orationis pro Balbo: *Auctoritatis tantae, quantam vos in me eſſe voluiſtis*. Paulo poſt autem, ubi de Pompeji laudibus dicere ingreditur, *Hujus*, inquit, *orationis difficilius eſt exitum quam principium invenire*. quae ſententia ſemper mihi viſa eſt efficta ex Lyſia: qui principio ejus orationis, quam habuit adverſus Eratoſthenem, qui unus e triginta Tyrannis fuerat, ita ſcribit: Οὐκ ἀξιῶ μοι δικεῖ εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὴν προοιμίαν, ἀλλὰ πολλοῦ λόγου.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Xenophontis locum in Cyri Paedia imitatus Salluſtius.

UTILISSIMUM praeceptum eſt adoleſcentibus, qui exercere ſe cum aequalibus ſuis volunt ad facultatem aliquam firmius comparandam, ne eos potiſſimum deligant, quibus ſe ſuperiores eſſe cognoſcunt: ſed quo quisque maxime excellit, eo illum potiſſime provocent: luctа, ſaltu, curſu, cum eis contendant, qui horum quodque optime facere putentur. Illud enim, oſtentare ſe cupientium eſt: hoc eorum, qui progredi quotidie longius, & ſemetipſis meliores fieri ſtudeant. Itaque Cyrus, ut eſt apud Xenophontem, cum inter Medos jam paulo grandior educaretur, non iis quae apud Perſas didicerat, ſed iis quae melius in Media diſcerentur, Medorum pueros provocabat. Neque recuſabat, quo minus ad tempus ab eis vinceretur, eisque ridiculo eſſet, dum eo paulatim perveniret, ut iis ipſis illos artibus quibus pollebant, aut adaequaret, aut etiam anteiret. Quia de re verba Xenophontis haec ſunt: Καὶ ὁ δὲ ὅτι ἀμφισβητοῦντι τοῖς ἡλικιώταις περὶ ἀνδρείας, εἰ ἃ προσῆκεν ἤδει ὤν, ταῦτα συνεπαλαῖετο τοῖς ξυνοῦσι, καὶ ἅπερ ἐκεῖνοι ἤδεσαν ἀμείνους ὄντες, ταῦτα ἐξήσκει, φάσκων πρέπειν αὐτῷ οὕτω ποιεῖν. Hunc autem Xenophontis locum imitatus, ut videtur, erat Salluſtius in ornando celebrandoque Pompejo, quod e Vegetio cognovimus, cujus haec ſunt e libro primo de re militari: *De exercitio Pompeji Magni Salluſtius hoc memorat: Cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat.* Hoc Salluſtianum praetermiſſum eſt ab iis qui fragmenta Salluſtii collegerunt. ut & hoc ex libro ſecundo hiſtoriarum, quod apud Agellium extat: *Sardinia in Africo mari, facie veſtigii humani, in orientem, quam in occidentem, latior prominet.*

CAPUT XXII.

Salluſtii in Catilinario locum e Sophocle expreſſum videri.

QUOD ait C. Caeſar apud Salluſtium in oratione, qua diſſuadet, ne conjurationis deprehenſi interficiantur, *in luctu atque miſeriis, mortem aerumnarum requiem, non cruciatum eſſe:* idem prope dicit apud Sophoclem Antigona his verſibus:

Ὅστις δὲ πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς
ζῇ, πῶς οὐχὶ κερδανὼν τέθνηκε φίλοις;

Ut fortaſis illinc hauſiſſe vel Caeſar, vel Salluſtius videri queat. Eos ego Sophoclis verſus ita Latine reddidi:

Nam quisquis, ut ego, in plurimis vivit malis,
Quidni ille mortem eſſe in lucro putet ſibi?

FINIS.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

OBSERVATIONUM

JURIS

LIBER SINGULARIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI,

JURISCONSULTI ET CIVIS ROMANI,

OBSERVATIONUM

JURIS

LIBER SINGULARIS.

CAPUT I.

Defuncto reo, solutaque poena, quae ad heredes non pertinet, quis de re pecuniaria judex cognoscere debeat. Emendata in eam rem L. Defuncto eo. D. de pub. jud.

NOTUM est, quaedam esse crimina, ob quae, praeter eam poenam, quae nisi ab ipso reo exigi non potest, cujusmodi est relegatio, deportatio, damnatio in metallum, & similes, eripitur etiam convicto & condemnato pecunia scelere parta: quam, eo mortuo, etiam heredes exigi solent. exempli causa, in crimine repetundarum non tantum infamia, exilium, poena capitalis interdum reo irrogatur, sed & pecunia aufertur, quae expilatis provincialibus reddatur. illam igitur poenam certum est perimi, defuncto reo, *l.* 3. *D. de publ. judic.* quam enim poenam exigas ab eo qui jam mortuus est? praeter pauca quaedam crimina, in quibus & accusatio mortuo jam reo institui potest, & a mortuo, quantum natura patitur, exigitur poena, ut cum cineres, & ossa eruuntur, ac projiciuntur in mare, cum cadaver ipsum suspenditur, cum memoria damnatur, statuae dejiciuntur, nomen e fastis eraditur; sed pecunia, accusato in reatu mortuo, exigi etiam ab heredibus solet. Quaeritur ergo, defuncto reo, exstinctaque ea poena, quae ad heredem devenire nullo modo potest, apud quem judicem de re pecuniaria agi debeat. Et vulgo putant, non

Digitized by Google

apud eum qui cognoscere instituerat de crimine, sed apud eum cujus de caussis pecuniariis notio est, idque probari censent *l. defuncto eo. D. de publ. judic.* quam etiam Graeci eo modo interpretantur. sed mihi plane contra videtur Constat enim, ab iisdem antiquitus aestimatam litem, qui de repetundarum crimine cognoverant. & vero quis, quanti sit aestimanda lis, cognoscere melius possit, quam is ipse qui totum crimen cognovit? Immo vero eam ipsam legem *Defuncto eo*, puto id dicere, si emendate legatur. Nam quomodo nunc legitur, nullam videtur idoneam sententiam continere. Censeo igitur legendum hoc modo: *Defuncto eo, qui reus fuit criminis, & poena extincta, quicunque in caussa crininis extincti debuit cognoscere, ejus de pecuniaria re cognitio est.* Pro *debet is*, lego *debuit*. Ubi legitur *Curius*, lego *ejus*. quae mutationes neque contortae ac violentae sunt, & ad veram sententiam eliciendam necessariae videntur.

CAPUT II.

Servum nec relegari, nec deportari. Emendata in eam rem lex.

Quemadmodum *exilii* nomen in libris nostris saepenumero mitius accipitur, & relegationem tantum significat: ut quoties exilium temporarium dicunt: non enim, si proprie loqui velimus, potest quisquam ad tempus exulare, neque omnino ad tempus capite minui: sic & nomen relegationis aliquando durius ac gravius accipiendum est: ita ut deportationem significet. Et ita intelligi debet in *l. Hos accusare. § omnibus autem. D. de accus. & inscript.* quod & Accursius notavit. Alioqui ne ea quidem relegatio quae in perpetuum est, inter capitales poenas numeratur *l. Capitalium. D. de poenis.* Quare inepto ad id quod agebatur exemplo Jurisconsultus usus esset. Deportatio igitur capitalis quidem poena est, sed in servos non convenit. Nam quomodo eum capite minues, qui caput non habet? aut quomodo bona, civitatem, libertatem adimas ei, qui neque quicquam habet in bonis, neque civis, neque liber est? Nihilo secius ne *relegatio* quidem proprie dicta servile esse supplicium potest. Duriora enim & acerbiora supplicia in servos constitui solent: non molliora, cujusmodi relegatio est. Et cum relegatus retineat el-

Digitized by Google

civitatem, potestatem patriam, bona, testamentifactionem; quis non videt, haec in servum convenire non posse? Quod etiam, si fingamus, servum relegari posse, id est, alio amandari, & urbe provinciave prohiberi, beneficium istud fuerit, non poena, amovere eum ab oculis domini, eique fugiendi necessitatem imponere, quod servi saepius quam domini voluissent, suapte sponte faciebant: & poenae loco eum genere quodam libertatis donare. Itaque si cui servili admisso proposita fuisset relegatio, nihil arbitror cupidius facturos fuisse omnes servos, quam ut in eam poenam quam primum inciderent. Neque opus fuisset accusatore: ipsi se ultro detulissent, atque indicassent, vehementerque recusassent, si quis ipsos defendere, & tam optandam condemnationem impedire voluisset. Adversari tamen videtur huic sententiae *l.* 2. *D. Qui & a quib. man. lib. non fiant:* ubi ita legimus: *Servo competere libertas non potest, si relegatus moratus sit in urbe.* Quid enim apertius, quam ibi relegati servi mentionem fieri? Obstat & *Lex* 2. *C. de sepul. violato.* cujus haec verba sunt: *Si servus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus: si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur. Sin vero domini auctoritate vel jussione urgetur, relegatione plectatur.* Ad nodum hunc solvendum Accursius ea comminiscitur, quorum vel meminisse pigeat. Ego ad *l.* 2. *Qui & a quibus*, ita respondeo: Relegatis dies plerumque aliquot ad componendas res suas dabantur, praescribebaturque iis certus dies intra quem excedere deberent, quodsi per contumaciam diutius mansissent, neque sententiae paruissent, relegatio in deportationem mutabatur. *l.* 4. *D. de poenis.* Deportatorum autem bona fisco, ut notum est, applicabantur. Hoc igitur dicit Jurisconsultus, si quis relegatus, in urbe per contumaciam moratus sit, ac deinde servo suo libertatem dederit, eam dationem non valere: neque competere libertatem servo, qui jam una cum ceteris bonis fiscalis effectus est. Deportatus enim manumittere non potest. *L.* 2. *D. de interd. & releg. & deport.* Sed & ad illam constitutionem de sepulchro violato aeque facilis responsio est. Non enim legendum est, *si servus*, ut vulgo, sed, *si quis*, ut in Codice Theodosiano. Quodsi quis dicat, hac mutatione nihil effici: cum domini mentio, quae statim sequitur, aperte ostendat de servo agi: respondeo, non

ejus qui sepulchrum demolitus est, dominum, sed dominum sepulchri accipi debere. Neque me movet, quod Graeci hoc aliter interpretantur: quos ipsos saepe labi, & magno judicio adhibito legendos scio. Haec ego non tanti esse duxissem, ut in hos libros referrem, nisi etiam Brisonium in libro singulari *de adulteriis* ad hunc scopulum impegisse vidissem.

CAPUT III.

Emendatur rescriptum M. Antonini, & L. Veri, in L. 1. D. de quaestionib. Accursii error.

In *L. 1. D. de quaestionibus*, vulgo ita legitur: *Divi fratres Laeliano Longino rescripserunt, de servo heredum non esse habendam quaestionem in res hereditarias: quamvis suspectum fuisset, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesivisse heres videretur.* ubi Accursius comminiscitur, servum illum ex alia causa, quam hereditaria, heredum communem fuisse, & venditionem exponit emptionem: quorum quidem mihi nihil probari potest. Neque dubito, quin locus corruptus sit; a quo, non dico: fortasse enim antiquior error est, quam ut librariis tribui debeat. Sed moveor primum, quod cum servum heredum dixerit, mox unius tantum heredis mentionem faciat. Deinde, quod in hunc aut in illum torqueri servos quid sit, scio: at servum torqueri in res hereditarias quid sit, plane non video. Nam si hoc quaeretur, utrum, jacente adhuc hereditate, & mota aliqua controversia super rebus hereditariis, servus hereditarius ea de causa in quemlibet eorum, qui instituti sunt heredes, torqueri posset: sine ulla dubitatione responderem posse torqueri. l. *Hoc quod placet. C. eodem tit.* Neque enim videretur torqueri in caput domini: cum heres ante aditam hereditatem heres non sit. *l. 2. D. eod. tit.* l. *liber homo. D. ad l. Aquil.* Adde quod genus hoc loquendi, *suspectum fuisset quod videretur*, homini Latinae linguae intelligenti non suspectum esse non potest. Venditionem denique pro emptione qui accipiat, etiam album pro nigro, accepturus videtur. Neque sum nescius, ubi venditio est, necesse esse emptionem, & contra, esseque unum & eundem contractum emptionis & vendi-

venditionis. sed certe aliud est emere, & aliud vendere. Ne plura: multa hic esse, quae emendatione indigeant, arbitror: & totum hunc locum ita legendum censeo: *Divi fratres Laeliano Longino rescripserunt, de servo hereditario non esse habendam quaestionem in emptorem hereditatis, quamvis suspectum, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesisse videretur.* Spero hanc mutationem eruditis & intelligentibus probatum iri: de ceteris non laboro.

CAPUT IV.

Demonstratur incogitantia eorum, qui libros Pandectarum concinnarunt.

MULTA insignia vestigia impressa sunt in libris Pandectarum ejus incogitantiae, qua usi sunt ii quibus eos Justinianus concinnandos mandaverat: & reperiuntur tamen, qui eos pertinaciter defendant, quasique non ipsi modo caeci sint, sed & aliis quoque eruere oculos velint, contendunt, nihil in eis libris repugnans, nihil frustra repetitum posse reperiri. Sed utriusque generis tam multa notata sunt ab hominibus eruditissimis, ut non modo stulti, verum etiam impudentis jam sit, ulterius in illa jam pridem labefactata & profligata opinione velle persistere. Ac quoniam eo plerumque decurrunt, cum idem sine caussa saepius indicatum ostenditur, ut dicant, unam eandemque sententiam interdum ad diversos juris articulos pertinere, ideoque necessario saepius repetendam fuisse: libet unum eis objicere, in quo certe hoc perfugio uti non queant. Nam si sub eodem titulo, ejusdem Jurisconsulti, eadem verba ex eodem libro sumpta, bis posita esse ostendas, valde duram frontem habeat oportet, si quis id quoque certo, & vero judicio, non supina quadam negligentia factum esse contendat. Sub titulo igitur *de re judicata*, legis sextae principium hoc est: *Ulpianus libro sexagesimo sexto ad edictum: Miles qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus qua facere potest, cogitur solvere.* Lex autem 18. sub eodem titulo haec est, *Ulpianus libro* LXVI. *ad edictum: Miles qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus, quatenus facere potest, cogi-*

tur

tur ſolvere. Concurrant hic omnes columnarii magiſtri, & capita inter ſe conferant, nunquam, quanquam acuti ſunt, ullam idoneam cauſſam, cur haec tam exiguo interjecto ſpatio repetenda fuerint, comminiſcentur. Eodem modo peccatum eſt in l. *ſi conſtant.* § *ſi vir.* & in l. *quodſi vir.* D. *ſol. matrim.* ſimile quiddam meminiſſe videor notatum & ab Antonio Auguſtino, etſi id nunc reperire non poſſum. Nec non illud quoque magni ſtuporis indicium, quod, quae verba, ſub tit. *ad leg. Jul. de vi publica*, ad finem l. *qui dolo malo*, citaverant ex Ulpiano *lib.* LXVI. *ad edictum*, eadem repetunt ſub illo titulo, qui proxime ſequitur, & tribuunt Scaevolae *libro quarto regularum.* Video tamen hoc poſterius excuſari aliquo modo poſſe.

CAPUT V.

Unde ductum videatur dictum illud Ulpiani: Heri ſervus, hodie liber.

FERENDI non ſunt, qui cum ab egeſtate ad pinguiorem fortunam repente pervenerunt, ita delicias faciunt, ac ſi a puero in magnis opibus educati forent. Cujusmodi multos non ſemel vidimus, qui cum paucis ante diebus, panem cibarium, & caepas cum ſale, & allia in deliciis haberent, neque niſi feſtis diebus vinum, idque aut aceſcens, aut mucidum, aut fugiens, biberent: confeſtim nullo ſuo merito divites facti, omnia faſtidiebant, ad omnia nauſeabant: ut ego quidem videre mihi videor aſinos, qui diu lappis ac tribulis & verberibus paſti, repente immutati, coliculos praeduros, lactucas non ſatis teneras eſſe quererentur. Neque ullos videas, qui ſaepius in ore nobilitatem habeant, qui plebem, cujus ipſi nuper faex erant, inſolentius deſpiciant, qui magis indignentur, ſecum quemquam ex aequo loqui. Quia enim, ut & vere, & urbane ſcripſit Ariſtoteles, nondum didicerunt divites eſſe, omnem divitiarum, & illius ſubitae nobilitatis fructum, in contumelia & ſuperbiloquentia poſitum putant. Talium inſolentiam cum coërcendam ac comprimendam diceret Ulpianus in l. *Praetor edixit.* D. *de injuriis. Neque enim ferre*, inquit, *debet Praetor heri ſervum, hodie liberum, conquerentem, quod dominus*

Digitized by Google

ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit. ubi illud, *heri servum, hodie liberum*, urbanissime dictum est, & simile illi, quod Cicero in Philippicis citat, e vetere quopiam mimographo,

Modo egens, repente dives.

Utrumque autem effictum videtur ex illo lepidissimi poëtae Aristophanis:

Ὦ χθὲς μὲν οὐδὲν, σήμερον δ' ὑπερφίαλος.

Eodem respexit & Seneca declamator lib. 3. *Cum prodiero repente dives, dicent omnes: Quis est iste quem magna fortuna non decet?* Sed & haec prope omnia, & aliquot ejusdem generis alia notavit doctissimus Cujacius in novellam VI. ut perparum afuerit, quin ego, ubi primum id animadverti, totum hoc caput deleverim. Quia tamen jam pridem scripseram, perire nolui.

CAPUT VI.

Gordiani rescriptum, vulgo male acceptum, explicatur.

PESSIME accipitur ab Accursio, & ab illa sordidorum Interpretum colluvie rescriptum Gordiani, quod legitur libro quinto Codicis sub tit. *De pactis conventis, tam super dote, quam super donatione ante nuptias, & paraphernio*, in haec verba: *Pactum dotale quo matrem convenisse cum patre tuo proponis, ut si in matrimonio decessisset, tibi & fratribus tuis dos restitueretur, si stipulatio ex persona vestra, cum in potestate patris constituti non essetis, minus legitima intercesserit: defuncta ea in matrimonio, actionem vobis quaerere non potuit, sed si obligatione verborum rite intercedente, dotis petitionem habere potuistis, maxime si adhuc vinculis potestatis patriae non attingeris, petitionem exequi non prohiberis.* Fingunt enim dotem constante jam matrimonio datam; & eos filios, de quibus reddenda dote mater pacta dicitur, cum dos daretur, jam emancipatos fuisse. Quae utraque commentitia sunt & nugatoria. Si enim jam emancipati erant, cur illud in extremo ab Imperatore additur, *Maxime si adhuc vinculis potestatis patriae non attingeris.* Nisi forte somniant, hunc, qui pridem emancipatus fuerat, postea casu aliquo recidisse in potestatem patris. Quod cum

vix

vix fieri posse constet: & absurdum sit talia comminiscis praestat, veram facti (*) speciem proponere, quae omnem scrupulum eximat. Est autem haec: Mulier cum ei nuptura esset, ex quo jam antea naturales liberos suscepe-rat, in danda dote, pacta est, si in matrimonio decessis-set, eam filiis communibus restitutum iri. Postea nupsit; atque eo modo liberi, qui prius in potestate patris non erant, in ea esse coeperunt. Moritur mater. Quaeritur, an filii actionem ad dotem repetendam adversus patrem habeant? Et respondet Imperator, si minus interces serit legitima stipulatio ex persona ipsorum, id est, nisi ipsimet stipulati sint a patre, dotem sibi eo casu restitutum iri: quod facere legitime poterant, cum in ejus potestate non essent: ex materno pacto eos habituros non esse actio-nem. Sed si stipulatio ex parte ipsorum interposita est, maxime, id est, ita demum eos habere actionem adver-sus patrem, si jam ex illius potestate exierint. Nam si adhuc in potestate sint, nemini dubium est, inter eos & patrem judicium constare non posse. In eo igitur rescri-pto *si minus*, idem valet, quod, *nisi*; & *maxime*, idem, quod, *utique*: ut saepe alias. Neque retinendum est, ubi legitur *attingeris*, media littera detracta, legendum videri, *attineris*. Sic enim & apud Tacitum, *vinculo servitutis attineri*, & apud eundem, *attineri custodia pu-blica*.

CAPUT VII.

Illudere, ludificari, ludibria habere.

ILLUDERE, *ludificari*, *ludibrio habere*, saepe pud antiquos turpitudinis & obscoenitatis significationem ha-bent: ut apud Graecos ὑβρίζειν, ἐμπαίζειν, καταπαίζειν. Suetonius in Tiberio: *feminarum quoque, & quidem il-lustrium, capitibus quantopere solitus sit illudere.* Taci-tus: *tradunt plerique eorum temporum scriptores, crebris ante exitium diebus illusisse pueritiae Britannici Neronem.* Sic in lib. Judicum cap. xix. *Quod cernens homo, adduxit ad eos concubinam suam, & ei tradidit illudendam*, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὴν, καὶ ἐνέπαιξεν αὐτῇ ἕως πρωΐ. Quod La-tinus Interpres modeste reddidit, *tota nocte eos illa abu-sos fuisse*, dicens. Terentius Eunucho:

Quin

(*) *Veram*, scripsimus pro *atram*, quod in editione Augustana est.

Quin etiam insuper scelas postquam ludificatus est virginem.

Idem Hecyra:

Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno.

quem in locum Donatus, *Honesto*, inquit, *verbo & pleno pudoris usus est, & nove, pro vitiari.* Ita hoc postremo utuntur & Jurisconsulti, ut Paulus in l. *si quis servum.* D. *de injuriis. Si quis*, inquit, *servum meum vel filium meum ludibrio habeat, licet consentientem, tamen ego injuriam videor accipere.* Sed his verbis tum demum utebantur, cum talia, non amoris caussa, sed contumeliae faciebant. Nam quae per amorem fiebant, mitius accipiebantur. Atque eo pertinet illa Terentiani adolescentis excusatio. Terent. Eunucho, act. 5.

unum hoc scito non me contumeliae
Fecisse caussa, sed ameris.

CAPUT VIII.

Emendatae Institutiones Justiniani.

In Institutionibus Justiniani, sub titulo *de heredibus instituendis*, ita legitur: *Est tamen casus, in quo nec cum libertate utiliter servus a domina heres instituitur, ut constitutione divorum Severi & Antonini cavetur, cujus haec verba sunt: Servum adulterio maculatum non jure testamento manumissum ante sententiam, ab ea muliere videri, quae rea fuerat ejusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur ut in eundem a domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur.* Eadem constitutio legitur in *l.* 48. *D. de hered. instit.* qua ex collatione discimus vocem HEREDIS redundare, quod & per se patere poterat: & in extremo legendum, *nihil momenti habeat*. quod cum librarius scripsisset per sigla, hoc modo, N. M. H. ita exposuerunt, *nullius momenti habeatur.* Sed Accursius ostendit, se usum Institutionum libro, in quo omnia ad verbum ita scripta essent, ut in Pandectis, nisi quod illic *accusatum* legitur, non ut hic *maculatum.* Cetera ergo eodem modo utrubique legenda sunt, sed hoc postremum dubitationis aliquid habet non tantum in verbis, verum etiam in sententia. Nam Accursius *macula-*

Digitized by Google

latum quidem legit: sed *accusatum* interpretatur, neque dissimulat, esse alios libros in quibus legatur, *accusatum*, cujusmodi ego quoque unum habeo: &, ne dicam dolo, rectam ac veram esse eam scripturam puto. Eruditissimus tamen hujus aevi Jurisconsultus illam alteram tuetur fretus auctoritate Graecorum, qui ita interpretantur, ἔνοχον ὅτι τῇ μοιχείᾳ: & quod alioqui pugnaret haec constitutio cum l. *reos*. C. *ad legem Juliam de adult.* Sed mihi quidem mirum videtur, quomodo dici possit, manifesto teneri adulterii servum pendente adhuc judicio. An forte jam de flagitio ita constiterat, ut dubium non esset, quin mox damnandus foret, neque quicquam restabat aliud, nisi ut ferretur sententia? Immo vero evenire poterat, ut absolveretur: quo ipso casu non tamen convalesceret institutio, quae a principio inutilis fuisset. Nota est enim Catoniana regula. Quomodo autem absolvi poterat, si jam flagitii compertus erat? nisi forte quomodo absolutus olim dicitur Clodius, cum Bonae Deae sacra violasset. Et tamen tum quoque res judicata, pro veritate haberetur. At si legamus, *accusatum*, dicat aliquis, certe pugnabit haec constitutio cum l. *reos* C. *ad l. Jul. de adult.* Quomodo igitur efficiemus, ne lex 48. D. *de hered. instit.* cum eadem illa l. *reos*, manifesto pugnare dicatur? Sed verius est, nullam inter eas esse pugnam. Quamvis enim simul marem, & feminam ejusdem adulterii ab eodem reos fieri lex Julia non sinit: a diversis tamen eos eodem tempore postulari non vetat: l. *denunciatio.* § *quaeritur.* D. *eodem tit.* quare non dubito, quin, quomodo in Pandectis legitur constitutio Severi & Antonini, eodem plane modo in Institutionibus legenda sit.

CAPUT. IX.

Emendata lex, Praetor ait. D. *de edendo.*

DEESSE aliquid videtur in l. *Praetor ait.* D. *de edendo.* Vulgo enim ita legitur: *Praetor ait: argentariae mensae exercitores rationem quae ad se pertinet edant adjecto die & consule. Hujus edicti ratio aequissima est. nam cum singulorum rationes argentarii conficiant, aequum fuit, id quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi.* Certe enim ratio, quae subjicitur, non cohaeret cum iis edicti verbis quae antecesserunt. Sed vix quem-

quemquam dubitaturum arbitror, quin in edicto ita legi debeat: *Rationem cuique quae ad se pertinet.* Ita enim pulchre cohaerebunt omnia. Quod confirmare pluribus verbis, hominis esset otio & abundantis & abutentis.

CAPUT X.

Ostenditur vera lectio l. Juris Gentium. D. de pactis, contra Accursium.

In *l. Juris Gentium §. dolo malo. D. de pactis*, ita vulgo legitur: *Sive autem ab initio, dolo malo pactum factum est, sive post pactum aliquid dolo malo factum est, nocebit exceptio propter haec verba edicti, neque fiat.* Quaerit autem Accursius, ubi sint verba illa edicti, & respondet, ea non extare. Ego autem existimo sigla, quibus singulae voces significabantur, coaluisse in unam vocem: & antiquitus scriptum fuisse, N. Q. F. C. E. *Fiat*, id est, *Neque quo fraus cui eorum fiat*, quae verba edicti paulo supra recitata erant. Paulo autem infra eum locum, ubi legitur: *Et generaliter quotiens pactum a jure communi remotum est, servari hoc non oportet, nec legari:* aberrare a re proposita Accursium existimo, propter vitiosam scripturam. legendum enim non, *legari*; quis enim unquam audivit *pactum legari*? sed additis duabus litteris *allegari.*

CAPUT XI.

Depravatus locus in Institutionib. de nuptiis restituitur.

In elegantissimo libello Institutionum, sub titulo *de nuptiis*, ubi docemur, quomodo liberi, qui naturales tantum fuerant, legitimi effici possint, locus est jam pridem corruptus, quem a nemine tot eruditissimorum hominum, qui tanto studio ad eos libros illustrandos incubuerunt, purgatum esse demiror. Vulgo autem legitur hoc modo: *Nec non is, qui a muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione, dotalibus instrumentis compositis in po-*

teſtate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio praebuit. Quid enim, quaeſo, eſt, quod Juſtinianus, non ei modo, qui ante contractum matrimonium procreatus fuerat, ſed iis quoque, qui poſt matrimonium ſuſcepti eſſent, ſua ſe conſtitutione tribuiſſe, ut legitimi fierent, gloriatur? Annon hi ſine ulla conſtitutione legitimi ſunt? Quae res ita commovit hominem ſane eruditum, ſed interdum ingenio ſuo praefidentem, ut in commentario ſuo ita ad eum locum ſcripſerit: *Hoc ridiculum fuit adſcribere, cum ſua ſponte ſatis intelligatur. Veteres libri, quod ſi alii qui ex eodem: ut caſum ſignificet, de quo in l. nuper, C. eodem tit. nimirum, ut quamvis liberi ex matrimonio contracto nulli ſuſcepti ſint, quod ex verbis ſuperioris legis requiri ſane videbatur, nihilominus tamen filiorumfamilias jus adipiſcantur.* Haec ille, de cujus ſententia & emendatione non agam pluribus: certe quidem, cum ſatis multos veteres Inſtitutionum libros viderim, nullum reperi, in quo ita legeretur, ut ipſe legi ait. Neque tamen hac quidem in re fidem ipſius in dubium voco. Ego id tantum diſcriminis animadverti, quod in eorum quibusdam vox, *ſimiliter*, alio loco poſita eſt. Ita enim habent, *quod & ſimiliter aliis.* quid hoc, dicet aliquis, intereſt? Permultum. Etenim ſi unicam litterulam mutaveris, loci vitium prorſus omne ſuſtuleris. Legendum enim: *Quod ei, ſimiliter aliis*, & cetera. Hoc autem dicit, ſe illi qui ante nuptias natus erat, ſua conſtitutione tribuiſſe, ut aeque legitimus eſſet, atque ii, qui poſtea ex eodem matrimonio procreati forent. Sed quia in Latino ſermone Graecam dicendi formam adhibuerat, ea res non Latinis modo, ſed ipſi quoque Theophilo errorem objecit. Dictum eſt autem *ſimiliter aliis*, ut Graeci dicerent, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, id eſt, ex aequo cum aliis: eodem plane modo, quo qui poſtea geniti eſſent. Talia ſunt apud Tacitum, *ſimul quinque viris*, ἅμα τοῖς πέντε: apud Horatium, *convenienter naturae*, ὁμολογουμένως τῇ φύσει, & ejus generis alia. Sic in §. *ceterum, de legit. agnat. ſucceſſion. Laudamus quidem Praetores ſuae humanitatis*, ἐπαινοῦμεν τὸν στρατηγὸν τῆς ἑαυτοῦ φιλανθρωπίας, ſimile illi ex ſacroſancto Evangelio: *Laudavit Dominus vilicum iniquitatis*, ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας.

CAPUT

CAPUT XII.

Quomodo legenda videatur Lex XIII. *D. de probationibus, eademque illustrata.*

SEMPER suspectam habui scripturam *legis* XIII. *D de probationib.* semper ita legendum existimavi, ut subjiciam: idque eo magis, quod ipsa quoque cetera exemplaria variare animadverti. Lego igitur eam hoc modo: *Cum de statu hominis quaereretur, Caesar noster in haec verba rescripsit: Et durum & iniquum est, cum de statu alicujus quaeritur, & diversae professiones proferuntur, ea potissimum stare quae nocet, sed caussa cognita, veritatem excuti oportet, & ex eo potissimum anno computari, ex quo praecipuam fidem, in ea re constare credibilius videtur.* Tria sunt hic, in quibus a pervulgatis libris discedo. Primum, quod lego, *cum de statu*, ubi vulgo, *cum de aetate.* Alterum, quod in rescripto Principis lego, *quaeritur*, non, *quaereretur.* Sed hoc quidem ipsa orationis ἀναλογία exigit. Tertium, quod ad finem lego, *anno*, non, ut vulgo, *annos*: ut *computari* simpliciter dictum sit, pro eo quod est *rationem iniri.* Sententiam autem hanc esse arbitror. Movebatur alicui quaestio status, id est, libertatis, aut civitatis, quo in genere quaestionis libri censuales, & professiones maximam auctoritatem obtinebant: majorem etiam, quam testes, l. *census. D. hoc tit.* In hoc igitur judicio proferebantur diversae professiones. Actor quasdam proferebat, ex quibus constare videbatur reum professum non esse. Reus alias, in quibus scriptum erat, eum professum esse. Certe autem qui negligentia, aut dolo malo professi non essent, ii sibi aut civitatem, aut libertatem abjudicasse videbantur. Ut enim, si servus volente domino census esset, hoc ipso fiebat liber: ita liber, qui dolo malo profiteri ac censeri noluisset, libertate multabatur. Itaque incensi olim publice vendi solebant. Res nota est ex Cicerone pro Caecina, in Topicis, pro Archia. In hoc igitur, de quo dicere coeperam, judicio dubitatur, Utris potius tabulis standum esset? Et videri poterat eis standum, quae reo nocerent: ne monumentorum publicorum subverteretur auctoritas. Nam etiam si apud aliquos censores professus esset, nihil hoc ei pro-

derat, si apud alios idem facere neglexisset. Respondet tamen Imperator, nimis hoc durum & iniquum videri: veritatem igitur diligenter excutiendam: & ex eo potissimum anno computandum, ex quo credibilius foret veritatem tabularum publicarum incorruptam manere. Multis enim modis interdum corrumpebantur: ut improbitate, aut negligentia vel magistratuum, vel ministeriorum, ut in bellis aut seditionibus, cum interdum ipsa civitatum archia & tabularia incenderentur. Insigne autem & luculentum exemplum, quoque maxime videtur hoc rescriptum illustrari, extat apud Ciceronem, in ea quam modo citavi oratione, pro Archia poëta.

CAPUT XIII.

Quod genus legati fuerit olim, *Partitio*.

ANTIQUITUS genus quoddam legati erat, quod vocabatur *partitio*. Ejus formula haec fuit: *Maevius heres meus cum Titio hereditatem meam partito, dividito*. Et si quidem testator non adscripserat, ex quota parte, dimidia intelligebatur: sin certa pars adscripta erat, servabatur, quod expressum erat. Ulpianus *tit. 24. & l. nomen. §. partitionis. D de verb. signif.* Is qui hoc modo capiebat partem hereditatis, vocabatur legatarius partiarius. Tunc autem, ipso jure, heres integra hereditatis onera sustinebat: neque creditores hereditarii ullam actionem adversus legatarium partiarium habebant. sed quia iniquum videbatur, gravari heredem in totum, cum re & effectu heres tantum esset ex parte, inter heredem & legatarium interponebantur stipulationes partis & pro parte, hoc modo. Ex parte legatarii. Quanta pecunia ex illa ad te hereditate venerit, aut pervenerit, vel, Quantam pecuniam ex illa hereditate ceperis, ejus totam partem me tibi daturum esse spondes? Ex parte autem heredis hoc modo. Pro qua parte hereditatis legatum ceperis, pro ea aes alienum, & si quid aeris alieni loco est, soluturum te spondes? § *post hoc Senatusconsultum. Instituit. de fideicom. hered.* Ulpianus *tit. 25.* Itaque dabantur invicem actiones ex stipulatu ad partem hereditatis obtinendam, & ad onera hereditaria communicanda. In illis autem stipulationibus verbum, *venire*, aut, *pervenire*,

Digitized by Google

nire, aut *capere*, intelligendum est cum effectu, id est, aere alieno deducto, l. *nomen. cum l. sequent. de verbor. significat.* Sed erant tamen certa quaedam onera, quae solus heres sustinebat, ut sumptus funeris, cujus nulla pars conferebatur a legatario partiario. Nam legatarius non aliter contribuit ad funus, quam si aliunde non sit, unde testator funeretur. l. *& si quis.* §. 1. D. *de relig. & sumpt. fun.* Item si testator jusserat emi aliquos servos ab herede, & manumitti, pretia illorum non deducebantur. Et causa est, quia illi ita liberati, non erant liberti ejus, qui partem hereditatis legati nomine acceperat, sed solius heredis. Et ut commodum, quod jure patroni, ex eis consequebatur heres, non communicabatur cum legatario: ita ne onus quidem esse commune debebat. Cum secundum naturam sit, ut is onus sentiat qui sentit & commodum. Et ita rescripsit D. Adrianus, l. *si quis servum.* §. *ult. De legat.* 2. Aliud dicendum est, si cui legata sit pars bonorum. Ex eo enim legato, ut aliud aes alienum deducitur, l. *subsignatum.* §. *bona. de verb. significat.* ita & pretia eorum, qui necessario empti ac manumissi sunt ab herede, l. *sum autem.* D. *de legat. secundo.*

CAPUT XIV.

Ad l. primam, de operis novi nuntiatione.

REMISSIONEM a praetore sine ulla causae cognitione impetrat is, cui novum opus nuntiatum est, sive jure, sive injuria nuntiatum sit, idque aequissimum est. Nam neque nuntiatori, neque ei qui novum opus facit, ulla in eo fit injuria. Huic injuria fieret, si in vicini potestate esset, pro sua libidine eum, ne opus faceret, impedire. Nuntiatori autem, si quid ejus juri remissio praejudicaret. Nunc nihil de eo diminuitur. Obtenta enim remissione potest uterque justa sua apud praetorem exponere: & tenet nuntiatio, quatenus juste nuntiatum est. Remissio autem utilis est reo, quoniam eatenus tantum cogetur opus restituere, quatenus ipsi non licuit. At si remissionem petere neglexisset, & suo jure fretus, in opere faciundo perseverasset: etiam si injusta fuisset nuntiatio, non prius audiretur postea, quam restituisset,

quicquid operis post nuntiationem factum esset. Neque enim debuit ipse quodammodo sibi jus dicere: sed aut pacisci cum adversario, aut offerre satisdationem, aut praetoris opem implorare, quam sibi promptam ac paratam esse sciret. Est tamen, cum impune nuntiatio negligi potest, ut si nuntiet servus, si pupillus, sine tutoris auctoritate. Et tunc quidem inutilis & supervacanea remissio est. potest enim nuntiatio insuper haberi, etiam non petita remissione. De fructuario quaesitum est, ecquid valeret nuntiatio ab eo facta: & num impune possit ei non pareri. Ac, si quidem procuratorio nomine nuntiet, quin valeat nuntiatio, nemini unquam dubium fuit. Sed quid si suo nomine, id est, tanquam fructuarius, nuntiet? Et distinguendum est. Aut enim ejus ipsius praedii dominus, in quo ususfructus constitutus est, novum opus facere vult: & hoc casu fructuarius ei novum quidem opus nuntiare non potest. itaque si nuntiaverit, nihil necesse habebit dominus petere remissionem ejus nuntiationis quae ipso jure nulla est: quo sensu remissio inutilis fore dicitur: sed habet fructuarius aliud remedium jure proditum: vindicabit enim a domino proprietatis usumfructum suum: aut vicinus aliquid facit in suo, quo minuatur jus ejus praedii quo fructuarius fruitur: & hoc casu variatum est ab antiquis. Julianus fructuario etiam vindicationem servitutum dabat, cui consequens erat, ut daret & nuntiationem, & quidem suo nomine. Alii, qui ei ut praedii, sic & servitutum vindicationem negarent, dicebant, eum, nisi procuratorio nomine, nuntiare non posse: posse tamen ab hoc quoque vindicare usumfructum suum. Juliani sententia simplicior erat, & aequitate nitebatur. Contraria tamen recepta est: ut quae & melius apta esset ex principiis juris civilis, & aeque conservet fructuario jus suum. Haec mihi veniebant in mentem, conferenti *legem primam*, *de operis novi nuntiatione*, cum *l. unica de remissionibus*: etsi sciebam, ejus, cui plurimum tribuo, aliam esse sententiam. Cui si mea haec non probentur, ego quoque [illegible] me, non invitus fatebor. Sed & in eadem illa *l. unica*, ubi legitur, *detentionem*, putabam legi posse aut *defensionem*, aut *retentionem*, ut minus a vetere scriptura recederetur.

CAPUT

CAPUT XV.

Emendatus Ulpian. l. si hereditas. de testam. tut.

VERBA sunt Ulpiani in *l. si hereditas. de test. tut. Qui filium & ex eo nepotem habebat, si nepoti tutorem dederit, habet disceptationem, an aliquo casu non sit utilis datio.* Ita enim legitur in optimis libris: cum in pervulgatis legatur, *an aliquo casu sit utilis datio.* Certe autem vulgata scriptura planior & apertior est, neque enim hoc dubitationem habet, num casu aliquo evenire possit, ut illa tutoris datio non sit utilis: cum vel caeco perspicuum sit, si nepos ille, avo mortuo, in potestatem patris recidat, inutilem fore: sed num aliquo casu possit esse utilis. Elegantius tamen legi puto, ut Florentiae est. hoc enim dicit, annon evenire possit aliquo casu, ut datio sit utilis. Ponendum est autem, utrumque fuisse in potestate: alioqui enim omnis dubitatio tolleretur. Deinde Ulpianus casum illum, de quo dubitari poterat, exponit his verbis: *Ut puta, si proponas filium vivo patre decessisse, & nepotem ex eo successisse vivo avo.* Tum exponit suam super proposita quaestione sententiam: quam & Pomponio probari ait, his verbis: *Et fortius dicendum est, tutelam quoque lege Junia Velleja confirmatam. nam & Pomponius libro sextodecimo ex Sabino scripsit, valere tutoris dationem. Cum enim confirmatum sit testamentum, consequenter tutoris quoque datio valebit in eo testamento scripta, quod valet.* Accursius autem mirifice laborat, in concipienda specie facti. Magnas enim difficultates exoriri videt, sive uterque, sive alter tantum, sive neuter institutus esse dicatur. Diu autem luctatus, postremo eo devenit, ut Azonem sequutus dicat, institutum esse filium, ei autem substitutum nepotem. Quod vulgo sequuntur & alii: quantum quidem ex iis qui illos recitant audio. Nam ego quidem non usque eo stultus sum, ut qui semel eos ex bibliotheca mea exturbaverim, rursus in eorum somniis, aut emendis, pecunia, aut legendis, tempore abuti velim. Sed mihi quidem Accursii sententia hoc loco probari non potest. Nam testator qui filium superstitem haberet, nepotem impune praeterire potuit, qui nondum ei erat heres suus. Quod-

Digitized by Google

si eum tamen patri substitutum esse dicamus, ejus substitutionis haec videlicet sententia erit. Si filius meus me vivo morietur, tum nepotem qui mihi ex eo est, instituo, eique, si mortis meae adhuc tempore pupillari aetate erit, Maevium tutorem do. Quo casu neque de testamento, neque de tutoris datione, quin per se valeat, dubitari potest. Et tamen casus aliquis ponendus est, in quo utrumque in dubium vocari potest, propter illa verba Jurisconsulti, *dationem confirmatam, & confirmatum testamentum.* Nam quod ita interpretantur, *confirmatum*, id est, non ruptum, vel *confirmatum*, id est, conservatum, mihi quamvis magni auctores non probant. *Confirmari* dicuntur ea, quae per se non valent: ut tutor datus a matre, ut datus a patre filio emancipato. Ut quae rescissione egent, hoc ipso intelliguntur valere: ita quae confirmatione, hoc ipso non valere At illa substitutio, illaque tutoris datio, per se subsistebat. Ita igitur existimo. Testator, instituto filio, nepoti quem ex eo habebat, tutorem dat. Si filius patri superstes sit, valet testamentum: sed tutoris datio nulla est. Quo enim tutorem filiofamilias? Sed accidit, ut praemoriatur filius. Videri potest utrumque corruere. Nam & nepos quasi adgnascendo rumpit id testamentum, in quo praeteritus est: & rupto testamento, quicquid in eo scriptum est irritum est. Sed auxilio est lex Julia Velleja, quae ut multos alios rumpendi casus abstulit, ita hunc quoque. Voluit enim eos, qui vivo testatore, in locum suorum heredum ab eo institutorum succedunt, testamentum non rumpere, sed ex eo ipso testamento heredes esse: l. *Gallus* §. *sequenti, de lib. & post.* ubi ita lego: *Sequenti parte, succedentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum.* Et ita interpretandum est, Ut si & filium, & nepotem, & pronepotem habeas, mortuis utrisque, nepos instituti succedens in sui heredis locum, non rumpat. Cur ita legendum putem, alio loco pluribus disseram. Nunc persequar verba Ulpiani, in quibus vulgatam scripturam Florentinae antepono: legoque hoc modo: *Idem est ubi nepos vel heres institutus sit, vel nominatim ex heredibus.* Dicit enim, hoc quoque casu neque rumpi testamentum, & dationem valere.

FINIS.

M. AN-

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN

CICERONIS CATILINARIAS

COMMENTARIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD

LEONARDUM MOCENICUM,

PATRICIUM VENETUM, ORATIONUM CICERONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

M. ANTONIUS MURETUS

LEONARDO MOCENICO,

ANTONII PROCURATORIS F. PATRICIO VENETO,

S. P. D.

QUOD *me saepe in quotidiano sermone, Leonarde Mocenice, deplorantem audire potuisti; magna ineſt in veterum scriptis & depravatio, & difficultas. quarum utramque qui pro sua virili parte tollere molientur, operamque ad eam rem studiosis hominibus profiteantur suam; si mihi & labores suos collocare fructuosius, & ad exstruendam sibi nominis immortalitatem firmiora, & solidiora fundamenta jacere videntur, quam*

qui

qui hunc emendandi, ac declarandi laborem, tanquam & pleniorem moleſtiarum, & abjectiorem quodammodo, atque humiliorem refugientes, ſcribendis Latina, Graecave lingua orationibus, aut poëmatis, ejusdemque generis aliis, ſua nomina poſteritati commendare malunt. Primum enim cum e veterum monumentis, tanquam ex optimis, & pinguibus paſcuis, quae ad ſaturandos humanitate animos pertinent, omnia colligantur: profecto qui & evellere noxias herbas, quae in eis, cultorum negligentia, pullularunt, & excisis, ſi quae iter impediunt, ſentibus, aditum ad ea faciliorem efficere nituntur, negari non poteſt, quin praeclare omnino de humano genere mereantur, ſi quidem ut qui aut parum puris, aut ad conficiendum difficilibus utuntur cibis, integritatem valetudinis firmitatemque virium adipiſci vix queunt: ita qui aut parum emendatos libros, aut parum ad intelligendum faciles verſare coguntur; nae illi valde bono ingenio ſint oportet, ſi aut ullum ſermonis leporem, aut ullam exquiſitioris doctrinae elegantiam conſequuntur. Quam multa barbara vocabula, quam multa vitioſa genera loquendi, propter librorum corruptionem, uſurparunt ii, qui ſe noſtra, patrumque memoria Ciceronianos dici volebant? quantularum rerum ignoratio, quantas tenebras ſaepe in omne diſciplinarum genus invexit? magna enim, Mocenice, fecunditas erroris eſt. & ut morbi quidam a puſillis principiis profecti, paulatim per corpus omne ſerpunt: ita parva interdum macula erroris, paulatim progreſſa longius, integra optimorum ſcriptorum monumenta contaminat. Deinde non eſt ſane exſpectandum, ut,

omiſſo

missio Cicerone, Virgilio, ceterisque veteribus, legantur ii, qui temporibus nostris aliquid eadem lingua in eodem genere scripserint. qui si aliquid afferunt non haustum a veterum fontibus, prope reprehenduntur: sin improbo labore hoc consecuti sunt, ut in scriptis suis nihil non e priscis illis imitatum, & effictum appareat; nemo tamen est, qui non illos potius ipsos priscos evolvere, sibique proponere ad imitandum velit. itaque ejusmodi scripta, tanquam vina levia, quam diu mustea sunt, ipso novitatis sapore pauliſper placent; iterum aut saepius gustata fastidiuntur. in promptu exempla sunt. Bembi, Navagerii, Molsae, Lampridii aut versus, aut orationes, quotusquisque hodie legit? & tamen aut illi nostra aetate proxime antiquorum gloriam accesserunt, aut nemo unquam accesurus est. at contra si qua iidem ad illustrandos veterum libros pertinentia litteris prodiderunt; qualia nonnulla Bembus elegantissime scripsit, ea plus plusque in dies studiosorum hominum manibus conteruntur. sed quid de his loquor? possum nominare nonnullos (*), qui abhinc sexaginta fere vixere annos, quorum poëmata, orationes, epistolas, cum propter perversum, & inepta affectatione corruptum loquendi genus, quod aetas illa extulerat, sine risu hodie nemo legat: eorundem tamen scripta quaedam, quibus lux aliqua vetustis scriptoribus affertur, omnibus vigent. denique, quem sola sermonis elegantia, suavitasque commendat, is aetatem ferre liber non potest: at ex quo fructus aliquid, utilitatisque percipitur,

Hic

(*) Intellige Jo. Baptist. Pium, Marinum Becichemum, utrumque Beroaldum, &c.

Digitized by Google

Hic meret aera liber Sosiis, hic & mare transi
Et longum noto scriptori prorogat aevum.

*Ego autem, Mocenice, quae cupiditas in optimo qu
que maxime viget, navandi studium suum utilitati p
blicae, & nominis sui ad posteros propagandi, ab
nunquam me abhorruisse confiteor. quam ad rem cu
illud mihi, de quo ante dixi, quasi compendiarium es
iter viderem, progressus sum in eo quoad potui, &
progredi porro, si vita suppeditaverit, cogito. ergo ali
alias: nuper autem quatuor Ciceronis in Catilinam or
tiones tum vindicavi a multis mendis, quae in eis libra
riorum vitio insederant; tum, addita brevi declarati
ne, faciliores ad intelligendum effeci. hunc parvum la
boris mei fructum venire in hominum manus ornatu
commendatione tui nominis volui. primum, quod ipsi l
bro, parum ex me auctoritatis habituro, multum ex t
accessurum dignitatis ac gratiae intelligebam: in quo
quaecunque aut ad amplitudinem nominis, aut ad devin
ciendas amicitia hominum voluntates valent, summa e
se omnia animadverto. nam sive generis claritatem re
quirimus; cui tandem, qui Veneti imperii nomen audi
verit, Mocenicae gentis splendor ignotus est? quae qui
dem gens, ut ne annalium memoriam replicem, neq
eos commemorem, quos domi forisque spectata virtus
concordibus suffragiis, ad hujus reipub. fastigium ev
xit; illud integritatis, illud justitiae, illud incorrupta
severitatis exemplar, Aloisium Mocenicum, equitem
tuum, Leonarde, avum protulit: quo viro nemo unquam
in hac civitate, qui, cum pauciora peteret, plura con
sequeretur honoris insignia, inventus est. ipsa pro
pre*

Digitized by Google

prensabat virtus, ipsa ei viam ad omnes honoris gradus, non appellandis, non rogandis, non officiose salutandis civibus; sed glorioſis, admirandis, immortalitate dignis edendis operibus muniebat. neque vero passa resp. est, tantum lumen exteris principibus incognitum latere: sed quanquam fidelissimis illius, sapientissimisque consiliis nixa, non libenter ab amplexu eum suo dimitteret: mandandis tamen ei plurimis, honorificentissimisque legationibus, facultatem dedit, famae suae per omnes terrarum oras disseminandae. qui cum omnes in eam opinionem adduxisset, ut quicquid ipsi, non dicam denegatum, sed non ultro delatum fuisset, idem virtuti denegatum videretur; filio suo, patri tuo, Leonarde, iisdem virtutibus praedito, facile atque expeditum iter ad procuratoriam, id est, ad eam quae nulla summae propior est, dignitatem reliquit. sive igitur generis claritatem requirimus, ea tibi longe maxima divinitus contigit: sive te ipsum, nulla ratione generis habita, intuemur, ea videmus in te, quae vel abjectam, obscuramque familiam erigere, atque illustrare possent. non enim te aut gentis tuae nobilitas tumidum, aut opum affluentia insolentem facit: sed illam quidem incitamentum, hanc vero instrumentum exercendae virtutis esse ducens, ita te geris, ut dignitate par summis, humanitate, & affabilitate nihilo superior infimis esse videaris. quo fit, ut tota urbe nemo sit, qui non omnia tibi successa (*) cupiat, qui te non amet, non in

(*) Soloecum loquendi genus, quod hausit e Ciceronis filii epistola ad Tironem, XVI. 21.

in ſinu, non in oculis ferat: qui non & optet, & augu-retur fore, ut te eodem plane, quo avus olim, itinere gradientem, iisdem reſp quibus illum proſecuta eſt, honoribus proſequatur. primum igitur e tuo, ut dixi, nomine auctoritatem libro meo quaerere aliquam volui. deinde, cum plurimis, manifeſtisſimisque indiciis, me tibi non vulgariter carum eſſe cognoſcerem; volui ego quoque vicisſim, qualemcunque poteram, animi erga te mei ſignificationem dare. Vale. Venetiis, a. d. VI. id. Octobris. MDLVI.

IDEM LECTORI.

SI QUA *in ipſis Ciceronis verbis emendata reperies; quorum in explicatione mentio facta non ſit; ea e vetuſtis exemplaribus emendata eſſe ſcito.*

M. AN-

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD

LEONARDUM MOCENICUM,

P. V. PRIMAE ORATIONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

SAEPE jam M. Tullius, antequam hancce orationem haberet, verba in senatu de Catilinae conjuratione fecerat: ut vel ex eo perspicuum est, quod duodeviginti diebus ante, consulibus respub. Senatusconsulto permisfa erat. quod ego ipsum admonere supervacaneum putassem; (est enim sane quam apertum) nisi animadvertissem, multos magnosque viros, non e recentioribus modo, sed etiam ex antiquis; quod, quid quoque tempore actum fuisset, non satis attente considerassent, in errores quosdam minime, ut arbitror, negligendos, in harum rerum explicatione incidisse. Mihi quidem ita videtur: Ciceroni inprimis ipsi maximam esse hisce in rebus habendam fidem: ut, sicubi ab eo ceteri dissenserint, homines eos fuisse, iccircoque labi potuisse, arbitremur: secundum Ciceronem autem Sallustio, qui iisdem temporibus fuit: tum Asconio, qui ab eorum aetate non ita multum abfuit: Graecos autem, Plutarchum, Appianum, Dionem magno esse adhibito judicio legendos. Nam, ut hinc ordiamur, cum conjurati, Catilinae denuntiatione, in M. Porcii Leccae domum convenissent, repertique essent duo, qui se Ciceronem in lectulo suo interfecturos pollicerentur; tum demum ait Sallustius, rem ad senatum a Cicerone relatam; senatumque decrevisse, ut darent operam consules, ne quid respub. detrimenti caperet. at id manifesto falsum est. si quidem, quae nox consecuta est posterum diem nonarum Novemb. ea nocte coitionem illam in M. Porcii domum factam esse, constat ex oratione pro Sylla. jam autem sedecim, minimum, dies erant, cum illa senatus auctoritas intercesserat; ut ex hac ipsa oratione liquido cognosci potest. Illud quoque non minus falsum est, quod idem Sallustius prodidit, cum aut hanc

orationem Cicero, aut aliam quampiam habuisset, cer
quidem aliquot diebus post commissam consulibus rempu
Catilinam in eam vocem denique erupisse (*), ut dicere
si quod incendium in fortunas suas excitatum esset: id
non aqua, sed ruina restincturum. id enim jam priden
id est, aliquot diebus ante comitia consularia, Catoni j
dicium minitanti ac denuntianti Catilina responderat. qu
ipse Cicero in oratione pro Murena testatum reliqu
Quodsi Sallustium ipsum, & accuratum cumprimis h
minem, & illorum temporum aequalem, tamen alicu
lapsum videmus: exacuenda profecto nobis ingenii aci
est: neque ut quicque a quoque veterum proditum fu
rit, ita protinus recipiendum est: sed conferenda al
cum aliis, & ad Ciceronis praecipue auctoritatem, ta
quam ad Lydium lapidem, singula diligenter examinand
Nunc ad rem. Dicta est haec oratio a Cicerone consul
senatum habente in templo Jovis Statoris, VI. id. N
vemb. ut infra probabitur. qua quidem oratione ostendi
patefacta jam esse omnibus scelerata Catilinae adversi
remp. consilia: ipsique suadet, vel potius imperat, ut e
urbe exeat, quo & civitatem liberet metu, & ipse se l
berius hostem P. R. profiteri queat. Genus igitur cau
sae judiciale non est, ut falso Coelius Curio putat. no
enim in senatu judicia exercebantur. sed ne deliberat
vum quidem est. quid ita? quia enim non deliberat C
cero, neque sententiam dicit, neque aut suadet quicqua
senatui, aut disuadet: sed Catilinam increpat, objurga
exagitat: jubet denique, ut cum reipub. salute, sua v
ro peste ac pernicie ex urbe proficiscatur. Quid igitur
fatendum profecto est, non omnes Ciceronis orationes
nedum omnia quae ab oratore tractantur, ad tria illa pe
vulgata causarum genera posse revocari. Ipse autem or
tionis χαρακτὴρ plenus est δεινότητος, γραφότητος, σφοδρό
τητος, μεγαλοφυΐας. itaque quaecunque de illo genere
veteribus prodita sunt, ea hic mirabiliter observata rep
riemus.

Quousque tandem] Non putarat, ut videtur, Cicero
Catilinam eo die in senatu affuturum. sed cum eum, prae
te

(*) *Erumpere in vocem, prorumpere in verba*, cadente Latinita
dici coepit. Vide Cellarium Cur. Posterior. p. 195.

Digitized by Google

ter ſpem, adeſſe vidiſſet, ſubita indignatione commotus, in haec verba prorupit.

Quousque tandem] Sapienter admodum conſiderat hanc partem Quintilianus lib. 9. cap. 2. cujus haec verba ſunt: *Simplex eſt, ſic rogare:*

Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris?

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: Quid enim tuus ille, Tubero, diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &, Quousque tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua conſilia non ſentis? & totus denique hic locus quanto magis ardet, quam ſi diceretur: Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Hermogenes quoque apoſtrophen, & interrogationem adverſarii, πῶς τὸν Ζοφοκλέους valde commendat. χρῆται δὲ Ζοφοκλῆς, inquit, τῷ κατ' ἀπόστροφὴν, οἷον, πρὸς σοὶ κατίλινα, λέγειν, καὶ σὺ περιμένεις αὐτῶν, καὶ ἡ ἱκέτης ἢ ἡ ἐξ ὑπονομίου ἀφορμὴ, ἀπόφασις ἐστι, καὶ ἔχει πῶς τὴν Ζοφοκλέους καὶ ἐλεγκτικόν τι. Idem ille, quem ſupra nominavi, Quintilianus libro 8. congeriem verborum ac ſententiarum idem ſignificantium ad amplificationem pertinere ait. ejus autem vix usquam pulchrius aut illuſtrius exemplum reperias. neque non illud ad granditatem ac vehementiam pertinet, quod ἁπλᾶις fere ἐφοδίοις, aut etiam inciſis, quae Graeci κόμματα nominant, utitur, ſed & numerum ſi quis conſideret, videbit, nullum adhiberi potuiſſe aptiorem. Atque id, diſcentium gratia, in aliquot membris minutatim conſideremus. QUOUS, QUEIAND, ABU: jambi tres ſunt: qui pes quantopere ſit ad infectationem accommodatus, vel nomen ipſum indicio fuerit. ſequuntur duo paeones ἀντισπαστικοὶ, TE RE CATILINA PATI: quem pedem, totumque adeo paeonicum dicendi genus Ariſtoteles, Demetrius, Hermogenes, ceterique dicendi magiſtri ſummopere commendant. eos excipit finis choliambi, ENTIA NOSTRA: qua clauſula ſaepe etiam in inferioribus uſus eſt: ut, *horum omnium ora*, VULTUSQUE MOVERUNT: &, HIC TAMEN VIVIT: &, TELA VITEMUS. paeones autem tum ἀντισπαστικοὶ, tum καταληκτικοὶ, tum dactyli, tum dochimi, ita ſparſi ſunt per totam orationem, ut ſublimem quendam, & plenum dignitatis efficiant ſonum. Sed jam ad alia veniamus.

Abutere] Abutitur aliena patientia, qui ea, non ad de ponendam, sed ad confirmandam audaciam utitur.

Patientia nostra] & senatus, & consulum: sed consulum magis. Sed tamen senatus quoque nimiam patientiam notat: quod non satis severe decrevisset, nihilque aliud, quam committendam consulibus rempub. censuisset. qua de re ita ipse in Murenae defensione: *Congemuit senatus frequens: neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit. nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant.*

Eludet] Quasi afflictis, prostratisque nobis insultabit. Verbum gladiatorium. illud quoque annotandum, quod de furore & audacia, quasi de re quapiam animata, locutus est. recte enim admonet Fabius, *miram ex eo sublimitatem oriri, cum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus.*

Quem ad finem] Similis prope est exclamatio Thesei apud Euripidem in Hippolyto:

Φεῦ τίς βροτῶν τῶ σωφρόνειν φρενῶς;
Τί τέρμα τόλμης, καὶ χάριν θήσει τινι;

Sese effraenata] In uno libro vetere, *effraenata sese:* sed illud magis placet. illam enim ipsam μεγοφωνίαν, quae fit ἐκ τῆς τῶν φωνήεντων συγκρούσεως, ad vehementiam pertinere, Demetrius, & alii prodiderunt. eodem etiam pertinet tralatum illud epitheton, *effraenata.*

Effraenata jactabit audacia] Vide, ut literam A, quae, ut ait praeter ceteros Halicarnasseus in lib. de compositione, plurimum habet soni, iccircoque grandem admodum orationem efficit, crebram adhibeat. & ut hujus loci sublimitatem magis intelligas; conferto eos, in quibus orationis sonum Cicero ipse de industria deprimit: qualis est paulo post: *Cupio, P. C. me esse clementem: cupio in tantis reipub. periculis non dissolutum videri.* illa vero etiam subtiliora, ac tenuiora: *Parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.*

Jactabit audacia] Spondeus, & dochimus. Ultima enim pro longa habetur. Miror autem, qua ratione motus Petrus Ramus, homo & ingeniosus, & eruditus, dixerit, disputari hoc loco caput deliberationis de morte Ca-

Digitized by Google

Catilinae, eamque ſententiam fuiſſe Catonis, Luculli, & quorundam aliorum optimatum. nunquam enim profecto ad ſenatum de interficiendo Catilina relatum eſt: ac ne de aliis quidem conjuratis, niſi cum jam Catilina ex urbe profectus eſſet

Nihilne te] Hanc orationis conformationem Demetrius epanaphoran vocat, cum ab eadem voce plura ſeu membra, ſeu incisa incipiunt. congerit autem M. Tullius ea omnia, quae Catilinam commovere debuerant: quibus eum nihil commotum eſſe miratur. In veteribus libris, ſublata particula, *ne*, legitur, *Nihil te nocturnum*, &c.

Nocturnum praeſidium palatii] Periculoſis temporibus praeſidium palatio imponi ſolebat: quod illud qui occupaſſet, urbem facile in poteſtate habiturus videbatur.

Nihil urbis vigiliae] Decreverat enim ſenatus, ut per totam urbem vigiliae haberentur, iisque minores magiſtratus praeeſſent. Salluſtius.

Nihil timor populi] Nam & tumultum ſenatus decreverat, ut eſt apud Dionem, & Cicero ipſe, ut Plutarchus, Appianus, Dio, ipſemet denique in Murenae defenſione narrat, ad indicandam periculi magnitudinem, comitiorum die, loricatus in campum deſcenderat.

Nihil conſenſus] Ita legit Quintilianus. in duobus tamen veteribus libris ſcriptum video, *concurſus*.

Nihil hic munitiſſimus] Templum Jovis Statoris dicit.

Nihil horum omnium] Cum omnes te ingredientem averſati, eam partem ſubſelliorum, ad quam tu acceſſeras, reliquerunt.

Patere tua conſilia] Enumeravit ſigna omnia quibus id facile colligi poſſet. ſubeſt autem vis argumenti a conſequentibus, hoc modo: Niſi tua conſilia paterent omnibus, non impoſitum eſſet palatio praeſidium, non haberentur per totam urbem vigiliae, non conſpirarent omnes boni, non hi te omnes, tanquam hoſtem, averſarentur. Fiunt autem haec omnia: Tua igitur conſilia omnibus patent.

Conſtrictam teneri] Quaſi de immani quadam, & rabioſa fera loquutus eſt.

Quid proxima, quid ſuperiore] ἀναδίπλωσις, ἀνάδοσις, & in verbis ὁμοιοτέλευτον.

Quos convocaveris] Eorum nomina e Salluſtio peti poſ-

Digitized by Google

sunt. sed decrevi hoc loco congerere, & sub uno adspectu ponere nomina eorum omnium, quos ego quidem ab antiquis scriptoribus repererim, tanquam conjurationis participes, nominatos. Sunt autem hi. I. L. Sergius Catilina, praetorius. II. C. Manlius. III. M. Porcius Lecca, senator. IV. C. Marcellus. V. P. Cornelius Lentulus Sura, praetor VI. P. Autronius. VII. P. Cornelius Ser. F. Sylla: quem tamen Cicero integra oratione purgat. VIII. Ser. Sylla, Publii, quem modo nominavimus, frater. IX. L. Calpurnius Bestia, trib. pl. Scio, hunc ab Appiano *L. Sestium* vocari. ita enim scribit: Ἀλλίου δὲ Σήστου τὸν δήμαρχον ἐπιλησίου ὄντος ὑπὸ κήρυξι πάγου, καὶ κρυπτομένου τῷ Κικέρωνι, ὡς δὴ δηλῶ, καὶ συλλαμβανομένῳ τῷ πάλιν ἐν ὕδατι δεινῷ διατρέβοντος. ac ne quis alium quempiam esse suspicetur, Sallustii in eandem sententiam verba apponam: *uti L. Bestia trib. pl. concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optimo consuli imponeret.* Sed cum Bestia Calpurniorum cognomen fuerit, puto, mutatis duabus litterulis, corrigendum esse Appiani locum, ut pro, Σήστου, legatur, Βηστίου. X. C. Cornelius, eques R. cujus filius postea P. Syllam accusavit. XI. L. Varguntejus, senator. XII. Q. Annius, senator. XIII. M. Fulvius Nobilior. XIV. Q. Curius, homo quaestorius, aleator notissimus, in quem est ille versiculus, *Et talis Curius pereruditus.* Asconius. apud Appianum corrupte legitur, Κλοίντος Σπείος, pro, Κλοίντος Κούριος. Hic rem detexit Fulviae: Fulvia Ciceroni. Sallustius. Quapropter ipsi Curio constituta erant indicii praemia: sed Caesar, ne ei darentur, effecit. Suetonius. Quod autem Sallustius numerat eum inter illos, qui erant ordinis senatorii: alii, ut Appianus, narrant, eum, ob vitae turpitudinem, a censoribus senatu motum fuisse. XV. M. Claudius Marcellus. XVI. C. Cornelius Cethegus, quem Appianus praetorem fuisse dicit, sed falso, ut puto. XVII. C. Cassius Longinus, senator. XVIII. M. sive, ut Sallustius eum vocat, Q. Caeparius Tarracinensis. XIX. A. Fulvius senator. hic vel a patre suo, vel certe ipsius jussu, interfectus est. Sallustius, Dio, Valerius. XX. T. Vulturcius Crotoniensis. huic, & legatis Allobrogum data sunt indicii praemia. Sallustius. XXI. Q. Manlius Chilo. XXII. P. Umbrenus, homo libertinus. XXIII. Tongillus, sive, ut

est

est in veteribus libris, Tongilius. XXIV. Publicius. XXV. Munatius. XXVI. P. Gabinius Capito. XXVII. L. Statilius. XXVIII. P. Furius. XXIX. P. Sitius Nucerinus. XXX. C. Flaminius. XXXI. Septimius Camers. XXXII. Marcium quendam Plutarchus nominat. XXXIII. L. Vectius, qui multos indicavit, & impune habuit. Dio. XXXIV. C. Julius, qui a Catilina in Apuliam missus est. Sallustius. XXXV. Sempronia, scelerata mulier, D. Bruti uxor. XXXVI M. Aulanius, tribunus militum C. Antonii. Cicero pro Sextio. XXXVII. C. Antonius consul suspectus fuit. XXXVIII. M. Licinius Crassus suspectus fuit. XXXIX. C. Julius Caesar suspectus fuit. Suetonius, Plutarchus, Appianus. XL. Cn. Calpurnius Piso prioris tantum conjurationis particeps fuit. nam antequam iniretur posterior, ipse interfectus fuerat in Hispania. Sallustius, Asconius, Suetonius.

Senatus hoc intelligit] Omnes veteres libri, *Senatus haec intelligit*. atque ita emendandum est. Illud autem majori animadversione dignum, esse hic integrum senarium jambicum,

Senatus haec intelligit: consul videt.

& quidem aliquanto meliorem eo, quem ex oratione in Pisonem annotavit Fabius:

Pro di immortales, hic quis illuxit dies?

At jambicos quidem vel sexcentos e Ciceronis scriptis possit aliquis minimo negotio colligere. neque fortasse mirandum. *magnam* enim *partem*, ut ipse ait, *ex jambis nostra constat oratio.* ὁ δ' ἰαμβεῖος, ait Demetrius, τῇ πρὸς πεζὸν λέξει ὅμοιός ἐστι. πολλοὶ γὰρ μέτρου ἰαμβικοῦ λελάθασιν, εἰσὶ δὲ οὐδέν. Aristoteles autem li. 3. de arte dicendi, ὁ ἰαμβεῖος, inquit, αὐτὴ ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τὸ μέτρον ἰαμβεῖον φθέγγεται λέγοντες. idem etiam confirmat ὁ πρὸς τοῦτο πολυπραγμων. ideoque Flaccus vocat *jambum Alterni aptum sermonibus.* Quid, quod heroicos quoque non paucos in Cicerone, aliisque antiquis scriptoribus reperias? atque adeo haud ab re fuerit, aliquot indicare, ne cui forte hoc audentius, quam verius, protulisse videamur. Orationis pro Archia principium est: *Si quid est in me in-*

ingenii, judices, quod ſentio quam ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi,

In qua me non inficior mediocriter eſſe

Verſatum. Nonne videtur poëtam poëtice velle defendere? at hic quidem, quod in media periodo eſt, minus fortaſſe ſentiatur. quid hic ex oratione ad Quirites poſt reditum? *Denique omnes, qui veſtris maximis beneficiis, honoribusque ſunt ornati, producti ad vos ab eodem, non ſolum ad me conſervandum vos cohortati ſunt, ſed etiam rerum mearum geſtarum*

Auctores, teſtes, laudatoresque fuerunt.

& pro Plancio: *Victoriae noſtrae graves adverſarios paratos:*

Interitus nullos ultores eſſe videbam.

& lib. 1. Academicarum quaeſtionum: *quae*

Cum ſunt dicta, in conſpectu conſedimus omnes.

& 4. Tuſculanarum: *Illud animorum, corporumque diſſimile eſt, quod animi valentes*

Morbo tentari non poſſunt: corpora poſſunt.

& 5. *Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur:*

Haeque voluptates ſingillatim extenuantur.

Sed nihil admirabilius, quam integrum diſtichon, quod lib. 3. de Oratore annotavi. Ita enim loquitur Craſſus: *Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo*

Complexi, plus multo etiam vidiſſe videntur,
Quam quantum noſtrorum ingeniorum acies

intueri poteſt, &c. Ponam etiam aliquot exempla ex aliis ſcriptoribus: ne quis eos hac in parte Cicerone fuiſſe diligentiores putet. Salluſtius: *Alii autem equites illos;*

Cnaei Pompeji veteres, fidosque clientes,

voluntate ejus Piſonem aggreſſos. Livius lib. 7. *Pugnatum haud procul*

Porta Collina eſt, totius viribus urbis.

Idem eodem libro: *Ipſe ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem coepit*

Sa

Digitized by Google

Sedulo, ut adverſus montes conſiſteret hoſtis.

at hoc quidem rarum in Livio non eſt. Quid plura? M. Cato, cum oratione ſimplicisſima de agris judicium faceret, heroicum effugere non potuit. ejus verba ſunt: *Vinea eſt prima, ſi vino multo fiet. ſecundo loco hortus irriguus: tertio ſalictum: quarto oletum: quinto pratum: ſexto campus frumentarius: ſeptimo ſilva caedua:*

Octavo arbuſtum: nono glandaria ſilva.

Vereor, ne paulo quam pro re, longior fuerim. ſed tamen, quod omnes artis rhetoricae magiſtri tantopere clamant, vitioſisſimum eſſe, verſum in oratione ſoluta facere, ſemel mihi faciendum putavi, ut prolatis exemplis oſtenderem, ne ipſos quidem qui hoc praecipiunt, perpetuo id praeſtare potuiſſe.

Hic tamen vivit] Proponit haec tanquam repugnantia: ſenatui, & conſulibus aperta eſſe nefaria Catilinae conſilia, & ipſum tamen vivere. Si quidem oportebat, eum a ſenatu hoſtem judicari, deinde a conſule comprehendi: tum more majorum de eo ſupplicium ſumi. at orator, omiſſis iis, quae in medio erant, μέλα ἐνθυμηματικῶς, a primo ad ultimum tranſiliit.

Vivit?] Reprehendit ſe ipſum, quod non ſatis dixerit; qui vivere modo eum dixerit. itaque addit alia graviora.

In ſenatum venit] Erat enim praetorius.

Fit publici conſilii particeps] Quid autem vel indignius, vel exitioſius, quam conſilia quae capiuntur ad conſervandam rempub. cum iis ipſis, qui de ea opprimenda cogitant, communicari?

Notat, & deſignat oculis] Videt hic multos improbos, & ſibi conſiliorum ſocietate conjunctos. videt multis partibus plures bonos, ac fortes cives, & amantes reip. diſtinguit igitur alios ab aliis obtutu: & noſtrûm, qui remp. ſalvam cupimus, unumquemque oculis deſignat ad caedem: non ſecus atque ii, qui ſacrificare cogitant, deſignare oculis ſolent e toto grege pecudes ad ſacrificia deſtinatas.

Nos autem viri fortes] ἀριστεία. non enim in cautione, ſed in animi magnitudine, ac praeſentia poſita eſt fortitudo.

Ad mortem te] Proponit id, quod probare vult oportuisse videlicet jam pridem, consulis jussu, interfectum esse Catilinam. tum explicat exempla, quibus id efficitur. postremo ad propositum se refert, atque concludit, idque iis verbis: *Quo ex S. C. confestim interfectum esse te, Catilina, convenit.*

Duci] Hoc verbo proprie utebantur in condemnatis in addictis, in iis, quibus a magistratu manus injecta esset. Terentius: *Ducent damnatum domum.* Cicero in Rullum: *Ego is consul, qui concionem meluam? qui trib. ple. perhorrescam? saepe & fine causa tumultuer? qui ti meam, ne mihi in carcere habitandum sit, si trib. pl duci jussisset?* Et in XII. tabulis: *Ast qui ei endo jur im addicit, secum ducito.* & notum est verbum illud usitatum in auctionibus, *Ducatis licet.* Sic libro secundo accusationis: *Si petit, ducas.* non enim approbo sententiam Hotomani, qui exponit hoc de in jus ducendo. nam id exagitat in Verre Cicero, quod cum debitores, qui solvendo non erant, a creditoribus domum duci solerent: Verris jussu interdum petitores a debitoribus ducerentur. quin & genus illud loquendi, quo uxorem domum ducere aliquis dicitur, a coëmptione ortum puto.

Jussu consulis] Sed poteratne consul imperare, ut quisquam ad mortem duceretur? poterat, ubi ei S. C. commissa erat resp.

Jam pridem] Statim ut S. C. illud factum est.

Machinaris] Nulla hic, quod quidam ajunt, est metaphora ab architectis. imo vero haec ipsa est propria significatio verbi μηχανᾶσθαι.

An vero vir amplissimus] Argumentum a minore: in quo, ut erudite annotat Fabius, non solum totum toti, sed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, status reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio caedi, & incendiis, & vastationi, privatus consulibus comparatur. Historiam autem diffuse narrant Vellejus, Plutarchus, Appianus.

P. Scipio] P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, ejus, qui optimus vir a senatu judicatus erat, nepos, ejus, qui censor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani patrui, ipsius autem Tiberii consobrinus. Paterculus.

Per

Digitized by Google

Pontifex Maximus] Primus omnium, virtutis causſa, abſens Pontifex M. factus.

Privatus] Video, interpretes conturbari, quod idem & pontifex M. & privatus eſſe dicatur. in eo autem nulla repugnantia eſt. pontificatus enim magiſtratus non eſt. quare nihil prohibet eundem & pontificem maximum eſſe, & privatum. niſi forte quis putet, omnes honores, qui a populo mandantur, eſſe magiſtratus. quod longe abeſt a vero. nam pontificatum, magiſtratum non eſſe, vel hinc licet intelligas, quod, niſi morte, non finiebatur. at magiſtratus nullus erat hujusmodi. nam in Sylla, & Caeſare, dictatoribus perpetuis, alia quaedam ratio eſt. Item duos magiſtratus ſimul gerere poterat nemo. at nihil vetabat, qui pontifex maximus eſſet, eum vel praetorem, vel conſulem fieri, vel alium ejusmodi honorem capere. Ramus aliter hoc explicare conatus eſt. ita enim ſcribit: Privatum eſſe, & cum imperio eſſe, contraria ſunt: at ſacerdotes tum imperium non habuere. Primum, quod ait, ſacerdotes tum non habuiſſe imperium; cur illud, tum, addiderit, neſcio. numquam enim ſacerdotes imperium habuerunt. niſi forte reſpexit ad religionis noſtrae pontifices: quod non puto. Deinde quod illa, tanquam contraria, opponit, privatum eſſe, & cum imperio eſſe; mea quidem ſententia, fallitur. valdeque miror, etiam Fr. Hotomanum, Jurisconſultum, in explicatione prioris actionis in Verrem idem tradidiſſe. Ego vero multos reperio, & qui privati, eſſent tamen cum imperio: & qui imperium non haberent, neque tamen eſſent privati. Cn. Pompejus, quo tempore contra Sertorium miſſus eſt, privatus erat: ut Cicero aperte teſtatur undecima Philippica, & tamen cum imperio conſulari. at contra cenſores privati, opinor, non erant; qui tamen imperium non habebant. ne tribuni plebis quidem. itaque non pro imperio ſummovebant populum, ſed blande, hoc modo: *Si vobis videtur, decedite, Quirites.* Verius igitur erat illud, privatos eſſe, quicunque magiſtratum non gerunt.

Nam illa] Figuram hanc praeteritionem vocant. hiſtoria ex Livio petenda eſt.

Q. Servilius] C. Servilius, e Livio, & vetuſtis libris.

Novis rebus ſtudentem] quod Graeci uno verbo dicunt, νεωτεροποιόν.

Ma-

Digitized by Google

Manu ſua] ἐμφυτικῶς. ut, *Vocemque his auribus hauſi.*
Occidit] Vetus liber, *interfecit.*

Fuit, fuit] ἀναδίπλωσις. ut, *Occidi, occidi, judices.* &, *Nos, nos, dico aperte.* & Demoſthenes, σὺν ἐμοὶ, σὺν ἐμοὶ ὅπως ἡμῖν ἔσται, ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Habemus enim S. C. in te] Suſpicabar, particulam, *enim*, delendam eſſe. nunc eam video abeſſe a veteribus libris. Quae autem eſſet hujus S. C. vis, Salluſtius docet.

Decrevit quondam] Aliud exemplum: quod pete ex iis, quos ſupra nominavi, Vellejo, Plutarcho, Appiano, etiam ex Cicerone VIII. Philippica.

Quondam] undecim annis poſt interfectum Ti. Gracchum.

L. Opimius] a quo vina Opimiana dicta ſunt. Plinius, Vellejus. erat autem privatim inimicus C. Graccho: unde factum illius minor ſecuta eſt auctoritas. ipſius autem S. C. quo de hic agitur, verba in VIII. adverſus Antonium ſcripta ſunt: *Quod L. Opimius conſul verba fecit de repub. D. E. R. I. C. ut L. Opimius conſul remp. defenderet.*

Seditionum ſuſpiciones] Artificioſa extenuatio. non enim erant ſuſpiciones: ſed plane ſeditiones, & quidem turbulentiſſimae. Sic ſupra de Tiberio: *ſtatum reip. mediocriter labefactare cupientem.*

M. Fulvius] M. Fulvius Flaccus, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris III. virum nominaverat, ſociumque regalis potentiae aſſumpſerat.

Cum liberis] quorum alter dimicans cecidit, alter in carcere interfectus eſt.

Simili S. C. C. Mario] Hiſtoriam narrant Cicero pro Rabirio perduellionis reo, & octava in Antonium, Livius lib. 69. Vellejus poſteriori volumine, Plutarchus in Mario, Appianus lib. 1. alii.

L. Saturninum trib. pl. & C. Servilium mors a reipub. poena remorata eſt?] Locus hic ſine dubio corruptus eſt. ideoque, ut fit, aliter ab aliis citatur. Budaeus in Pandectas legit: *mors, ac reip. poena remorata eſt?* in quodam libro vetere ſcriptum eſt, *morſta reipub.* quae me ſcriptura in eam opinionem adduxerat, ut putarem legendum, *monſtra reip.* ac fortaſis ne nunc quidem eam conjecturam rejicerem, niſi alia ſe poſtea, quae mihi

Digitized by Google

hi visa est firmior, obtulisset. De tribus antiquis libris, qui olim Dominici Grimani Cardinalis fuere, nunc in hac civitate, una cum multis aliis optimis & pulcherrimis libris, a collegio sodalium divi Antonii, honestissimorum, atque omni humanitate praeditorum hominum, ad publicam utilitatem expositi, studiose asservantur: de tribus igitur illis in eo, qui optimus est, locus hic ita legitur: *Num unum diem postea L. Saturniuam trib. pl. & C. Servilium praet. reip. poena remorata est?* quod ego ut vidi, qui Servilium illis temporibus praetorem fuisse meminissem, videremque etiam, ad nomen Saturnini additum esse nomen magistratus, in quo ille tum fuisset: dubium non habui, quin illud, *praetorem*, omnino recipiendum foret. Recordabar loci ex octava Philippica, qui me magis etiam in sententia confirmabat. ita enim ibi scribitur: *C. Mario, L. Valerio, consulibus, senatus remp. defendendam dedit. L. Saturninus trib. pl. Glaucia praetor est occisus.* Quoniam autem scio, saepe commissum esse a librariis veteribus, ut has notas R. P. & P. R. quarum altera *remp.* altera *populum Romanum* indicabant, inter se confunderent, earumque alteram pro altera ponerent: plane statui, totum hunc locum ita legi debere: *Num unum diem postea L. Saturninum, trib. pl. & C. Servilium, praetorem populi Romani, poena remorata est?* Vocem, *mors*, additam puto ab aliquo, qui declarare vellet, quod poenae genus illos consecutum fuisset. Ut autem *praetor reip* nunquam, ita *praetor populi Rom.* saepe a Cicerone dicitur: ut in illo nobili loco e quinto accusationis: *Stetit soleatus praetor populi Rom. cum pallio purpureo, tunicaque talari muliercula nixus, in littore.* Hac tamen de mea opinione eruditorum, & ingeniosorum hominum judicium facio. nam non injuria forte suspicetur aliquis, simpliciter legendum: *C. Servilium praetorem:* ut sine causa litteras P. R. a librariis geminatas fuisse opinemur hoc modo, P. R. P. R. Ille quoque locus e Rabiriana: *Omnes tribunos pl. praeter Saturninum, praeter Glauciam:* ita emendandus videtur: *Omnes tribunos pl praeter Saturninum, praett. praeter Glauciam:* ut jam pridem admonuit, qui nuper, magno studiosorum moerore, Bononiae excessit e vita, vir optimus, & de litteris optime meritus, Sebastianus Corradus.

At

Digitized by Google

At nos] Idem ille, quem dixi, perbonus liber, *At vero nos*. quod plenius, & sonantius videtur.

Vicesimum jam diem] Rotundare numerum voluit. erat enim hic tantum duodevicesimus dies post factum S. C. ut notat Asconius. Sic in Pisonem pro triginta sex annis, quadraginta dixit. sic centumviri dicebantur, cum essent centum & quinque. sic Euripides, & Virgilius, Graecos mille navibus ad oppugnandam Trojam venisse dicunt, quas Homerus MCLXXXVI: Dio MCC. scholiastes Euripidis mille centum & septuaginta fuisse affirmat.

Hebescere aciem] quasi de gladio dixit. est autem metaphora.

Hujusmodi] Veteres libri, *ejusmodi*.

Veruntamen incluſum] Iidem, *verum incluſum*. utrumque melius.

Tanquam gladium in vagina reconditum] Haec jam non metaphora est, sed εἰκονία. In veteribus libris non est vox, *gladium*: neque dubium est, quin ab aliquo inepto inculcata fuerit. itaque delcatur.

Confestim] Iidem libri, *statim*. at hoc parvi refert.

Interfectum esse te, Catilina, convenit] Vereor, ne aliquid in his verbis insit vitii. primum quod, seu verbum, *convenit*, media correpta legas, non convenient tempora, quod etiam Silvius vidit: seu producta, ut ipse vult; quaeram, ecquis unquam, qui aliquem modo Latinae linguae sensum haberet, ita locutus fuerit, ut diceret, *convénit statim id fecisse*, pro eo quod est, statim id fecisse oportuit. Ego vero, ἀτρέκεια εἰπεῖν, utrovis modo, nedum indignum Cicerone, sed etiam plane barbarum esse loquendi genus censeo. ut si quis dicat, Multum laborem capere convenit eos, qui de gloria comparanda cogitant: quidvis eum facere potius, quam Latine loqui putem. meus quidem hic sensus est. si qui aliter opinabuntur, ii si, prolatis exemplis, erroris me coarguerint; non committam, ut etiam pertinaciae coarguere possint. Est omnino quidam locus apud Terentium in Heautontimorumeno, qui fallere homines minus perspicaces queat. ibi enim senex ille se ipsum puniens ita loquitur: *Non convenit, qui illum ad laborem impulerim, Nunc me ipsum fugere.* Sed ibi alia ratio est. comparantur enim duo ibi inter se, haec, *impulisse filium ad laborem*, &, *ipsum laborem fugere*: quorum alterum alteri

teri convenire, atque consentaneum negat. Moveor etiam, quod in uno libro vetere, pro, *convenit*, scriptum video, *cum venit*. qua de scriptura quam conjecturam fecerim, dicam: non quod ea mihi plane probetur: sed ut alius quispiam, ea reprehensa, meliorem aliquam proferat. venit igitur mihi in mentem cogitare, si forte ita legendum sit: *Quod quidem senatusconsultum confestim interfectum te esse, Catilina, cum velit; vivis, & vivis, non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.*

Vivis: & vivis, non ad deponendam] Et repetitione verbi, *vivis*, quasi amentata validius contorquetur oratio: & illud quoque ad vehementiam aptissimum, quod statim verbum par pari, contrarium contrario reddidit.

Cupio, P. C.] Nunc demum ad patres orationem convertit: ideoque multo leniore, ac remissiore dicendi genere utitur.

Cupio, P. C. me esse clementem] Hoc dicit ad deprecandam, amoliendamque a se opinionem crudelitatis, ad quam superior oratio vergere videbatur.

Cupio, P. C. me esse clementem] Cupio, inquit, eam moderationem tenere, ut neque crudelitatis famam subeam, (quod fieret, si statim ad extrema remedia decurrerem) neque rursus in tanto, ac tam atroci reipub. periculo dissolutus, ac negligens habear. sed plane, dum, crudelitatis opinionem refugiens, diem ex die duco, neque me satis pro rei magnitudine severe gero, fit, ut ipsi mihi mea haec non jam clementia, sed inertia prorsus, ac nequitia videatur.

Inertiae, nequitiaeq.] Haec duo conjunxit etiam inferius. Non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae, ac nequitiae, pertimescenda. *Inertia* autem hic non stultitiam significat, ut quidam exponit, sed dissolutionem ac remissionem animi, ἀδρανίαν τινὰ ψυχικήν. *Iners* enim est, qui nihil agit, qui non movetur. Ovidius: *Nec quicquam, nisi pondus iners*. itaque in sequenti oratione, *inertissimos homines fortissimis viris* opposuit. Atque idem propemodum, hoc quidem loco, valet *nequitia*, est enim *nequam*, qui nulli rei utilis est: & ejusmodi habitus *nequitia*. neque ulla hic metaphora est a libidine, quod quidam putarunt.

In

In Etruriae faucibus] Faesulis. *fauces* autem dicit ingressum: ut alibi, *fauces macelli.*

In senatu videmus] Alii, *videtis:* atque ita in veteribus libris legitur.

Si te jam, Catilina, comprehendi] Versus Phaleucius.

Si te jam] Hoc dicit: Si te jam interfecero; non est, cur verear, ne quisquam me ob eam rem crudelitatis accuset. nondum tamen id faciam: sed exspectabo, dum scelus tuum ita omnibus cognitum, patefactumque sit, ut ne tui quidem similium, qui te defendere audeat, quisquam reperiatur.

Credo] Ironiae nota.

Ne non hoc] Veteres libri, *ne hoc*. sed particula, in qua est negandi vis, & a Quintiliano citante hunc locum ponitur, & ad sententiam necessaria videtur.

Factum esse dicant] *dicat*, ex veteribus libris, & ex Fabio.

Verum ego hoc] Libri vet. *Veruntamen ego hoc.*

Certa de causa] Eam causam copiose explicat in oratione, quae proxime hanc sequitur.

Cum jam nemo] Vitavit obscoenitatem soni, de qua in Oratore praecipit interposita vocula, *jam.*

Etenim quid est] προπαρασκευὴ ad enarranda ea, quae de Catilina compererat.

Si illustrantur, si erumpunt] *Illustrantur*, ad noctis tenebras retulit: *erumpunt*, ad privatae domus parietes.

Muta jam istam mentem] Non cohortatur eum ad sanitatem: quod se frustra facturum sentiebat: sed ait, nihil esse, quod in urbe manens, de caede atque incendiis cogitet: quare aliud ei consilium esse capiendum, & in Manliana castra exeundum.

Luce sunt clariora] ὑπερβολή.

Quae etiam mecum] Quidam veteres libri, *quae jam mecum.*

Meministine, me ante diem XII. *Calend. Novemb.*] *ante diem* XII. *Cal. Novemb.* &, XII. *Cal. Novem.* utraque oratione idem dies indicatur. idemque in ceteris perpetuo tenendum.

Ante diem XII. *Calend. Novemb.*] Magnam nobis lucem hic locus afferet ad hanc historiam subtiliter intelligendam: quam profecto & Sallustius, & ceteri mirabiliter confuderunt. Ac primum sciendum est, in hunc diem pri-

Digitized by Google

rimo edicta fuisse comitia consularia. sed cum pridie
us diei Cicero Catilinae consilia ad senatum detulisset:
ictum est S. C. ne postero die comitia haberentur: ut
e iis rebus in senatu agi posset. nam aliter comitiali die
natus haberi non poterat. postridie igitur, id est, ut
t Plutarchus, ipso comitiorum die, Cicero frequenti
enatu Catilinam excitavit, atque eum de iis rebus jussit,
quid vellet, quae ad se allatae essent, dicere. tum ille
ixit, *duo corpora esse reip. unum debile infirmo capite,*
lterum firmum sine capite: huic, cum ita meritum esset,
nput se vivo non defuturum. His auditis, decrevit sena-
us, ut viderent consules, ne quid resp. detrimenti cape-
et. Haec sumpta sunt e Mureniana. Jam igitur cum
sconius dicat, diem, quo haec habita oratio est, a com-
isisa consulibus rep. duodevicesimum fuisse: profecto,
quis rationem dierum ineat, videbit, eam, ut nos dixi-
mus, habitam VI. id. Novemb. hac autem in parte alio-
um errata persequi piget.

Fore in armis] collecto in Etruria exercitu.

Dixi ego idem] Aliquot, ut opinor, diebus interjectis.

In ante diem V. Cal. Nov.] In quem diem, ut conji-
io, dilata fuerant comitia.

Cum multi principes civitatis] Unum ex iis fuisse su-
picor M. Crassum. eum enim Catilina, missis litteris,
dmonuerat, ut ex urbe discederet: magnam enim cae-
em fore. quas litteras, una cum aliis eodem argumento
d alios scriptis, Crassus M. Marcello, & Scipione Me-
llo comitatus, intempesta jam nocte ad Ciceronem at-
lit: ut & illum admoneret instantis periculi, & se su-
picione exsolveret, in quam propter Catilinae familiari-
tem venerat. Eas omnes Cicero postridie in senatu re-
tavit. Auctor Plutarchus, qui in eo fallitur, quod tum
mum mandatam consulibus remp. putat.

Non tam sui conservandi] non tam propter suam, quam
opter reip. salutem.

Quid cum te Praeneste] Hac de re nihil, quod quidem
eminerim, ab historicis proditum est.

Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas] Quasi per gra-
s haec ad id, quod summum est, progreditur oratio.
agnum est enim, quicquid agat Catilina, scire Cicero-
m: majus, quicquid moliatur: longe maximum vero,
iequid cogitet.

Quod ego non modo audiam, sed etiam videam] Pro e quod est: Nihil agis, non modo quod ego non audiam sed quod non etiam videam. sic pro Coelio: *Haec gen rũ virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam i libris reperiuntur*. & pro Roscio Amerino: *Qui tantu facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed s spirare quidem sine metu possunt*

Noctem illam superiorem] Non ita, ut opinor, locutu esset, si proximam noctem indicare voluisset.

Dico te priori nocte] Annota genus loquendi usitatu iis, qui ad senatum aliquid deferrent. Sic & in oratione i toga candida: *Dico, P. C. superiore nocte cujusdam hom nis nobilis, & valde in hoc largitionis quaestu noti & c gniti domum Catilinam & Antonium cum sequestribus su convenisse.*

Inter falcarios] Alii quomodo exponant, obscurum no est. ego vicum fuisse urbis puto, qui hoc nomine dice retur: in quo M. Leccae domus sita esset. huic autem loco germanissimus est alius in oratione pro Sylla. obse vandus interim ordo Ciceronis: qui primo rem, ut est proponit: deinde confirmat, ex Catilinae silentio: tu demum ad amplificationem progreditur artificiose. ampl ficatio enim, nisi explicata, & confirmata re, locum h bere non potest.

Si negas] Veteres libri, *si negabis*. & paulo post, *qu tecum una fuerunt*.

Quam remp.] In libris veteribus, contrario ordine: *I qua urbe vivimus? quam remp. habemus?*

Qui de meo] Iidem libri, *qui de nostrum omnium i teritu*.

Urbis atque adeo orbis] παρήχησις.

Fuisti igitur] Haec omnia subtilius cognosci possunt Sallustio, & ex oratione pro Sylla.

Reperti sunt duo equites R.] Magna in his duobus no minandis scriptorum dissensio. Sallustius C. Cornelium equitem R & L. Varguntejum senatorem nominat: i quo dissentit a Cicerone, qui utrumque equitem fuis sit. nam de C. quidem Cornelio omnis dubitatio tollitu ex oratione pro Sylla. Dio duos dicit: sed neutrum no mine appellat. Plutarchus Marcium, & Cethegum vo cat: de quorum priore nihil alibi reperio. sed Pluta chum falli constat: cum aperte Cicero C. Cornelium

Digitized by Google

unum ex iis fuisse affirmet. quanquam enim Cethego quoque idem & praenomen, & nomen fuit: tamen hunc C. Cornelium, quo de hic agitur, facile probari potest, non esse C. Cornelium Cethegum. Quid ita? quod Cethegus quidem in carcere strangulatus est. At hic adhuc vivebat, quo tempore Cicero P. Syllam, ipsius filio accusante, defendit. Omnium autem foedissime labitur Appianus: tribus enim manifestis erroribus, in hac re tradenda, se ipsum involvit. primum in tempore: ait enim hoc consilium initum esse, cum jam Catilina ex urbe discessisset. deinde in his duobus nominandis: ait enim fuisse P. Lentulum, & Cethegum. non dixisset autem Cicero duos equites, si ex iis unus P. Lentulus praetor fuisset. illud vero palmarium, quod Cethegum quoque praetorem fuisse tradit, ut, si hunc sequare, neuter eorum eques R. fuerit: nedum uterque, ut Cicero dicit. non fuisse autem Cethegum praetorem, ex eo intelligitur, quod quae religio servata est in Lentulo, ut magistratu cogeretur abdicare se, antequam ei cervices frangerentur, eandem profecto senatus in Cethego retinuisset. quod ubi lectum, aut cui unquam vel fando auditum est? ac vereor interdum, ne mea in ejusmodi scriptoribus reprehendendis ab aliquo culpetur audacia. Quodsi id obtrectandi studio facerem, egomet ipse me temeritatis impudentiaeque damnarem. nunc cum investigandae, atque eruendae veritatis desiderio incensus faciam, pro qua summus philosophorum, non aliena tantum, sed sua etiam cuique, si res ferat, evertenda esse placita pronuntiavit: neminem puto aequum rerum aestimatorem fore, qui mihi non id laudi potius, quam vitio adscribat. etenim sive eos merito accuso: quis me propterea vituperandum duxerit? sive injuria: prodeat aliquis, qui eadem opera & culpa illos, & errore me liberet. nam quemadmodum ait Aeschines, privatorum inimicitiis multa in repub. corrigi: ita in litteris quoque plurima, litteratorum hominum, non inimicitiis quidem, sed modestis, & ab omni contumelia remotis dissensionibus corriguntur.

Vixdum etiam coetu vestro dimisso] Fulvia enim media nocte ipsamet ad Ciceronem profecta, hoc ei indicavit. Plutarchus, Sallustius.

Excluſi eos] Illi autem exclusi ita clamarunt pro foribus, ut rem prope proderent. Plutarchus.

Quae cum ita sint] Argumentationis summa est: Si omnia tua consilia nota sunt, exire debes. Sunt autem nota. tibi igitur est exeundum. annota autem, ut haec tota pars tum brevibus membris, tum incisis, tum etiam iis, quae incisis breviora sunt, contineatur: quod dicendi genus ad imperandum, & ad perterrefaciendum aptum esse, tradit Demetrius.

Magna diis immortalibus] Hoc & ad pietatis significationem injicit, & ad quandam orationis dignitatem.

Atque huic ipsi Jovi] Non quod hic ipse Jupiter non sit in numero deorum immortalium: sed eum a ceteris, honoris causa, separat. Sic apud Aristophanem, ὁ Ζεὺς καὶ ὁ θεός & apud Homerum, Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα πάντα τε λαὸν. & apud Virgilium, *Reliquias Danaum, atque immitis Achilli*.

Statori] Hujus appellationis causam e Livio & Plutarcho petes.

Non est saepius in uno homine] Non Ciceronem, sed Catilinam significari puto.

Salus summa] Harum dictionum utramlibet sustuleris, orationem, meo quidem animo, elegantiorem efficeris. sunt tamen ambae in veteribus libris.

Quam diu mihi] Dissimilia pericula dissimile praesidium requirunt. quam diu me privatim petisti, insidias tuas a meo capite privato praesidio depuli. nunc aperte universam remp. petis. quare alia ratione coërcendus es.

Consuli designato] Cal. enim Jan. interficere me meditabare.

Proximis comitiis] habitis a me: quibus designati sunt Silanus, & Murena.

Et competitores tuos] Quod, te rejecto, incubuisse ad eos populi voluntatem videbas.

Interficere] Lib. vet. *occidere*.

Amicorum praesidio] Descendi, inquit, in campum cum firmissimo praesidio fortissimorum virorum, & cum illa lata, insigniique lorica, non quae me tegeret: (etenim sciebam, Catilinam non latus aut ventrem, sed caput, & collum solere petere) verum ut omnes boni animadverterent, &, eum in metu, & periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem, praesidiumque meum concurrerent. Idem narrant Dio, & Plutarchus.

Pa

Petisti] Verbum gladiatorium: unde illud, *Non te peto, piscem peto.*

Remp. universam petis] Duae sunt amplificandi rationes contrariae. una, cum posita re quapiam tota, partes illius enumerando persequimur; ut hic, cum *rempub.* dixisset, addidit *templa deorum immortalium, tecta urbis*, & cetera: cui simillimus locus est principio orationis tertiae: altera, cum a partibus ad totum progredimur: ut in Pisonem: *Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus.*

Quare quoniam id] Locus hic in libris manuscriptis, paulo aliter quam in impressis legitur. nempe hoc modo: *Quare, quoniam id quod est primum, quod hujus imperii, disciplinaeque majorum proprium est, facere nondum audeo.* utra lectio melior sit, alii judicent.

Id quod est primum] ut te interfici jubeam. est enim hoc primum, id est, potissimum & praesentissimum remedium.

Exhaurietur] Metaphora a navi. est autem *exhaurienti* verbum valde proprium in sentina; ut e secunda agraria constat.

Exhaurietur ex urbe tuorum comitum] Veteres libri hoc amplius: *Exhaurietur ex urbe, tuo discessu, tuorum comitum*, &c. quae verba cur repudianda sint, non video.

Consul hostem] Ubi res tantum narranda est, propria nomina aptiora sunt: ut, *Discedit a Melino Cluentia.* at, ubi permovendi animi, tunc accommodatiora sunt ea, quae apponuntur ad nomen: ut, *Nubit genero socrus*, quanto vehementius, quam si diceretur, *Nubit Melino Sassia*: &, *Exire ex urbe consul hostem jubet*, quanto fortius, quam si diceretur, *Exire ex urbe Cicero Catilinam jubet?*

Non jubeo] Ne poterat quidem. nulla enim lex erat apud veteres Romanos, quae ullum maleficium exilio multaret. sed in exilium ibant, qui legis multam sufferre in civitate nolebant. Cicero pro Caecina.

Quid est enim, Catilina] Quasi deposita consulis persona, suasoris personam suscipit: ut (quod postea dicet) videatur, non odio, sed misericordia Catilinae commoveri. suadet igitur, ut ex urbe exeat: quod vita ei suavis esse non possit, ubi oderit omnes, odio sit omnibus,

Digitized by Google

ubi infamia flagret, ubi aere alieno sit obrutus, ubi nefaria ipsius de disperditione reip. consilia omnibus nota sint. at haec simulata suasio longe amarissimam Catilinae infectationem continet.

Qui non oderit] Est enim, ut dicitur, *parens odii metus.*

Quae nota] Patet, metaphoram esse ab iis notis, quae pecudibus, aut mancipiis inuruntur, in veteribus tamen libris legitur, *Quae nota domesticae turpitudinis in ista vita tua non inest?*

Ab oculis] Illi enim ad libidinem duces sunt: ut alibi diximus. Catilinae autem flagitia ita nota sunt omnibus, ut explicanda non sint.

Ad libidinem facem praetulisti] *Facem* quidam exponit scorta, inepte. *facem* enim proprie dicit: quod noctu ire ad amicas solerent. unde est divinum illud epigramma Valerii Aeditui ad puerum, qui eunti ad amicam, praeferebat facem:

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus. haec lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est vis saeva exstinguere venti,
Aut imber coelo candidus praecipitans.
At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,
Nulla est, quae possit vis alia opprimere.

Valerius de servo Antonii: *Quod ab eo, eum ad fixum iret, laternam praelatam contenderent.*

Domum vacuam fecisses] Suspiciose significat, eam ab ipso necatam.

Alio incredibili scelere] vel quod filium occiderit; ut est apud Sallustium: vel quod filiam suam, ex adulterio susceptam, in matrimonium duxerit: quod ei objicit Cicero in oratione, quam habuit in toga candida. Plutarchus eum, praeter parricidium fratris, ait, filiae suae virgini vitium obtulisse.

Proximis idibus] Cur tandem idibus? Intelligendum est, quo tempore facta haec conjuratio est, magnum in urbe aes alienum fuisse. cum igitur Catilina tabulas novas polliceretur, multi hac spe ducti ad conjurationem sese adjungebant. huic malo Cicero singulari quadam providentia occurrit. proposuit enim tabulas auctionarias

as: id est, quibus eorum qui aere alieno obruti erant, bona venalia proscriberentur; ut, si dissolvere ipsi, quae debebant, nollent, ex auctione conficeretur, unde creditoribus fieret satis. ita fraudandi spe sublata, solvendi necessitas consecuta est. has tabulas significat se propositurum idibus Novem ideoque tunc sensurum Catilinam, sibi fortunarum suarum ruinam imminere. tantum enim aeris alieni contraxerat, ut eum fortunis omnibus exui necesse esset.

Difficultatem] ἀπορίαν, ἀμηχανίαν.

Potestne tibi hujus vitae haec lux] Multo melius in antiquis libris: quorum alii habent, *Potestne tibi hujus vitae lux*: alii, *Potestne tibi haec lux, Catilina, aut hujus caeli*, &c.

Pridie Kal. Jan.] M. Aimilio Lepido, L. Volcatio Tullo cos. cum P. Autronius, & P. Cornelius Sylla cos. designati, ambitus poenas dedissent; inque illorum locum L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus suffecti essent: Catilina, qui, repetundarum reus a P. Clodio Pulchro factus, consulatum petere prohibitus esset, indignatione, & odio in rempub. accensus, cum Autronio & Sylla, (certe quidem cum Autronio) aliisque nobilibus viris, consilium iniit interficiendi ad Cal. Jan. novos consules, restituendique consulatus iis, qui abdicare coacti erant, occupatamque rempub. pro sua libidine moderandi. id consilium initum est circa nonas Decemb. ejus rei causa, pridie Cal. Jan. Catilinam Cicero ait in comitio stetisse cum telo: tum, ut opinor, cum abeuntes magistratu consules, ad populum, e rostris, ex more, verba facerent. Postridie, cum M. Crassus, qui & ipse conjuraverat, mutato, ut creditur, consilio, non affuisset: ideoque C. Julius Caesar, ipse quoque ejus conjurationis particeps, signum, quod convenerat, non dedisset, (erat autem signum, ut togam de humero dejiceret) res ulterius progressa non est: sed dilata in nonas Febr. Tum quoque aliquod amicum P. R. numen effecit, ut Catilina, priusquam armati convenissent, signum daret. id P. R. saluti fuit. Haec e Sallustio, Asconio, Suetonioque collegi.

In comitio] *Comitium*, locus erat propter senatum, quo coire equitibus & populo Romano licebat. Asconius.

Fortunam reip.] Libri veteres, *fortunam P. R.* idque verius videtur. ita enim Cicero saepissime locutus est. *Fortunam* veteres, ut puto, nihil aliud quam divinam voluntatem vocabant. Signum autem ejus rei est, quod Alcman eam *Justitiae sororem*, *Providentiae* autem *filiam* esse dixit. etsi hoc alio transferri posse video: ut dicamus, justis ac providis hominibus omnia prospere succedere. Sed profecto non ea, quae ratione ac consilio provisa, administrataque essent, ad fortunam referebant. imo ea potius, quorum caussae ignorarentur, quaeque quasi divinitus cecidisse viderentur. quod & ab Aristotele lib 2. de principiis, tradita fortunae definitio ostendit. itaque *rationem* poëtae, id est, humanam prudentiam, *fortunae* opponunt. Horatius: *Ut nemo quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors objecerit.* itidemque *Deo*. Ovidius: *At tu seu ratio te nostris appulit oris, Sive deus; regni commoda carpe mei.* cumque *daemonis* nomen apud veteres Graecos idem valeret, quod Dei: ita ut Plato supremum illum Deum, qui hanc universitatem rerum architectatus est, *daemona* appellet: eodem iidem nomine fortunam intelligebant: unde fortunatos *eudaemonas*, infortunatos *cacodaemonas* nominabant. Fortunam igitur, & perfectam sapientiam, & mentem, atque animum mundi, & fatum, & Deum cum dicerent, nominibus modo variatis, unam eandemque rem indicabant. de sapientibus loquor. vulgarium enim, & stultorum scio longe aliam fuisse sententiam. itaque recte apud Homerum Διὸς βουλὴ, id est, Jovis consilium, exponitur fatum, & recte haec duo a Virgilio conjuncta sunt,

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Atque hac de re ita vir eruditissimus, M. Varro apud Ciceronem loquens inducitur: *Partes autem mundi esse omnia, quae insint in eo: quae Natura sentiente teneantur, in qua ratio perfecta insit, quae sit eadem sempiterna. nihil enim valentius esse, a quo intereat. Quam vim animum esse dicunt mundi, eandemque esse Mentem, Sapientiamque perfectam: quem Deum appellant, omniumque rerum, quae sunt ei subjectae, quasi Providentiam quandam, procurantem caelestia maxime; deinde in terris ea quae pertinent ad homines: quam interdum Necessita-*

ten

tem appellant: quia nihil aliter posſit, atque ab ea conſtitutum ſit, intervenire: quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. nonnunquam quidem eandem Fortunam, quod efficiat multa improviſa, nec opinata nobis, propter obſcuritatem, ignorationemque cauſſarum. Haec non tantum eruditiſſima, ſed etiam ſanctiſſima verba Varronis ſi quis attente conſideraverit, facile perſpiciet, ſapientum hominum, qui antiquis temporibus floruerunt, eam, quam dixi, de fortuna fuiſſe ſententiam. Ergo ita pingebant eam, ut globum pedibus ipſius ſubjicerent: quo ſignificarent, totam hanc globoſam mundi molem deo ſubjectam eſſe: in ejusdem altera manu gubernaculum ponebant, in altera Copiae cornu: quod a Pindaro acceptum, Plutarchus, Dio Chryſoſtomus, & Lactantius prodiderunt: nimirum indicantes, omnium eſſe rerum gubernatorem Deum, eundemque bonorum omnium largitorem; ut Heſiodus loquitur, Διὸς ἐκ πάντα τελεῖται. Atque hoc ſenſu recte dictum videri poteſt a Salluſtio, *Fortunam in omni re dominari:* recte a Cicerone, *magnam Fortunae eſſe vim in utramque partem. nos enim, & cum proſpero flatu ejus utimur, ad optatos exitus pervenire; & cum illa reflavit, affligi.* neque vero ita haec intellexiſſe aut Ciceronem, aut Salluſtium exiſtimo: ſed, ut ſaepe fit, ſapientius, quam ſentiebant, locutos. Demoſthenes autem, non orator modo ſummus, verum etiam philoſophus, omnem prorſus rerum humanarum rectionem ac gubernationem Fortunae tribuit: Μεγάλη γὰρ ἡ τύχη, μᾶλλον δ' ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Quid autem Fortunae nomine intelligat, ipſe paulo poſt docet. cum enim dixiſſet, ſi quis ſibi optionem daret, malle ſe Athenienſium fortunam, quam Philippi: cauſſam ſubjiciens, cur eo ſit animo, ait plura videre ſe in Athenienſibus, quae ad conciliandam deorum benevolentiam valeant, quam in Philippo: πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ ἔχειν παρὰ τῶν θεῶν ἴσχυεν ὑμῖν ὑπάρχειν, ἢ ἐκείνῳ. Ecquid videtur aperte profiteri, ſe fortunae proſperitatem in divina benevolentia ponere? Quodſi, quisquis eſt qui verſiculum illum fecit, τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, quem Cicero ita interpretatus eſt, *Vitam regit Fortuna, non ſapientia;* eum, inquam, quicunque fecit, ſi ita intellexit, ut ego intelligo, nae merito illum Theophraſtus in Calliſthene commendavit: ipſumque Theo-

phraſtum injuria & Plutarchus, & alii incesſendum eo nomine, atque exagitandum putarunt. hoc enim dicere voluit, res humanas non humana, ſed divina providentia, gubernari: omnesque hominum deliberationes inanes esſe atque irritas, nili eis voluntas divina comitetur. Quid enim? nonne quotidie videmus, quae ſapientisſime cogitata viderentur, pesſime cedere? quodſi callidisſima exercitatisſimorum hominum conſilia eventus plerumque deſerit: tamenne pertinaces erimus, & in humana prudentia momenti aliquid poſitum esſe dicemus? commovere nos deberet vel illa ſepulcralis ſapientisſimae Cypriorum reginae inſcriptio,

Σοφὴ μὲν ἦμὶν, ἀλλὰ πάντ' ἐκ Δυσχόης.

Sapientem ſe fuisſe praedicat, ſed infortunatam. filiae enim turpitudinem, & filiorum mortem acerbisſimam viderat: ipſaque ſe, malis victa, inuſitato mortis genere peremerat. Timotheum Athenienſem (quem alii Cononis filium, Ulpianus rhetor Cononis patrem facit) & multis victoriis, & ſtatua in foro poſita inſignem, pictor quidam effinxerat dormientem, & retia tenentem manu. adſtabat dormienti fortuna, quae caſtella, urbesque plurimas in ea retia demitteret. aegre tulisſe picturam illam Timotheus fertur, & gloriatus esſe, illas victorias, non fortunae beneficio, ſed ſua ſibi virtute partas. quaeris, quid conſecutum ſit? ne unam quidem eſt, poſteaquam illam vocem edidit, victoriam conſecutus. Voluit videlicet deus hominis arrogantiam compeſcere: & oſtendere, ejusmodi res a ſua munificentia, non ab humana virtute, ſapientiave proficiſci. nam & ob hoc ipſum quae *Fortuna*, eadem alio vocabulo *Nemeſis* dicitur. Video autem, quaeri poſſe, ſi fortuna, ut nos dicimus, eadem & divina providentia eſt, qui factum ſit, ut eam multi omnibus convitiis inſecuti ſint, & caecam, injuſtam, inconſtantem, ac volubilem vocaverint. cui quaeſtioni non difficiliter occurri poteſt. Etenim nemo eſt, qui neſciat, optimis plerumque viris maximas in vita difficultates ac moleſtias objici: exilia, vincula, egeſtatem, morbos, orbitatem, contemptum, odia, illorum proprium quaſi patrimonium esſe. at contra improbisſimos ac nefarios homines ſaepenumero affluc-

Digitized by Google

affluere divitiis, florere honoribus, abundare iis omnibus quae suavem vitam efficiunt, inter clientum adulatorumque turmas, sine ullo prope molestiae morsu, totum vitae spatium conficere videmus. hinc illae in fortunam querelae hominum nescientium, ea omnia divino consilio fieri, & habere verissimas causas, partim subtiliter explicatas a theologis, partim etiam in arcanis divinitatis abditas, ac retrusas. non igitur caeca fortuna: *dei* enim *oculus*, ut dicitur, *videt omnia*; sed caeci potius ipsi, qui non viderent, deum datam a se bonis, ac fortibus viris nolle otiosam desidere virtutem, ideoque dare ei ubi se exerceat. Quid enim attinuerat, munire fide, armare fortitudine, ac patientia Regulum, si in viola ei, aut in rosa moriendum fuisset? Quorsus Herculi invictum illud corporis & animi robur, si in umbra ei fuisset, atque in otio consenescendum? Mollia, planaque itinera dedignatur virtus, ardua, salebrosa, atque aspera concupiscit. Exerceri suos deus omni acerbitatum genere vult, ut habeat, quod in eis remuneretur. neque enim esse aut praemium sine victoria, aut victoria sine certamine, aut certamen sine adversario potest. malis autem interdum opes, honores, imperia permittit, ut hoc ipso argumento intelligant boni, non esse in his rebus positam virtutis mercedem: longeque praestantiora esse ab illo suis laboribus praemia constituta. Quod autem inconstantem eam, & volubilem dicunt: magis etiam indicat, eam nihil aliud, quam dei voluntatem, esse: quae non ipsa quidem mutabilis est: sed assidua rerum humanarum mutatione, ac vicissitudine condocefacit nos, ne quid in eis firmum, aut stabile putemus.

Ῥᾴα μὲν οὖν θεοῖσι, βίη δ' ἀνδράσιν ἀμφὶς ἔπειται,
Ῥᾴα δ' ἀμύξασθαι μενεῴ, καὶ ἄλλοθεν εἰσιδόντι.
Ζεὺς ὑπερφιάλοισι, καὶ ἐπιφρονέουσι βάλοντι.

Video, plus hac de re verborum factum esse, quam institutae scriptionis ratio postulabat. sed me paulo provectum a portu longius, in altum postea subitus quidam disputationis aestus abduxit. quodsi hoc quasi discriculum lectoribus non inamoenum fuerit, cur excusare me debeam, non est. cui minus placere a principio coe-

phraſtum injuria & Plutarchus, & alii incesſendum eo nomine, atque exagitandum putarunt. hoc enim dicere voluit, res humanas non humana, ſed divina providentia, gubernari: omnesque hominum deliberationes inanes esſe atque irritas, niſi eis voluntas divina comitetur. Quid enim? nonne quotidie videmus, quae ſapientisſime cogitata viderentur, peſſime cedere? quodſi callidisſima exercitatisſimorum hominum conſilia eventus plerumque deſerit: tamenne pertinaces erimus, & in humana prudentia momenti aliquid poſitum esſe dicemus? commovere nos deberet vel illa ſepulcralis ſapientisſimae Cypriorum reginae inſcriptio,

Σοφὴ μὲν ἦμαν, ἀλλὰ πάντ' ἐν δυσχόλοις.

Sapientem ſe fuisſe praedicat, ſed infortunatam. filiae enim turpitudinem, & filiorum mortem acerbisſimam viderat: ipſaque ſe, malis victa, inuſitato mortis genere peremerat. Timotheum Athenienſem (quem alii Cononis filium, Ulpianus rhetor Cononis patrem facit) & multis victoriis, & ſtatua in foro poſita inſignem, pictor quidam effinxerat dormientem, & retia tenentem manu. adſtabat dormienti fortuna, quae caſtella, urbesque plurimas in ea retia demitteret. aegre tulisſe picturam illam Timotheus fertur, & gloriatus esſe, illas victorias, non fortunae beneficio, ſed ſua ſibi virtute partas. quaeris, quid conſecutum ſit? ne unam quidem eſt, poſteaquam illam vocem edidit, victoriam conſecutus. Voluit videlicet deus hominis arrogantiam compeſcere: & oſtendere, ejusmodi res a ſua munificentia, non ab humana virtute, ſapientiave proficiſci. nam & ob hoc ipſum quae *Fortuna*, eadem alio vocabulo *Nemeſis* dicitur. Video autem, quaeri poſſe, ſi fortuna, ut nos dicimus, eadem & divina providentia eſt, qui factum ſit, ut eam multi omnibus conviciis inſecuti ſint, & caecam, injuſtam, inconſtantem, ac volubilem vocaverint. cui quaeſtioni non difficiliter occurri poteſt. Etenim nemo eſt, qui neſciat, optimis plerumque viris maximas in vita difficultates ac moleſtias objici: exilia, vincula, egeſtatem, morbos, orbitatem, contemptum, odia, illorum proprium quaſi patrimonium esſe. a contra improbisſimos ac nefarios homines ſaepenumero affluc

affluere divitiis, florere honoribus, abundare iis omnibus quae suavem vitam efficiunt, inter clientum adulatorumque turmas, sine ullo prope molestiae morsu, totum vitae spatium conficere videmus. hinc illae in fortunam querelae hominum nescientium, ea omnia divino consilio fieri, & habere verissimas causas, partim subtiliter explicatas a theologis, partim etiam in arcanis divinitatis abditas, ac retrusas. non igitur caeca fortuna: *dei* enim *oculus*, ut dicitur, *videt omnia*; sed caeci potius ipsi, qui non viderent, deum datam a se bonis, ac fortibus viris nolle otiosam desidere virtutem, ideoque dare ei ubi se exerceat. Quid enim attinuerat, munire fide, armare fortitudine, ac patientia Regulum, si in viola ei, aut in rosa moriendum fuisset? Quorsus Herculi invictum illud corporis & animi robur, si in umbra ei fuisset, atque in otio consenescendum? Mollia, planaque itinera dedignatur virtus, ardua, salebrosa, atque aspera concupiscit. Exerceri suos deus omni acerbitatum genere vult, ut habeat, quod in eis remuneretur. neque enim esse aut praemium sine victoria, aut victoria sine certamine, aut certamen sine adversario potest. malis autem interdum opes, honores, imperia permittit, ut hoc ipso argumento intelligant boni, non esse in his rebus positam virtutis mercedem: longeque praestantiora esse ab illo suis laboribus praemia constituta. Quod autem inconstantem eam, & volubilem dicunt: magis etiam indicat, eam nihil aliud, quam dei voluntatem, esse: quae non ipsa quidem mutabilis est: sed assidua rerum humanarum mutatione, ac vicissitudine condocefacit nos, ne quid in eis firmum, aut stabile putemus.

Ῥᾷω μὲν δὴ βεβάαι, ἴδεν δὲ βεβάασιν ἑταῖροι,
Ῥᾷω δ' ἐκ πυλάων μινύθει, ἢ ἄλλοι εἴξει.
Ζεὺς ὑπερφιάλοις, καὶ ὑπείροσιν δόξαν τάνει.

Video, plus hac de re verborum factum esse, quam instituae scriptionis ratio postulabat. sed me paulo provectum a portu longius, in altum postea subitus quidam disputationis aestus abduxit. quodsi hoc quasi diverticulum lectoribus non inamoenum fuerit, cur excusare me debeam, non est. cui minus placere a principio

coe-

coeperit, ei liberum erit paginas aliquot transilire. Omnino, scribenti ad te, Leonarde Mocenice, exsurgendum aliquando altius, & ex illo philosophiae, cujus tu praecipue studio caperis, locupletismo penu splendidius aliquid depromendum fuit.

Fortunam P. R.] de qua extat perelegans Plutarchi libellus.

Aut non multa post commissa] Libri veteres, *aut non multa postea commissa*: atque ita emendandum est. duobus enim de causis illa omittere se dicit; quod & nota sint, & multa alia postea Catilina commiserit.

Quoties tu me designatum] Libri veteres, *Quoties tu me designatum, quoties consulem interficere conatus es?* melius omnino, quam quomodo impressum est.

Petitiones] ἐφεδρεῖαι, verbum gladiatorium, ut ante dixi.

Corpore effugi] Duobus modis vitare petitionem adversarii licet: ut aut objectu & oppositu alicujus rei, ictum repellas, aut declinatione corporis, irritum reddas. hoc posterius vocabant, *corpore effugere*.

Nihil agis, nihil assequeris] *Assequi* est ἐπιτυγχάνειν. quod plane hoc loco non convenit. itaque legendum suspicor, *Nihil agis, nihil sequeris, nihil moliris*. est autem, *nihil sequeris*, nihil tibi proponis.

Quoties jam, quoties jam tibi extorta est] Elegantius videtur, quomodo scriptum est in antiquis libris: *Quoties tibi jam, quoties jam extorta est sica ista de manibus?* ut sit similis repetitio illi Demosthenicae, ὁ δ' ἐν, οὐκ ἐν, ὁ δ' ἐν Ὀλυνθίοις, &c.

Initiata sacris] Sententia est: ita te geris, ut vovisse videaris alicui deo, te sicam illam in consulis corpore defixurum. hac enim Cottam primo, & Torquatum, deinde me consulem saepe jam e medio tollere conatus es.

Venisti paulo ante in senatum] *Venisse eum in senatum*, ait Sallustius, *aut dissimulandi causa, aut sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret*. quibus in verbis, saepe cogitavi, quid sibi vellet illa vox, *jurgio*. nunc in libro manu scripto, quem mihi Franciscus Capellius, patricius Venetus, honestissimus adolescens, dono dedit, non valde illo quidem bono, sed tamen, cuicuimodi est, in eo scriptum video: *sicut jurio lacessitus foret*: unde conjicio, pro, *jurgio*, legendum, *injuria*.

Quid, quod omnes consulares] Particula, *quid*, in ve-

te-

teribus libris hoc loco non reperitur. neque sane repeti debet. tale quiddam infra quoque notabimus.

Servi mehercle mei] Magnum atque excellens hujus loci artificium est. confert enim se cum Catilina, ita ut se quidem ingenuae cujusdam humanitatis, Catilinam vero superbae cujusdam, & non tolerandae plenum crudelitatis ostendat. deinde quod servos cum civibus comparat, profiteturque, pluris a se servos suos fieri, quam a Catilina cives, mirifice ad struendum odium valet. necesse est enim, ut exardescat auditor, & in eum indignatione incitatus feratur, a quo se minoris fieri audit, quam ab alio servos. neque non illud, *domum meam*, magna cum vehementia dictum est. Domum, inquit, eam, cujus ipse dominus sum; in quam non modo servis, sed nulli omnino homini, extra me unum, quicquam juris est; servorum causa relinquerem: tu urbem, quo civium animos expleas, relinquendam non putabis?

Servi mehercle mei] Argumentum ex minori, id est, ex minus verisimili. vix enim credibile est, quenquam tantum tribuere servis suis, ut propter eos suam sibi domum relinquendam putet. quod tamen hic tanquam verum ponitur. Si igitur id quod minus credibile videtur, est: deberet esse & id, quod majori probabilitate nititur.

Si me isto pacto metuerent] Libri veteres, *metuerent atque odissent*: & paulo post: *Tu tibi urbem relinquendam non arbitraris?* de quo alii judicent.

Et si me meis civibus] Alterum argumentum indidem ductum, unde superius: Ego, inquit, si vel injuria odio me esse civibus scirem, urbem relinquerem. quid te facere oportet, qui justissimum in te omnium odium agnoscis?

Atque offensum] Libri veteres, *atque infensum*. neque dubium est, quin ita scribi debeat.

Si te parentes] Hoc a pari ductum videri potest. Par ratio est parentum & patriae. At si te parentes metuerent, atque odissent, secederes. idem igitur facere debes, cum te metuat, atque oderit patria.

Quae tecum, Catilina,] Longe pulcherrimum exemplum [illegible], quam vel *conformationem*, vel *personae fictionem* Latine vocare possumus. Porro & hoc, & alterum, quod in hac ipsa oratione reperiemus, & illud Appii Caeci in oratione pro Coelio, puto ad imitationem Pla-

Platonis efficta esse, qui hoc modo leges in Critone, veteres Athenienses pro patria mortuos, in Menexeno loquentes introduxerat.

Nullum jam tot annos] Quod duo membra ab eadem voce incipiunt, anaphora est. quod totidem in eandem vocem desinunt, epanaphora. quod variatur casibus oratio, *per te, sine te, tibi uni, tu non solum*, polyptoton. in illis autem, *negligendas, evertendas, perfringendas*, homoeoptoton. haec annoto subinvitus, ut iis satisfaciam, qui, explicare artificium nihil putant esse aliud, quam figuras indicare. atque haec semel attigisse satis est: si enim quoties aliqua figura occurrit, toties eam nominare velimus, nihil aliud agendum fuerit.

Multorum civium neces] Multos admodum cives Syllanis temporibus Catilina interfecerat: ut testatur Dio lib. 37. & Asconius exponens orationem in toga candida, ubi ex eis nominat Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tantasium. M. etiam Marii Gratidiani, summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscisum, per urbem sua manu tulerat. sed praestat, his de rebus omnibus, Q. Ciceronis in commentario de petitione consulatus verba recitare. *Hunc negliges quidem*, (de Catilina loquitur) *natum in patris egestate, educatum in fororis stupris, corroboratum in caede civium: cujus primus ad remp. aditus in equitibus R. occidendis fuit. nam illis, quos meminimus, Gallis, qui tum Titiniorum, ac Vanniorum, ac Tanusiorum capita demebant, Sylla unum Catilinam praefecerat. in quibus ille hominem optimum, Q. Caecilium, fororis suae virum, equitem R. nullarum partium, cum semper natura, tum etiam aetate jam quietum, suis manibus occidit. Quid ego nunc dicam, petere eum tecum consulatum, qui hominem carissimum populo Rom. M. Marium inspectante populo Rom. virgis per totam urbem ceciderit, ad bustum egerit, ibi omni cruciata lacerarit, vivo, stanti, collum gladio sua dextera secuerit, cum sinistra capillum ejus a vertice teneret: caput sua manu tulerit, cum inter digitos ejus rivi sanguinis fluerent? qui postea cum histrionibus, & cum gladiatoribus ita vixit, ut alteros libidinis, alteros facinoris adjutores haberet: qui nullum in locum tam sanctum, & tam religiosum accesserit, in quo non, etsi in aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia dedece-*

ris

*ris suspicionem relinqueret: qui ex curia Curios, & Annios, ab atriis Sapalas, & Carvilios, ex equestri ordine Pompilios, & * Cneos sibi amicissimos comparavit: qui tantum habet audaciae, tantum nequitiae, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, ut parentum prope in gremiis praetextatos liberos constuprarit.* Haec, & alia multa Quintus. Fratrem etiam interfecit, ut ait Plutarchus. interfecit quoque filium, ut antea diximus. Sed quae de horrendo supplicii genere, quo Marius Gratidianus peremptus est, apud Julium Firmicum leguntur, ea, quando non ita pervulgata sunt, haud ab re fuerit apponere. *Praetorio*, ait Firmicus, *viro, minori scilicet Mario, qui judicio omnium bene meritus de repub. videbatur, Syllana jussione, elisa sunt prius crura: deinde dejecta de statu corporis brachia, humerum lenus dissoluta ceciderunt: tertio amputata lingua vocem reliquit in faucibus. ad postremum, omni corporis parte mutilata, oculi, qui fuerunt spectatores & superstites, egeruntur: & in tam angusto corpore, a nefario patriae carnifice, tot sunt inventa supplicia: & vix anima tantis vulneribus erogata est: cum hinc inde membris fluentibus, minutatim spiritus carperetur.*

Tibi vexatio, direptioque sociorum] Africam dicit: quam Catilina miseris modis divexaverat. vide Asconium.

Tu non solum ad negligendas] Negligit leges, ac quaestiones, qui earum metu a peccando non continetur. easdem perfringit, qui cum in judicium adductus, manifesto teneatur, aliqua tamen via elabitur. Catilina autem primum accusatus fuerat repetundarum, Lepido, & Tullo cos. atque absolutus per praevaricationem accusatoris P. Clodii: deinde etiam caedis, consulibus Caesare, & Figulo, ut est apud Dionem, & tunc quoque absolutus. Hoc quoque ipso tempore interrogatus erat lege Plautia ab L. Paullo Sallustius.

Evertendas] Veteres libri, *evincendas*.

Si verus, ne apprimar] Hoc orationis genus Hermogenes σχῆμα διλήμματος vocat.

Quid, quod tu te ipse in custodiam] Hac de re ita Dio libro 37. τὸ τῷ Κικέρωνι αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ τε, παρεδόθη, μὴ ἀποδιδράσκειν δὲ οἱονεὶ τιὸ φρουρὸν αὐτῷ, παρὰ τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τιὸ δίκαιον ἐποιοῦντο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτεύσῃ παρεῖναι τὸ, μήτε ἀν ἐξ ἀπόδειξιν

συναμφοῖν ἰσχυρὰ ἦν ἀσφαλείᾳ. Haec Dio: quem errare, ex hoc loco aperte cognoscitur: non enim apud Metellum praetorem, sed apud Marcellum diversatus est Catilina.

Apud M. Lepidum] qui consulatum cum Volcatio gesserat.

Id responsum] Libri veteres, *id responsi*.

Ad Q. Metellum praetorem] Q. Caecilium Metellum Celerem dicit: qui, biennio de more interjecto, consulatum postea cum L. Afranio gesit.

Virum optimum] Ironiam esse, annotat Fabius lib. 9. & sane, quomodo idem Catilinae sodalis, & vir optimus esse potuisset?

M. Marcellum] Constat, non esse eundem, quem paulo post, *virum fortissimum* vocat: id est, eum, pro quo extat oratio ad Caesarem. opinor, hunc M. Marcellum illius C. Marcelli, quo de in Sextiana defensione mentio est, patrem fuisse. quam in sententiam, aut potius conjecturam, adduxit me Paulus Orosius, qui libro sexto historiarum ita scribit: *Motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre & filio, per L. Vectium proditus, patefacta Catilinae conjuratione, quasi succisa radice, compressus est: & de utroque, per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Bruttiis vindicatum est.*

Quem tu videlicet] Haec omnia εἰρωνικῶς accipienda sunt.

Et si hic ordo sibi placere decreverit] Veteres libri, *Et si hic ordo placere decrevit:* quae mihi ἰδιωτικῶς nescio quo modo venustior videtur. Verbum autem, *placere*, usitatissimum erat in senatusconsultis. Qua de re si quis ambigit, legat Senatusconsulta illa, quae sunt in epistolis Coelii ad Ciceronem.

Non referam] Et ex hoc, & ex aliis, sed ex hoc potissimum loco colligo, verum non esse, quod ait Dio, senatusconsulto ex urbe abire jussum esse Catilinam. senatusconsultum enim, nisi referente Cicerone, fieri non potuit. at is aperte, se relaturum, negat.

Adolescenti optimo, P. Sextio] P. Sextio Gallo, quaestori C. Antonii consulis, pro quo extat Ciceronis oratio.

M. Marcello] Hic ille est, ut ante dixi, quem postea apud Caesarem defendit Cicero.

Cum tacent, clamant] Tale est illud e divinatione, *etiam si tacent, satis dicunt.* & illud Catulli, *Nequicquam tacitum cubile clamat.*

Ne-

Neque hi solum] Non solum senatores, sed & equites, ceterique cives, qui circumstant senatum, silentio significant, placere, ut tu in exilium proficiscaris.

Usque ad portas prosequantur] Mos antiquus erat, prosequendi eos, qui in exilium abirent. Sic in oratione, quae proxime hanc sequitur: *Vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum, egredientem urbe, prosecuti sumus.* Sic apud Euripidem Hippolytus,

Ιτ', ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
Προπέμπετ' ἡμᾶς, καὶ κασπίσματα χθονὸς.

Quanquam quid loquor] Reprehendit se ipsum, quod tam multis verbis cohortatus fuerit Catilinam, ut in exilium proficisceretur. ait enim, id nullo modo ab eo exspectari oportere.

Utinam tibi istam mentem dii immortales] Cupiditates, quae in hominum mentibus enascuntur, itemque consilia quae capiuntur, a diis immitti, multi veterum crediderunt. Hinc in poëtarum scriptis videmus, heroas omnia de consilio alicujus dei facere: Agamemnona Junoni, Achillem, Ajacem, Diomedem, Ulyxem, Jasonem Palladi, Paridem Veneri, alios denique aliis deis obtemperare. etiamque ut quisque deus cuique homini bene aut male consultum cuperet, ita putabatur bonum, aut malum consilium ei dare, profuturas aut nocituras cupiditates in animum illius immittere. cujus rei exempla ab iisdem poëtis innumera peti possunt. & ex hac sententia dictum est a Virgilio,

Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem.

& a Catullo,

Quis Deus tibi non bene advocatus
Vaecordem parat excitare rixam?

& a Cicerone in Miloniana, *Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioso, ut huic faceret insidias.* Alii contra, ipsas cupiditates, ceteraque affectiones animi deos esse autumarunt quae utraque dogmata Virgilius hic versibus complexus est:

Dine hunc arderem mentibus addunt,
Euryale, an ſua cuique deus ſit dira cupido.

Cum enim animum ipſum, aut deum, aut partem quandam dei putarent eſſe (id quod poſtea Pythagorei comprobarunt) quicquid in deo eſſet, deum eſſe credebant. neque vero, quod quasdam cupiditates malas eſſe atque exitioſas viderent, iccirco de ſententia dimovebantur: nam deos quoque alios bonos faciebant, alios malos. ex hac opinione amor in deos relatus eſt: ex hac ſpei, timori, impudentiae conſecrata ſunt fana: ex hac Euripides εὐλάβειαν, id eſt, cautionem, utiliſſimam deam, φιλοτιμίαν vero, id eſt, ambitionem, deam perniciosiſſimam, & φθόνον, id eſt, invidentiam, deum injuſtiſſimum nominavit. At harum quidem opinionum utramque falſam eſſe conſtat. Vera autem, & quoniam, ut ait Ariſtoteles, verum vero pugnare non poteſt, religioni noſtrae conſentanea eſt Plotini, graviſſimi, ac ſanctiſſimi philoſophi, ſententia: omnes honeſtas & laudabiles cupiditates, omnia recta, & honeſta conſilia immitti divinitus in animos noſtros: vitioſa autem quae ſunt, ea ex naturae noſtrae corruptione, ac depravatione proficiſci In hanc me diſputationem deduxerunt verba illa Ciceronis, *Utinam tibi iſtam mentem dii immortales donarent* vere autem ut dicam, libenter facio, ut excurram in hujusmodi locos, quo rerum minutiorum taedium admiſta graviorum, & majoris momenti argumentorum tractatione minuatur.

Donarent] Plane aſſentior Petro Victorio, qui, *darent*, non, *donarent*, hoc loco legendum putat. praecipue cum hanc emendationem etiam veterum librorum auctoritas comprobet. hoc enim ipſi affirmanti facile credo: etſi in iis omnibus, quos mihi videre contigit, eadem hoc loco ſcriptura eſt, quae in impreſſis.

Sed non eſt mihi tanti] Locus aperte coruptus: qui quidem e vetuſtis libris ita reſtituendus eſt: *Sed eſt tanti, dummodo iſta*, &c hanc autem ſententiam continet. tanti publice intereſſe duco, te ex urbe exire, ut, dum id fiat, non recuſem omnem invidiae tempeſtatem ſubire. ſic loeutus eſt etiam in oratione ea, quae proxime ſequitur: *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiae falſae atque iniquae tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis hujus*

Digitized by Google

jus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. & libro 3. accusationis: *Metuisti, ne aes alienum tibi crescceret, si HS. VI. millibus Ip. tibi constarent ea, quae tu facile posses vendere HS. CC. millibus? fuit tanti: mihi crede. haberes, quod defenderes.* hoc enim significat: Usque eo tua intererat id facere, ut recusandum tibi non fuerit, quominus id in tabulas referres, vel cum eo periculo, ne tibi aeris alieni paululum accresceret. nam si fecisses, haberes saltem nunc, quomodo te defenderes. & in eodem libro: *Jactabit se, & in his equitabit equuleis: Emi, pecuniam solvi. credo, etiam tabulae proferentur. est tanti. cedo tabulas. dilue sane crimen hoc Calidianum; dum ego tabulas adspicere possim.* hoc enim dicit: Tam valde arbitror, ad causae meae commodum pertinere, ut tu tabulas proferas: ut non recusem, quominus, iis prolatis, crimen hoc diluas: dummodo ego eas adspicere possim. Nam quod Hotomanus, homo & probus, & insigniter eruditus, putat, priore illo loco, tale aliquid aut deesse, aut subaudiendum esse: Si mehercule haec duo verba scribi jussisses, FUIT TANTI, mihi crede, haberes, quod defenderes: hoc autem posteriore exponit, EST TANTI, tanti sunt venditi, hoc pretium est, quo empti sunt: neminem puto esse, qui non videat, quantopere utraque harum declarationum & falsa, & absurda sit.

Dummodo ista tua privata sit calamitas] Puto, vocem, *tua*, expungendam esse. non enim de calamitate Catilinae loquitur, sed de ea, quam sibi impendere auguratur, si Catilina ipsius jussu in exilium ierit. ut sit sensus: dummodo ista calamitas, quam ego accipiam ex invidia, quae mihi conflabitur, si tu meo jussu in exilium ieris, privata sit, & a reip. periculis sejuncta, non recuso, quominus eam subeam, hac conditione, ut tu in exilium eas. hujusmodi autem sententiae multum & ad benevolentiam, & ad comparandam auctoritatem valent: quae indicant animum de publica tantum utilitate solicitum, &, dum reip. consulat, nihil de suo privato periculo laborantem.

Neque enim Catilina is es] Quicunque sese a flagitiis abstinent, vel judicio id faciunt, vel affectu. judicio il, in quibus ratio, id est, superior illa pars animi, furentem vincit, ac domat cupiditatem. horum duplex ratio

est. partim enim, cum oblatas sibi nequiter agendi occasiones vident, relinquunt eas, vel gaudentes hoc ipso, vel certe sine ulla molestia. atque ii ex habitu id faciunt. alii rationi quidem obtemperant: sed tamen retorquent, ut dicitur, oculos ad ea, quae omittunt, & relinquunt ea, ut Homerus loquitur, ἀχνύμενοί περ. hos Aristoteles ἐγκρατεῖς, Latini *continentes* vocant. Eorum quoque, quos affectus quidam in officio continet, bipertita itidem divisio est. alii enim pudore ac verecundia sibi moderantur: ut ingenui, ac liberaliter educati adolescentes: qui cum saepe tententur vehementissimis cupiditatibus, incitantibus, atque exstimulantibus ipsos ad carpendas omnis generis voluptates, non illi quidem, quod adhuc temperantes sint; si quidem neque prudentia in juvenilem aetatem cadit: & sine prudentia, earum, quae in agendo cernuntur, virtutum nulla consistit) sed cum sibi proponant eam turpitudinem, eamque infamiam, quae e dissolutione, ac nequitia existit, & renituntur cupiditati suae, &, si quando vincantur, deprehensi erubescunt. ideo dictum est a veteribus, *verecundiam esse optimam custodem adolescentiae*. alii contra, servilii homines ingenio, metu tantum mali abstinent a male faciendo: ut servi in comoediis, ut ii qui eo tantum non peccant, quod horrent acerbitates suppliciorum, quae sunt legibus in facinorosos homines constituta. sub quod genus includendi sunt etiam ii, qui tantum, ne in morbos incidant, scortari, helluarive parcunt. Cum igitur, ut a principio repetens, summatim dicam, tria sint in animo, quae peccare prohibeant, pudor, metus, & ratio: nullum horum trium Cicero quicquam unquam in Catilina valuisse ait. eleganter autem turpitudinem pudori, periculum metui, furorem rationi, singula singulis opposuit: post ad unum verbum omnia revocavit.

Ac si mihi inimico] Hoc quoque orationis σχῆμα διλήμματόν ἐστι. sive mihi conflare invidiam, sive laudi meae servire vis, egredi debes.

Conflare] Metaphora ducta a metallis.

Sermones hominum] fere in malem partem sumitur. Cicero in epistola ad Varronem: *Dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. quid refert? tamen in sermonem incidemus.* Idem lib. 4. accusationis: *In sermonem ho-*

hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Idem pro Flacco: *Ne Laelius ex his rebus, quas fuscepit gloriae caussa, putet aliquid oratione mea sermonis in sese, aut invidiae esse quaesitum.* sed & apud Graecos eodem modo: ut Pindarus dicit, *sermones esse invidis pro cibo.* ὄψον ἡ λόγοι φθονεροῖσιν.

Quanquam quid ego te invitem] Unus liber vetus, *Quanquam quid eo te invitem.* unde dubium non habeo, quin totus locus ita legi debeat: *Quanquam quid eo te invitem, quo jam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati? sciam, pactam & constitutam esse cum Manlio diem? quo etiam aquilam illam argenteam,* &c. *Eo,* in castra Manlii. eo enim suorum multitudinem Catilina praemiserat. ac temperare mihi non possum, quin Sallustii verbis, quibus hoc ipsum exponitur, leviter, ut opinor, depravatis, opem ferre studeam. sunt autem haec: *Postremo, ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Leccam: ibique multa de ignavia eorum questus, docet, se Manlium praemisisse ad eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat.* Haec postrema verba ita legi debere censeo: *Docet, se ad Manlium praemisisse eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat.* Non enim Manlium ad multitudinem, sed contra, multitudinem ad Manlium praemiserat.

Esse praemissos] Ipse enim, sperans Ciceronem ea nocte interfectum iri, proxima nocte ex urbe exiturum esse se confirmaverat,

Ad forum Aurelium] Qui *forum Aurelium* exponunt tribunal Aurelium, labi puto. Potius crediderim, ut *Forum Julium, Forum Cornelium, Forum Sempronium, Forum Appii,* ita *Forum Aurelium* oppidum fuisse haud procul ab urbe: quod vel illa verba e sequenti oratione demonstrant: *Aurelia via profectus est. si accelerare volent, ad vesperam consequentur.*

Diem] ad quam in castris esse deberes.

Quo etiam aquilam illam argenteam] Romanorum legionum proprium signum fuisse aquilam, constat. cum autem legio divideretur in decem cohortes; prima cujusque legionis cohors semper suscipiebat aquilam: ut est apud Vegetium. erat autem *aquila* parvum facel-

Digitized by Google

lum, sive, ut Cicero hic loquitur, *sacrarium*: in quo inerat aquilae effigies, vel argentea, ut hic videmus, vel aurea. id sacellum hastae impositum ex inferiori parte acutae, quo in terram defigi posset, portabat is, qui *aquilifer* dicebatur. narrat Dio lib. 40. aquilas autem illas divino cultu affici solitas esse, & ea quae modo recitavi, indicant, & Ciceronis hoc loco verba confirmant.

Aquilam illam] quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Sallustius.

A cujus altaribus] Hic inter calamo notatos, & formis excusos libros parva quaedam discrepantia est. illi enim habent: *A cujus altaribus saepe istam impiam dexteram ad caedem civium transtuliſti.*

Improborum manum] Libri veteres, *impiorum manum.*

Neque audies virum bonum] Amare dictum, quasi nihil ei sit bonorum virorum adspectu, alloquiove molestius.

Labores tui] De Catilinae patientia, videnda sunt ea, quae Sallustius narrat.

Jacere humi] Et qui de nocte grassantur, & qui furtivos sequuntur concubitus, saepe jacere humi, & sub dio pernoctare coguntur. Ovidius de amante, & milite:

Pervigilant ambo: terra requieſcit uterque:
Ille fores dominae ſervat, at ille ducis.

Utriusque igitur rei caussa, ad ponendum humi corpus, exercitatum dicit esse Catilinam.

Somno maritorum] Ovidius:

Nempe maritorum ſomnis utuntur amantes,
Et ſua, ſopitis hoſtibus, arma movent.

A consulatu repuli] Patefacto ambitu, quo tu ad me dejiciendum utebare.

Latrocinium potius, quam bellum] In ipso enim *belli* nomine videtur auctoritatis aliquid inesse: vix ut *bellum* dici debeat, quod a privato, aut ab exule infertur. *Bellum* tamen dictum est, quod Spartacus fecit: & *bellum* quoque intulisse patriae dicitur Coriolanus. Sed hic de pro-

Digitized by Google

proprietate vocabuli Cicero loquitur. nam ipsemet paulo post *bellum* vocat.

Nunc ut a me] Explicaturus, cur Catilinam ejicere potius, quam interficere malit, novo quodam quasi principio utitur.

Percipite, quaeso] Unus liber vetus, *Percipite quae dicam, & ea penitus animis vestris, rationibusque mandate.*

Quae mihi vita mea] Hujusmodi sententiae sunt, quae orationem moratam efficiunt. talis est infra: *Hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam*, &c.

Evocatorem] Quae vis hujus vocabuli sit, alii e Servio grammatico retulerunt.

Servorum] Servos tamen postea rejiciebat Catilina: eoque nomine a Lentulo apud Sallustium reprehenditur.

Mactari] Usum quendam hujus verbi, paucis, ut arbitror, notum, quem ante hos decem annos annotavi, & publice docui, cum etiam tum adolescentulus, Limini, quod Pictonum oppidum est & humaniorum litterarum, & juris civilis studiis florentissimum, Amphitruonem Plautinam enarrarem; tradere hoc loco institui: simulque locum Plautinum, a quibusdam, qui eum non intelligebant, corruptum, declarare. *Mactare igitur hostiam* alicui deo, usitate dicimus: ut,

Coelicolum regi mactabam in littore taurum.

At *mactare deum* quempiam aliqua *hostia*, minus saepe usitatum illud quidem, sed tamen a veteribus dictum esse constat. atque inde jocandi occasionem arripuit Plautus: apud quem Mercurius, assumpta Sosiae forma, cum Amphitruonem advenientem ludificaretur, & a foribus repelleret; multis ultro citroque jactis conviciis, ad postremum ita eum alloquitur: *Sacrufico ego tibi.* cumque miratus Amphitruo subjunxisset, *Qui?* respondet ille: *Quia enim te macto infortunio.* ubi jocus est, ut dixi, e vocabuli ambiguitate quaesitus. nam cum *mactare aliquem*, interdum sit, ei sacrificare; ad hanc verbi notionem Mercurius respiciens, ei se sacrificaturum pollicetur. at postea illudens, pro *hostiae* nomine, ponit vocem, *infortunio.* quid autem sit, *mactare aliquem infortunio*, nemo nescit. Hoc qui non intelligebant, corruperunt & versum, & sententiam, adjectis duabus vocu-

Digitized by Google

lis, hoc modo: *Sacrufico ego hunc tibi Jupiter.* Ejusdem autem locutionis exemplum est in interrogatione in Vatinium: *Cum inaudita, ac nefaria sacra fusceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare soleas.* at extra hos duos locos, haud scio, an ullum praeterea illius exemplum in veterum scriptis reperiatur.

Quid tandem impedit te?] Argumentum ab enumeratione partium per remotionem, hoc modo: Quod Catilinam non interficis: oportet te aut more majorum, aut legibus, aut invidiae metu impediri. at neque mos majorum, neque lex ulla, neque invidiae metus impedire te debet. nihil igitur causae est, cur eum non interficias potius, quam emittas. Propositio tanquam certa, & confessa ponitur. assumptionis, quae tripertita est, singulae partes adhibitis rationibus confirmantur. itaque procederet argumentatio, nisi Cicero postea ostenderet, praeter has tres, aliam quandam subesse causam, cur Catilinam emittendum sibi potius, quam e medio tollendum putet.

At persaepe.] Confirmat primam partem assumptionis, per locum a minore, hoc modo: Quod privatos homines in hac repub non vetitum est facere, id multo animosius facere debet is, cui commissa resp. est. at saepe etiam privati pernicioſos cives morte multarunt. multo magis igitur idem tibi faciendum est. licet autem annotare oratoris artificium, qui, cum & in hac oratione, & in quibuscunque aliis in hanc sententiam disputavit, unum modo nominaverit Scipionem Nasicam, qui privatus (si modo unquam sapiens privatus est) seditiosum civem interfecerit: hoc loco tamen, augendi atque amplificandi causa, persaepe id a privatis hominibus factum esse dicit.

An leges] Confirmatio secundae partis. Hostes civium jura tenere non debent. Catilina hostis est. non igitur debet frui beneficio earum legum, quae de civibus R. latae sunt. Leges autem Valerias, Porcias, & Sempronias dicit.

An invidiam] Tertia pars assumptionis duabus rationibus confirmatur: quarum prior est: Qui summis populi beneficiis usus est, is, ubi populi salus agitur, nullam recusare invidiam, nullum subterfugere periculum debet. tu a populo, quae maxima exspectari beneficia po-

Digitized by Google

poterant, consecutus es. non est igitur, cur in illius salute conservanda ullam invidiam, aut ullum periculum extimescas.

Praeclaram vero] Ironia.

Per te cognitum] Novum.

Nulla commendatione] Nullis imaginibus.

Tam mature] Omnes enim honores suo anno consecutus est: quod, ante ipsum, novo homini contigerat nulli.

Ad summum imperium] Consulatum. quamvis enim praetores collegae consulum erant, iisdemque auspiciis creabantur: tamen praetores minus imperium habebant, majus consules.

Per omnes honorum gradus] Quaesturam, aedilitatem majorem, praeturam,

Sed si quis est] Secunda ratio. Si, invidiae metu, Catilinae parcis: nihil agis. in eandem enim invidiam, aut etiam majorem, ex inertia, atque ex fortitudine vocaberis.

Cum bello vastabitur] Amplificatio per enumerationem consequentium belli.

Invidiae incendio] Primum sine ulla figura dixerat, *arsura tecta*: deinde quod in illis proprie dixerat, figurate ad se ipsum transtulit.

His ergo] Emendandum est ex veteribus libris, *His ego*. ita enim recte continuatur, & cohaeret cum superioribus, hoc modo: Si mecum ita resp. loquatur: ego his sanctissimis ipsius vocibus pauca respondebo. alioqui esset ἀναγκάλαιον, non illud quidem vitiosum, neque Ciceroni inusitatum: sed praestat, veterum librorum auctoritatem sequi.

Qui idem sentiunt] Libri veteres, *Qui hoc idem sentiunt*. & ita emendandum videtur.

Ego, si hoc optimum] Dissolutio propositae argumentationis: quae quidem propositionibus duabus, earumque rationibus continetur. prior propositio: Ego, si id e rep. fore judicassem, Catilinam, nulla interjecta mora, morte multassem. Ratio. non enim metuerem, ne ulla tam pulchrum facinus invidia sequeretur. quod si aliter caderet; tamen gloriam eam potius, quam invidiam ducerem. Altera propositio:, Sed satius esse duco, ut emittatur. Ratio. Quoniam, eo interfecto, video fo-

Digitized by Google

re, ut hoc malum reprimatur tantum paullisper: ejecto autem, & profligato cum suis, ut in perpetuum comprimatur.

Invidiam virtute partam] Potestne virtus invidiam parere? atqui si invidia aut odium est, aut quoddam odium: virtutem autem etiam vitiosi amant: (qua de re a nobis alio in libro disputatum est) quomodo e virtute potest invidia existere? Sed tamen & Pindarus alicubi queritur, & exempla docent, & communis omnium vox (quam ego quidem pro oraculo habendam esse duco) clamat, *pulcherrimis factis invidiam plerumque comitari.* Demus igitur nos aliquantisper huic cogitationi: est enim res digna cognitu. hujuscemodi autem disputationes qui non amant, praetereant. ego, quando hic, ut poëtae loquuntur, *menti calor incidit*, sequar eum, quocunque ducet: & vel *mihi*, ut dicitur, *canam*, & *Musis*, vel iis, quibus paulo φιλοσοφικώτερον ingenium est, serviam: quaeramque, quae sit origo invidiae, quae natura: qui, quibus, & quas ob res invideant: tum quae sint ea, quae quasi cursum invidiae sistant. atque hinc ordior. Omnes affectus ab ingenito cuique sui ipsius amore proficiscuntur. hic unus quasi fons ceterorum omnium est. quia enim amat se quisque, iccirco quae sibi bona esse, vel scit, vel putat, ea & absentia desiderat, & objecta persequitur, eorumque tum adeptione, conservatione, amplificatione gaudet, tum contrariis rebus offenditur. Malorum autem contraria ratio est. Atque hoc quidem principium disputationis ponatur a nobis, sumaturque hoc loco, quasi concessum. longiorem enim orationem requirit. Cum igitur sibi quisque carissimus sit, fit, ut se omnibus bonis ornatum, ac florentem videre cupiat: aegreque ferat, si quid ejus generis in alio videat, quod in se desideret. Haec origo, quasique radix invidiae est. Dolent autem, aut quod ipsi careant eo, quod alius habeat; aut quod alius habeat id, quo ipsi careant. interestque inter haec: nam qui dolet, quod ipse careat; dolet malo suo: qui, quod alius habeat, alieno bono. Itaque ea demum invidia est, non quod tu careas: sed, quod alius habeat, dolere. Quodsi progrediatur affectus hic etiam longius, ut doleas, id boni esse alii, quod tibi quoque sit; haec jam non invidia est, sed illa, quam Graeci ζηλοτυπίαν, Cicero *obtrectationem* vocat. Non igitur

tur invidus est, qui alium formosum, valentem, opulentum, eruditum, πολύφιλον videns, dolet, se quoque talem non esse: hac enim ratione omnes invidi esse mus: sed cui hoc ipsum per se aegre est, quod haec in alio sint, is demum est invidere censendus. neque vero proprie invidia odium est: sed est tamen quiddam odio affine. Nam & odisse homines sceleratos dicimur, quibus non invidemus: & odium vel ex metu, vel ex injuria accepta, opinata, exspectata, vel ex opinione aliqua pravitatis, & sceleris nascitur: cum invidia longe alios habeat fontes: & odium interdum laudabile est; invidia nunquam: & qui odit, male esse vult: qui invidet, non male, omnino, sed aliquanto minus bene. ut si domus in vicino posita aedium tuarum luminibus officiat, non eam quidem funditus excisam, sed illam tantum partem, quae tibi molesta est, sublatam velis. quanquam in hac similitudine hoc dissimile est: quod invidus iis, quae nihil ipsi officiunt, alienis prosperitatibus affligitur. invidiam tamen odium quoddam plerumque comitatur, ideoque ipsum invidiae nomen interdum pro odio ponitur. ac quoniam imminutio boni, malum quodammodo est, alienis malis gaudere invidus dicitur: unde illud poëtae,

Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.

eleganterque Bio, quendam, qui hoc morbo laborabat, ridentem conspicatus, *Huiccine*, inquit, *boni quid contigisse dicam, an alii cuipiam aliquid mali?* Optimus tamen & dicendi, & sentiendi magister, Aristoteles ita distinguit, ut aliud φθόνον vocet, aliud ἐπιχαιρεκακίαν. Cum autem invidia dolor quidam sit, & dolor omnis fodicet, atque exedat eum in quo est; merito dicitur, ipsam invidiam esse supplicium sibi. Nunc qui, quibus, & propter quae fere invideant, strictim explicemus. Invident igitur, non qui sua sorte contenti sunt: (nam etiam poëtae, in quorum scriptis longe verisima omnium affectuum expressio est, cum amoribus suis secure fruuntur, negant se vel Jovi invidere) sed qui semper majus aliquid requirunt, quales praecipue sunt ambitiosi, atque avari. illi enim, quicquid ad gloriam, hi quicquid ad opes accedit alienas, sibi quodammodo detrahi credunt. invident etiam fere inferiores superioribus: unde dictum est, *Summa petit*

Digitized by Google

petit livor. non tamen iis, qui longo intervallo superiores sunt: ut diis, aut regibus. neque procul remotis, ut Scythae Persis. sed & ejusdem artificii homines inter se. unde est apud Hesiodum, *Figulus figulo*: quod tamen ita intelligendum est, si gloriam ex eo studio, aut pecuniam aucupentur. alioqui enim similitudo studiorum amoris potius causa est. nonnunquam etiam superiores inferioribus: ut Crassus & ceteri nobiles crescenti adhuc Ciceronis gloriae invidebant. & novis potius, quam nobilibus: juvenibus potius, quam aetate provectis. ut enim ignis exoriens plurimum fumum, ita maximam invidiam gloria exoriens excitat. quo pertinet Themistoclis dictum, qui adolescens dicebat, ex eo se intelligere, nihil dum a se splendide gestum; quod nondum invidiae dente peteretur. magnam etiam invidiam facit ostentatio sui: vereque scripsit Euripides, τὸ σεμνὸν esse omnibus odiosum, & aequales aequalibus, & nobiles nobilibus, omnino que pares paribus ideo facile invident, quia aut antevertere ipsi aliis volunt, aut, ne alii sibi antevertant, timent. & iis, qui tradita sibi potentia immodice utuntur. cujusmodi invidiam in Catilinae causa Cicero metuebat. Omnino autem invident aut felicitatem, aut partem aliquam felicitatis. quocirca sapienter Pindarus, κρίσσων οἰκτεμῶν φθόνος. vereque vulgo dici solet, tribus ex optimis rebus tres pessimas oriri: e veritate odium, e familiaritate contemptum, e felicitate invidiam. invident autem non tam virtutem, quam praemia virtutis, ut opes, honores, imperia. nemo enim suam fortitudinem invidit Regulo, aut Deciis: at Ciceronis consulatus maximam invidiam habuit. Ac tum maxime accenditur invidia, cum genere, aut ejusmodi re aliqua superiori gloria ab inferiore praeripitur. itaque haec interdum vel exitii causa est, ut Gobriae filio contigit. non igitur ἀμίσους invidiam parit virtus: sed virtus gloriam, invidiam gloria. Vitatur autem invidia, si te modeste & aequabiliter cum aliis geras, nunquam te illis, ut ait Comicus, anteponens. minuitur etiam, si non omnia tibi uno quasi tenore procedant. aegre ferunt enim homines, aut unum prae ceteris excellere, aut uni, quasi fortunae filio, omnia prospere succedere. Saepeque sapientes viri in secundissimis rebus aliquid sibi evenire incommodi optarunt. hoc est enim, quod dicitur, *invidiae sanguinem mit-*

Digitized by Google

mittere. Terminatur autem sine dubio quidem morte: unde illa;

Pascitur in vivis livor: post fata quiescit.
& — diram qui contudit Hydram,
Comperit invidiam supremo fine domari.

Sed & confirmata jam, & ad summum perducta gloria invidiam extinguit. Sic enim & aucto jam igne fumus evanescit: & Sol ad summum caeli evectus minimam umbram efficit. Quamlibet multa, aut innumera potius, possem in hoc argumento dicere. sed, haec ipsa, vereor, ne nimium multa sint. quae tamen quoquo modo accipientur a lectoribus, *juvat*, ut ait poëta, *indulsisse furori*. nunc ad Ciceronis verba redeamus.

Crudeliter, & regie] Regum crudelitas, & superbia apud Romanos prope in proverbium abierat. Cicero pro Rabirio Postumo: *Regum autem sunt haec imperia, Animadverte, & dicto pare:* &, *Praeter rogitatum si querare: & illae minae,*

Si te secundo lumine hic offendero,

Moriere. qui versus, ut hoc, quasi praeteriens, admoneam, ex Euripidis Medea conversus est: quod ante me nemo annotavit. Idem secunda in Rullum: *Non privatorum insaniam, sed intolerantiam regum esse dicetis.* & in eadem: *Hoc quantum judicium, quam intolerandum, quam regium fit, quem praeterit?*

Malorum omnium] Quidam libri veteres, *malorum hominum*. quod etsi a nonnullis rejici video, mihi tamen non displiceat.

Diu jam] Totum triennium.

Ex tanto latrocinio] Unus liber vetus, *naufragio.*

In venis atque in visceribus] Allegoria, quam statim adhibita pulcherrima similitudine explicat, & exornat. qua quidem in similitudine, resp. corpori, conjuratio febri, Catilinae supplicium potui aquae gelidae comparatur.

Quare, P. C.] Conclusio est.

Praetoris Urbani] L. Valerii Flacci. erant autem hoc anno praetores, hic ipse, quem dixi, L. Valerius Flaccus, Q. Pompejus Rufus, Q. Caecilius Metellus Celer,

Digitized by Google

ler, C. Pontinius, C. Sulpicius, C. Coſconius, P. Cornelius Lentulus Sura. Octavi nomen nondum reperi. nam, quod Appianus Cethegum nominavit, dixi antea, cur mihi minus veriſimile videatur.

Malleolos] Vide Vegetium.

Cum ſumma reip. ſalute] Quidam veteres libri, *Cum reip. ſalute*, quod multo melius videtur.

Tum tu] Particula, *tum*, in comprecationibus utebantur. Plautus,

Quid ſi falles? Tum Mercurius Soſiae iratus ſiet.

Idem,

Id ego ſi fallo, tum te ſumme Jupiter
Quaeſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.

& in jurejurando, *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalva urbe, arceque*, &c. & in foederibus, *Tum tu Dieſpiter populum Rom. ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam.*

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD

LEONARDUM MOCENICUM,

P. V. SECUNDAE ORATIONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

CUM multa sunt alia, quae in veteribus dicendi magistris admirari, &, libere ut loquar, non satis probare soleo, Leonarde Mocenice: tum illud inprimis, quod iidem homines & multo longius, quam par erat, fines oratoriae facultatis protulerunt, & eandem postea multo breviore, multoque angustiore, quam ipsius natura fert, ambitu, quasique gyro concludere, ac constringere voluerunt. nam cum ita late patere oratoris officium tradidissent, ut ex omni artium numero nullam relinquerent, qua non instructum esse eum, atque ornatum oportere dicerent, neque praeclarum illud nomen eloquentis cuiquam tribuendum putarent, nisi qui idem & grammaticus esset, & dialecticus, & earum rerum quae in naturae obscuritate positae sunt, intelligens, & gubernandae reipubl. & gerendi belli peritus: eundemque esse vellent & musicum, & geometren, & arithmeticum, & astrologum, & medicum, & architectum: nulla ut res esset caelo, terra, mari, de qua non ille copiosissime disputare, atque ornatissime posset: iidem postea, tanquam illius tantae liberalitatis suae poenitentes, quasi angustissimo quodam ergastulo, ita tribus causarum generibus totam illius tam late patentem, diffusamque vim coërcuerunt. in quibus illud primum est, quod admirer: si quis Euclidis, Ptolemaeive scripta nunquam legisset, cui tandem impedimento id ei ad dicendum putarint fore: aut qui minus eloquentem futurum, si qui nunquam neque cantare, neque saltare didicisset. nam si, quod aliquando accidit, ut C. Sulpicius, de lunae defectione disserens, exercitum L. Paulli confirmaret, circo astrorum rationem oratori esse necessariam dicimus:

Digitized by Google

mus: & quia de faciendis portubus, architectum; quia de livoribus, & tumoribus in corpore interdum aliquid dicit, medicum esse eum volumus: eadem ratione dicamus sane, debere eum bonum coquum esse, bonumque sutorem: quod in tanta rerum varietate accidere aliquando possit, ut de cibis ei sit aliquid, calceamentisque dicendum Magnum vero oratori negotium imponimus: si, ut ei aliquid in sermone de hujus aut illius artis instrumentis, operibusve, aut de ipsa etiam efficiendi ratione occurret: ita eum mittemus ad magistros, &, nisi quam artem didicerit, nunquam de ea verbum unum facere patiemur. ac profecto, si ista omnia in oratore sunt, mirum est, cur non ad canendum tibiis, ad obliganda vulnera, ad aedificanda navalia, diserti homines adhibeantur, & cur non oratoribus resp. tanquam Delphicis gladiis, ad omnia, quae sunt in civitate necessaria, utatur. Est autem operae pretium cognoscere, quo potissimum argumento istud glorioſum dogma confirment. De omnibus, inquiunt, rebus dicere, oratoris officium est. non potest autem quisquam ea dicendo tractare, quae cognita perspectaque non habeat. omnium igitur artium scientiam animo comprehenderit, oportet, is qui oratoris munus sustinere meditetur. O plumbeum, ut dicitur, pugionem. quis enim hoc tibi concesserit, nisi quem ista magnorum nominum infatuaverit auctoritas, omnibus de rebus oratoris esse officium dicere? sophistarum hoc fuit, ponere jubere quod quisque vellet: quod nemo unquam, qui orator haberetur, factitavit. Quando autem potest accidere, ut orator dicere debeat, quadrari possit circulus, nec ne possit, aut ecquid ullam habeat quadrati latus cum diametro proportionem? At haec ipsa si tractanda susceperit, multo tractabit ornatius, quam ipsi artifices solent. Sane vero. mortuos, credo, excitabit, & mutis rebus sermonem dabit, & similiter cadentibus, & similiter desinentibus canoram numerosamque efficiet orationem: facileque, si id facere voluerit, effugiet & risus hominum, & insaniae famam. Consputaretur mehercule, ut opinor, & saxis, lutoque peteretur, si quis in corona tractandis ejusmodi rebus ornatum ullum adhibere oratorium vellet. De justis, injustis, utilibus, inutilibus, honestis, turpibus, dicere oratoris officium est: non de quadratis, & circulis, de conis, & pyramidibus

Digitized by Google

dibus disputare. Itaque praeclare Aristoteles, ut solet, Rhetoricen in iis modo versari ait, περὶ ὧν τέχνας μὴ ἔχομεν, ἀλλὰ πίστεις ἐν βουλεύμασιν: iis videlicet in rebus, quae sunt in communi quadam intelligentia positae: & de quibus, nemo est, qui non, natura duce, utcunque judicare se posse confidat. hoc enim plane mihi quidem innuere videtur, cum ait, illam esse περὶ τοιούτων τινῶν, ἃ κοινὰ πρόπου πρὸς ἁπάντων ἐπὶ γνωρίζεται. Deinde, si maxime oratori accidere interdum posse fateamur, uti iis de rebus verborum aliquid faciat, quae ad alias facultates, aut scientias (*) pertinent: non tamen ex eo efficietur, ut ad oratoris nomen tuendum necessaria sit omnium artium cognitio. Ac mihi cogitanti, quae tandem istius erroris origo esse potuerit; ut aliarum multarum stultissimarum opinionum, ita hujus quoque videntur Stoici principes, quasique procreatores fuisse. qualem enim illi suum sapientem esse dixerant, qui solus formosus esset, solus liber, solus rex, solus dialecticus, solus eloquens, solus denique omnia, ut etiam, quamvis nunquam soleas fecisset, sutor tamen esset inprimis bonus: talem prope isti praeclarum illum suum e Platonis rep. oratorem effinxere. quam vanitatem secutus Vitruvius, multo ille quidem modestius, sed tamen aut talem, aut certe non multo alium architectum informavit, atque illi oratorem fecerant. quod idem non tantum in poëta, aut in imperatore facile probari queat: verum etiam, si ad istud exemplum progredi, & omnes artes paulatim commiscere libeat, eo tandem, diis juvantibus, veniemus, ut bonum musicum esse oporteat, qui bonus cerdo evadere cogitet. Sed ut mittamus cetera, illud certe convenire nullo modo potest, ut & omnibus de rebus dicere sit oratoris; & totum illius officium contineatur tribus causarum generibus, demonstrativo, deliberativo, & judiciali. neque vero mihi quisquam Aristotelis hoc loco auctoritatem objiciat: nam ille primum non, ut isti, omnia quae in rerum natura sint, oratori ad dicendum subjecta esse voluit: deinde multo verius, multoque sapientius locutus est: non enim tria genera causarum, aut controversiarum, sed τέλη τῶν τῆς ῥητορικῆς, aut τέλη ἢ λόγων ἢ ῥητορικῶν dixit. quodsi quis

(*) Rectius scripsisset, *disciplinas*. Nam Ciceronis loca, de Orat. I 14. de Senect. 21. ubi *scientiae* sic dici videtur, aliter accipit Gesnerus Thes. L. L. Adde J. M. Heusingerum Observ. Antibarb. p. 428.

quis putat idem cum illo altero esse, longe errat. ego autem, si quis quaerat ex me, quo in genere causae, aut controversiae sit ea oratio, qua quotannis olim eos, qui pro patria occubuerant, Athenis laudari mos erat: plane respondebo, in nullo. nulla enim ibi neque causa, neque controversia est: neque quicquam de quo quisquam controversetur. & tamen e Platonis Aristotelisque doctrina vere dici potest, esse ἐπίδειξιν ἰητορικὴν λόγον. Tu vero qui oratorem Hippiam quendam κοσμοῦ facis; quaero ex te, cum ille de corporum caelestium motibus, de fulguribus, de terrae motibus disputabit: (quando haec quoque ad munus illius pertinere vis) in quo istorum trium generum eum versari dices? neque enim tum laudabit, neque vituperabit, neque suadebit, neque dissuadebit, neque accusabit, neque defendet. at ne longius exempla repetamus: (tempus est enim, ut, his omissis, ad ea veniamus, quae institutio nostro adjunctiora sunt) hae in Catilinam orationes, praeter postremam, quae sane deliberativa dicatur, sub nullum ex illis tribus generibus includi queunt. non sub judiciale: neque enim habentur in judicio. non sub demonstrativum: nam in demonstrativo sola audientium voluptas quaeritur: totumque illud genus ad pompam, & ad ostentationem comparatur. non sub deliberativum: in priore enim, ut vidimus, nulla deliberatio est. quin id tantum agebat Cicero, ut exiret Catilina, quo ipse postea cum senatu deliberare de rep. posset. neque enim praesente eo deliberare, aut decernere utile fuisset. hac autem, quam nunc explicare aggredimur, itemque tertia, nihil aliud agit, quam ut exponat populo ea, quae gesta sunt, eumque confirmet, ac bene sperare jubeat. ne quaeramus igitur, hae orationes quo in causae genere sint, aut in quo statu: sed ista relinquamus iis, qui eo progressi sunt stulticiae, ut, editis libris, non tantum in epistolis Ciceronis, verum etiam in comoediis Terentii, & genus causae, & statum requirant. Nunc Ciceronem ipsum audiamus.

Tandem aliquando] Perterrefactus superiori oratione Catilina, ex urbe sese, intempesta nocte, cum paucis, ut ait Sallustius; cum trecentis, ut ait Plutarchus, conjuratis eduxerat. postridie Cicero, cum senatum habiturus esset, interim dum senatores convenirent, hanc orationem ad populum e rostris habuit.

Tandem aliquando] & ad tarditatem, & ad difficultatem

Digitized by Google.

tem indicandam valet. Cur autem hinc potissimum Cicero exorsus est? primum, quia nullo pacto facilius poterat, statim a principio, populi benevolentiam sibi adjungere, quam modesta sui, & praeclari, & recentis beneficii commemoratione. omnes enim, qui oppressi aliquo metu fuerunt, amant eos, quorum opera se metu ac periculo levatos intelligunt. ac si ii, qui suavem aliquem nuntium afferunt, etiam si ipsi nihil ad ea, quae nuntiant, conculerunt, tamen ita grati solent esse, ut eos plerumque euangeliis prosequamur: quam accepta ejus oratio esse debet, qui & ea nunciat, quae maxime cupimus, & eis conficiendis ipsemet praefuit? primum igitur, ut dixi, hoc principio benevolentiam quaesivit sibi. deinde fuit etiam alia causa, cur eo uteretur. nam cum essent, qui Catilinam non ejici, sed interfici debuisse contenderent: ipseque consilii sui causas publice reddere pararet: merito, qua de re in prima orationis parte disputaturus erat, eam sibi rem initio proponendam putavit.

Furentem audacia] Annota ordinem dicendi plane mirabilem. Audacia immoderata, & projecta furiosos quodammodo eos, in quibus est, efficit. quibus autem quasi conceptus in visceribus aestuat furor, ii crebro spiritum ducere, atque anhelare consueverunt. itaque apud Virgilium, Sibyllae sacro furore correptae non vultus, non color unus,

Non comptae mansere comae: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument.

Quocirca praeclare Cicero, cum dixisset, *Catilinam furentem audacia*; subjunxit, *scelus anhelantem.* Qui autem ad scelus tanta aviditate properat, ut anhelet; hunc nunquam conquiescere, sed aliquid perpetuo machinari necesse est. ergo addidit, *pestem patriae nefarie molientem* postremo, ut ostenderet, Catilinam inibi fuisse, ut jam jamque exequeretur sua scelerata consilia, addidit, *vobis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem.*

Vel ejecimus] Quia pro imperio, minis, conviciis, objurgationibus usi sumus.

Vel emisimus] Quia non nolentem, imo ipsum suapte sponte exire meditantem.

Vel ipsum egredientem] Ejicimur nolentes, emittimur volentes: sed utrumque ab alio. egredimur autem ipsi per nos. ejectus igitur Catilina. nolebat enim exire, donec Ciceronem oppressisset. vel potius emissus, qui enim sua omnia consilia erui e tenebris, & e privatae domus parietibus in lucem erumpere videret, in urbe tuto esse posse se non putabat. Vel potius neque ejectus, neque emissus est, sed per se egressus. nihil enim erat ei longius, quam ut esset in Manlii castris.

Profecuti sumus] Qua de consuetudine a nobis superius dictum est. non tamen ita hoc dicit, quasi re vera Catilinam prosecutus fuerit: sed tantum hoc genere loquendi significat, nullam exeunti ei vim adhibitam fuisse.

Abiit, excessit, evasit, erupit] Non est congeries idem significantium: sed crescit velut per gradus oratio.

Excessit] Plus est, quam abiit. ut,

Omnibus idem animus scelerata excedere terra.

Evasit] Tanquam eo ex loco, in quo jam sine periculo versari nequiret.

Erupit] Cum impetu quodam, & alacritate animi gestientis pervenire in Manlii castra.

Moenibus ipsis intra moenia] Quod periculum longe gravissimum est: ubi mali vis intus inclusa grassatur. &, cum a muniendo moenia dicta sint; muniti esse moenibus adversus eos, qui intra moenia sunt, non possumus.

Hujus belli domestici] Vox, *hujus*, & a quibusdam aliis veteribus libris abest, & ab illo, quem ante dixi, optimo.

Sine controversia] Non est, ut quidam exponit, *sine ipso quidem Catilina repugnante.* sed idem valet, quod paulo post, *sine dubio*: & infra: *sine dubitatione.* [illegible]

Non enim jam inter latera] Dele illud, *enim*. nam neque est in vetustis libris, & corrumpit orationis dignitatem.

Non jam inter latera] Ut magis intelligatur depulsi a cervicibus civium periculi magnitudo; breviter revocat in memoriam aliquot audacia facinora Catilinae.

Inter latera] Ut pridie Kal. Jan. Lepido & Tullo cos. cum ille in comitio cum telo fuit.

Non in campo] Ut quo die ego mihi ab illo metuens loricatus in campum descendi.

Ne

Digitized by Google

. *Non in foro, non in curia*] Cum, illo praesente, neque judicia tuto exerceri, neque senatus tuto haberi posset.

Non denique intra domesticos parietes] Ut nuper, cum Ille duos misisset, qui me in lecto meo interficerent.

Loco ille motus est] id est, de statu dejectus. quem enim locum sibi quisque ad dimicandum cepit, is & a Graecis στάσις, & a Latinis *status* dicitur. unde Ciceroni in controversiis forensibus *status* vocatur, in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio. Quanta autem cum in omnibus rebus, tum praecipue in re militari vis sit ordinis, nemo nescit. saepe enim parvae, sed ordinatae copiae magnas, sed confusas, incompositasque vicerunt. at ordo in exercitu servari non potest, nisi quisque locum suum teneat, neque eo se moveri patiatur. iccirco olim capitis poena constituta erat in λειποτακτίου. nam qui prior loco movetur, magnam spem victoriae adversario praebet. quemadmodum igitur, ubi loco motus est hostis, certa propemodum, & explorata victoria est: ita ait Cicero, Catilina ex urbe depulso, civibus jam non amplius de victoria esse dubitandum. libet autem recitare duos veterum scriptorum locos, quibus intelligatur, magno & intrepido milites animo mori male, quam ut se loco moveri sinant. eorum unus est Sallustii, sub finem libri de conjuratione Catilinaria, his verbis: *Sed confecto proelio, tum vero cerneres, quanta audacia, quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinae. nam fere quem quisque vivus pugnandi locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat.* Alter est Plauti ex Amphitruone:

Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt.
Vicimus vi feroces.
Sed in fugam se nemo tamen convortitur:
Neque recedit loco, quin statim rem gerat.
Animam amittunt prius, quam demigrent loco.
Facet, ubi steterat, quisque, atque ordinem obtinet.

Atque hi versus aliquanto aliter leguntur in Plautinis libris: sed male. expressum autem esse e Plauto Sallustii locum, haud injuria fortasse aliquis suspicetur.

Bellum juſtum] quod vere, ac proprie belli nomine cenſeri poſſit.

Perdidimus] ἀπωλέσαμεν.

Quod vero non cruentum] Quod me non interfecit, interficiendumve curavit.

Vivis nobis] me vivo.

Quod ei ferrum] Allegoria. ſignificat enim, Quod ei, ne caedem in urbe faceret, reſtitimus.

Quod incolumes cives] Quorum ſanguinem cogitatione jam exſorbuerat.

Quod ſtantem urbem] De cujus everſione, ac diſperditione cogitabat.

Afflictum] quaſi ad humum dejectum.

Perculſum] *Percellere* eſt evertere, & ad terram dejicere. unde proverbium ruſticorum, quo *plauſtrum perculiſſe* dicuntur, qui negotium aliquod everterunt, ac perturbarunt. meminit Donatus in Eunuchum. & eo uſus eſt Plautus in Epidico: *perii, plauſtrum perculi*. quo loco Erasmus ineptiſſime legit, *Auſtrum perculi*.

Et retorquet oculos] Expreſſit geſtum eorum, qui inviti aliquid relinquunt. itaque hominem auri minime cupidum ita expreſſit Horatius:

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

Ex ſuis faucibus] Metaphora eſt ab immanibus feris.

Quae quidem laetari mihi videtur] Liber vetus, *quae quidem laetari eminus videtur*. eſt autem valde frequens Cicero in ea figura, ut ſenſum tribuat rebus inanimatis. Sic pro Marcello: *Parietes ipſi*. Sic pro Plancio: *Quorum honoribus agri, prope dicam, ipſi, montesque faverunt*. & in agrariis: *Tecta atque agri*.

Evomuerit] Metaphora ab aegrotis, qui ſaepe vomitu recreari, ac relevari ſolent.

At ſi quis eſt talis] Nunc ingreditur ad declarandam rationem conſilii ſui: cur non interficiendum potius, quam emittendum, eſſe Catilinam duxerit. artificioſe autem facit, ut non modo non improbet, ſed magnopere etiam laudet eorum ſententiam, qui eum interfici debuiſſe dicebant; & tamen ab omni reprehenſione ſe liberet. Tale enim dilemma afferri adverſus Ciceronem poterat:

Aut

Aut conjuravit Catilina, aut non conjuravit. Si conjuravit, interficiendus fuit. si non conjuravit, ne ejiciendus quidem. huic ita respondet, ut illum interfici debuisse fateatur. sed ostendat tamen, magis e rep. fuisse, ut emitteretur.

Quales esse omnes oportebat] Nam, si omnes tales essent, tum demum, Catilinam interficere, nihil periculi fuisset.

Exultat & triumphat] ostentat, jactatque se, & quodammodo magnifice se infert. Triumphat autem, quasi communi omnium hoste devicto.

Non comprehenderim] in vincula duci non jusserim.

Interemptum] Libri veteres, *interfectum*. aliquis nihil interesse dixerit. mihi hoc, quod est in veteribus, longe melius videtur.

Sed quam multos] Tria hominum genera ponit, in quorum invidiam incursurus erat, si Catilinam interfecisset. unum eorum, qui, ipsum Catilinae inimicum esse, propterea quod eum in consulatu acerbum competitorem habuerat, putabant. ideoque, quae ab ipso deferrentur non credebant, quod ab odio proficisci existimarent. alterum eorum, qui ita stulti erant, ut non putarent, aut etiam ut defenderent. tertium denique improborum hominum, qui Catilinae conatibus, & inceptionibus favebant.

Ac si sublato illo] Quamvis, inquit, videbam, quanta mihi impenderet invidia, si Catilinam morte multassem: tamen si judicassem fore, ut resp. morte illius omni periculo defungeretur; facile contempsissem omne non invidiae modo, verum etiam vitae periculum.

Judicarem] Pro, *judicassem*. enallage temporum.

Invidiae meae] qua mihi invideretur, non qua ego aliis inviderem. Sic infra: *Invidiae meae levandae caussa*. Utroque autem modo dici *invidiam*, ipsemet docuit quarto Tusculanarum. ego vero video, multa quoque alia nomina a veteribus eo modo usurpata esse *Utilitas* enim *mea* saepe quidem est ea, quam ego percipio: sed interdum ea quoque, quae ex me percipitur. Terentius Eunucho:

— *in ea re utilitatem, ego faciam, ut cognoscas meam.*

Digitized by Google

Cicero ad Tironem: *Utilitatibus tuis posſum carere: te valere, tua causſa primum volo: tum mea, mi Tiro.* Sic *negligentia tua*, qua tu negligeris: & *odium tuum*, quo te alius proſequitur. Terentius:

Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.

Sic *inſidiae alicujus*, non quas ipſe tendit, ſed quae ipſi tenduntur. Cicero pro Coelio: *Quod in alicujus agreſtis periculo non praetermitteret, id homo eruditus in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?* multa his conſimilia reperiet, ſi quis accurate obſervare voluerit.

Verum etiam vitae] Convenit cum eo, quod in ſenatu dixerat, patriam ſibi vita cariorem eſſe.

Quam vehementer] E contrario intelligendum.

Tongilium] Omnes, quos ego quidem viderim, libri veteres, *Tongilium*.

Tongilium mihi eduxit] Illud, *mihi*, ad ſententiam nihil, ad ſermonis elegantiam, &, ut ita dixerim, urbanitatem longe plurimum adjungit. Sic infra, *Qui mihi accubantes in conviviis*. & pro Murena, *Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos.* Terentius Phormione: *Qui mi, ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.*

In praetexta] Imberbem videlicet adoleſcentulum. praetextam enim ferebant usque ad annum aetatis XVII.

Calumnia] Ita reperio etiam in calamo exaratis libris: neque tamen dubium eſt, quin ea vox aut omnino redundet, aut aliquo modo corrupta ſit. ego certi nihil pronuntiare audeo.

Publicium, & Munatium] Iterum repetendum eſt verbum, *eduxit*.

Reliquit, quos viros] Ita emendandus eſt locus hic e veteribus libris: *relinquit quos viros? quanto' alieno aere? quam valentes? quam nobiles?* illa autem duo verba, *vos videtis*, neque in vetuſtis exemplaribus legunturur, & ſine dubio, addita ſunt ab aliquo inepto, qui, deeſſe quippiam, errore ductus, opinaretur.

Itaque ego illum] Locum hunc depravatum eſſe conſtat. ego autem partim veterum librorum auxilio, partim etiam conjectura nixus, confido fore, ut eum & corrigam, & declarem. Sententia igitur Ciceronis haec eſt: Ma-

Digitized by Google

Magnopere contemno eos omnes, qui cum Catilina exierunt, totumque adeo Catilinae exercitum: sed, qui e sociis ejus in hac urbe manserunt, eos demum metuendos esse duco. Cur exercitum contemnam, in causa sunt primum legiones Gallicanae, in quibus magnum est populo Romano praesidium constitutum. deinde hic delectus, quem habuit Metellus in agro Piceno. & Gallico. praeterea copiae, quae quotidie a nobis comparantur. magnos etiam mihi animos illud facit. quod totum Catilinae exercitum video e teterrimorum hominum colluvione esse conflatum. Sed hos demum, qui manent in urbe, cum tamen sint nefaria illa societate implicati, nobis esse arbitror pertimescendos. Haec, nisi me vehementer fallit animus, Ciceronis sententia est. quod magis patebit, ubi sublata erunt aliquot menda, quae adhuc huic loco tenebras offuderunt.

Ex Gallicanis legionibus] Emenda e libro vetere, *Et Gallicanis legionibus*. non enim dicit, exercitum Catilinae esse ex Gallicanis legionibus; sed contemnere se Catilinae copias, legionibus Gallicanis, id est, propter legiones Gallicanas, seu fretum auxilio legionum Gallicanarum. Gallicanas autem dicit, ut opinor, quae in Gallia, in hibernis dispositae essent.

Et cum hoc delectu] Dele particulam, *cum*. abest enim a veteribus libris, & sensum corrumpit.

Q. Metellus] Missi sunt praetores, Q. Pompejus Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hisque permissum, uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent. Haec Sallustius. e quibus constat de delectu, quem habuit Metellus in Piceno. de Gallico autem, e Dione cognoscitur: qui narrat, cum senatus provincias decrevisset consulibus Macedoniam, & Galliam: Ciceronique Macedonia, quae lucrosior erat, obtigisset: Ciceronem sponte eam concessisse C. Antonio, ut hominem magno aere alieno, ob idque non alienum a suspicione conjurationis, oblata lucri spe, ad bonas partes adduceret. ac ne ipsum quidem in Galliam ivisse, sed, cum sibi sumpsisset urbis custodiam, eo Q. Metellum misisse. Atque hoc est, quod Cicero tam saepe a se provinciam reip. causa praetermissam fuisse, jactat.

Ex his copiis] Ita etiam in veteribus legitur. neque tamen dubito, quin legi debeat, *Et his copiis*.

Digitized by Google

Quae a nobis] Decreverat enim ſenatus, uti conſules delectum haberent. Salluſtius.

Ex agresti luxuria] id eſt, ex agrestibus luxurioſis. metonymia.

Ex ruſticis mendiculis, & decoctoribus] Vocem, *mendiculis*, in nullo vetere libro reperio: quin omnes, quos mihi quidem videre contigerit, nihil habent hoc loco aliud, niſi, *ex ruſticis decoctoribus*.

Decoctoribus] De hujus verbi vi copioſe diſſeruit Budaeus in Pandectas.

Vadimonia deſerere] κατάλυσιν τῆς δίκης. *Vadimonium deſerere*, eſt, quem in diem tu alium, aliusve te vadatus fuerit, eum diem non obire. in deſertores autem vadimonii, poena infamiae conſtituta erat: & in eorum bona creditores a praetore mittebantur.

Edictum praetoris] Ex eo enim cognoſcent omnium fortunarum ſuarum ruinam, ob deſerta vadimonia. eſt autem argumentum a minori.

Qui fulgent purpura] Significat ſenatores eſſe. ſoli enim ſenatores purpuream tunicam lato clavo inſignem ferebant.

Video, cui Apulia] C. Julium in Apuliam Catilina miſerat, ut eſt apud Salluſtium. Sed hic locus de eo intelligi non poteſt. conſtat enim, Ciceronem loqui do quibusdam, qui adhuc in urbe erant.

Attributa] a Catilina, tanquam imperatore, aſſignata.

Qui habeat Etruriam] Non Manlium dicit, (ille enim jam pridem ab urbe profectus fuerat) ſed alium quempiam nobis ignotum.

Qui agrum Picenum] Ne hic quidem Septimius Camers intelligi poteſt.

Qui ſibi has urbanas] Cethegum, Statilium, Caſſium, Gabinium, ceteros.

Superioris noctis] Non intelligit eam noctem, quae proxime antecesſerat. neque enim conveniret, quod ſtatim ſubjungit, *Pateſeci in ſenatu, heſterno die.*

Uno mehercule] Complexio a minori.

Quid enim mali] Generalis propoſitio, quam poſtea enumeratione partium amplificat.

Teſtamentorum ſubjector.] Ut Graecis ὑποβάλλειν, ita Latinis, *ſubjicere*, eſt interdum, falſum, & adulterinum quippiam veri ac germani loco ſupponere. inde *teſtamen-*

to-

Digitized by Google

torum ſubjectores, qui & *teſtamentarii*, dicuntur, qui quaſi artem quandam factitant ſupponendi falſa teſtamenta pro veris. ad quod exemplum, arbitror, librarios iſtos, qui, lucelli ſui cauſſa, ut lectorem inducant hiantem, ineptiſſimis libris veterum ſcriptorum nomina praeponere non verentur, *librorum ſubjectores* eleganter vocari poſſe.

Circumſcriptor] qui inducendi, ac circumveniendi homines, quaſi artificium quoddam tenet. hoc quoque a Graecis ſumptum, quibus ἐξαπατᾶν interdum valet, *decipere*.

Nepos.] Cur *nepotes* vocabant nequam & diſſolutos homines? opinor, quod qui pueri, patre mortuo, in avi tutelam veniunt, tales evadere conſueverint. nam & indulgentiores patribus fere ſunt avi: &, ſi ſeveri eſſe velint, facile propter aetatis imbecillitatem a pueris patrio metu ſolutis contemnuntur.

Quae caedes] De caedibus, deque ſtupris a Catilina factis ſuperiore commentario diximus. exponuntur autem a Q. Cicerone in libello de petitione conſulatus, a Salluſtio, ab Aſconio.

Alios ipſe amabat.] Q. Tullius ait, *eum tantum habuiſſe in libidine artis, & efficacitatis: ut parentum prope in gremiis praetextatos liberos conſtuprarit.*

Verum etiam ex agris] hoc eſt, quod ſupra, agreſtem luxuriam, & decoctores ruſticos dixit.

Atque ut ejus diverſa ſtudia.] Duo diſſimilia vitia in Catilina eſſe dicit, gladiatoriam in tractandis armis, obeundisque facinoribus audaciam, & ſcenicam in omni libidine levitatem, ac nequitiam. quod admirabile videri queat. Mollitiam enim, & infractionem animi affert libido, qua nihil eſt armorum tractationis, & audaciae magis alienum ideoque Venerem admonet Homericus Jupiter, ne interponat ſe in res bellicas: ſed Marti, & Palladi earum procurationem relinquat:

Οὔ τι, πάτερ ἐμός, ἀλλὰ) πολεμήϊα ἔργα.
Ἀλλὰ σὺ γ' ἰμερόεντι μιγήσεαι ἔργα γάμοιο.
Τῶνδε δ' Ἄρηϊ θοῷ, ἠδ' Ἀθηναίῃ πάντε μελήσει.

Omnino tamen compertum eſt, homines bellicoſos, & armorum ſtudio addictos in Venerem proclives eſſe: quod ſigni-

significare volucrunt poëtae, cum finxerunt, deditum esse Veneri Martem, & saepe se in illius gremium *Rejicere, aeterno*, ut ait Lucretius, *devictum volnere amoris*. qua de re ita Aristoteles libro secundo de republ. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πᾶσιν, οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. ἡ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ἀρρένων ὁμιλίαν, ἡ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν φιλίαν) κρατεῖται πάντες οἱ τοιοῦτοι. atque ea fortasis causa fuit, cur armatam Venerem Spartani colerent: quod Pausanias lib. 3. prodidit. Herculem, quem unum longe bellicosissimum fuisse accepimus, eundem, traditum est, longe salacissimum fuisse, ut *una nocte quinquaginta virginum mellitam*, ut Pindarus loquitur, *herbam totonderit*. isque ad duodecim notos decimus tertius additur illius labor,

Τὸ τρισκαιδέκατον τῶν λιχρὸν ἴσχυν ἄεθλον.
Μινυηΐδ' ἀγκοίτᾳ ξυνελίξαθ' ὑάκινθον.

Ejus autem rei causa facile reddi potest. nam quae roboris efficientia sunt, integritas partium corporis, copia sanguinis, spirituum, innati caloris; eadem omnia ad movendam Veneris appetentiam valent. Porro quod hic Cicero de diversis Catilinae studiis dicit, id vel optime ex oratione pro Coelio, quale sit, intelligi potest.

Atque idem] Catilina, inquit, quamvis omnes scenicos levitate, nequitiaque superaret, fortis tamen habebatur a suis, propterea quod diuturna stuprorum ac scelerum exercitatione ad ferendos labores occalluerat. Sed immeritissimo laus illa ei tribuebatur: cum instrumenta virtutis in scelere ac nequitia consumeret.

Assuefactus frigore, & fame] Vide, num rectius legatur, *frigori, & fami*.

Ab his istis suis sociis] Macularunt hunc locum barbari illi, ac sordidi magistri, qui, patrum memoria, glossas in scholis ad singula verba dictare soliti erant. in duobus veteribus libris legitur, *Fortis ab istis praedicabatur*: quomodo sine dubitatione corrigendum est.

Industriae subsidia, atque instrumenta virtutis] Omnibus bonis male uti possumus, praeterquam virtute: ait Aristoteles libro primo de arte dicendi. quod tamen adhibita aliqua moderatione intelligendum est. etenim felicitas neque virtus est, & est bonum: neque tamen quisquam

Digitized by Google

quam felicitate aut bene, aut male uti poteſt. utimur enim non ipſo fine: ſed iis, quae ad finem dirigunt, id eſt, iis, quae ἡγμένα nominantur. cujusmodi ſunt opes, divitiae, imperia, integritas virium, forma, ceteraque Stoicorum προηγμένα. ejusmodi bona in Catilina erant firmitas corporis, patientia algoris, inediae, ſitis, inſomniae: quibus ille omnibus ad ſcelus, & ad libidinem abutebatur.

In libidine, audaciaq.] Refert ad illam, quam ſupra dixerat, ſtuprorum, & ſcelerum exercitationem.

Conſumerentur] Libri veteres, *conſumeret*. & ita emendandum eſt.

Hunc vero] Sententia eſt: Si ceteri conjurati, ducem ſuum ſecuti, ex urbe exierint, beati erimus, fortunata erit reſp. praeclara erit laus conſulatus mei. Sed animadverte, quam eleganter figuraverit hanc ſecundam partem: & quanto eam pulchriorem, repetitis exclamationibus, reddiderit.

Si ſui fuerint comites ſecuti] Duo libri veteres, *Si ſecuti erunt ſui comites*. qui numerus mihi quidem magis probatur.

Niſi caedes, niſi incendia] Scribe, iisdem libris auctoribus, *Niſi caedem, niſi incendia*. *Caedes* enim unum eſt ex illis nominibus, quae priore numero, multitudinis ſignificationem habent. ἀθροισμὸς, ut meminiſſe videor, grammatici vocant. Sic igitur locutus eſt & aliis locis, & paulo infra: *Eructant ſermonibus ſuis caedem bonorum, atque urbis incendia.*

Obligurierunt] Unus e veteribus libris, *abligurierunt*. idque fortaſſe verius eſt. nam *obliguriendi* verbum non memini alibi legere.

In vino] Peracto jam convivio, ſublatisque epulis, pocula tamen relinquebantur, quibus mutuo inter ſe certantes convivae, aut jocis hilarabant animum, aut aleam ludebant, aut aliquid faciebant ejusmodi. id itaque tempus indicatur his loquendi generibus, *in vino*; *in joco, atque vino*; *in vino, atque alea*. Terentius, — *vel here in vino quam immodeſtus Fuiſti*. Catullus, *Marrucine Aſini, manu ſiniſtra Non belle uteris in joco, atque vino.*

Comeſſationes] Vetus liber, *comeſſutores*. placet.

Eſſent illi quidem deſperandi] Nihil enim ab aleatoribus,

bus, scortatoribus, cohesatoribus neque privatim, neque publice utile sperari potest.

Sed tamen essent ferendi] Domestica enim illa turpitudo & infamia saltem rempub. non attingeret.

Ebriosus] Omnes ad unum libri veteres, *ebrios*. quod valde probo. ut enim dormiens vigilanti, ita ebrius sobrio opponitur.

Qui mihi accubantes] Praeclarum exemplum [illegible], sive subjectionis.

Vino languidi] Nam, ut ait poëta, *ut Venus enervat vires, sic copia vini.*

Confecti cibo] Placet omnino mihi haec scriptura. sed tamen in quodam libro vetere est, *conferti cibo*. quod ne ipsum quidem displicet.

Sertis rediniti] Coronatos, & unguentis odoratis perfusos coenitasse olim eos, qui luxuriosius epulabantur, docuimus in commentario Catulliano.

Nulla est enim natio] Sic ad finem primae agrariae: *Nullum externum periculum est; non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est. incluſum malum, intestinum, ac domesticum est.*

Inferre possit] Libri veteres, *facere possit.*

Unius virtute] Cn. Pompejum Magnum intelligit: de cujus virtute lege orationem pro lege Manilia.

Intus insidiae sunt] Sic in defensione Murenae: *Intus, intus est, inquam, equus Trojanus: a quo nunquam, me consule, dormientes opprimemini.*

Quae sanari poterunt] Unde allegoria ducta sit, constat. huc autem pertinent versus Nasonis:

Cuncta prius tentanda. sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est: ne pars sincera trahatur.

& ille locus ex octava Philippica: *In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri, secarique patimur, ut aliquid membrorum potius, quam totum corpus intereat. sic in reip. corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum, amputetur.*

Ea quae merentur] ultimum supplicium.

At etiam] Non deerant, qui invidiam Ciceroni conflare cupientes, quererentur de nimia illius potentia, quod civem R. claris ortum majoribus, magnis in rep. ho-

Digitized by Google

honoribus functum, vi & minis in exilium mississet. eam nunc a se multis rationibus amovere conatur.

Paruit. quid quod hesterno die] Jam pridem animum meum tenuis quaedam suspicio pupugerat, vitii aliquid in his verbis subesse. vix enim satis dispicere poteram, quorsus haec interrogatio pertineret. ergo dum impressos libros cum manu scriptis accurate, atque attente confero; reperi in eo, quem jam antea dilaudavi, omnium, quorum ego quidem copiam habuerim, longe optimo libro eam scripturam, quae omnem mihi scrupulum exemit, planeque visa est omni mendo vacare. Sic igitur in eo totus hic legitur locus: *Simul atque ire in exilium jussus est, paruit, quievit. Hesterno die, cum domi meae pene interfectus essem, senatum in aedem Jovis Statoris convocavi: rem omnem ad patres conscriptos detuli, quo cum Catilina*, & cetera. Jam opus esse non puto, ut eam ullis rationibus confirmem, ac constituam. Stat enim ipsa per se; neque non probari cuilibet docto & intelligenti existimatori potest. aliter fortasse judicabit alius. ego, ut de meo sensu aperte atque ingenue confitear, vel hoc uno emendato loco, videor mihi operam navasse, quod in hac oratione purganda elaborarim.

Cum domi meae] Non, hesterno die pene interfectus: sed, hesterno die senatum convocavi: cum domi meae pene interfectus essem.

In aedem] Senatum haberi non potuisse, nisi in templo, notius est, quam ut confirmari debeat.

Vehemens ille consul] Praedicatione istorum, qui Catilinam ejectum queruntur.

Homo audacissimus] ut admirabilius videatur eum reticuisse. & ut constet, id non metu, sed conscientia effectum. Sic in Oratore: *A nobis, homo audacissimus, Catilina in senatu accusatus obmutuit.*

Ubi fuisset] In optimo illo libro hae duae voces non leguntur. & sane, eas si quis sustulerit, nihil, ut opinor, neque de sententia, neque de orationis vehementia detraxerit.

Quid in proximam constituisset] Ita emendavi, iisdem libris auctoribus: cum antea legeretur, *in proxima*. *proximam* autem dicit, non eam quae antecesserat, ut falso credidit Silvius: sed eam quae proxime secutura erat, in quam constituerat Catilina se exiturum.

De-

Digitized by Google

Descripta] distributa, divisa. ut V: in Antonium: *Quorum ipsorum bona, quantacunque erant, statim suis comitibus, compotoribusque descripsit.*

Docui] Libri veteres, *edocui.*

Cum cunctaretur] Idem libri omnes ad unum, *cum teneretur.*

Cum secures, cum fasces] Catilina enim sibi & nomen, & ornamenta dignitatis consularis, in castra Manlii proficiscens, assumpserat, ut ait Dio. Appianus autem idem enucleatius declarat. ὁ μὲν δὴ (de Catilina loquitur) ἐπέδυ τε τὴν πλίνθιον, ἅς τε αὐτὸς πατὴρ, πέρυσι πρᾶλε ἀρξας ἐκ τοῦ ἐπινικίου, καὶ ἐς τὸ Μάλιον ἐχώρει φασκελοῦν.

Cum aquilam illam] De qua superiore commentario diximus.

In exilium ejiciebam] Non est in exilium ejici dicendus, qui suapte sponte in bellum ingressus est. in bellum autem jam ingressus erat Catilina. non igitur in exilium ejectus est.

Manlius iste centurio] Non dubium est, quin de Manlio loquatur. Sed tamen, quod in uno libro vetere scriptum video: *Atenim, credo, iste centurio, qui in agro Fesulano castra posuit*: adductus sum in eam opinionem, ut putem, vocem, *Manlius*, glossema esse alicujus, qui declarare vellet, quinam ille centurio esset. eo magis, quia in Ciceronis scriptis saepe hoc modo peccatum esse animadverti. paucos proferam locos, e quibus de ceteris conjectura capiatur. Cicero pro M. Coelio Rufo: *Idem, cum audiat, esse legem, quae de seditiosis conscelleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, remp. oppugnarint, quotidie quaeri jubeat: legem non improbet, crimen, quod versetur in judicio, requirat. cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in judicium vocari: sed adolescentem illustri ingenio, industria, gratia, accusari ab ejus filio, quem ipse in judicium & vocet, & vocarit: oppugnari autem hunc opibus meretricis: Atratini illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse.* hunc locum qui cogitate leget, facile videbit, *Atratini* nomen delendum esse: & irrepsisse ex aliquo glossemate. item in eadem oratione: *Nemo hunc M. Coelium in illo aetatis flore vidit,*

Digitized by Google

dit, nisi aut cum patre, aut mecum. expungendum est *Coelii* nomen. & in Pisonem: *Cum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab uno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipse se.* *Gabinii* nomen ex eodem fonte manavit, ex quo superiora illa fluxerunt.

Massiliam] Hunc enim rumorem Catilina, & qui ab eo erant, disseminarant. Phocenses, quod Cyro servire nollent, ut ait Eustathius Thessalonicensis, reliquerunt patrias sedes; eumque in Galliam venissent, ibi Massiliam condiderunt. ea civitas a Cicerone, Livio, Strabone, Valerio Maximo, Justino, aliisque scriptoribus mirifice commendatur, tanquam quae omnis virtutis, atque humanitatis domicilium fuerit. Athenaeus tamen libro duodecimo narrat, Massilienses impudicos, & masculae Veneri deditos fuisse. unde & Plautus *mores Massilienses* eo sensu in Casina dixit. neque id valde absurdum videri debet. nam & apud Cretenses, & apud Lacedaemonios, quorum utrique sanctissimis, ac severissimis legibus usi putantur, puerorum tamen amores probro non ducebantur. Erant autem Massilienses valde amici populo Rom. cui rei vel id indicio est, quod cum Annibal in Italiam exercitum duceret, petiissentque a Gallis Romani per legatos, ne ei per urbes suas transitum darent, soli ex omnibus Massilienses eam legationem benigne audierunt. his de caussis cives R. qui in exilium ibant, Massiliam fere se conferebant. Sic L. Scipio Asiaticus fecit: ut est in oratione pro P. Sextio: sic T. Annius Milo, ut est apud Dionem libro quadragesimo: sic denique Catilinarii Catilinam facturum esse ajebant.

Non improbum, sed timidum] *Non improbum, sed miserum*, & legit Priscianus, & habent omnes veteres libri: ut cogitare nequeam, quid secuti sint, qui pro, *miserum, timidum* scribere maluerunt.

Est mihi tanti] id est, si Silvium sequare, tam parvi facio, ut sit ironia. sed illa declaratio ineptissima & alienissima est. hoc enim dicit Cicero, se, si res ita ferat, invidia sua falsa atque iniqua velle emere Catilinae discessum. de hoc loquendi genere etiam supra aliquid diximus.

Nunquam ego] Qui nobis asseveranter aliquid mali praedicunt, eos fere nobis male cupere opinamur. cum igitur pro certo affirmaturus esset Cicero, Catilinam tri-

duo in armis fore: aliquid sibi praemuniendum, ac praefulciendum putavit, ne in hanc opinionem incideret. eo magis, quod, illum, invidiae metu, optare, ut id contingeret, poterat aliquis suspicari. hanc figuram Graeci rhetores ἀποδιόρθωσιν vocant.

Multoque magis illud timeo] Non timeo, inquit, ne mihi invidiosum sit, quod Catilinam ejecerim. nam neque ejeci: &, si ejecissem, desperatum, ac nefarium hominem ejecissem. sed illud metuo, ne mihi invidiae sit, quod eum emiserim, quem summo supplicio afficere debueram.

Sed cum sint homines] Redit ad id, quod initio proposuerat: causam fuisse, cur Catilinam non interficeret. argumentaturque a minori, hoc modo: Cum Catilina ex urbe profectus sit, accusor, quasi eum ejecerim. ergo multo magis accusarer, si eum interfecissem.

Quanquam isti] Significat, has querelas manare ab hominibus male affectis in rempub. & non alienis a conjuratione.

Verentur] Cupiunt enim, eum quam primum cum exercitu ad urbem accedere. & metuunt, ne consilium mutet.

Tam misericors] Fingebant enim, se miserari Catilinae casum, tanquam injuria ejecti, & in falsam invidiam vocati.

Ille autem] Argumentum a minore.

Sed cur tam diu] Transitio est. satis, inquit, superque de Catilina locuti sumus. dicendum jam est de iis, qui magis pertimescendi sunt. qui, cum sint nefario illo conjurationis foedere implicati, tamen in urbe manserunt.

Exponam enim vobis] Hac brevi propositione, & benevolentiam sibi comparat, cum ostendit, se sanare malle, quam ulcisci: & docilem auditorem facit, exponens aperte, ac dilucide, quibus de rebus ingrediatur dicere. attentum ipsa necessitas, & magnitudo periculi reddit.

Unum genus] Sex e generibus hominum Catilinae copias conflatas esse dicit: de quibus singulis ordine videbimus. Primi sunt, locupletes, obaerati, amantes possessionum. his id consilii dat, ut, divendita aliqua parte possessionum, dissolvant ea, quae debent. quod ut etiam cogantur facere, tabulas auctionarias propositurum se esse profitetur.

Dis

Digitized by Google

Dissolvi] Liberari alieno aere.

Species] Afferunt enim divitiae aliquid dignitatis. & cum omnibus, tum maxime locupletibus expedire videtur, nullos in repub. motus excitari Cicero XIII. Philippica: *Bonos cives primum natura efficit: adjuvat deinde fortuna. omnibus enim bonis expedit, salvam esse rempub. sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet.*

Ac fidem acquirere] Vetus liber, *ad fidem acquirere*. quod melius videtur: ut sit, detrahere aliquid de possessione, & acquirere aliquid ad fidem.

Sacrosanctas] ut eas nemo violare, aut etiam attingere audeat.

Tabulas novas] Eas enim Catilina, ut est apud Sallustium, pollicebatur.

Tabulas novas] In tabulis argentariorum perscribebatur, quid cuique quisque acceptum, expensumve ferret. Catilina igitur, qui videret magnum in civitate aes alienum esse, pollicebatur, se publice incensurum omnes argentariorum tabulas, ita ut nemo, quod aeris alieni antea contraxisset, persolvere cogeretur. Tabulas novas Graeci vocant καινὰς χρεῶν, id est, ut Plutarchus exponit, χρεῶν ἀποκοπὰς, ut Laërtius, λύσεσιν συμβάτων τῶν πρὸς τοὺς δανείσαντας: quam primus Athenis instituit Solo.

Verum auctionariae] περὶ ἀσφαλείας. de tabulis autem auctionariis superius dictum est. eas a se propositas esse, eamque rem reip. saluti fuisse, Cicero lib. 2. de officiis non obscure indicat.

Certare cum usuris fructibus praediorum] Convenerant enim cum foeneratoribus, ut eorum praediorum, quae pignori pro sorte & usuris acceperant, fructus pro usuris colligerent. Eveniebat autem, ut, quoniam usurae, sive implices, sive in sortem redactae, longe majores essent, quam ut eas praediorum fructus aequare possent, Catilinarii semper in annum elapsum debitores manerent: ob eamque causam e sequentis anni fructibus sumendum esset: unde fructus usuris pares esse possent, quasique cum is comparari atque contendere. quod ideo stultissimum esse affirmat, quoniam ad extremum omnes sequentium annorum fructus prioribus annis debebantur: itaque proprietas ipsa, aere alieno onusta, creditoribus addicebatur. Vendi igitur praedia & possessiones oportebat. quod tamen Catilinarii, quoniam amore possessionum tenebantur,

tur, facere nolebant. Ita locum hunc declarat Fr. Hotomanus: cujus sententiam cum mirifice probarem, visum est etiam mihi, ut ex ejus libro de usuris tantum ad verbum describerem, quantum ad illustrandam Ciceronis sententiam necessarium judicarem.

Uteremur] De hoc loquendi genere dixi lib. 1. commentariorum de finibus.

Deduci de sententia] Cum viderint, prolatis tabulis auctionariis, imponi sibi solvendi necessitatem.

Quam arma laturi] Quid ita? propterea quod divites non facile opponunt se in discrimen vitae: cum contra ii, quibus peculii nihil est, facile adducantur ad quodlibet periculum adeundum. cui rei confirmandae aptissimum est illud, quod de quodam Luculli miffite narrat Horatius libro secundo sermonum, epistola secunda.

Alterum genus] In secunda quasi cohorte Catilinariae legionis ponit eos, qui, cum aere alieno obruti essent, ad honores tamen, & imperia quoquo modo pervenire cupiebant. ideoque studebant novis rebus, quod facile cernerent, se, quieta rep. nunquam ea, quae optabant, consecuturos.

Id, quod conantur] ut reip. facies immutetur.

Invicto populo] Sic pro Plancio, *populum Rom.* vocat *principem populum, & omnium gentium dominum, atque victorem*: quibus etiam verbis utitur, VI. in Antonium.

Praesentis] Non est intelligendum, sceleris praesentis: sed deos ipsos praesentis, ut apud Terentium: — *non tu hunc habeas plane praesentem Deum*? & apud Virgilium: *Nec tam praesentis alibi cognoscere divos*. quo etiam respexisse videtur Horatius: *Praesenti tibi maturos largimur honores. praesentis* autem pro, praesentes, antiqua scribendi ratio.

In cinere urbis, atque in sanguine civium] Quoniam supra saepe dixerat, eos de caede tantum & incendiis cogitare.

Conscelerata] Idem erat, *scelerata*. sed juncta verba grandem efficiunt orationem.

Fugitivo alicui, aut gladiatori] Servorum enim, & gladiatorum magna in exercitu Catilinae vis fuit. ergo si ille, quod optabat, consecutus fuisset, sine dubio tradidisset honores, mandassetque imperia, non iis qui votis tantum ipsi favissent, spectatoresque se otiosos praebuissent;

Digitized by Google

ſent; ſed iis quorum in bello gerendo virtutem & induſtriam expertus eſſet.

Tertium genus] Duo priora genera erant eorum, qui favebant quidem conjurationi, ſed ita tamen, ut arma non caperent, neque ad exercitum proficiſcerentur. haec, quae nunc enumerat, eorum ſunt, qui in exercitu erant.

Tertium genus eſt] Totum hunc locum, ut eſt in veteribus libris, proponam; multo enim magis mihi arridet, quod in eis legitur, quam quod in impreſſis: *Tertium genus eſt aetate jam effoetum, ſed tamen exercitatione robuſtum: quo ex genere iſte eſt Manlius, cui nunc Catilina ſuccedit.*

Ex iis coloniis, quas Feſulis Sylla conſtituit] Sylla victoria potitus, milites, quorum erat auxilio uſus, magnis eſt & muneribus, & honoribus proſecutus. nam e gregariis etiam militibus alios ſenatores fecit, alios ita divites, *ut regio victu*, quod ait Salluſtius, *atque cultu aetatem agerent*. praeterea in multa Italiae oppida militum ſuorum colonias deduxit, interque eos civium domos, agrosque partitus eſt. De militum numero non convenit. Is, qui ſcripſit epitomen Livii, XLVII. Appianus XXIII. tantum legiones ponit: quodam etiam loco, non niſi centum viginti hominum millia. Deduxit autem nonnullos eorum Feſulas, ut ex his orationibus intelligitur: alios Capuam, ut e ſecunda agraria conſtat: alios in alia oppida. ſed quod de Capua dixi, admonet me, ut conjecturam quandam meam proferam de loco Plinii, ubi hoc ipſum, ut puto, dicitur: ſed depravatio aliquot vocum impedimento eſt, ne intelligatur. ejus verba ſunt, capite 6. libri 14. *Falernus ager a ponte Campano laeva petentibus urbanam coloniam Syllanam nuper Capuae contributam incipit.* Quae quidem verba, puto, ad hunc modum corrigenda eſſe: *Falernus ager a ponte Campano, laeva petentibus urbem a colonia per Syllam Capuae conſtituta incipit.* Ex illis igitur militibus multi, qui, largius ſuo uſi, in inopiam ex abundantia decidiſſent, veterum rapinarum memores, nihil aliud, quam bellum vile, cupiebant. ii nacti Manlium ducem, qui ipſe quoque ſub Sylla ſtrenue militaverat, Catilinae partes ſequebantur.

Quas Feſulis Sylla conſtituit] Puto, vocem, *Feſulis*, delendam eſſe. non enim plures colonias Sylla Feſulis

constituerat. ac suspicor, errori occasionem praebitam e similitudine, quae est inter hunc locum, & alium quendam e sequenti oratione, ubi Cicero de P. Furio loquens, *Qui*, inquit, *est ex iis colonis quos Fesulas L. Sylla deduxit*. imperiti enim, qui ibi *Fesulas* nominari viderent, hic quoque nominandas putarunt.

Insperatis repentinisq. pecuniis] Natura autem comparatum est, ut qui subito, & praeter spem ad magnas pecunias pervenerunt, ii & jactent se ob eas insolentius, & eis intemperantius abutantur.

Aedificant] Familiam magnam alere, & multum aedificare, certissima est ad paupertatem via.

Dum praediis, lecticis] Emenda e libro vetere: *Dum praediis lectis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur.*

Nonnullos agrestes] Quos supra vocavit *rusticos decoctores.*

Homines tenues] Ita eleganter vocantur pauperes. Cicero pro Roscio Amerino: *Quodsi accedit eodem, ut tenuis antea fueris?* & paulo post: *Is, qui antea tenuis fuerit; an is, qui postea factus sit egentissimus.* & in eadem: *Occiso Sex. Roscio, primus Ameriam nuntiat Manlius Glaucia quidam homo tenuis.*

Quartum genus] Primum genus, obaerati, amantes possessionum. Secundum, obaerati, honorum cupidi. Tertium, Syllani milites. Quartum, urbani decoctores. Quintum, scelerati, sicarii, parricidae. Sextum, impuri, & impudici.

Vadimoniis, judiciis, proscriptionibus bonorum] Praeclarus ordo. primum enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deseruerit, judicium adversus eum datur: mittiturque creditor in possessionem. Si per triginta dies bona possessa fuerint, proscribuntur.

Inficiatores] ad negandum iis, quibus debent, exercitatos. mala nomina.

Primum, si stare non possunt] Cum dixerit, *primum* videbatur additurus, *deinde*. est igitur ἀνακόλουθον.

Si stare non possunt, corruant] id est, si ita oppressi sunt, ut retinere statum & fortunas suas non queant, subeant infamiam, patiantur sua bona proscribi, excant e civitate. sed ita, ut nullum incommodum e ruina ipsorum, non modo ad civitatem, sed ne ad vicinos quidem perveniat.

Digitized by Google

Vivere honeſte] locum & ſtatum in civitate obtinere.
Perire turpiter] in bello contra patriam.

Poſtremum autem] Vox, *poſtremus*, duplicem habet ſenſum. nam & id quod ultimo loco ponitur, *poſtremum* dicimus; & homines diſſolutos, abjectos, neqditiae ac libidiſi deditos, non abſque (*) elegantia, *poſtremos homines* nominamus. Cicero: *Ut poſtremi homines alienis pecuniis locupletarentur.* Idem: *Nihil ſcitote eſſe poſterius, nihil nequius.* Hoc igitur eſt quod hoc loco dicit, genus illud hominum, quo de agit, non tantum numero poſtremum eſſe, verum etiam genere ipſo, atque vita.

Immo vero de complexu] Non obſcure innuit, eos libidinis cauſſa amari.

Pexo capillo] Mollitiem ſignificat. itaque e contrario Horatius:

Hunc, & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit, & Camillum
Saeva paupertas.

Aut imberbes] vel aetate, vel artificio. pathicos.

Aut bene barbatos] compta, & delibuta unguentis barbula. Barbam aluerunt Romani usque ad annum ab V. C. quadringenteſimum quinquageſimum quartum, quo tempore primum e Sicilia tonſores in urbem adduxit P. Licinius Mena: ut eſt apud Plinium libro 8. ideoque tam ſaepe Cicero veteres illos barbatos vocat. pro Murena: *Apud illos barbatos.* pro Coelio: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis.* pro Sextio: *unum te aliquem ex barbatis illis.* Tunc radi coeperunt. itaque multo ante Scipionis Africani aetatem, & ipſa Scipionis aetate, non ſenes modo, verum etiam adoleſcentes radebantur. Ipſe autem Africanus (credo, propter mollitiem quandam) primus radi quotidie inſtituit: ut idem Plinius auctor eſt. quin etiam, cum reorum mos eſſet barbam promittere, ipſe tamen, die ſibi a tribuno pl. ad populum dicta, radi non deſiit. Poſtea increbuit conſuetudo, ut barbam alerent juvenes, raderent ſenes: ut cognoſcitur ex A. Gellio. Cicero igitur hoc loco, *bene barbatos* appellat, quos ſuperiore loco *imberbes* dixerat.

(*) *Abſque*, pro ſine, ſoli Comici dicunt, non Cicero, Caeſar, Livius, &c. Vide Voſſium de Latinit. merito ſuſp. c. 78. Legitur quidem bis terve apud Ciceronem in vulgaribus libris. Sed ibi e MSS. *ſine* reponendum eſſe, docet Fr. Qudendorp. ad Cic. de Inv. I. 36.

barbatos cum dicit, homines adolescentulos significat. Sic ad Atticum: *Concurſabant barbatuli juvenes.*

Manicatis & talaribus] Quorum utrumque mulieribus permissum, viris vel maxime indecorum habebatur. Vide Gellum cap. 12. lib. 7.

Ac tritis] Hae duae voces absunt a nonnullis veteribus libris: & delendae videntur.

Velis] Togarum laxitatem, & tenuitatem significat.

Antelucanis] a prima nocte ad auroram usque productis.

Cantare & pſallere] Idem est *cantare & pſallere*. Quocirca, ne inepte bis idem dixerit, corrige, ut est in omnibus veteribus libris: *Cantare & ſaltare.*

Veruntamen quid ſibi] ἐπιφώνημα.

His praeſertim jam noctibus] tam longis, tamque frigidis.

In conviviis nudi ſaltare] Et saltare ipsum per se probro ducebatur apud Romanos: & saltare in convivio nudum, summae infamiae vertebatur. Cicero pro Dejotaro: *Quid deinde furciſer? quo progreditur? ait, hac laetitia Dejotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in convivioque nudum ſaltaviſſe. quae crux huic fugitivo poteſt ſatis ſupplicii afferre? Dejotarum ſaltantem quisquam, aut ebrium vidit unquam?* & paulo post: *Qui igitur adoleſcens, nondum tanta gloria praeditus, nihil unquam niſi ſeveriſſime & graviſſime fecerit, is ea exiſtimatione, eaque aetate ſaltavit? imitari potius, Caſtor, avi tui mores diſciplinamque debebas, quam optimo & clariſſimo viro fugitivi ore maledicere. quodſi ſaltatorem avum habuiſſes, neque eum virum, unde pudoris pudicitiaeque exempla peterentur: tamen hoc maledictum minime in illam aetatem conveniret.* fieri autem potest, ut hac in parte Cicero imitatus fuerit locum quendam Demosthenis e secunda Olynthiaca; ubi cum vehementissimus ille, & tractandorum animorum peritissimus orator exponeret, cujusmodi homines in comitatu suo haberet Philippus: ostendisseque, nullum illic esse bonis viris locum; addit: λοιπὸν δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι λῃστὰς, καὶ κόλακας, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵτινες μισοῦνθ' ὑμᾶς ἐρχόντ' τοιοῦτοι, ὥστ' ἐγὼ τὸν ἀνδρ' οὐκ ὀνομάζω. Δῆλον δὲ, ὅτι ταῦτ' ἐστιν ἀληθῆ. καὶ γὰρ ὃς οὐδενὸς πώποτε φίλου ἐπάλιωσεν, ὡς πολὺ τῶν θωμοστοκτιῶν ἀμελέστερος ὤφθη, καὶ δίκαιον φαῖνον τ' δημόσιον, καὶ τοιοῦτος ἀνθρώπους, μίμους γελοίους, καὶ παιγνιὰς αἰσχρὰς ἀντιμάτους, ὧν οἱ τὰς συνουσίας ποιοῦνθ' ἥδιστα δ' γελᾶσθ' ἅπαντες, τούτους ἄγαστε, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει.

Scor

Scortatorum] Omnes veteres libri, *scortorum*, quod verius puto.

Cohortem praetoriam] quam ipse praetor, id est, imperator, perpetuo circa se habeat.

Tam praeclaras] Ironia.

Confecto, & saucio] Appositè. haec enim verba in gladiatoribus usitata sunt.

Naufragorum] eversorum fortunis omnibus, ab omni & re, & spe derelictorum.

Ejectam] Hoc verbum proprie in naufragis dicitur.

Urbes coloniarum, & municipiorum] Nihil temere affirmare velim: sed, quod suspicer, id considerandum aliis, judicandumque proponam. *Urbes coloniarum*, aut *urbes municipiorum*, Latine dici non puto. neque, ut arbitror, ejus locutionis ullum aliud exemplum reperietur. iccircoque pro, *urbes*, legendum censeo, *vires*.

Tumulis] *Tumulus* a tumendo est. ubi enim tumet terra, ibi tumulus dicitur. Sed in quibusdam veteribus libris hoc loco legitur, *cumulis*: quod fortasse verius sit: ut *cumulos silvestres* vocet illam rusticorum hominum temere coacervatam, atque accumulatam manum.

Si, inquam, his rebus] Vox, *inquam*, abest a vetustis libris.

Contendere] conferre, comparare. Sic pro Roscio Amerino: *Quicquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito.*

Denique aequitas] Libri veteres, *hinc denique aequitas*. atque ita emendandum est.

Quemadmodum jam antea dixi] Ubi hoc antea dixit? Nusquam, itaque mihi quidem dubium non est, quin corrigendum sit ita, ut est in libro vetere: *Vos, quemadmodum jam ante, vestra tecta custodiis, vigiliisque defendite*. ut intelligatur, quemadmodum jam ante fecistis. sic ad finem orationis sequentis: *In vestra tecta discedite: & ea, quanquam jam periculum est depulsum, tamen aeque, ac priori nocte feciſtis, custodiis, vigiliisque defendite.*

Mihi, ut urbi] *mihi consultum, ac provisum est*, pro eo, quod est, ego consului, ac providi, Graecum loquendi genus, quale illud e Divinatione: *Magno studio mihi a pueritia est elaboratum.*

Potestate tamen in vestra] vobis obtemperabunt: nihil

adversus vestram voluntatem molientur, vigilantia, cor filiisque nostris circumclusi, ut se contra remp. com movere non possint. In quodam vetere libro est: *Po testate tamen nostra continebuntur.* quam scripturam reji cio. illo enim altero modo saepe locutus est Cicero: u in Antonium: *Ne provinciam depopuletur, ne delectu habeat: sit in S. P. Q. R. potestate. facile vero huic de nuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum, atqu in vestra potestate sit, qui in sua nunquam fuerit.* & i eadem: *Non in vestra potestate, non in senatus esse An tonium.*

Q. Metellus] Dixi supra.

Aut opprimet] Primum est, hostem, si possis, oppri mere. si id non possis, τὸ δεύτερον, φασὶ, πλῆν, conandum est, ut efficias, ne quid ille noceat. horum alterutrum dicit a Metello effectum iri.

Constituendis, maturandis, agendis] Praeclarus ordo nam, ut ille ait, *antequam incipias, consulto; & ub consulueris, mature facto opus est.*

Solutior] *Severus*, & *solutus* sive *dissolutus* apud Cice ronem opponuntur.

Sentiet] Verbum usitatum in comminando. Terentius: *Sentiet, qui vir siem.*

Esse carcerem, quem vindicem] *Carcer* igitur ad puni endos homines nefarios aedificatus est. idem etiam in oratione pro Sylla: *Quis de C. Cethego, atque ejus in Hispaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pii co gitat; cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse vi deatur?* & multo apertius, postrema oratione in Catili nam his verbis: *Vincula vero, & ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt.* Sed tamen Ulpianus affirmat, carcerem ad continendos, non ad puniendos homines haberi debere. quid igitur? dicen dum est, aliam Ciceronis temporibus, aliam iis, quae postea consecuta sunt, consuetudinem hac in re obser vatam fuisse.

Nullo tumultu] Quidam exponit, sine ullo militum de lectu. quod manifesto ineptum est. *nullo* igitur *tumultu*, nulla commotione populi, nulla concertatione, ἀμαχεί.

Me uno togato] Hoc est, quod postea jactavit illo in vidioso versiculo, *Cedant arma togae.* porro, ut hanc quasi appendiculam adjiciam, consulares viri, etiam cum pu-

Digitized by Google

publice ibatur ad saga, togati tamen esse consueverant. Cicero in Antonium: *Equidem, P. C. quanquam hoc honore usi, togati solent esse, cum est in sagis civitas: statui tamen, a vobis, ceterisque civibus, in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione pop. R. non differre vestitu.*

Ut ne quis bonus intereat] Liber vetus, *ut neque bonus quisquam intereat.* atque ita corrigendum est.

Vos omnes jam salvi] Dele particulam, *jam*, eodem illo libro auctore.

Deorum immortalium significationibus.] Tales videlicet quasdam significationes dicit, qualis est ea, quam ipsi datam commemorat Dio: nempe cum in Ciceronis domo virgines Vestales sacra solennia ex more pro populi salute facerent, longissimam ex ara emicuisse flammam. Dionis verba sunt: Καὶ πῦρ παρὰ δὲ δαιμονίᾳ τινὶ ἐλπίδι ἅμα τῇ ἡμέρᾳ λαβὸν, ὃν ἱερὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῷ ἵνα δὲ ἀσπαζόμενον ἐκτὸς δῆμος ποιήσῃ, τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ οἴκοι ἔχον. idem etiam, & multo quidem copiosius, narrat Plutarchus: sed uterque hoc contigisse ait, cum jam Lentulus abdicare se praetura coactus esset.

Non procul, ut quondam solebant] E vulgi opinione dixit. vulgares enim putant, caelestia numina ab aliis locis longius, ab aliis propius abesse. cum tamen neque procul, neque prope recte dicatur in deo. si quidem utraque harum vocum significatur locus. in loco autem esse nihil, nisi corpus, potest. at divina natura expers est corporis. alioqui (quod vel cogitare sit nefas) esset aliquid simplicius deo: cum omne corpus e materia, & forma sive effectione constet. praeterea, si deus corporatus esset, non esset infinite potens. haberet enim partes. & earum partium, vel uniuscujusque infinita esset potentia: ex quo efficeretur, ut & partium inter se, & cujuslibet partis cum toto eadem potentia esset: quod absurdissimum est: vel singularum partium potentia finita; quo posito, consequeretur, totius quoque potentiam esse finitam. nam e finitis infinitum constitui non potest: ut praeclare disputatur in libris de motu. Non est igitur corporeus deus: ideoque neque procul, neque prope esse dicendus est: sed ut nullo tempore, ita nullo etiam loco circumscriptus. At Cicero, ut orator, magis ad popula-

Digitized by Google

pularem ſententiam, quam ad elimatam philoſophorum disputationibus veritatem, orationem ſuam accommodavit. quod idem facere omnes oportet, qui verba facere ad populum, & imperitae multitudinis animos dicendo regere ac tractare meditantur.

Ab extero hoſte] Libri veteres, *externo*.

Venerari] *Venerari*, eſt orare: quod & *veniam petere* dicitur. Plautus:

> *Eſt deus. veneror, ut nos aerumna ex hac miſeras eximat.*

Virgilius:

> *Multa movens animo, nymphas venerabar agreſtes,*
> *Gradivumque patrem, Geticis qui praeſidet arvis,*
> *Rite ſecundarent viſus, omenque levarent.*

Idem etiam *adorandi* verbo indicatur.

M. AN

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD

LEONARDUM MOCENICUM,

P. V. TERTIAE ORATIONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

ADMIRABILIS quaedam, ac prope divina vis est, Leonarde Mocenice, hominis eloquentis: meritoque sapientissimus poëta scripsit Euripides, nihil esse, quod ferro, quin idem oratione confici possit. Quodsi unquam ullum tempus fuit, cum id manifesto perspici posset; tum profecto apertissime declaratum est, cum sceleratas Catilinae in patriam machinationes, nefariaque consilia fretus eloquentiae viribus Cicero dissipavit. ac mihi quidem saepenumero in summos homines, quos Romana olim resp. plurimos protulit, intuenti, aliorumque facta cum aliis, quam possum, accuratissime conferenti, prorsus ita videtur, plus uni Ciceroni urbem Romam, quam omnibus, quotquot bellica virtute fines protulerunt imperii, debuisse. nam ut in corporibus nostris externum calorem, externumve frigus propulsare ac defendere facile est: ubi autem intus contractum frigus, aut in venis ac visceribus concluſus calor labefactat eas partes, quibus vita praecipue continetur, remedium ei malo adhiberi, nisi ab homine perito, atque exercitato, non potest: sic in ratione gerendae reipub. debellare hostes externos, & quod illi mali civibus tuis moliebantur, id in ipsorum capita convertere, si minus facile est, ejusmodi tamen est, ut humanis viribus effici posse videatur: at ubi ipsae inter se dissident reipub partes, & quidem ita dissident; ut quibus in tota civitate plurimum animi, atque audaciae est, ii conjuncti ac consociati inter se, obstinatissimo animo, pestem ceteris, atque exitium machinentur: deum profecto, Mocenice, deum quendam, non hominem, esse oportet, qui in tanto, tamque ancipiti discrimine statum civitatis integrum, atque incolumem praestet.

ſtet. ea vero laus cui potius, quam Ciceroni, tribuenda ſit, neminem video. unus enim latentem adhuc atque occultam conjurationem ſingulari providentia, vigilantia que deprehendit, ac protulit: manantem, ſerpentemque paulatim longius, compreſſit: fractos ac debilitatos metu propter inuſitatam periculi magnitudinem civium animos confirmavit: indormientem tantis rebus excitavit ſenatum: eadem voce & ſecuritatem bonis, & terrorem improbis attulit: collegam ſuum labe conjurationis infectum, ſponte depoſita, oblataque illi provincia, ad bonas partes adduxit: & ut quae ſanari poterant, ſummo adhibito ſtudio, ſanare conatus eſt, ita quae inſanabilia videbantur, ea, omni periculo, atque omni invidia pro nihilo habita, animoſe ac fortiter amputavit. itaque earum rerum ergo, primus meritisſimo eum honorem conſecutus eſt, ut pater patriae diceretur. Ac ſi quis eſt, qui horum praeſtantisſimorum operum laudem ab eloquentia removens, ad alias quasdam virtutes referre malit: ut ei nos illud dabimus, nunquam hominem quamlibet in dicendo copioſum, atque ornatum, haec tam praeclara effecturum fuiſſe ſine aliis plurimis, maximisque virtutibus: ita ipſe, niſi valde iniquus ſit, nobis hoc concedat, neceſſe eſt, nunquam haec tam feliciter a quoquam dirigi, gubernarique potuiſſe, cui, ceteris inſtructo animi bonis, graviter ornateque dicendi facultas defuiſſet. Hanc ego ad facultatem, Mocenice, vias commonſtrare conor iis, quibus in hac urbe cordi ſunt honeſtarum artium ſtudia. nam etſi non ſum ita neſcius mei, ut eloquentem eſſe me putem: tamen, quod a prima aetate dedi me ſtudioſe ad exercitationem dicendi: & magna cum cura pervolutavi eorum ſcripta, qui aut diſerti fuiſſe ferebantur, aut ea praecepta libris ſuis complexi eſſe, quibus orationis copia pararetur: videor poſſe, quo ipſe non pervenerim, nihilominus, eo qua perveniendum ſit, aliquo modo indicare. certe quidem ſedulo praeſto, quod poſſum, & quod mihi ſenatus auctoritate munus injunctum eſt, ei ut ne deſim, viribus opibusque omnibus elaboro. quoniam autem multi ſaepe ita mecum egerunt primarii homines, ut dicerent, ſe cupidos quidem eſſe cognoſcendi ea, quae a me dicerentur: ſed, ne ad me tam ſaepe, quam vellent, ventitarent, negotiis impediri: ſi ſubſecivi temporis aliquid ſumerem ad ea ipſa, quae quotidie traderem, man-

dan-

Digitized by Google

landa litteris, gratum id multis, atque optatum fore: norem illis hac quoque in parte gerere volui: & ad meos oriſtinos labores hoc quoque ſcribendi onus adjeci. Quod utinam tam utile ſit aliis, quam a me, ſolo obſequendi amicis deſiderio, ſine ulla ambitione ſuſceptum eſt. quanquam enim non eam me ſapientiam conſecutum prae me fero, ut gloriam ſpernam: tamen ea noſtris temporibus copia eſt vel eruditorum hominum, qui meis luminibus obſtruant; vel malevolorum, qui omnem judicii laudem in vituperandis aliis poſitam putent: ut judicaturus ſim, mecum praeclare actum, ſi ita caream gloriae fructu, ut ne obtrectatorum quidem aculeos ſentiam. Nunc, quando de quatuor Ciceronis in Catilinam orationibus duas interpretati ſumus, pari duas reliquas ſtudio perſequemur.

Remp. Quirites] Hanc orationem alii ſcripſerunt habitam eſſe non. Decemb. ipſis: qua in re, non magno negotio, manifeſti erroris convinci queunt. Etenim ea, quae proxime hanc ſequitur, habita eſt in ſenatu nonis Decemb. quod epiſtola prima libri ſecundi ad Atticum Cicero ipſe teſtatur. Haec autem biduo ante habita fuerat, ut indicant verba illa e ſequenti: *Is & nudius tertius in cuſtodiam cives R. dedit, & ſupplicationem mihi decrevit; & indices heſterno die maximis praemiis affecit.* Conſtat igitur, hanc habitam eſſe III. non. Decemb. Continetur autem quatuor praecipuis partibus. primum enim brevi exordio populum, & ſibi conciliat, & attentum ac docilem reddit. deinde narrat, quem in modum a ſe patefacta atque oppreſſa conjuratio fuerit, quidque ſuper ea re decretum a ſenatu. hanc narrationem ſequitur amplificatio, quae conſtat commemoratione prodigiorum, quibus haec conjuratio praeſignificata fuerat; & comparatione illius cum ceteris civilibus inteſtinisque bellis. Poſtremo brevi peroratione commendat ſe liberosque ſuos populo R. & ſe in ſuſcepta defenſione reip. etiam depoſito magiſtratu, conſtantiſſimum fore pollicetur. Cetera, quae ad argumentum pertinent, ſuis locis ſingillatim commemorabimus.

Remp. Quirites] Uno reip. nomine cuncta quodammodo reliqua continentur. ſed eſt haec ratio quaedam amplificandi, quam ſupra quoque tetigimus: ut cum totum aliquid propoſueris, partes etiam enucleatius perſequare.

Bona,

ſtet. ea vero laus cui potius, quam Ciceroni, tribuenda ſit, neminem video. unus enim latentem adhuc atque occultam conjurationem ſingulari providentia, vigilantia que deprehendit, ac protulit: manantem, ſerpentemque paulatim longius, compreſſit: fractos ac debilitatos metu propter inuſitatam periculi magnitudinem civium animos confirmavit: indormientem tantis rebus excitavit ſenatum: eadem voce & ſecuritatem bonis, & terrorem improbis attulit: collegam ſuum labe conjurationis infectum, ſponte depoſita, oblataque illi provincia, ad bonas partes adduxit: & ut quae ſanari poterant, ſummo adhibito ſtudio, ſanare conatus eſt, ita quae inſanabilia videbantur, ea, omni periculo, atque omni invidia pro nihilo habita, animoſe ac fortiter amputavit. itaque earum rerum ergo, primus meritisſimo eum honorem conſecutus eſt, ut pater patriae diceretur. Ac ſi quis eſt, qui horum praeſtantisſimorum operum laudem ab eloquentia removens, ad alias quasdam virtutes referre malit: ut ei nos illud dabimus, nunquam hominem quamlibet in dicendo copioſum, atque ornatum, haec tam praeclara effecturum fuiſſe ſine aliis plurimis, maximisque virtutibus: ita ipſe, niſi valde iniquus ſit, nobis hoc concedat, neceſſe eſt, nunquam haec tam feliciter a quoquam dirigi, gubernarique potuiſſe, cui, ceteris inſtructo animi bonis, graviter ornateque dicendi facultas defuiſſet. Hanc ego ad facultatem, Mocenice, vias commonſtrare conor iis, quibus in hac urbe cordi ſunt honeſtarum artium ſtudia. nam etſi non ſum ita neſcius mei, ut eloquentem eſſe me putem: tamen, quod a prima aetate dedi me ſtudioſe ad exercitationem dicendi: & magna cum cura pervolutavi eorum ſcripta, qui aut diſerti fuiſſe ferebantur, aut ea praecepta libris ſuis complexi eſſe, quibus orationis copia pararetur: videor poſſe, quo ipſe non pervenerim, nihilominus, eo qua perveniendum ſit, aliquo modo indicare. certe quidem ſedulo praeſto, quod poſſum, & quod mihi ſenatus auctoritate munus injunctum eſt, ei ut ne deſim, viribus opibusque omnibus elaboro. quoniam autem multi ſaepe ita mecum egerunt primarii homines, ut dicerent, ſe cupidos quidem eſſe cognoſcendi ea, quae a me dicerentur: ſed, ne ad me tam ſaepe, quam vellent, ventitarent, negotiis impediri: ſi ſubſecivi temporis aliquid ſumerem ad ea ipſa, quae quotidie traderem, man-

dan-

Digitized by Google

landa litteris, gratum id multis, atque optatum fore: norem illis hac quoque in parte gerere volui: & ad meos priſtinos labores hoc quoque ſcribendi onus adjeci. Quod utinam tam utile ſit aliis, quam a me, ſolo obſequendi amicis deſiderio, ſine ulla ambitione ſuſceptum eſt. quanquam enim non eam me ſapientiam conſecutum prae me fero, ut gloriam ſpernam: tamen ea noſtris temporibus copia eſt vel eruditorum hominum, qui meis luminibus obſtruant; vel malevolorum, qui omnem judicii laudem in vituperandis aliis poſitam putent: ut judicaturus ſim, mecum praeclare actum, ſi ita caream gloriae fructu, ut ne obtrectatorum quidem aculeos ſentiam. Nunc, quando de quatuor Ciceronis in Catilinam orationibus duas interpretati ſumus, pari duas reliquas ſtudio perſequemur.

Remp. Quirites] Hanc orationem alii ſcripſerunt habitam eſſe non. Decemb. ipſis: qua in re, non magno negotio, manifeſti erroris convinci queunt. Etenim ea, quae proxime hanc ſequitur, habita eſt in ſenatu nonis Decemb. quod epiſtola prima libri ſecundi ad Atticum Cicero ipſe teſtatur. Haec autem biduo ante habita fuerat, ut indicant verba illa e ſequenti: *Is & nudius tertius in cuſtodiam cives R. dedit, & ſupplicationem mihi decrevit; & indices heſterno die maximis praemiis affecit.* Conſtat igitur, hanc habitam eſſe III. non. Decemb. Continetur autem quatuor praecipuis partibus. primum enim brevi exordio populum, & ſibi conciliat, & attentum ac docilem reddit. deinde narrat, quem in modum a ſe patefacta atque oppreſſa conjuratio fuerit, quidque ſuper ea re decretum a ſenatu. hanc narrationem ſequitur amplificatio, quae conſtat commemoratione prodigiorum, quibus haec conjuratio praeſignificata fuerat; & comparatione illius cum ceteris civilibus inteſtinisque bellis. Poſtremo brevi peroratione commendat ſe liberosque ſuos populo R. & ſe in ſuſcepta defenſione reip. etiam depoſito magiſtratu, conſtantiſſimum fore pollicetur. Cetera, quae ad argumentum pertinent, ſuis locis ſingillatim commemorabimus.

Remp. Quirites] Uno reip. nomine cuncta quodammodo reliqua continentur. ſed eſt haec ratio quaedam amplificandi, quam ſupra quoque tetigimus: ut cum totum aliquid propoſueris, partes etiam enucleatius perſequare.

Bona,

Bona, fortunas] *Bonorum* nomine facultates, id est, τὰ ὑπάρχοντα, indicantur. neque sane alia vis subest nomini *fortunarum*. duo igitur idem valentia, augendi gratia posuit.

Laboribus, consiliis, periculisque meis] Omnes libri veteres ἐπιβούλοις, *laboribus, consiliis, periculis meis*. sic & in superiori oratione: *Nunc, si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus*, &c.

Ex flamma, atque ferro] e caede atque incendiis. hypallage.

Ex faucibus fati] Metaphoram a feris ductam esse constat. *fatum* autem vocat interitum, ut infra: *Neque tanto ante exitii, ac fati diem reip. denuntiasset*. idemque Graecis in usu est, qui μοῖραν, & κῆρας, & πότμον pro *morte* dicunt. etiamque πεπρωμένην, ut in illo versiculo,

Ἄφυκτόν οἱ ἦμαρ ὑπὸ πεπρωμένης αἴσης.

Quae harum vocum usurpatio unde mihi manasse videatur, aperiam. *Fatum* re vera significat consilium voluntatemque divinam, qua omnia ex omni aeternitate ita constituta sunt, nihil ut accidere possit, quod non deus infinito ante tempore praesciverit: & quidem certo ac praefinito praesciverit. nefariae enim impietatis esset dicere, dei scientiam aut non omnium esse, aut incertam esse, ac fluctuantem. Quod tamen non ita accipiendum est, ut, quod quidam scelerati faciunt, malorum causas referamus in deum. nam ut medicus, qui certo praenoscit, aegrotum ex hac aut illa infirmitate periturum, non tamen aegroto mortis causam afferre dicendus est: ita deus, quamvis hunc aut illum flagitiosum fore praecognoscit, minime tamen in causa est, ut ille flagitiosus evadat. cavendum est etiam diligentissime, ne Stoicorum vesaniam insequamur, aut aliorum, qui spoliatas omni libertate hominum mentes servitute devincire conantur, tolluntque e rebus omnibus casum, & quicquid de rebus futuris affirmatur, negaturve, id definite verum, aut definite falsum esse confirmant. quod longissime abest a vero. Etenim permulta sunt, quae antequam fiant, vel fieri, vel non fieri possunt: estque ita plane libera hominum voluntas; ut nemo invitus bonus fiat, nemo invitus malus. alioqui enim frustra virtutibus praemia,

fru

ruſtra vitiis ſupplicia conſtituerentur. Sed tamen & a ipſa, quae eam naturam habent, ut & hoc, & illo nodo evenire poſſint, certo praenoſcuntur a deo: &, quamvis liberum erat Catilinae, conjurare in patriam, el non conjurare: deus tamen, conjuraturum illum, x omni aeternitate praeſciverat. Dei autem ſcientia ullam neceſſitatem rebus imponit. nam, ut vere, & apienter ab hominibus eruditiſſimis, iisdemque ſanctiſmis dictum eſt, modus cognitionis non immutat naturam rei cognitae. Ac deus quidem uno prorſus modo praenoſcit omnia: neque tamen omnia uno eodemque nodo eveniunt. nam, ut inſiſtamus in exemplo propoſito, non minus certo ſciebat deus fore, ut Catilina bellum faceret patriae; quam fore, ut aleretur, ut reſceret, ut ſomnum caperet, ut quotidie ad ſenium magis accederet. aliter tamen haec contigerunt, & aliter illud. nam haec, etiam ipſo Catilina invito, allatura erat naturae neceſſitas: illud in ipſius voluntate, atque arbitrio poſitum fuit. Hunc igitur rerum ordinem in mente divina conſtitutum, proprie accepto *fati* nomine ignificari ajo. Credebant autem veteres, quo temporis unctо quis naſceretur, eo ipſo fataliter conſtitui de morte atque interitu ipſius: quod indicat hic verſiculus Manilii,

Naſcentes morimur: finisque ab origine pendet.

t illud Senecae: — *primusque dies Dedit extremum*. atue hac potiſſimum in re vim fati elucere arbitrabantur. nde factum opinor, ut morti, atque interitui, *fati* noen tribuerint. Quod autem hic annotat Silvius, *fati* omen non accipi pro morte naturali, ſed tantum pro orte violenta, longe falliſſimum eſt. imo vero violenam mortem qui oppetunt, *praecipere*, aut *praeoccupare ata*, & *praeter fatum mori* dicuntur. & ita accipiendus ſt locus ille e ſecunda Philippica: *Multa autem impenere videntur praeter naturam, praeterque fatum*. & verus ille Virgilii,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Et ſi non minus] *Et ſi*, poſitum videtur pro, quod ſi.

ut apud Terentium Phormione: *Et si tibi res sit cum eo lenone*. ubi Donatus, *Et*, inquit, *modo non connexiva, sed inceptiva particula est.*

Et si non minus] Argumentum a pari. Paria sunt condere urbem, & conditam servare. Is qui urbem condidit, in deorum numerum relatus est. igitur & is, qui eandem servavit, in honore & apud vos, & apud posteros esse debebit.

Jucundi atque illustres] *Illustres dies* sunt sancti, atque honorati, quosque quotannis, ob memoriam alicujus rei, celebramus, ac colimus. eorum partim sunt *jucundi*, ut ii quibus nati, aut a magno aliquo periculo liberati sumus: quidam etiam *acerbi*, ut apud Virgilium:

Jamque dies, ni fallor, adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum (sic dii voluistis) habebo.

non frustra igitur haec duo conjunxit.

Quibus conservamur] Natalem suum quisque quotannis celebrare consueverat: etiamque natalem eorum, quos amabat. Tibullus:

Est qui te, Cherinthe, dies dedit. hic mihi sanctus,
Atque inter festos semper habendus erit.

Horatius:

Qui dies mensem Veneris marinae
Findit Aprilem,
Jure solennis mihi, sanctiorque
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce Maecenas meus affluentes
Ordinat annos.

Sed & eos dies colebant, quibus e magno aliquo discrimine erepti forent, ut Horatius Kalendas Martias: quod eo die, casu arboris, adductus quidem in periculum vitae, sed tamen liberatus fuisset: quod ipse testatur his versibus:

Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus

Ar

Digitized by Google

Arboris ictu.
Hic dies anno redeunte festus,
Corticem adstrictum pice dimovebit
Amphorae fumum bibere institutae
Consule Tullo.

Illum, qui hanc urbem condidit] Romulum urbis conditorem fuisse, confirmata multorum saeculorum consensu opinio est. neque tamen defuerunt e vetustis scriptoribus, qui Romam multis fuisse ante Romulum aetatibus dicerent. qua de re vide Solinum capite 2. polyhistoris.

Romulum] Abest *Romuli* nomen ab uno antiquo lib. quo fit, ut, peccatum esse hic in eodem genere arbitrer, quo multis in aliis locis, quos supra indicavi: ac plane censeam glossema esse.

Ad deos immortales] Historia e Livio, & aliis nota est. Ennius:

Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum
Degit.

Horatius:

— *hac Quirinus*
Martis equis Acheronta fugit.

Idem:

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, deorum in templa recepti.

cipio apud Ciceronem: *Deficere sol hominibus, existimaque visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa enetravit.* ei flaminem adjecit Numa, quem *Quirinalem* ocavit. institutа etiam festa, quae *Quirinalia* dicta sunt, ut alio nomine *festa stultorum*. celebrabantur autem III. Kal. Mar. ut constat e secundo fastorum Ovidii, e vetere Kalendario, quod vir singulari quodam Dei ot. max. in aetatem nostram beneficio ad illustrandam, eruendam e veteribus monumentis antiquitatis memoin natus, haud ita pridem in lucem edidit Paulus Manius.

Debet dies is] Lege, ut est in veteribus libris: *Esse ud vos, posterosque vestros in honore debebit is, qui*

Digitized by Google

eandem hanc urbem, &c. non enim de die loquitur, sed de se ipso: ac se ipsum cum Romulo tacite confert.

Nam totius urbis] Optimus liber: *Nam toti urbi.* placet.

Tectis omnibus] Omnes libri veteres hoc amplius, *templis, delubris, tectis omnibus, ac moenibus.*

Rejecimus] Iidem omnes libri, *dejecimus.*

Principio] Narratio est.

Paucis ante diebus] Hic vicesimus quartus a Catilinae profectione erat dies.

Semper vigilavi] Narrationem credibilem fieri, rhetores docent, si non tantum quomodo quicque contigerit, verum etiam quibus de caussis ita contigerit, explanetur. hoc igitur mirabiliter Cicero facit. expositurus enim, quem in modum patefacta, & quasi e tenebris ac latibulis eruta conjuratio esset; prius proponit caussam, quae id effecerit, nempe singularem quandam, ac perpetuam vigilantiam, ac providentiam in repub. suam. Simul autem haec modesta officii sui praedicatio, ac commendatio, non dici potest, quantum ad conciliandos auditorum animos valeat.

Insidiis] Quidam libri veteres, *periculis.*

Salvi esse] Annota, quod sit officium ejus, cui commissa resp. est: nempe, ut, sopitis, ac quiescentibus ceteris, ipse pro salute publica vigilet, quasique excubias agat. Homerus:

Οὐ χρὴ παννύχιον βουληφόρον ἄνδρα καθεύδειν,
Ὧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ πόσσα μέμηλε.

Quam in sententiam multa praeclara diligenter ab Erasmo in proverbiis collecta sunt.

Quod vivus egressus est] Omnes libri veteres, *quod vivus exierit.*

Conjuratorum] Ut *juratus*, qui juravit; *injuratus*, qui non juravit; sic & *conjuratus*, qui conjuravit. similia quaedam indicavi in annotationibus Terentianis.

Remansissent] Quidam veteres libri, *restitissent.*

Furore ac scelere esse inflammatos] Sic locutus est & libro quinto accusationis: *Ipse inflammatus scelere ac furore, in forum venit.*

Propter incredibilem magnitudinem sceleris] Magnitudo

iim ſcelera non temere credi, neque levi conjectura
ndi ſolent. immo quo atrociora ſunt, eo ad faciendam
dem pluribus & certioribus notis coarguenda ſunt: ut
aeclare diſputatur in oratione pro Sex. Roſcio Amerino.
Oculis] Additum ad majorem ἐνέργειαν. Sic infra: *Ut*
s pene oculis videre poſſemus.
Itaque ut comperi legatos Allobrogum] *Allobryges*,
ns Galliae potentisſima, ait Apollodorus. Polybius
tem per *i* ſcribit *Allobrigas*. Charax vero per *o Allo-*
ogas: quae ſcriptura Latinis uſitatisſima eſt: nam Graeci
idem plerique omnes ſcribunt *Allobrigas*. Dicebatur
jus ab iis praetoribus, quibus Gallia Narbonenſis obtigerat:
teſtatur Strabo lib. 4. Ii tum legatos Romam miſerant,
eſturos de avaritia magiſtratuum ſuorum: quos Lentu-
s per P. Umbrenum ad conjurationis ſocietatem per-
ahere molitus eſt. ſed illi, cum ſimularent ſe ei conſi-
favere, totam rem tamen ad Q. Fabium Sangam de-
lerunt. unde dictum eſt ab Horatio,

Novisque rebus infidelis Allobrox.

iſtoriam fuſisſime narrant Salluſtius, Plutarchus, Ap-
nus: quorum ſcripta cum terantur omnium manibus;
llum eſſe operae pretium puto, integras paginas, quod
i fecerunt, ex eorum libris deſcribere.

Belli tranſalpini] *Bellum* in ulteriore, *tumultum* in ci-
iore Gallia dicit. inter haec autem vocabula quid inter-
, diſces e Cicerone VIII. Philipp.
Ad ſuos cives] Animadverte, totam regionem Allobro-
n, *civitatem* vocari. Sic apud Salluſtium: *Itaque*
Fabio Sangae, cujus patrocinio plurimum civitas ute-
ur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. ſic &
nes Helvetii, *civitas* una. Caeſar: *Apud Helvetios*
ge nobiliſsimus. & ditiſsimus fuit Orgetorix. Is,
Meſſalla, & M. Piſone coſ. regni cupiditate inductus,
gregationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut
finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.
Eodem itinere] Redeuntes enim in Galliam, iter per
uriam facturi erant.
Vulturcium] T. Vulturcium Crotonienſem.
Litteras] Quarum exemplum infra videbimus.

Digitized by Google

Heſterno die] Sub noctem, opinor. ita enim in orati-
one pro Flacco: *O nox illa, quae pene aeternas hui*
urbi tenebras attuliſti: cum Galli ad bellum, Catilina ad
urbem, conjurati ad ferrum, & flammam vocabantur:
cum ego te, Flacce, caelum noctemque conteſtans, flen
flentem obteſtabar: cum tuae fidei optimae & ſpectatiſſi
mae ſalutem urbis & civium commendabam. tu, tu, Flac-
ce, praetor, communis exitii nuntios cepiſti: tu incluſam
in litteris reip. peſtem deprehendiſti: tu periculorum indi-
cia, tu ſalutis auxilia ad me, & ad ſenatum attuliſti.
quae tibi tum gratiae ſunt a me actae? quae a ſenatu?
quae a bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio, for-
tiſſimo viro, quenquam bonum putaret unquam non ſalu-
tem, verum honorem ullum denegaturum?

Et C. Pontinium] Franciſci Capellii liber, *Pomptini-*
um: quomodo etiam in quibusdam impreſſis ſcriptum eſſe
video. Sed opinor, litteram, *p*, ſine cauſſa inculcatam
a veteribus librariis. nam illi eodem modo *ſompnum* pro
ſomno, *dampnum* pro *damno*, *dampnare* pro *damnare*
ſcribebant.

Fortiſſimos, atque amantiſſimos reipub.] Utrumque ne-
ceſſarium erat: alterum, ut poſſent exſequi ea, quibus
opus erat pro rep. alterum, ut vellent.

Ad pontem Milvium] Is eſt haud procul ab urbe in
Etruriam tendentibus. Martialis:

A ponte rediit Milvio.

Ex praefectura Reatina] Italiae oppida partim colo-
niae erant, partim municipia, partim praefecturae. Sex
Pompeji de praefecturis verba ſunt: *Praefecturae eae ap-*
pellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nun-
dinae agebantur, & erat quaedam earum reſpub. neque
tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas legibus praefe-
cti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. quarum ge-
nera fuere duo: alterum, in quas ſolebant ire praefecti
quatuor ſex virum pro populi ſuffragio creati erant in
hanc oppida, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum
Puteolos, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterum qua
praetor urbanus quotannis in quaeque loca miſerat leg-
bus: ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Alicas
Privernum, Anagniam, Fruſilonem, Reate, Saturniam

Digitized by Google

Nurſiam, Arpinum, aliaque complura. Haec, ut dixi, Sex. Pompeji verba ſunt, ſed miſerandum in modum depravata: neque mihi quidem apparet, quomodo corrigi debeant. Tuum profecto, tuum, Paule Manuti, excellens ingenium, ſpectatamque illam, illam tuam in emendandis optimis quibusque ſcriptoribus judicii acrimoniam & locus hic, & totus prope Sex. Pompejus requirit.

Quorum opera] Emenda e veteribus libris: *Quorum opera utor aſſidue in rep. praeſidio cum gladiis miſeram.* ut ſit, *miſeram praeſidio:* non autem, *in praeſidio reipub.*

Interim tertia fere vigilia exacta] *Vigiliarum*, in quas nox a veteribus diſtribueretur, meminit & Julius Pollux libro primo. ſed earum ratio planius explicatur a Suida, qui ait, *vigiliam*, id eſt, φυλακὴν, eſſe quartam partem noctis. *Tertia* igitur *vigilia* fere exacta, eſt, quatuor fere horis antequam diluceſceret.

Improbiſſimorum] Omnes libri veteres, *improbiſſimum.* idque melius videtur.

Cimbrum Gabinium] Hunc infra vocat *P. Gabinium*: & Salluſtius quoque *P. Gabinium Capitonem*, equitem R. *Cimbrum* autem, cognomen eſſe arbitror: neque enim inuſitatum erat, ut unus haberet plura cognomina. Nominatur autem & *M. Tullius Cimber* lib. 12. epiſtolarum, & ſecunda Philippica, inter Caeſaris interfectores, & *Caninius* quidam *Cimber* XI. Philippica.

Nihil dum ſuſpicantem] Quidam libri veteres, *Nihil dum tale ſuſpicantem.*

Accerſitur] Omnes veteres libri, *accerſitus eſt.*

P. Statilius] Lege, *L. Statilius:* nam & ita eſt in antiquis libris, & ita vocat Salluſtius, & ipſe Cicero paulo infra in hac ipſa oratione.

Praeter conſuetudinem] Notat Lentulum, ut pigrum, & ſomnolentum. Sic infra: *Non mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſii adipem*, &c. Dio quoque, ὁ Λεντλος, inquit, ἔτι πρὸς ἡδονὰς ἦν. itaque Catilina apud Salluſtium ita loquitur: *Scitis equidem, milites, ſocordia atque ignavia Lentuli quantam ipſi nobisque cladem attulerit.*

Cum vero ſummis] Dele particulam, *vero*. temere enim, & contra veterum librorum fidem inculcata eſt.

Referri] Optimus liber, *referrem.*

Senatum frequentem] in aedem Concordiae.

C. Sulpicium] Hac de re Plutarchus: Γαΐῳ δὲ Σουλπικίῳ,

Digitized by Google

Heſterno die] Sub noctem, opinor. ita enim in orati
one pro Flacco: *O nox illa, quae pene aeternas hui
urbi tenebras attuliſti: cum Galli ad bellum, Catilina a
urbem, conjurati ad ferrum, & flammam vocabantur
cum ego te, Flacce, caelum noctemque conteſtans, flen
flentem obteſtabar: cum tuae fidei optimae & ſpectatiſſi
mae ſalutem urbis & civium commendabam. tu, tu, Flac
ce, praetor, communis exitii nuntios cepiſti: tu incluſa
in litteris reip. peſtem deprehendiſti: tu periculorum indi
cia, tu ſalutis auxilia ad me, & ad ſenatum attuliſti
quae tibi tum gratiae ſunt a me actae? quae a ſenatu
quae a bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio, for
tiſſimo viro, quenquam bonum putaret unquam non ſalu
tem, verum honorem ullum denegaturum?*

Et C. Pontinium] Franciſci Capellii liber, *Pomptini
um*: quomodo etiam in quibusdam impreſſis ſcriptum eſſe
video. Sed opinor, litteram, *p*, ſine cauſſa inculcatam
a veteribus librariis. nam illi eodem modo *ſompnum* pro
ſomno, *dampnum* pro *damno*, *dampnare* pro *damnare*
ſcribebant.

Fortiſſimos, atque amantiſſimos reipub.] Utrumque ne
ceſſarium erat: alterum, ut poſſent exſequi ea, quibus
opus erat pro rep. alterum, ut vellent.

Ad pontem Milvium] Is eſt haud procul ab urbe in
Etruriam tendentibus. Martialis:

A ponte rediit Milvio.

Ex praefectura Reatina] Italiae oppida partim colo
niae erant, partim municipia, partim praefecturae. Se
Pompeji de praefecturis verba ſunt: *Praefecturae eae ap
pellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nu
dinae agebantur, & erat quaedam earum reſpub. neq
tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas legibus praef
cti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. quarum g
nera fuere duo: alterum, in quas ſolebant ire praefecti
quatuor ſex virum pro populi ſuffragio creati erant
haec oppida, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnu
Puteolos, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterum qu
praetor urbanus quotannis in quaeque loca miſerat le
bus: ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Alice
Privernum, Anagniam, Fruſilonem, Reate, Saturnia*

N

Nurſiam, Arpinum, aliaque complura. Haec, ut dixi, Sex. Pompeji verba ſunt, ſed miſerandum in modum depravata: neque mihi quidem apparet, quomodo corrigi debeant. Tuum profecto, tuum, Paule Manuti, excellens ingenium, ſpectatamque illam, illam tuam in emendandis optimis quibusque ſcriptoribus judicii acrimoniam & locus hic, & totus prope Sex. Pompejus requirit.

Quorum opera] Emenda e veteribus libris: *Quorum opera utor aſſidue in rep. praeſidio cum gladiis miſeram.* ut ſit, *miſeram praeſidio:* non autem, *in praeſidio reipub.*

Interim tertia fere vigilia exacta] *Vigiliarum*, in quas nox a veteribus diſtribueretur, meminit & Julius Pollux libro primo. ſed earum ratio planius explicatur a Suida, qui ait, *vigiliam*, id eſt, φυλακὴν, eſſe quartam partem noctis. *Tertia* igitur *vigilia* fere exacta, eſt, quatuor fere horis antequam diluceſceret.

Improbiſſimorum] Omnes libri veteres, *improbiſſimum.* idque melius videtur.

Cimbrum Gabinium] Hunc infra vocat *P. Gabinium*: & Salluſtius quoque *P. Gabinium Capitonem*, equitem R. *Cimbrum* autem, cognomen eſſe arbitror: neque enim inuſitatum erat, ut unus haberet plura cognomina. Nominatur autem & *M. Tullius Cimber* lib. 12. epiſtolarum, & ſecunda Philippica, inter Caeſaris interfectores, & *Caninius* quidam *Cimber* XI. Philippica.

Nihil dum ſuſpicantem] Quidam libri veteres, *Nihil dum tale ſuſpicantem.*

Accerſitur] Omnes veteres libri, *accerſitus eſt.*

P. Statilius] Lege, *L. Statilius:* nam & ita eſt in antiquis libris, & ita vocat Salluſtius, & ipſe Cicero paulo infra in hac ipſa oratione.

Praeter conſuetudinem] Notat Lentulum, ut pigrum, & ſomnolentum. Sic infra: *Non mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſii adipem*, &c. Dio quoque, ὁ Λεντλος, inquit, ἄκαιρα ἀμελήσας τῶν. itaque Catilina apud Salluſtium ita loquitur: *Scitis equidem, milites, ſocordia atque ignavia Lentuli quantam ipſi nobisque cladem attulerit.*

Cum vero ſummis] Dele particulam, *vero*. temere enim, & contra veterum librorum fidem inculcata eſt.

Referri] Optimus liber, *referrem.*

Senatum frequentem] in aedem Concordiae.

C. Sulpicium] Hac de re Plutarchus: Γαΐῳ δὲ Σουλπικίῳ,

Digitized by Google

οἷς ἡ πρατηρῶν, ἐπὶ τὸν οἰκίαν πεμφθεὶς ἔξω κυρήσῃ, πολλὰ μὲν ἐν αὐτῇ βίλα, καὶ ἄσπλα, πλεῖστα δὲ ξίφη, καὶ μαχαίρας ἄμφι πολλὰς ἀνασπάσας.

Sine Gallis] ut singulis seorsum interrogatis, cognosceretur, ecquid eorum indicia inter se concinerent.

Jussu senatus] Aliter enim consuli fidem publicam dandi jus non erat, ut cognoscitur e Rabiriana.

Tum ille dixit] Optimus liber: *Tum ille, cum vix se ex magno timore recepisset, dixit, a P. Lentulo*, &c. melius sine controversia, quam quomodo impressum est.

Ut servorum] Catilina enim, ut narrat Sallustius, servitia repudiabat. id Lentulo displicebat hunc autem locum Ciceronis, ne suspicari quidem possum, cur quidam depravatum esse existimarint.

Omnibus ex partibus] Duodecim opportunis urbis locis incendium excitare constituerant: ut Sallustius auctor est: at centum, si Plutarchum sequare. dederant etiam negotium nonnullis obsidendorum aquaeductuum, & interficiendorum, si qui, ut fit, ad exstinguenda incendia accurrisent.

Caedemque infinitam] Nulli omnino civi, praeterquam Pompeji liberis, parcere decreverat Lentulus. Plutarchus.

Praesto esset ille] Catilina.

Exciperet] a venatoribus sumptum.

Equitatum] Eo enim Galli etiam hodie plurimum valent. idque, ut veterum testimonia praetermittam, confirmavit is, quo olim domestico praeceptore pater tuus, Leonarde, vir clarissimus, usus est, decus Graeciae, Marcus Musurus in elegia, quae ante Platonem legitur, his versibus:

Χαλκιοθωρήκων Κελτῶν θῆρι ἐοικὼς,
Ἵππους κεντήσας ἀρόσει ἀδμίνας.

Ex fatis Sibyllinis] Quidam liber vetus, *ex libris Sibyllinis*. ac infra quoque ubi legitur: *Nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus:* idem ille liber habet, *de libris Sibyllinis*. atque ita plane legendum puto.

Ex libris Sibyllinis] Hac de re Sallustius: *Eadem Galli fatentur: ac Lentulum dissimulantem coarguunt, praeter litteras, sermonibus, quos ille habere solitus erat, ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi: Cin-*

Digitized by Google

Cinnam, atque Syllam antea, se tertium esse, cui fatum (liber manuscriptus habet, *fatatum*) *esset urbis potiri. praeterea ab incenso Capitolio illum esse XX. annum, quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore.* Plutarchus autem, de Lentulo loquens, τοῦτον, inquit, ὅτι τῇ φύσει τοιοῦτον, πεπιστευμένον ὑπὸ τῶν Καταλίνα συνδιαφθορέων ἐλπίσι μεγάλαις ψυχὴν μεγίστους, καὶ γόητα, ἔτι πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ἄδοντας, ὡς ὁ τῶν Σιβυλλείων, συνηλλῆχθαι, αἰσχρόμενος ἕνα τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίων τρεῖς μοναρχεῖν. ὁ δὲ μὲν δὴ πεπλασμένην τὸ χρεὼν, Κίννας τε καὶ Σύλλας· τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ οὐσίαν φέρονται τὸν μοναρχήσοντα ἥκειν ὁ δαίμονα. Idem etiam apud Appianum legitur.

Fatalem] ut ipse ab haruspicibus acceperat.

Post virginum absolutionem] Asconii Pediani in orationem in toga candida verba sunt: *Fabia, virgo Vestalis, caussam incesti dixerat, cum ei Catilina objiceretur: eratque absoluta. Haec Fabia, quia soror erat Terentiae Ciceronis; ideo sic dixit, Etiam si culpa nulla subesset. ita & suis pepercit, & nihilo levius inimico summi opprobrii turpitudinem objecit.* Haec Asconius. ac libet ostendere, quanti publice interfit, in veterum scriptorum libris, ut nunc loquimur, imprimendis summam diligentiam adhiberi. haec enim quae modo recitavi, Asconii verba, quod in omnibus impressis libris perperam distincta sunt, hunc errorem objecerunt aliquot eruditis hominibus, ut traderent, hanc Fabiam, quod Terentiae soror esset, ideo absolutam fuisse. quo quid cogitari poterat ineptius? sed, ut eo, unde digressi sumus, revertamur, locum hunc de virginum absolutione ad illam Fabiae absolutionem referunt. de quo ut addubitem, facit, primum quod nullo argumento probari potest, hunc decimum ab absoluta Fabia annum fuisse. deinde quod vix videtur *virginum absolutionem* dicturus fuisse Cicero, si de una tantum virgine absoluta sermo esset. amplius igitur quaerendum. nam nunc quidem nihil satis probabile occurrit.

Post Capitolii autem incensionem] L. Scipione & C. Norbano cos. custodum negligentia Capitolium conflagravit; quod a Q. Catulo postea Hortensio & Metello cos. restitutum est.

Saturnalibus] Plutarchus: καὶ νὺξ μὲν ἦλθε τοῖς τῶν ἐπιβουλων μίαν καὶ Κρωτιάδων. De *Saturnalibus* autem praestat Ma-

crobii verba subjicere: *Apud majores nostros Saturnalia die uno finiebantur. qui erat A. D. XIV. Kal. Jan. sed postquam C. Caesar huic mensi duos addidit dies, sextodecimo coepta celebrari. Ea re factum est, ut, cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique a C. Caesare inserto die, & alii vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur. licet & apud veteres opinio fuerit, septem diebus peragi Saturnalia: si opinio vocanda est, quae idoneis firmatur auctoribus. Novius enim probatissimus Atellanarum scriptor, ait:*

Olim exspectata veniunt septem Saturnalia.

Mummius quoque, qui post Novium, & Pomponium diu jacentem artem Atellaniam suscitavit, Nostri, inquit, majores velut bene multa instituere, ita hoc optime: a frigore fecere summo dies septem Saturnalia. Sed Manlius ait, eos, qui se, ut supra diximus, Saturni nomine, & religione defenderant, per triduum festos instituisse dies, & Saturnalia vocavisse. unde & Augustus, hujus, inquit, rei opinionem secutus, in legibus judiciariis triduo ferias servari jussit. Masurius, & alii, uno die, ideſt, XIV. Kal. Jan. fuisse Saturnalia crediderunt. Quorum sententiam Feneſtella confirmat, dicens, Aemiliam virginem XV. Kal. Jan. esse damnatam. quo die si Saturnalia agerentur, nec caussam omnino dixisset. Deinde adjecit: Sequebantur eum diem Saturnalia. mox ait: Postero autem die, qui fuit XIII. Kal. Jan. Liciniam virginem ut caussam diceret, jussam: ex quo ostendit XIII. Kal. profestum esse. Haec Macrobius. iccirco autem conjurati Saturnalia ad faciendam caedem constituerant: quoniam civitas tum tota vino, atque hilaritati dedita facillime videbatur opprimi posse: secundum id quod a Virgilio dictum est:

Invadunt urbem somno vinoque sepultam.

Nullus autem dies tanta hilaritate peragebatur, quanta dies Saturnaliorum. unde lepidissimus poëta Saturnalia *optimum dierum* vocat.

Cethego nimium id longum] Erat enim Cethegus praecipiti admodum, ac temerario ingenio. unde & Cicero infra

Digitized by Google

infra dicturus est, *C. Cethegi furiosam temeritatem.* quod his verbis confirmat Sallustius: *Inter haec parata, atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum. illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. facto, non consulto, in tali periculo opus esse, seque, si pauci adjuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.*

Tabellas] In ceratis tabulis scriptitasse veteres, notum est. eas tabulas, ubi ad aliquem scripturi erant, lino obligabant, deinde annulo suo obsignabant. Plautus:

> *Phoenicium Calidoro amatori suo*
> *Per ceram, & linum, litterasque interpretes*
> *Salutem mittit.*

Signum cognovit] Mos veterum erat, ubi aliquem litteris ab ipso scriptis premere, ac convincere volebant, antequam eas resignarent, jubere, ut signum cognosceret. cujus rei aliquot testimonia collegit Petrus Victorius in variis lectionibus.

Quae sibi legati eorum praecepisset] Ita est in libris veteribus. sed nihilo secius legendum censeo, *recepissent. recipere* autem hoc loco est, polliceri.

Qui paulo ante aliquid de gladiis] Omnes libri veteres, *Qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac ficis*, &c. quae scriptura sine dubio praeclara est. Illud enim. *tamen*, eam vim habet, ut significet, Cethegum, cum in manifesto scelere teneretur, tamen primo dixisse aliquid, purgandi, excusandique sui gratia: at, recitatis litteris, fractum, ac debilitatum animo conticuisse.

Introductus Statilius] Emenda, ut est in veteribus libris: *Introductus est Statilius. cognovit & signum, & manum suam.* prius enim signum cognosci oportebat, deinde manum, resignatis jam litteris. sic etiam infra: *Perturbatus Lentulus, tamen & signum, & manum suam cognovit.*

Notum signum] Veteres, ut nunc quoque fit, in annulis signatoriis, quas cuique libitum erat, imagines exprimendas curabant. Saepissime tamen imagine alicujus praestantis viri in signando utebantur. Sylla dictator traditione

Digitized by Google

ditione Jugurthae semper signavit. Intercatiensis quidam, cujus patrem Scipio Aemilianus ex provocatione interfecerat, cum hoc ipsum sibi glorioſum duceret, quod pater suus cum tanto viro dimicans, interfectus fuisset, signasse postea dicitur ejus pugnae effigie: vulgato Stilonis Praeconini sale, quidnam fuisse facturum eum, si Scipio a patre ejus interemptus esset. Scipio, superioris Africani filius imagine patris sui. Divus Augustus primo sphinge, mox imagine Alexandri Magni, postremo sua, quam expressérat Dioscorides. atque hac etiam insecuti principes signare perseveraverunt. Maecenas rana. nostris temporibus, Viglius Zuichemus, praestantisimus jurisconsultus, Pallade signavit. vidi aliquot Erasmi epistolas, quae omnes signatae erant Termino, additis duabus vocibus, *nulli cedo:* non sine suspicione arrogantiae. sic hic P. Lentulus Sura imagine avi sui, viri clarisimi, in signando utebatur.

Imago avi tui] De hoc plura in sequentis orationis explicatione dicemus.

Qui amavit unice] ἰμφατικῶς. amavit unice patriam, quam tu inflammare ac diripere cogitabas. amavit unice cives suos, quos tu crudelisime trucidatos in patriae cinere sepelire voluisti.

Quae quidem te] propter exempli domestici memoriam.

Atque ille quidem primo negavit] se velle quicquam de his rebus dicere.

Surrexit] ad dicendum. stantes enim dicebant: ut alibi notavimus.

Per quem] Nempe per P. Umbrenum.

Quanta vis conscientiae esset] Cicero pro Milone: *Magna vis est conscientiae, judices: & magna in utramque partem: ut neque timeant, qui nihil commiserint: & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.*

Qui sim, ex eo] Apud Sallustium, hoc litterarum Lentuli exemplum ita relatum est: *Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. fac cogites, in quanta calamitate sis: & memineris, te esse virum: consideres, quid tuae rationes postulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

Cogno-

Digitized by Google

Cognoſces] Omnes veteres libri, *ex eo, quem ad te miſi, ſcies.*

Cura, ut vir ſis] ut conſtanter maneas in incepto: & factam tibi a ſenatu, qui te hoſtem judicavit, injuriam magno animo perſequare.

Quem in locum ſis progreſſus] Jam enim tibi pedem referre integrum non eſt.

Quid jam tibi ſit neceſſe] Nempe, ut aut moriaris, aut vincas.

Etiam infimorum] Servos intelligit, quos Catilina, ut diximus, repudiabat.

Ac mihi quidem] *Difficile eſt*, ait Ovidius, *crimen non prodere vultu.* hoc autem de genere argumentorum ita ipſe in Partitionibus: *Eſt etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti veſtigiis ſumitur: ut telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & eorum aliquid, quod ſenſu percipi poſſit.*

Sed ipſi a ſe viderentur] Emendandum e veteribus libris: *Ut non jam ab aliis indicari, ſed indicare ſe ipſi viderentur.*

Indiciis expoſitis atque editis] Sic ſupra: *Toto jam indicio expoſito, atque edito.*

De ſumma reip.] Hoc loco omnes, quorum quidem ego copiam habui, libri veteres habent: *De ſumma reip. ſalute.* inepte omnino. ſed hoc tamen viſum eſt teſtatum relinquere, ut magis intelligeretur, non ſine cauſſa factum eſſe a me, quod bis jam in hoc ipſo loquendi genere voeem, *ſalute*, a librariis temere adjectam ſuſpicatus ſum.

De ſumma reip.] Oportebat enim eum, qui ſenatum habebat, referre aut infinite de rep. aut de ſingulis rebus finite. Auctor Varro.

Dictae ſunt a principibus] ab iis, qui primi ſententiam rogati ſunt. de ordine autem rogandi ſententias ita Varronem ſcripſiſſe, Gellius refert: *Singulos debere conſulit gradatim: incipique a conſulari gradu: ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in ſenatum lectus eſſet. Tum autem cum haec ſcriberet, novum morem inſtitutum refert per ambitionem, gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet ſenatum: dum is tamen ex gradu conſulari eſſet.*

Jam

Jam qui princeps senatus legi soleret, discemus e Livio, cujus e XXVII. historiarum libro verba sunt: *Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat. Ceterum Cornelius morem traditum a patribus sequendum ajebat; ut qui primus censor ex iis, qui viverent, fuisset, eum principem legerent. is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dii sortem legendi dedissent, ei jus liberum eosdem dedisse deos, se id suo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium Maximum: quem tum principem Romanae civitatis esse, vel Annibale judice victurus esset. Cum diu certatum esset verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul.* Haec Livius. sed quod ait Varro, *semper antea primum rogari solitum, qui princeps senatus esset:* id non semper verum fuit. nam, ut alibi idem Gellius scribit, *Alias primus rogabatur, qui a cens. princeps in senatum lectus fuerat; alias qui designati consules erant.* atque hoc posterius apud veteres in consuetudine positum fuisse, multis testimoniis probari potest. Cicero V. in Antonium: *Sed qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur consule designato, more majorum, capiamus exordium.* Idem VI. in eundem Antonium, de Bruto ipso loquens: *An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antonii provinciam judicasset, legiones Antonio, & provinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine esse, quoad magistratum iniret?* Sallustius: *Tunc D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus. quod eo tempore consul designatus erat*, &c. Appianus autem non modo ita fieri solere confirmat, verum etiam cur fieri soleret, exponit. ejus verba sunt: Σιλανὸς μὲν δὴ αὐτῶν ἤλεγξε, ὃς ἐς τὸ μέσον πρῶτος ὑπατεύων. ἦν δὲ Ῥωμαίοις ὁ μέσον ὑπατεύων, αὐτῶν οὐσφίσι γνώμην, ὡς αὐτὸς (εἶναι) πολλὰ τῶν κοσμίων ἐξευρίσκων, καὶ ἐν τῷδε βιβλίῳ τι, καὶ βλαβέντων ἐπανορθούντων καὶ ἰώμενος. Neque tamen Silanus, sed Q. Catulus tum princeps senatus erat.

A principibus] Versus hic est octonarius jambicus longe optimus.

Sine ulla varietate] Nondum igitur constitutum erat de supplicii genere: qua de re postea variae sententiae fuerunt.

Per-

Perſcriptum] Perſcribebantur primum Senatusconſulta: einde ad aerarium deferebantur.

Collegae meo, C. Antonio] Multi libri veteres, *Atque tiam viro forti, collegae meo, laus impertitur*. unde dubium non habeo, quin illud, *C. Antonio*, gloſſema ſit.

Quod eos, qui hujus] C. Antonius conſul, propter eris alieni magnitudinem, & propter Catilinae familiaritatem, non alienus putabatur a conjuratione. poſtea tamen adverſus Catilinam miſſus eſt. Unde cum poſtea damnatus eſſet, ivisſetque in exilium, Catilinariae factionis homines, laetantes, male ei evenisſe, qui Catilinae idem, ut ipſi putabant, fregerat, Catilinae ſepulcrum ornarunt floribus, ac conventu, epulisque celebrarunt. Narrat Cicero in oratione pro Flacco.

P. Lentulus, cum ſe praetura] Quomodo praetor erat Lentulus, tam ſenex? intelligendum eſt, hanc ipſius ſecundam praeturam fuisſe. cum autem lege Cornelia eundem magiſtratum capere, niſi interjecto decennio, non liceret: veriſimile eſt, eum primam praeturam geſſisſe L. Licinio Lucullo, & C. Aurelio Cotta coſ. Eo magis, quod interjecto ex more biennio, conſul fuit una cum Cn. Aufidio Oreſte. cum igitur jam conſularis, a cenſoribus Gellio & Lentulo, qui ſeverisſimam cenſuram egerunt, probri gratia, ſenatu motus eſſet, exacto legitimo tempore, ad recuperandam ſenatoriam dignitatem, denuo praeturam petierat, quam tum gerebat. id memoriae prodidit Dio, cujus verba ſunt: Συνέπεσεν ἢ αὐτῷ τὰ μάλιστα, τὰ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἅ, τι ὕπατος, ἢ ὁ Λεντοῦλος Πόπλιος, ὁ μετὰ τοῦτο ὑπατεύσας ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών. ἐστρατήγει γὰρ, ὅτε τοῦ βουλεύειν ἀνελάβη. Idem etiam teſtatum reliquit Plutarchus his verbis: Τὰς ἢ ὑπολοφήσεις ἐν τῇ πόλει, ἃς διαφημίσαι ὑπὸ Γ. Καπλίτα, συνῆγε, καὶ παρεθάρρυνε Λέντλος Σῦλλας ὑπάτευκεν, ἀνὴρ ἥδιστος μὲν εὐδόξου, βαθυπλούτου ἢ φαύλου, καὶ δι' ἀσέλγειαν ἐξηλαμένου τῆς βουλῆς ὑπὸ τῶν τιμητῶν. τότε ἢ στρατηγῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἔθος ἐν τοῖς ἐξυπηρετοῦσι ἀναστρεφόμενος τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. atque hinc intelligendum eſt, quod ait Salluſtius, eum Romae conſulare imperium habuisſe.

In cuſtodiam traderetur] Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat; Cethegus Q. Cornificio; Statilius C. Caeſari, Gabinius M. Craſſo, Caeparius, paulo ante

Jam qui princeps ſenatus legi ſoleret, diſcemus e Livio, cujus e XXVII. hiſtoriarum libro verba ſunt: *Senatus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat. Ceterum Cornelius morem traditum a patribus ſequendum ajebat; ut qui primus cenſor ex iis, qui viverent, fuiſſet, eum principem legerent. is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dii ſortem legendi dediſſent, ei jus liberum eosdem dediſſe deos, ſe id ſuo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium Maximum: quem tum principem Romanae civitatis eſſe, vel Annibale judice victurus eſſet. Cum diu certatum eſſet verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in ſenatu Q. Fabius Maximus conſul.* Haec Livius. ſed quod ait Varro, *ſemper antea primum rogari ſolitum, qui princeps ſenatus eſſet:* id non ſemper verum fuit. nam, ut alibi idem Gellius ſcribit, *Alias primus rogabatur, qui a cenſ. princeps in ſenatum lectus fuerat; alias qui deſignati conſules erant.* atque hoc poſterius apud veteres in conſuetudine poſitum fuiſſe, multis teſtimoniis probari poteſt. Cicero V. in Antonium: *Sed qui ordo in ſententiis rogandis ſervari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur conſule deſignato, more majorum, capiamus exordium.* Idem VI. in eundem Antonium, de Bruto ipſo loquens: *An ille non potuit, ſi Antonium conſulem, ſi Galliam Antonii provinciam judicaſſet, legiones Antonio, & provinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine eſſe, quoad magiſtratum iniret?* Salluſtius: *Tunc D. Junius Silanus, primus ſententiam rogatus. quod eo tempore conſul deſignatus erat,* &c. Appianus autem non modo ita fieri ſolere confirmat, verum etiam cur fieri ſoleret, exponit. ejus verba ſunt: Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἤρξε, ὡς ἐς τὸ μέλλον ἤρξῃ ὑπατεύειν. οὕτε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύειν, πρῶτος οὐσφίσι γνώμην, ἃς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ ἂν κεκμήκοσιν ἐχρήσατο, οὔτε ἐκ τοῦδε βουλεύτου τι, οὔτε βουλεύσων ἐπηρώτηται πρὸ ἐκείνου. Neque tamen Silanus, ſed Q. Catulus tum princeps ſenatus erat.

A principibus] Verſus hic eſt octonarius jambicus longe optimus.

Sine ulla varietate] Nondum igitur conſtitutum erat de ſupplicii genere: qua de re poſtea variae ſententiae fuerunt.

Per-

Perſcriptum] Perſcribebantur primum Senatusconſulta: inde ad aerarium deferebantur.

Collegae meo, C. Antonio] Multi libri veteres, *Atque iam viro forti, collegae meo, laus impertitur*. unde dubium non habeo, quin illud, *C. Antonio*, gloſsema ſit.

Quod eos, qui hujus] C. Antonius conſul, propter aeris alieni magnitudinem, & propter Catilinae familiaritatem, non alienus putabatur a conjuratione. poſtea tamen adverſus Catilinam miſsus eſt. Unde cum poſtea damnatus eſſet, iviſsetque in exilium, Catilinariae factionis homines, laetantes, male ei evenisſe, qui Catilinae idem, ut ipſi putabant, fregerat, Catilinae ſepulcrum ornarunt floribus, ac conventu, epulisque celebrarunt. Narrat Cicero in oratione pro Flacco.

P. Lentulus, cum ſe praetura] Quomodo praetor erat Lentulus, tam ſenex? intelligendum eſt, hanc ipſius ſecundam praeturam fuisſe. cum autem lege Cornelia eundem magiſtratum capere, niſi interjecto decennio, non liceret: veriſimile eſt, eum primam praeturam geſsiſſe L. Licinio Lucullo, & C. Aurelio Cotta coſ. Eo magis, quod interjecto ex more biennio, conſul fuit una cum Cn. Aufidio Oreſte. cum igitur jam conſularis, a cenſoribus Gellio & Lentulo, qui ſeverisſimam cenſuram gerunt, probri gratia, ſenatu motus eſſet, exacto legitimo tempore, ad recuperandam ſenatoriam dignitatem, denuo praeturam petierat, quam tum gerebat. id memoriae prodidit Dio, cujus verba ſunt: Συνίστησιν ἡ αὐτὴ βουλὴ, τὸ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅ, τι ὕπατος, ἢ ὁ Λεντοῦλος Πόπλιος, ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐν τῇ γερουσίᾳ ἐκαθήμην. ἐφ' ᾧ δ, ὅπως τὸ βουλεύειν ἀναλάβῃ. Idem etiam teſtatum reliquit Plutarchus his verbis: Τὸν δ' ὑπολειφθέντα ἐν τῇ βουλῇ, τὸν διαβεβλημένον ὑπὸ τῶν Καπλίνα, συνάρχοντα, καὶ παραβεβῆναι δοκοῦντα Λέντλος Σοῦρας ὑπέκλεπτεν, ἀνὴρ ἡδὺς μὲν εὐδόξῳ, βαθυπλούτῳ δὲ φαύλως, καὶ δι' ἀσέλγειαν ἐξελαθόμενος τῆς βουλῆς σφοδρῶς· τότε δὲ σφοδρῶν τὸ δέ πρων, ὡς ἤθους ἐν τοῖς ἐγκλήμασι ἀναγκαίοις τὸ βουλόμενον ἀξιοῦντος. atque hinc intelligendum eſt, quod ait Salluſtius, eum Romae conſulare imperium obtinuisſe.

In cuſtodiam traderetur] Lentulus P. Lentulo Spinthere, qui tum aedilis erat; Cethegus Q. Cornificio; Statilius C. Caeſari, Gabinius M. Craſſo, Caeparius, paulo ante

ante ex fuga retractus, Cn. Terentio senatori traditi sunt. Sallustius.

M. Caeparium] In vulgatis Sallustii codicibus hic *Q. Caeparius* vocatur. Ita enim ibi legitur: *Igitur, confirmato animo, vocari ad se jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Q. Caeparium Tarracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat.* At enim in illo, quem mihi, ut ante dixi, Fr. Capellius, Bernardi F. probus ac studiosus adolescens, dono dedit, ita legitur: *Vocari ad se jubet Lentulum, Statilium, Gabinium, itemque quendam Caeparium Tarracinensem*, &c. itaque nulla in eo appellando inter Ciceronem & Sallustium discrepantia est.

In Q. Manlium Chilonem] Mihi vero minime displicet doctissimi hominis, Silvii conjectura, qui hunc *Magium*, non *Manlium*, vocatum putat.

Novem hominum poena] Novem illos intelligit, quos modo nominavit: Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Cassium, Caeparium, Furium, Magium, & Umbrenum. neque tamen illi omnes postea interfecti sunt: sed tantum Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Caeparius. ceteri, ut opinor, comprehendi nequiverunt. Cicero pro Sylla: *Sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis, atque confossis, incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu remp. liberavi.* Et paulo post: *Domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditorum poena redemi.* Idem Sallustius quoque testatur.

Atque etiam supplicatio] De hac supplicatione ita ipse loquitur Philippica II. *L. Cotta, vir summo ingenio, summaque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit verbis amplissimis: eique illi ipsi, quos modo nominavi, consulares, senatusque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini.* Idem in epistola ad Catonem: *Tu idem mihi supplicationem decreviſti togato, non, ut multis, rep bene gesta, sed, ut nemini, conservata.* Idem multis aliis locis commemorat: fuit enim, ut notum est, admodum φιλοπολιτος. Quintilianus quoque lib. 2. *Num igitur*, inquit, *negabitur deformem Pyrrhi pacem Caecus ille Appius dicendi viribus diremisse? aut non divina M. Tul-*

Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit, & Catilinae fregit audaciam, & supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Putabatur autem supplicatio esse praerogativa triumphi, ut e Catonis epistola cognoscitur.

Si cum ceteris conferatur] Omnes libri veteres, *si cum ceteris supplicationibus conferatur.* quod valde placet.

Ut quae religio] *Religio est*, valet, vereor, non audeo, vito aliquid, tanquam in quo sit quippiam mali ominis. Terentius:

Tum quod dem ei, recte est. nam, nihil esse, mihi religio est dicere.

Ut quae religio] Commendat senatum, ex comparatione ejus, quod a C. Mario factum fuerat. C. Mario tantum commissa erat a senatu resp. nihil nominatim de Glaucia decretum erat. At senatus non tantum mihi rempub. commisit: sed etiam nominatim decrevit, ut Lentulus in custodiam traderetur, quo decreto, videtur eum condemnasse. Glaucia praetor erat. Lentulus, patefactis indiciis, & confessionibus suis, non modo praetoris jus, verum etiam civis amiserat. C. tamen Mario religio non fuit, Glauciam interficere. Nos ut ea religione liberaremur, voluit senatus, Lentulum praetura se abdicare.

C. Glauciam] De hoc, primo commentario dictum est.

Nunc quoniam, Quirites,] Confirmat nunc, expositā tota re, animos populi: ostenditque, quanti publice interfuerit, Catilinam ex urbe pelli: nunquam enim futurum fuisse, ut haec tam facile reprimerentur, si ille in urbe remansisset.

Sceleratissimi] quoniam a civibus in patriam.

Periculosissimique] quoniam domesticum, ac intestinum.

Spes atque opes] Quidam libri veteres, *spes, opesque.*

P. Lentuli somnum] De hoc, & de Cethegi temeritate jam diximus.

Nec L. Cassii adipem] stoliditatem ipsius, atque inertiam significat. qua de re Asconius: *Cassium*, inquit, *qui iners, ac stolidus tum, magis quam improbus, videretur, post paucos menses in conjuratione Catilinae esse apparuit, ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem.*

Digitized by Google

Jam ad ceteras res] *Jam ad certas res*, omnes libri veteres. & ita emenda.

Neque vero cum aliquid mandaverat] Homines acres, atque in agendis rebus exercitati, obire ipsi potius omnia, quam mandare aliis, solent: quo nomine Philippum etiam alicubi commendat Demosthenes. notus est apologus, qui est apud Gellium, de cassita.

Exitium, ac fati diem] Veteres libri, *exitii, ac fati diem*. quod probo.

In remp.] Idem omnes libri, *in republica*. quod placet. non enim pendet a nomine, *conjuratio*: sed respondet ei, quod paulo ante dictum est: *in privata domo*.

Tanto otio] Sic primo de officiis: *Neque enim in republica periculum fuit gravius unquam, nec majus otium*. ita enim recte emendavit hunc locum Petrus Victorius.

Quanquam haec omnia] Haec ἀναγκαῖα quaedam est ad explicanda ea, quae de prodigiis, ac significationibus deorum immortalium dicturus est. Harum ego, inquit, rerum omnium tantum minister fui: dii immortales ipsi duces, atque auctores fuerunt, id probat duobus argumentis: primum, quod tantarum rerum gubernatio vix humani consilii esse videatur: deinde, quod illi multis, iisque apertissimis signis voluntatem suam patefecerint.

Nam, ut illa omittam] Cicerone consule, multa prodigia facta sunt, quibus periculum reip. portenderetur. Et ita exponit Julius Obsequens: *M. Cicerone* (in impressis libris inepte legitur, *M. Cesone*) *C. Antonio Cos. Fulmine pleraque decussa. Sereno, * Vaguntejus Pompejus de caelo exanimatus. Trabs ardens ab occasu ad caelum extenta. Terrae motu Spoletum totum concussum, & quaedam corruerunt. Inter alia relatum, biennio ante in Capitolio lupam Remi & Romuli fulmine ictam. Signum Jovis cum columna disjectum, haruspicum responso in foro repositum. Tabulae legum aeneae, litteris liquefactis ab his prodigiis Catilinae nefaria conspiratio coepta*. & paulo post: *Lupi in urbe visi. nocturni ululatus flebile canum auditi. simulacrum Martis sudavit. fulmen toto urbe pervagatum pleraque deorum simulacra decussit, homines exanimavit*. Et Dio: ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἐχαιρον Ῥωμαῖοι. τὸ δὲ πέρατι τῷ πάνυ αὐτοὺς ἐθορύβει. ἐν γὰρ τῷ Καπιτολίῳ ἀνδριάντες τε πολλοὶ ὑπὸ κεραυνῶν συνεχωνεύθησαν, καὶ αἰγὸς

κρατα ἄλλα τε, ἡ Διὸς ἐπὶ πίστει ἱδρυμένον, οἰκεῖόν τέ πως λευκαίνης τὸν τε τῷ Ῥώμῳ, ἡ σὺν τῷ Ῥωμύλῳ ἱδρυμένη ἔπιπτε, καί τι χρόμενα τῶν σταλῶν, ἐς ἃς αἱ νύμφαι ἐστρέφοντο, συνίχνη, ἡ ἀμυδρὰ ἐφέρετο. τά τε οὖν ἄλλα ἐξεύροντα, τοῖς μάντεσι πειθόμενα, ἡ τῷ Διὶ ἄγαλμα μεῖζον ἐκεῖς τε τὰς ἀνατολὰς, ἡ ἐκεῖς τὸ ἀγρεῖον βλέπον, ὅπως αἱ συναμφίαι, ἐφ' ἃν ἐπεφύλοντο, ἐκφάνωσιν, ἱδρυσάμενοι ἐψηφίσαντο. Sed ea omnia nemo melius, nemo copiosius persecutus est, quam Cicero ipse longe pulcherrimis versibus, quos recitat Quintus lib. 1. de divinatione.

Ut terrae motus, ceteraque] Omnium librorum veterum auctoritate permotus, ita locum hunc emendandum censeo: *Ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa*, &c.

Canere] praedicere. ductum a vatibus. sic locutus est & in iis, quos ante dixi, versibus:

Haec fore, perpetuis signis, clarisque frequentans,
Ipse deum genitor caelo terrisque canebat.

Neque praetermittendum, neque relinquendum] *Praetermittimus* ea, quae ne attingimus quidem: *relinquimus* iam suscepta. fieri etiam potest, ut duo idem valentia conjunxerit, ut Terentius:

Neque boni, neque liberalis functus officium'st viri.

Cotta & Torquato cos.] Teneri non possum, quin hoc loco versus Ciceronis, quibus haec continentur, propter mirificam ipsorum pulchritudinem, adscribam:

Nunc ea, Torquato quae quondam & consule Cotta,
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex,
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans, stellanti nixus Olympo,
Ipse suos quondam tumulos, ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit sedibus ignes.
Tum species ex aere vetus, generosaque Nattae
Concidit, elapsaeque vetusto numine leges:
Et divum simulacra peremit fulminis ardor.
Hic silvestris erat Romani nominis altrix

Martia. quae parvos Mavortis femine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat:
Quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit, atque avulsa pedum vestigia liquit.
Tum quis non, artis scripta & monimenta volutans,
Voces tristificas chartis promebat Etruscis?
Omnes civili generosa stirpe profectam
Vitare ingentem cladem, pestemque monebant;
Vel legum exitium constanti voce ferebant:
Templa deumque adeo flammis, urbemque jubebant
Eripere, & stragem horribilem, caedemque vereri.

Haruspices ex tota Etruria] Cicero de divinatione *Etruria autem de caelo tacta scientissime animadverti eadem interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. quocirca bene apud majores nostros sena tus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de princi pum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam tra derentur: ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quae stum.* & paulo post: *Etrusci autem, quod, religione im buti, studiosius, & crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maxime dediderunt, quodque, propter aeri crasitudinem, de caelo apud eos multa fiebant, & quod ob eandem causam, multa inusitata partim ex caelo, alia ex terra oriebantur; quaedam etiam ex hominum, pecu dumve conceptu, & fatu; ostentorum exercitatissimi inter pretes extiterunt.* Idem lib. 2. de legibus: *Prodigia portenta, ad Etruscos, & haruspices, si senatus jussit deferunto. Etruriaque principes disciplinam doceto.* ub deleta particula, quae conjungendi vim habet, legendum censeo, *ad Etruscos haruspices.* Vide & Valerium Ma ximum cap. 1. lib. 1.

Fata ipsa flexissent] Virgilius tamen negat, fata fle cti posse:

Desine fata deum flecti sperare precando.

At Servius e libris haruspicinae, quos composuisse dici tur Tages, fata decem annis quadam ratione differri pos se: immutari penitus non posse. De hoc argumento ex

Digitized by Google

at dialogus Luciani, qui inſcribitur, Ζεὺς ἐλεγχόμενος, on inſeſtivus ille quidem, ſed caute legendus. manifeſta nim ſemina impietatis continet.

Ludi per decem dies] Bella ratio placandi deos. admiabilis profecto illorum temporum caecitas fuit. quaſi ero dii, itidem ut parvi pueri, ferias actiones oderint, t averſentur, ludos & ſpectacula diligant.

Iidemque juſſerunt] Hac de re Ciceronis verſus hi ſunt:

Atque haec fixa gravi fato, ac fundata teneri,
Ni poſt exciſum ad columen formata decore
Sancta Jovis ſpecies claros ſpectaret in ortus:
Tum fore, ut occultos populus ſanctusque ſenatus
Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum
Converſa, inde patrum ſedes, populique videret.
Haec tardata diu ſpecies multumque morata,
Conſule te, tandem celſa eſt in ſede locata.
Atque una fixi ac ſignati temporis hora
Jupiter e celſa clarabat ſceptra columna,
Ac clades patriae ferro flammaque parata,
Vocibus Allobrogum, patribus, populoque patebat.

Hic quis poteſt eſſe] Argumento a rebus effectis conludit, totam hanc univerſitatem deorum providentia gubernari: eosque Romani imperii praecipuam curam agere. ujusmodi autem ſententiae, ut docet Hermogenes, oraonem ſplendidam, & illuſtrem efficiunt.

Et ea a perditis civibus] Plures veteres libri, *& ea per ves.* quod probo.

Ut cum hodierno die] Errat igitur Dio, qui id contiſſe ait, cum Cicero concionem haberet. ita enim ſcrit: Καὶ ταῦτα τῇ τῇ δήμῳ ἐμοίας ἤρτυε, τῇ μέλλοντι ἐπιδὴ τῇ Κιεωνος δημηγορῶντος περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τῇ Διὸς ἵς τι τὸ ιπιτήλιον πρὸς αὐτὴν τὸ καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη, τῇ κατὰ ὑφίσασιν τῇ μόσιον, ἐφόβ τι τὰς ἀνατολὰς, τῇ ἐφὸς τὸν ἀγορβλέπον ἀνεστήκη. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ζυνεμορφίαν τινὰ ἐξελεγχθέσαν τῆς τῇ ἀγάλματος πλάσεως εἰρήκεσαν, τῇ ἡ ἀνάθεσις αὐτῇ τῆς ἐξ θεῖσι ζυνέβαινε, τί, τι θεῖον ἐμηχάνησον, τῇ τὲς τὸν αἰτίαν ἔσεσθαι δὲ ἐργῆς μᾶλλον ἐποιεῖτο.

In aedem Concordiae] ubi habiturus erat ſenatum. auctor utarchus, & ipſemet cum in aliis locis, tum in oratio- pro Sextio, & in ſecunda Philippica.

Huic tantae audaciae consilium esset ereptum] Divinitus, opinor, ad conservandam hominum inter se societatem comparatum est, ut, in quibus est audacia, eos mente ac consilio carere, in quibus astutia & calliditas viget, eis fere ad obeunda facinora audaciam, praesentiamque animi deesse videamus. haec enim utraque conjuncta si grassarentur, nulla profecto esset tanta vis, quae obsistere nefariorum hominum conatibus posset. atque hujus rei causae etiam naturales reddi queunt. nam in quibus magna admodum est sanguinis copia, ii natura audaces sunt, & ad excipienda vulnera projecti, sed simplices fere, & incauti: contra in quibus minus quidem sanguinis est, sed purioris ac subtilioris; ii timidiores quidem sunt, sed astutiores. itaque qui nascuntur in regionibus frigidis, propter eam, quam dixi, causam, audacia valent, astu non valent: ut Scythae, ut Germani, ut Helvetii. qui in calidis, timidi sunt, sed callidi: ut Afri, ut Hispani, ut magna pars Graecorum. adde, quod roboris ac confidentiae comes est audacia, debilitatis ac diffidentiae astutia. ideo & in bestiis non vulpes modo, sed & araneus leone aut elephanto multo callidior est: & in hominum genere mulieres fere astutiores viris.

Ad omnia pulvinaria] Supplicationes interdum huic, aut illi deo, interdum *ad omnia pulvinaria*, id est, omnibus diis, constituebantur. Ibant per urbem coronati pueri, matronae, virgines, nonnunquam etiam lauream manu tenentes, canebantque hymnos compositos in laudem deorum, ac decernebatur supplicatio vel ad avertendum aliquod malum, quod aut premeret, aut immineret: vel ob rem bene ac feliciter gestam.

Ad omnia pulvinaria] Sic XIV. in Antonium: *M. Cornutus, praetor urbanus, supplicationes per dies L. ad omnia pulvinaria constituat.* Livius: *Obsecratique circa omnia pulvinaria dii. Pulvinaria* autem erant lecti, qui sternebantur in templis, cum convivium diis apponebatur, quod sacrificii genus *lectisternium*, aut *epulum*, unde *epulones*, aut *dapem* vocabant. Suetonius in Caesare: *Ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia, & pro tribunali, tensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deos, pulvinar, flaminem, lupercos, &c.* Cicero de eodem loquens: *Quem is majorem honorem consecutus erat, quam*

L

ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Domitianus, cum se deum esse significare vellet, uxorem post divortium reductam, dicebat, *vocatam in pulvinar suum.*

Supplicatio] Qua de ita loquitur ipse, XIV. in Antonium: *Mihi consuli supplicatio, nullis armis sumptis, non ob caedem hostium, sed ob conservationem civium, novo & inaudito genere decreta est.* Porro senatus, decernenda hac supplicatione, Catilinam cum suis, non in civium, sed in hostium numero habendos judicavit. nunquam enim in civili bello supplicatio decernebatur.

Illos dies] Multorum dierum fuisse hanc supplicationem significat. quot autem fuerit, non constat.

Etenim recordamini] Contendit hanc conjurationem cum iis, quae antecesserant, dissensionibus civilibus: eamque multo atrociorem ac periculosiorem fuisse demonstrat. Simulque confirmat, quod modo dixerat, nunquam justiores honores diis immortalibus habitos: nunquam enim remp. e majori periculo ereptam fuisse.

Eas, quas audistis] ut secessiones plebis in Sacrum montem, in Aventinum.

Sed & eas, quas vosmet ipsi] ut quas ipse mox commemoraturus est.

L. Sylla P. Sulpicium] Haec historia cognosci potest e libro 77. epitomes Livianae, e L. Floro, libri tertii cap. 21. ex Appiani libro primo de bellis civilibus, e Plutarcho in Sylla, & in Mario. sed qui eam & diffuse satis, & terse inprimis atque eleganter explicatam videre avet, legat Vellejum in posteriori volumine.

Custodem hujus urbis] Hoc dicit propter bellum Cimbricum. Vide librum LXVIII. epitomes Livianae.

Cn. Octavius cos.] Vide eosdem, quos paulo supra citavi.

Collegam suum] C. Cornelium Cinnam.

Omnis hic locus] forum.

Clarissimis viris interfectis] De quibus, praeter eos, quos nominavi, vide etiam Ciceronem principio libri 3. de oratore.

Sylla] *Vir*, ut ait Paterculus, *qui neque ad finem victoriae satis laudari, neque post victoriam abunde vituperari potest.* & alibi, *Sylla*, inquit, *adeo dissimilis fuit bellator, ac victor, ut, dum vincit, justissimo lenior,*

Huic tantae audaciae consilium esset ereptum] Divinitus, opinor, ad conservandam hominum inter se societatem comparatum est, ut, in quibus est audacia, eos mente ac consilio carere, in quibus astutia & calliditas viget, eis fere ad obeunda facinora audaciam, praesentiamque animi deesse videamus. haec enim utraque conjuncta si grassarentur, nulla profecto esset tanta vis, quae obsistere nefariorum hominum conatibus posset. atque hujus rei causae etiam naturales reddi queunt. nam in quibus magna admodum est sanguinis copia, ii natura audaces sunt, & ad excipienda vulnera projecti, sed simplices fere, & incauti: contra in quibus minus quidem sanguinis est, sed purioris ac subtilioris; ii timidiores quidem sunt, sed astutiores. itaque qui nascuntur in regionibus frigidis, propter eam, quam dixi, causam, audacia valent, astu non valent: ut Scythae, ut Germani, ut Helvetii. qui in calidis, timidi sunt, sed callidi: ut Afri, ut Hispani, ut magna pars Graecorum. adde, quod roboris ac confidentiae comes est audacia, debilitatis ac diffidentiae astutia. ideo & in bestiis non vulpes modo, sed & araneus leone aut elephanto multo callidior est: & in hominum genere mulieres fere astutiores viris.

Ad omnia pulvinaria] Supplicationes interdum huic, aut illi deo, interdum *ad omnia pulvinaria*, id est, omnibus diis, constituebantur. Ibant per urbem coronati pueri, matronae, virgines, nonnunquam etiam lauream manu tenentes, canebantque hymnos compositos in laudem deorum, ac decernebatur supplicatio vel ad avertendum aliquod malum, quod aut premeret, aut immineret: vel ob rem bene ac feliciter gestam.

Ad omnia pulvinaria] Sic XIV. in Antonium: *M. Cornutus, praetor urbanus, supplicationes per dies L. ad omnia pulvinaria constituat.* Livius: *Obsecratique circa omnia pulvinaria dii. Pulvinaria* autem erant lecti, qui sternebantur in templis, cum convivium diis apponebatur quod sacrificii genus *lectisternium*, aut *epulum*, unde *epulones*, aut *dapem* vocabant. Suetonius in Caesare: *Ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia, & pro tribunali, tensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deorum pulvinar, flaminem, lupercos, &c.* Cicero de eodem loquens: *Quem is majorem honorem confecutus erat, quam*

ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem? Domitianus, cum ſe deum eſſe ſignificare vellet, uxorem poſt divortium reductam, dicebat, *vocatam in pulvinar ſuum.*

Supplicatio] Qua de ita loquitur ipſe, XIV. in Antonium: *Mihi conſuli ſupplicatio, nullis armis ſumptis, non ob caedem hoſtium, ſed ob conſervationem civium, novo & inaudito genere decreta eſt.* Porro ſenatus, decernenda hac ſupplicatione, Catilinam cum ſuis, non in civium, ſed in hoſtium numero habendos judicavit. nunquam enim in civili bello ſupplicatio decernebatur.

Illos dies] Multorum dierum fuiſſe hanc ſupplicationem ſignificat. quot autem fuerit, non conſtat.

Etenim recordamini] Contendit hanc conjurationem cum iis, quae antecesſerant, diſſenſionibus civilibus: eamque multo atrociorem ac periculoſiorem fuiſſe demonſtrat. Simulque confirmat, quod modo dixerat, nunquam juſtiores honores diis immortalibus habitos: nunquam enim remp. e majori periculo ereptam fuiſſe.

Eas, quas audiſtis] ut ſeceſſiones plebis in Sacrum montem, in Aventinum.

Sed & eas, quas voſmet ipſi] ut quas ipſe mox commemoraturus eſt.

L. Sylla P. Sulpicium] Haec hiſtoria cognoſci poteſt e libro 77. epitomes Livianae, e L. Floro, libri tertii cap. 21. ex Appiani libro primo de bellis civilibus, e Plutarcho in Sylla, & in Mario. ſed qui eam & diffuſe latis, & terſe inprimis atque eleganter explicatam videre, avet, legat Vellejum in poſteriori volumine.

Cuſtodem hujus urbis] Hoc dicit propter bellum Cimbricum. Vide librum LXVIII. epitomes Livianae.

Cn. Octavius coſ.] Vide eosdem, quos paulo ſupra citavi.

Collegam ſuum] C. Cornelium Cinnam.

Omnis hic locus] forum.

Clariſſimis viris interfectis] De quibus, praeter eos, quos nominavi, vide etiam Ciceronem principio libri 3. de oratore.

Sylla] *Vir*, ut ait Paterculus, *qui neque ad finem victoriae ſatis laudari, neque poſt victoriam abunde vituperari poteſt.* & alibi, *Sylla*, inquit, *adeo diſſimilis fuit ſibi victor, ac victor, ut, dum vincit, juſtiſſimo lenior,*

post victoriam, audito fuerit crudelior. Post victoriam, descendenti in forum Syllae, ut auctor est Seneca, *populus gladio summovebatur*. de crudelitate ipsius vide Valerium Maximum libri noni capite secundo.

Quanta diminutione civium] *Apud Sacriportum, apud Collinam* LXX. *amplius millia Sylla concidit. bellum erat. Quatuor millia deditorum civium in via publica interfici jussit. isti tot in pace, non plures sunt? Quis autem illos potest computare, quos in urbe passim, quisquis voluit, occidit? donec, admonente Fuffidio, vivere aliquos debere, ut essent, quibus imperaret; proposita est ingens illa tabula, & ex ipso equestris ordinis flore, ac senatu, duo millia electi, qui mori juberentur.* Haec Florus: cujus verba vel ob id recitanda duxi, ut recte distinguerem. nam quomodo in impressis libris leguntur, intelligi non queunt. senatorum autem capita ad Servilium lacum appendebantur. unde Cicero pro Roscio Amerino: *Multos*, inquit, *caesos, non ad Thrasimenum lacum, sed ad Servilium vidimus*. quem locum quia interpretum alii a se non intelligi fatentur, ut Silvius; alii inepte exponunt, ut Latomus; alii, ut Saxonius, Hotomanus, nihil aliud afferunt, nisi illud ex Festo, *lacum Servilium Romae a conditore Servilio nominatum fuisse*: operae pretium puto esse, aliquid ei lucis afferre. de hoc igitur lacu, Julii Firmici e libro primo matheseos verba sunt: *Visne aliquid tibi, quia in Syllanis temporibus immoramur, de lacu Servilio referam? in quo multorum senatorum capita, ad ostentationem immanissimi facinoris, sectis cervicibus pependerunt.* Seneca autem in libro singulari de divina providentia: *Videant*, inquit, *largum in foro sanguinem, & supra Servilium lacum (id enim proscriptionis spoliarium est) senatorum capita, & passim vagantes per urbem percussorum greges, & multa millia civium Romanorum uno loco post fidem, imo per ipsam fidem, trucidata.* Horum locorum collatione, quantopere Ciceronis verba illustrentur, nemo, ut opinor, non videt.

Dissensit M. Lepidus] Cum impedire, ne Sylla in campo Martio sepeliretur, (qui honos regibus tantum ante Syllam, tributus fuerat) & acta illius rescindere conaretur. Livius lib. 90. Appianus lib. 1. de bellis civilibus, Plutarchus in Pompejo, Florus lib. 3. cap. ult.

Q. Ca

Q. Catulo] Hic est Catulus ille, qui Ciceronem patrem patriae nominavit: quique tum erat princeps senatus, atque adeo civitatis.

Non tam ipsius interitus] An, quod ipse civis seditiosus ac reip. inutilis foret? Apud Plutarchum quidem certe Sylla eum hominem omnium nequissimum vocat. ita enim alloquitur Pompejum, cujus ille opera consul prior renuntiatus erat: πῶς γὰρ ἐχὶ ταῦτα ἡδονὴν, ἣ καλὰ Κάτλα ἓξ πάντων ἀρίστου, Λέπιδον δὲ πάντων κάκιστον, ἀποδιχθέντα στρατηγὸν ὑπάτου, σοὶ δὲ δῆμον ὧν ἐπιστάτην; ac Plutarchus ait, eum, Sylla mortuo, statim aperte cepisse insinuare se in eam ipsam potentiam, quam Sylla in civitate obtinuerat. sed verba, quibus hoc Plutarchus declarat, absurdissime conversa sunt ab illo nescio quo, qui Pompeji vitam Latine interpretari voluit. an, ut Catulo gratificetur, ita loquitur? neque enim ejusdem hominis erat, qui Catulum laudasset, dicere, Lepidi mortem reip. luctum attulisse. atque animadverte, quam considerate loquatur. non enim prorsus negat, Lepidi mortem luctuosam fuisse: agit enim ad populum: & Lepidus tenuiorum se propugnatorem adversus Syllanos haberi voluerat: sed negat, eam tam luctuosam fuisse, quam ceterorum.

Atque illae dissensiones] Omnes veteres libri: *Atque illae tamen omnes dissensiones.* quod perspicue verum est. eadem autem verba paulo infra repetit.

Commutandam] Quod alii penes senatum, alii penes populum esse rerum summam volebant.

Atque illae tamen] Duplex hic comparatio est. Superiores illae dissensiones ad commutandam tantum, haec conjuratio ad exstinguendam remp. pertinebat. Illae dijudicatae sunt non reconciliatione concordiae, sed internecione civium: haec oppressa est, salva urbe, salvisque omnibus bonis.

Quibus pro tantis rebus] Haec peroratio est, qua cives orat, ne hujus beneficii memoriam ex animis suis effluere patiantur: nullum se aliud ab eis praemium postulare. deinde, quasi jam tum prospiciens eas calamitatum tempestates, quibus ipse postea jactatus est, commendat eorum fidei salutem suam. ad extremum confirmat, se qualis fuerit consul, talem etiam privatum in tuenda rep. fore.

Eandemque diem intelligo] *Dies* hic idem valet, quod tempus: ut in Divinatione, *biduo breviorem diem.* quod

Digitized by Google

autem hic dicit Cicero, tale est: *intelligo, eandem diem*, id est, idem tempus, *propagatum esse, & ad salutem urbis, & ad memoriam consulatus mei:* quod quidem tempus spero aeternum fore. itaque quam diu stabit urbs, tam diu recordabuntur homines, uno tempore duos in hac rep. extitisse cives, &c. Se autem, & Cn. Pompejum significat.

Quo quidem mihi libeat ascendere] Nam nullus est magistratus superior consulatu, praeter dictaturam. hanc autem optare, boni civis non esset. non enim fere dicebatur dictator, nisi periculosissimis resp. temporibus.

Virtute, non casu] Interdum enim etiam pravi homines casu aliquid praeclarum & memorabile perficiunt: sed postea redeunt ad ingenium: atque hoc ipso indicant, id virtute gestum non esse. unde Cicero de L. Trebellio loquens, qui, cum aliquando bonus civis fuisset, postea se ad Antonium contulerat; *Quis*, inquit, *est, qui hunc non casu existimet recte fecisse?*

Quoniam jam nox est] Hanc orationem habitam esse sub noctem, Plutarchus quoque testatur.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

AD

LEONARDUM MOCENICUM,

P. V. QUARTAE ORATIONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

Si praemiis tantum, Mocenice, & iis praemiis, in quibus praecipuam felicitatis partem vulgaris opinio constituit, ad bene merendum de humano genere praestanti homines ingenio adducerentur: multos, ut opinor, & certe, ab instituto virtutis itinere animadversa superiorum aetatum exempla revocarent. nam si replicare memoriam temporum, & antiquitatis monumenta excutere velimus; deprehendemus, unaquaque in rep. eos fere, quorum plurima in eam extabant, maximaque beneficia, omni scelere laceratos, omni crudelitate raptatos, omni acerbitatis genere divexatos fuisse. quod quamvis ita exploratum est & tibi, & iis omnibus, qui operae aliquid in antiquitatis cognitione posuerunt, vix ut confirmationis indigeat: tamen, ut, si qua esse potest, dubitatio eximatur, aliquot, quae mihi nunc in mentem veniunt, illustria ejus rei exempla subjiciam. Primae autem in hac cogitatione occurrunt illae omnium laudandarum artium, ipsiusque adeo humanitatis parentes, Athenae: quam optimis studiis deditam, refertam assidue, atque, ut ita dixerim, foetam eruditissimis hominibus civitatem cui unquam insigniter adjuvare, impune licuit? non illa Miltiadem, Cimonem, Themistoclem, Aristidem, Aeschinem, Demosthenem, quorum omnium summis erat usa beneficiis, in exilium pepulit? non illud probitatis, modestiae, integritatis, sapientiae specimen, Socratem veneno necavit? & constituto adversus impios, ac prave de rebus divinis sentientes supplicio eum potissime affecit, qui unus ex omnibus ad veram dei cognitionem proxime accesserat? sed Romana resp. quanto ceteras omnes magnitudine virium, atque imperii amplitudine superavit; tanto majorem nobis, atque ampliorem hujus generis exemplorum copiam sub-

Digitized by Google

ſubminiſtrat. cujus in hiſtoriam quisquis ingreditur, is in ipſo quaſi veſtibulo illum ipſum urbis parentem, Romulum, ſenatorum manibus crudelisſime diſcerptum, ac dilaniatum videt. quodſi tam horrendi facinoris immani atrocitate ſpectata, intro tamen ire perrexerit, non longe progreſſus, obvium habebit Collatinum, ob inanem popularis ſuſpicionis auram (*), in exilium proficiſcentem ea ex urbe, quam ipſe magna ex parte dominatu regio liberarat. Atque ut Coriolanum tacitus praetereat, Marcum certe Camillum, haud facile dixerim, militarine virtute, an fide, juſtitiaque majorem, & mirabitur, & miſerabitur eadem calamitate perculſum. Scipionem vero illum, de quo vere ſcripſerat Ennius, nullam ei ſtatuam, nullam columnam a populo Rom. erigi poſſe, quae magnitudini rerum ab ipſo geſtarum reſponderet, quis eſt, qui, cum intellexerit eo poſt tot tamque inſignes victorias redactum, ut exilium ſibi ſuapte ſponte conſciverit, non debilitetur, ac concidat animo; planeque judicet, nullam iis attingendam eſſe reipub. partem, qui commodo ac tranquillitati ſuae conſultum velint? Quid jam illos turbines, illas procellas, illas tempeſtates civilium diſſenſionum commemorem? quibus non unus aut alter praeclarus, & ſalutaris reip. civis perculſus eſt: ſed ipſi acervi, ipſa millia immortalitate dignorum hominum nefariis conſceleratisſimorum latronum manibus trucidata jacuerunt. O acerbum illud, & vel Romani nominis hoſtibus miſerabile ſpectaculum; cum paſſim per vias immanium gladiatorum in principes civitatis debacchabatur furor: cum qui aliquando reipubl. praeſidio fuerant, eis nullum in civitate praeſidium reperiebatur: cum quorum eloquentia ipſis gloriae, aliis admirationi, reipub. ſaluti fuerat, eorum ex illis ipſis roſtris, e quibus tam ſaepe concionati erant, inciſis cervicibus, capita ſanguinolenta pendebant. ſed ut haec mittamus, quibus ſatis dolenter deplorandis, alicujus eorum, qui tunc occubuerunt, opus eſſet ingenio: Ciceronis caſus, totiusque vitae jactatio, quem non, qui in juvanda patria commodum ſuum, aut aliquod ejusmodi praemium ſequatur, a reip. tractatione deterreat? cujus enim unquam hominis vel plura, vel majora merita populus Romanus habuit? at ille tamen, cui

(*) Non dubito, quin Muretus ſcripſerit: *ob inanem popularis auraे ſuſpicionem.*

cui ſenatus togato ſupplicationem decreverat, quem Q. Catulus, princeps ſenatus, quem M. Cato, quem multi alii parentem patriae meritisſimo vocaverant, cui L. Gellius coronam civicam à rep. deberi dixerat, quid non poſtea calamitatum, indignitatum, acerbitatum in ea, quae ipſius conſiliis ſtabat, civitate perpeſſus eſt? ipſe in exilium ab homine teterrimo pulſus, direpta bona, vexata uxor, vexati liberi, domus incenſa: quicquid denique meruerat Clodius, Cicero pertulit: & eas ob ipſas res pertulit, quibus nulla ſatis ampla praemia poterant inveniri. Quocirca ſi ſola, ut initio dixi, praemiorum exſpectatione praeclari viri ad virtutem, & ad juvandum genus hominum adducerentur: multi ſine dubio, cognitis aliorum caſibus, a propoſito abducerentur. Sed eſt profecto, Mocenice, eſt major quaedam vis, quae tibi, ac tui ſimilibus perſuadeat, virtutem non modo detractis omnibus praemiis, verum etiam propoſitis omnibus ſuppliciis, eſſe expetendam: pulchrum eſſe adjuvare cives ſuos, & omnes curas, omnes cogitationes, omnes vigilias in reipub. ſalute defigere; nullum ejus cauſſa periculum, nullam invidiam, nullam dimicationem defugere: cives beneficiis affecti ſi quid praemiorum retulerint, non repudiandum: ſin parum grati, parumque memores fuerint, quid denique nos reip. non quid alii nobis debeant, cogitandum. ſaepe enim ex te audivi, cum diceres, gratulari te tibi, & magnam gratiam debere omnium rerum moderatori deo, quod ea in rep. natus eſſes, in qua vendum non eſſet, non modo ne quisquam ob virtutem n invidiam vocaretur, ſed ne vel minimis in remp. beneficiis ſua praemia denegarentur: ſed tamen ſi vixiſſes illis emporibus, & optionem tibi deus tuliſſet, Ciceronis ortunam ab urbe conſervata exulantis, fortunae Caeſaris, in eadem oppreſſa dominantis, antepoſiturum fuiſſe. Ac plane ita eſt, ut dicam. gratuita prorſus, non mercenaria eſt virtus: neque praemiorum mercedibus ad recte gendum excelſo homines ingenio, ſed ipſa dignitate, tque honeſtate ducuntur. aut ſi quando de aliquo praemio cogitant, de gloria, deque immortalitate nominis ogitant: cujus ſplendore capti & incenſi, omnia quae ſpera, moleſta, difficilia perpeſſu, impatibilia (*) creduntur,

(*) *Impatibilis* non barbara vox eſt, ſed Ciceronis de Fin. II. 17. i vide Davisium.

tur, vel non ſentiunt, vel deſpicatui ducunt. neque v
ro M. Tullius, cum de conjuratis ſupplicium ſumeret
non jam tum cogitatione praecipiebat eas tempeſtates
quibus poſtea vexatus eſt. Sed animus & a natura prae
clare conformatus, & ſapientiae praeceptis adverſus on
nes vel fortunae, vel hominum injurias confirmatus
multo pluris ducebat eam pulchritudinem, eamque glo
riam, quae in conſervanda patria eſſet, quam omne
acerbitates, quas ipſi poſtea perditorum hominum inflam
mata odio rabies objicere poſſe videretur. Hanc ipſiu
rationem ac ſententiam fuiſſe, cum alia multa, tum
haec, quam explicare ingredimur, oratio manifeſto de
clarat.

Video, P. C.] Hanc orationem qui dicunt habitam eſſ
VII. id. Decemb. eorum errorem Cicero ipſe coarguit
qui, eam nonis habitam eſſe, libro ſecundo ad Atticum
ſcribit. eſt autem in deliberativo genere. ſuadet enim pa
tribus, ut fortiter atque animoſe decernant. cumque
duae contrariae ſententiae ſint, una D. Silani, qui con
juratos ultimo ſupplicio afficiendos eſſe cenſebat; altera
C. Caeſaris, qui ab eis mortem removebat, ceterorum
ſuppliciorum omnes acerbitates ſententia ſua complecte
batur: non improbat ille quidem ſententiam Caeſaris,
ſed tamen non obſcure ad illam alteram inclinat, eamque
ſenatui approbare conatur. Quoniam autem multi erant,
qui Ciceroni ipſi metuentes, amplexabantur mitiorem ſen
tentiam: iccirco ipſe ſtatim a principio, cum maxima ſig
nificatione caritatis erga patriam ſuae, orat, obteſtatur
que eos, ut omni alia cogitatione omiſſa, nihil aliud,
quam ſalutem dignitatemque publicam, ſibi in decer
nendo proponant.

Jucunda in malis] Hoc ideo dicit; quoniam in magnis
malis vix quicquam eſt, quod proprie jucundum dici queat.

Data] fataliter conceſſa. Terentius, – *eſt iſtuc datum*

Profecto mihi, grata ut ſint, quae facio, omnia.

Non ſolum fortiter, ſed etiam libenter] *Fortiter*, ut
Ariſtoteles docet, eſt, ſine moleſtia: *libenter*, cum vo
luptate.

In quo omnis aequitas] quoniam in foro judicia exer
cebantur.

Con

Digitized by Google

Conſularibus auſpiciis] Comitia enim, niſi auſpicato, non habebantur.

Non curia] ubi habebatur ſenatus.

Non domus, communе perfugium] Hac de re ita Cajus jurisconſultus libro primo ad legem XII. tabularum: *Plerique putaverunt, nullum de domo ſua in jus vocari licere: quia domus tutisſimum cuique refugium, atque receptaculum ſit. eumque qui inde in jus vocaret, vim inferre videri.* Vide & orationem pro domo ſua.

Haec ſedes honoris, ſella curulis] In optimo illo libro, omnibus litteris aperte perſcriptum eſt: *Haec ſedes honoris, id eſt, ſella curulis:* ex quo, non eſt obſcurum, quid ſuſpicari aliquis poſſit. ego tamen, hoc quidem loco, ἐποχή.

Ego multa tacui] Videtur de multis potentibus intelligere, qui in ſuſpicionem conjurationis vocabantur, Craſſo, Caeſare, aliis.

Etenim ſi P. Lentulus] Contraria hic, tanquam paria, comparantur.

Omnes deos, qui huic urbi praeſident] Unaquaeque urbs ſuos quosdam habere putabatur deos, quorum in tutela eſſet. ideoque Romani cum obſiderent aliquam urbem, jamque inibi eſſent, ut eam caperent, prius deos illos certo quodam carmine evocabant: quod aut aliter urbem capi poſſe non crederent, aut, etiamſi poſſet, nefas exiſtimarent, deos habere captivos. eademque de cauſa, & deum, in cujus tutela urbs Roma eſſet, & ipſius urbis Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt. Vide Macrobium libro tertio Saturnaliorum.

Relaturos gratiam] Populariter magis, & uſitate, quam vere, & proprie loquitur. primum enim, *refertur gratia* ei, qui aliquid fecit. at vero urbem ab eo, quod imminebat, periculo, non Cicero, ſed Jupiter ipſe ſervaverat. ita enim ſcriptum eſt in ſuperiori oratione: *Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, & non ſim ferendus. ille, ille Jupiter reſtitit: ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc urbem, ille vos omnes ſalvos eſſe voluit.* deinde *refert gratiam*, qui beneficium accepit. non poteſt autem Deus beneficium ab homine accipere. quare ne gratiam quidem referre dicendus eſt.

Si quid obtigerit] κατ' ἀφημισμόν.

Neque enim turpis mors] *Gravis mors*, legiſſe videtur hoc

hoc loco Fabius cap. 4. libri 6. nisi forte, ut fit, me moria lapsus est: quod & puto.

Turpis mors forti viro] Nam ea demum turpis est mors quam qui oppetit, debilitatur, ac frangitur animo, igna veque, & muliebriter se gerit. quod usu venire viro fort non potest. fortitudo enim in mortis despicientia vel ma xime cernitur.

Neque immatura consulari] Nam immatura mors ea di ci solet, quae interrumpit institutum ad gloriam cursum at consulatum qui adepti erant, il, quem majorem hono rem optarent, non habebant. hanc autem hujus senten tiae partem repetit etiam secunda oratione in Antonium

Neque misera sapienti] Quia sapiens perpetuo beatu est. videtur autem, si quis hanc orationem bene penitu introspiciat, multo de se arrogantius loqui, quam opor teret. plane enim subest hic syllogismus: Neque turpi mors viro forti potest accidere, nec immatura consula ri, nec misera sapienti. Ego & fortis sum, & consula ris, & sapiens. Mihi igitur neque turpis mors potest ac cidere, neque immatura, neque misera.

Fratris carissimi] Q. tamen Cicero, si Plutarcho ha benda est fides, fratrem exacuebat ad sumendum de con juratis supplicium.

Qui mihi videtur amplecti] Omnes, quos mihi quidem videre licuerit, veteres libri ab impressis discrepant. in enim in illis legitur: *Quem mihi videtur amplecti respub tanquam obsidem consulatus mei*. quam ego scripturam omnino veram esse arbitror. cur autem *obsidem consula tus sui* filium vocet, haec causa est. Qui liberis carent eos, verisimile est, de salute publica minus solicitos esse quam quibus sunt liberi. nam hi non minus liberorum causa, quam sua, salvam rempublicam velle debent nisi omnem exuerint humanitatis sensum, ut illam repu dient πρὸς φυσιν, quae ingenerata est non hominibus modo, verum etiam feris, eaque de causa, ut alibi retu limus, eunuchi apud Massilienses non fiebant, nisi qui & uxorem, & liberos haberent. Parvulus igitur Cicero nis filius, qui patri maxime cordi erat, quasi obses era reip. qui confirmaret, patrem nihil gesturum, nisi quod videretur saluti fore.

Gener] C. Calpurnius Piso. hic enim tum Tulliam i

natrimonio habebat: quae postea Crassipedi, deinde Dolabellae nupsit. Quod autem Coelius Curio hunc, quo de hic agitur, Crassipedem esse credit, aperte errat.

Nobiscum] Quidam libri veteres, *vobiscum*: quod ut probem, adducor iis verbis, quae statim subjicit: *etiamsi vis aliqua me oppresserit.*

Non Ti. Gracchus] Hae historiae quibus ex locis peti possint, supra indicavimus.

C. Memmium] Magna inter scriptores in hoc nominando varietas. alii *Nonium*, alii *A. Nonium*, alii *Nummium*, alii *Mummium* vocant. quarum appellationum quae verissima sit, illi sollicitius viderint, qui, vel quod abundent otio, vel quod aliud praestare non queant, quasi hac una in re omnis eruditio sita sit, ita nihil aliud agendum putant. mihi consilium non est, in talibus φλυαρίαις, καὶ λογολεσχίαις diutius immorari.

Haec omnia] Enumerat multa praejudicia facta jam adversus Catilinarios: & tamen ita refert, ut liberum esse velit senatoribus, tanquam re integra, sententiam dicere.

Statuendum vobis ante noctem est] Tum quia periculum erat, ne noctu aliquis tumultus excitaretur, ut per vim eriperentur ii, qui in custodiam dati erant: tum quia senatum ante noctem dimitti oportebat. Varro enim apud Gellium docet, *senatusconsultum ante exortum, aut post occasum solem factum, ratum non fuisse: opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset.* Seneca autem lib. 1. de tranquillitate vitae: *Majores*, inquit, *nostri novam relationem post horam decimam in senatu fieri vetabant*, ideo Cicero alibi *nocturna Antonii senatusconsulta* exagitat. In hac tamen florentissima Venetorum rep. senatus in multam noctem plerumque producitur.

Video duas adhuc] D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quoniam, ut diximus, consul designatus erat, in eos, qui in custodiam traditi essent, & praeterea in L. Cassium, P. Furium, P. Umbrenum, Q. Annium, si deprehensi forent, ultimum supplicium decreverat. ei omnes assensi sunt, usque ad Ti. Neronem, qui, ut ait Sallustius, de supplicio, praesidiis additis, referendum esse censuit: ut autem ait Appianus, censuit, eos in custodiis habendos, donec Catilina bello profligatus foret: ut tum tota res accura-

tius cognoſceretur. Caeſar autem, ubi ad eum ventum eſt, morte eos afficiendos negavit: ſed publicanda bona ipſos per municipia diſpertiendos, & perpetuo in vinculi habendos cenſuit. addidit alia, quae hic a Cicerone po nuntur: tantumque valuit dicendo, ut nonnulli ex iis qui priore loco ſententiam dixerant, eam, ipſius orati ne permoti, mutaverint: inter quos ipſe Silanus, ſi Sa luſtio credas, pedibus ſe in ſententiam Neronis iturum eſſe dixit: ſin Plutarchum & Suetonium ſequare, profe ſus eſt, ſe ultimi ſupplicii nomine, non mortem, ſe vincula intelligere. Caeſari aſſenſi ſunt omnes usque a Catonem, qui graviſſima oratione ita diſſeruit, ea morte eſſe multandos, ut in eandem ſententiam reliqu omnes adduxerit. Caeſaris & Catonis orationes leguntu illae quidem apud Salluſtium: ſed non iisdem, ut puto verbis, quibus ab illis habitae ſunt. Ut autem illu quaſi praeteriens, admoneam, illius, qua utitur Cat principium ad verbum e Demoſthene expreſſum eſt. Sa luſtii verba ſunt: *Longe mihi alia mens eſt, P. C. tu res, atque pericula noſtra conſidero, & cum ſententi nonnullorum ipſe mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe v dentur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris a que focis ſuis bellum paravere. res autem monet, cave ab illis magis, quam, quid in illos ſtatuamus, conſulta re.* Demoſthenis autem e principio tertiae Olynthiacae Οὐχὶ ταῦτα παράσκευά μοι γεγένηται, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν εἰς τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἀποβλέψω, τῇ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οἷς ἀκού Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ ὧν πρωτίστους Φίλιππον ὁρῶ πεποιημέ τὸ δὲ πρᾶγμα εἰς τοῦτο προήκοντος, ὥστε, ὅπως μὴ πεισόμεθ αὐτοὶ φόβητρον ποιῆσαι, σκέψασθαι δεῖ.

Alteram C. Caeſaris] Praetoris deſignati.

Qui mortis poenam removet] Credebatur enim conje rationi affinis eſſe.

Non eſſe ſupplicii cauſſa conſtitutam] Ita illis tempor bus credebatur. at nobis longe aliter perſuaſum eſt: q e divinis litteris accepimus, primi hominis culpa, totu genus humanum, alioqui futurum immortale, morti ob noxium effectum eſſe.

Sed aut neceſſitatem naturae] qua quicquid compoſitu eſt, id aliquando diſſolvatur, neceſſe eſt.

Aut laborum ac miſeriarum quietem] τὸ δὲ ἀπαλ

Kan

Κακῶν μίγνυσθαι φάσγανον νομίζεται.

ait Euripides.

Sapientes nunquam inviti] Cum enim causas rerum intelligant, non inviti naturae parent.

Fortes etiam] ut Codrus, rex Athenienſium, ut Curtius, ut Decii.

Habere videtur iſta res] propter poenam, quae proponebatur: ut, ſi quis eorum vincula rupiſſet, totum municipium in hoſtium loco haberetur.

Eripit etiam ſpem] *Spes exules alit:* ait Euripides in Phoenisſis. eandem Pindarus *ſenii altricem* vocat. circumfertur & verſiculus ἀλλαγοῦ,

Ἀνὴρ ἀτυχῶν οὐκέτ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος.

Apud inferos] Plerique veterum in ea ſententia fuerunt, ut crederent, ea, quae de inferis dicerentur, nihil eſſe aliud, quam fabulas ad territandos imperitorum animos confictas. ipſumque ita ſenſiſſe Ciceronem demonſtravimus in annotationibus Horatianis. atque hac ipſa de re haec Democriti verba referuntur: Ἔνιοι θνητῶν φόβους πλέονων ἐν φίλοις ἄνθρωποι, συνοδίην δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ πικρηγαμοσύνης, τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν παρηχοῖς ἢ φάσμασι πλανῶσιν, ψεύδεα ἐπὶ τῷ μὴ τὰ πλάσματα μυθολογέοντες χρόνῳ.

Nunc, P. C.] Contentio duarum ſententiarum inter ſe. altera popularior, & tutior conſuli: altera conſuli periculoſior, ſed ſalutarior reipub. Vincat igitur utilitas publica.

Hanc is in repub. viam, quae popularis habetur, ſtutus eſt] Ciceronis ex oratione pro Sextio verba ſunt: *Duo genera ſemper in hac civitate fuerunt eorum, qui verſari in repub. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi, & eſſe voluerunt. Qui ea, quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini jucunda eſſe vocebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarent, optimates habebantur.* Caeſarem autem popularem fuiſſe, perplurimis e Suetonio locis intelligi poteſt.

Utilitas reipub. vendicat] Libri veteres, partim *venicat*, partim *vindicat*. mihi, libere ut loquar, neutrum

probatur: planeque legendum censeo, *vincat*. ut respexerit ad illud dictum Curionis in caussa transpadanorum, *Vincat utilitas*.

Obsidem] quae confirmet, eum ita popularem fore, ut tamen semper sit bonarum in rep. partium. sic pro Coelio: *Habet a M. Coelio resp. judices, duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.*

Concionatorum] eorum qui omnes ventos concionum colligere consueverunt.

Video de istis] Notat quempiam e senatoribus, qui, ut popularis haberetur, eo die venire in senatum noluerat: ejusque stultitiam ostendit, qui vereatur judicare de iis, quos multis jam praejudiciis condemnarit. ei autem ex contentione anteponit Caesarem, quem re vera popularem esse dicit, id est, studiosum salutis publicae.

Cives R Cethegum & Lentulum] *Cethegi* & *Lentuli* nomina in plerisque veteribus libris non leguntur: & sane delenda sunt. non enim magis de his duobus loquitur, quam de ceteris, qui in custodiam dati erant.

Jam hoc nemini dubium est] Argumentum ab antecedentibus.

Legem Semproniam] latam a C. Graccho, ne injussu populi quisquam civis Romanus morte multaretur. at ea lex nihil pertinet ad conjuratos. amiserunt enim jura civium, cum eos hostes judicarit senatus.

Qui autem reipub.] Argumentum a repugnantibus.

Jussu populi] Caussae serviens, hoc dicit. neque enim populi jussu interfectus est Gracchus.

Ipsum largitorem Lentulum] Hoc vitium largitionis in Lentulo alicubi notat etiam Sallustius.

Se jactare] popularem auram captare.

Quanquam, P. C.] Quia lenitatis mentionem injecerat, iccirco reprehendit se ipsum: affirmans, nullam in tanti sceleris atrocitate vindicanda metuendam esse crudelitatis famam: ac tum demum ipsos in patriam crudeles fore, si in eis, qui de illius incendio ac vastitate consilia inierunt, puniendis remissi ac misericordes esse voluerint.

Videor enim mihi] ἐνθύμημα aptissima ad senatorum animos inflammandos.

Purpuratum] Praetorem, aut consulem.

Etenim quaero] Argumentum ab exemplo ficto.

Mihi vero importunus] Non tantum, inquit, abesse[m]

Digitized by Google

hi videbitur a crudelitate, ſi quis ab ejusmodi ſervo poenas quam acerbisſimas ſumpſerit: verum etiam ſi quis id non fecerit, is mihi demum importunus ac ferreus eſſe videbitur.

Niſi vero cuipiam L. Caeſar] Hac ipſa de re ita commemorat ſecunda oratione in Antonium: *L. Caeſar, avunculus tuus, qua oratione, qua conſtantia, qua gravitate ſententiam dixit in ſororis ſuae virum, vitricum tuum?*

Sororis ſuae virum] P. Lentulum Suram.

Cujus avi juſſu conſularem interfectum] Locus hic, cum aliter antea legeretur, emendatione indigere viſus eſt Hieronymo Ferrario, homini erudito inprimis, ac diligenti; qui in eo libro, quo Ciceronis Philippicas emendavit, hunc quoque locum pronuntiavit ita ſcribendum eſſe, ut in hiſce libris legitur. ſed ego hanc ipſius correctionem, libere ut loquar, nullo modo probare poſſum. primum, quod valde recedit ab antiquorum codicum fide. deinde, quod M. Fulvius Flaccus, de quo hic agi conſtat, non P. Lentuli ejus, qui princeps ſenatus fuit, ſed L. Opimii juſſu interfectus eſt. quodſi remp. ſenatus Opimio commiſerat: tamen ſenatus juſſu, non autem P. Lentuli juſſu, interfectus hac ratione Fulvius diceretur. praeterea vix mihi perſuadere poſſum, Ciceronem ita locutum eſſe, *cujus avi juſſu conſularem interfectum.* dixiſſet potius, ut opinor, *hominem conſularem.* non quia *conſularis* aliquando etiam ſine adjectione dicatur: ſed quia hoc loco, neſcio quo modo, vix ſatis e Ciceronis conſuetudine dictum videtur. at haec in conjectura poſita ſunt. illud vero ita firmum, ut convelli non poſſit; quod quae in omnibus antiquis libris, etiamque in plerisque impreſſis ſcriptura eſt, ea ita praeclaram ſententiam efficit, ut vel tacita coarguere poſſit temeritatem noſtram, ſi quicquam mutandum, aut novendum putemus. ita igitur in eis ſcriptum video: *Niſi vero cuipiam L. Caeſar, vir fortiſſimus, & amantiſſimus reip. crudelior nudiustertius eſt viſus, cum ſororis ſuae, feminae lectiſſimae, virum praeſentem, & audientem vita privandum eſſe dixit: cum avum juſſu conſulis interfectum, filiumque ejus impuberem, legatum a patre miſſum, in carcere necatum eſſe dixit.* hic nihil eſt, cur quisquam, mutando, aut corrigendo, ingenioſus videri velle debeat. Dixit enim L. Caeſar, P. Lentulum, ſoro-

Digitized by Google

ris suae virum, vita privandum esse: idque confirmavit hoc argumento, quod avus quoque suus, multo minus atroci scelere infectus, tamen jussu Opimii consulis interfectus fuisset. avus autem maternus L. Caesaris fuit M. Fulvius Flaccus: nam ejus filiam L. Caesar, hujus Lucii pater, in matrimonio habuerat. quocirca, rejecta Ferrarii opinione, censeo veterum librorum auctoritatem esse insequendam.

Filiumque ejus impuberem] Duodeviginti annos natum, specie excellentem. alter autem major natu, dimicans ceciderat.

Quorum quod simile fuit factum?] Elegantius, ut est in veteribus libris, detracto verbo: *Quorum quod simile factum?* ut simile sit illi ex Adelphis: *Nullum hujus simile factum.*

Largitionis voluntas] cum C. Gracchus agros dividere, & frumentum plebi dare instituerat.

Et partium quaedam contentio] quod alii populares essent, alii optimates.

Atque illo tempore hujus avus Lentuli] Meminit Cicero octava Philippica, & Valerius cap. 3. lib. 5.

Videamini] Veteres libri, *videamur*.

Sed ea, quae exaudio] Erant, qui dicerent, etiamsi senatus fortiter decrevisset, vereri se tamen, ne aliqui e caede conjuratorum in urbe tumultus oriretur; ad quem comprimendum Cicero satis praesidii non haberet eam suspicionem ipse nunc elevat: ostenditque, tantum omnium aetatum atque ordinum in hac causa esse consensum, nihil ut tale sit extimescendum.

Ordinis consiliique] Libri veteres: *Ordinis, auxilii consiliique.*

Ex multorum annorum dissensione] propter Sempronias, & Cornelias leges de judiciis. lege Asconium.

Evocatos] lege Aurelii Cottae.

Tribunos aerarios] Non magistratus, sed ordinis nomen est: ut ex Asconio colligitur. eorum munus erat attributam pecuniam militibus dare.

Scribas] Horum munus erat, acta publica scribere & apparere magistratibus. est autem hoc quoque ordinis nomen. Cicero: *Quae pars operae, aut opportunitatis in scriba est; cur ei non modo merces tanta detur; sed cur cum eo tantae pecuniae partitio fiat? Ordo est hic*

ste

Digitized by Google

ſtus. quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt vero honeſtus: quod eorum hominum fidei tabulae publicae periculaque magiſtratuum committuntur. Diſtributi erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum ſibi emere conſueverant, qui ſcribae fieri volebant. Aemilius Probus in vita Eumenis ait, *ſcribae munus multo eſſe apud Grajos honorificentius, quam apud Romanos. nam apud nos*, inquit, *re vera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur. at apud illos contra, nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita: quod neceſſe eſt, omnium conſiliorum eum eſſe participem.*

Frequentaſſet] ad ſortiendas, ut opinor, inter ſe procurationis ſuae partes.

Sua virtute fortunam civitatis] Multi libri veteres: *qui fortuna ſua hujus civitatis jus conſecuti*: idque verum eſſe arbitror. nam, *conſequi jus civitatis*, probe & uſitate dicitur: *conſequi fortunam civitatis*, neſcio, an usquam legatur.

Civitatis jus] Qui enim juſtum, plenamque libertatem aſſequebantur, ſimul & liberi fiebant, & cives Romani, ut qui manumittebantur vindicta.

Qui modo tolerabili conditione ſit] Servorum quaſi gradus erant: & aliorum melior, aliorum deterior conditio: ut atrienſium, & ordinariorum melior, quam vicariorum & mediaſtinorum.

Ad communem ſalutis voluntatem] Quidam veteres libri: *ad communem ſalutem voluntatis.*

Lenonem quendam Lentuli] Salluſtius: *Dum haec in ſenatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Vulturcio, comprobato illorum indicio, praemia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diverſis itineribus, opifices, atque ſervitia in vicis ad eum eripiendum ſollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempub. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuntios, familiam atque libertos ſuos lectos, & exercitatos orabat in audaciam, ut, grege facto, cum telis ad ſeſe irrumperent.* Appianus: Αὐτῷ δὲ Λέντλῳ τῷ Κίθηγι θεράποντές τε τῷ ἐξελεύθεροι χειροτέχναι πολλοὶ συνελαβόντο, καὶ ὑπεθάρσει ἐδὺς πεπείσαν ἐπὶ τοὺς τῶν γραμμάτων εἰπόντας, ἐς τοὺς διαπέμψαι ἐξαγγελοῦντας. Idem etiam narrat Dio.

Occluſis tabernis] ut cum itur ad ſaga: cum tumultus eſt in civitate; in luctu publico.

Incenſis] Erat autem futurum, ut incenderentur, ſi conjurati, quod moliebantur, efficere potuiſſent.

Obſeſſa facibus] Perſonae fictio ad animos commovendos efficacisſima.

Illum ignem Veſtae] de quo vide Ovidium in Faſtis, & Plutarchum in Numa.

Omnibus eſt parata] Euripides:

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

Veſtris decretis] Quid interſit *ſenatus decretum*, ac *ſenatusconſultum*, e Sex. Pompejo cognoſces.

Sit Scipio] Africanus ſuperior: de quo vide Livium lib. 30.

In Africam redire, atque ex Italia decedere] Ἴσην ἀσέπαρον.

Qui duas urbes] Vide Florum lib. 2. de iis autem qui poſtea nominantur, vide Plutarchum in parallelis.

Anteponatur omnibus] De eodem in oratione pro Deiotaro ad Caeſarem: *Tanto ille ſuperiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praeſtitiſti.*

Ut illi qui abſunt] Huc pertinet dictum Pompeji, quod refertur lib. 1. de officiis.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

SCHOLIA

IN

TERENTIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONIUS MURETUS

IACOBO SURIANO,

PATRICIO VENETO,

S. D.

QUIDNAM *esse caussae dicemus, Jacobe Suriane, cur, cum omnium voluntas, ipsa duce atque impellente natura, dirigatur ad bonum, tam pauci tamen ex hominibus ea, quae vere bona sunt, consequantur? tibi quidem in prius facile id ad explicandum fuerit; qui cum ceterarum rerum scientia perpolitus es, tum in philosophiae studio excellis, ut cetera quidem tibi communia cum multis, hujus tua quodam modo propria possessio videatur. Id tamen, quia nos quoque neque unquam alieni a philosophia fuimus, & nunc maxime, vel voluntate nostra, vel rebus ita ferentibus, philosophamur; quae mihi hac de re cogitantibus veniebant in mentem, ea non reviter hoc loco, & strictim aperiemus. Quoniam igitur, quae naturalia sunt, in toto genere sunt; & haec omni appetitio naturalis est: fit, nullius ut hominis ita animus depravatus animus, quin vel ad id, quod bonum est, vel ad id, quod ipse bonum putat, consilia, cogitationesque omnes dirigat suas. quibus autem impediuntur quominus a magnarum praeclararumque rerum adeptione, in quatuor fere esse animadverto. alii enim judicio hallucinantur, idque dupliciter; ut aut, pravis opinionibus impediti, praetermissis rebus vere bonis, inanes quasdam, minusque fructuosas amplexentur; aut, cum recte statuerint, quid sequi debeant, aliis tamen id, quam quibus oportet, quaerere insistant viis: alii constantiam, perseverantiamque non retinent; sed cum & ad ea, quae*

quae bona sunt, initio animum adjecerint, & eas i
gressi sint vias, quae, quo ipsi tendunt, ferant; post
tamen vel difficultate rerum deterriti, vel sua levita
distracti, convertuntur alio, & vel ignaviae sese dan
vel certe urgere id, quod principio sibi proposueran
desinunt: alii denique, cum & vere judicent, & sa
constanter in eo quod instituere, pertendant, viriu
tamen imbecillitate & inopia, consequi ea, quae v
lunt, non queunt. harum omnium rerum graviora e
empla ex omnibus vitae partibus sumere est: sed e
nunc illud exponam, quod me hoc tempore in ha
cogitationem deduxit; ut in eo explicando, ad id
quod mihi proprie propositum est, mea paulatim de
batur oratio. cum enim mecum, Suriane, in animo r
puto, qui fiat, ut hac tempestate tam pauci sint,
quorum aut sermone, aut scriptis liceat imaginem a
quam antiquae illius Romanae orationis agnoscere; r
perio, huic quoque mala eas, quas ante dixi, subes
causas. Primum ita agresti aliquot ingenio reperia
ut, quae in facienda, excolendaque oratione sumitu
omnem perire operam putent: alios, qui, quamvis in o
nate loquendi ratione studium ponendum non negem
non in Latina id tamen, Graeca ve lingua, sed in e
qua vulgo utimur, fieri censeant oportere, atque ill
quidem merito possit quilibet, ut amentes aliquos, st
pidosque, contemnere: horum vero perversa opinio i
jam per omnem Italiam pervagata, quasique profes
nata est, ut innumeros praeclaro juvenes ingenio,
studio earum linguarum, quibus omnis humanita
omnis doctrina elegans, omnis antiquitatis memor
continetur, abduxerit; periculumque porro sit, ne,
hoc malum radices agat, quae semper propria Ita
rum laus fuit, ut soli ex omnibus Latina oratione p
rite ac scienter uterentur, eam qui sustineant, n
multi in Italia reperiantur. Alterum vitium est, q
transalpini multi (fatendum enim est) laboramus: quo
c

Digitized by Google

cum in Latini ſermonis elegantia excellere pulchrum putemus, non tamen fere callemus, quo ad eam itinere contendere oporteat: itaque de noſtris pauciores hactenus, (*) quam vellem, extiterunt, qui ſe ad Ciceronis, Terentii, Caeſaris imitationem componerent. pervolutabant ſine ullo diſcrimine omnes omnium ſcriptorum libros, & ex omnium commiſtione varium quoddam & multiforme pro ſuo quisque ingenio dicendi genus effingebant: pulchrique ſibi ac beati videbantur, ſi eam conſequerentur facultatem, ut de rebus propoſitis verba fundere, animique ſui ſenſus qualicunque orationis genere ad alios perferre poſſent. ergo in Gallia, Germaniaque, qui celeriter & expedite Latine loquerentur, (ſi hoc modo eſt Latine loqui) innumeros; qui bene ac diſerte, vix unum aut alterum, haud ita pridem reperire potuiſſes. Nam illud quoque, quod tertio loco poſui, noſtrum non paucis impedimento eſt. Semel rectam viam ingreſſi, vel relangueſcimus, vel, mutabilitate quadam, minimis plerunque momentis ab ea deducimur. Indecorum eſſet, de me ipſo praedicare me: ſed hoc ſine ulla vanitate affirmare poſſum; quo minus aliquam loquendi ſcribendique facultatem conſequerer, horum mihi trium nihil obſtitiſſe. ſemper Latini ſermonis puritatem magnum quoddam & praeclarum bonum eſſe duxi: ſemper eam ex illorum, quos ſupra nominavi, eisque finitimorum ſcriptis, velut e puriſſimis fontibus, hauriendam ſum ratus: neque me vel debilitavit laboris metus, vel a ſuſcepto ſtudio ingenii mobilitas avocavit. vires mihi, ne id, ad quod toto pectore ferebar, conſequerer, defuerunt. quòd potui, in eo me continui, ut illorum, qui hac laude floruerant, libros diligenter evolverem: quo virtutes illorum aliqua ex parte, ſi minus exprimere imitando, at cer-

(*) *Hactenus* de loco, vel re, dicitur, non de tempore. Vide Cellarium Cur. Poſter. p. 362.

Digitized by Google

certe intelligendo consequi, & commonstrare olim adolescentibus meliori natis ingenio possem. ac, quoniam Ciceronem summo tot aetatum consensu primas sine controversia tenere, ab ipso autem Cicerone Terentium optimum Latinitatis auctorem nominari videbam, incredibile studium in ejus poëtae fabulis collocavi, ut etiam, crebro repetita lectione, ad verbum ediscerem. nuper igitur, cum eas Paulus Manutius, vir eruditissimus, & in hac Latine loquendi facultate omnium judicio singularis, denuo typis suis descriptas emittere pararet; egit mecum pro familiaritate nostra, ut eas accurate recognoscerem, adhibitisque veteribus libris, judicioque etiam meo, perpurgarem ab iis mendis, quibus illas aliorum quorundam negligentia, inscitia, audacia contaminasset. feci libens; tum ut obtemperarem auctoritati hominis de me optime meriti; tum ut aliquid navarem assidue, quo studiosorum labor minueretur. non auderem hoc dicere, nisi mihi conscius essem, vera loqui. tantum effeci, quantum si alius post me quispiam effecerit; erit, cur sibi serio, qui hujus poëtae studiosi sunt, gratulentur. Hunc meum laborem ad te potissimum, Jacobe Suriane, mitto, tibique dedico, tum eximia tua praestantique virtute ac eruditione commotus, tum, quoniam, ex quo in hac urbe veterum scripta interpretari, constituto mihi publice stipendio, coepi, tota me vestra domus admirabili quodam amoris ardore complexa est. erit autem hoc munus tibi fortasse minus utile; qui jam dudum in philosophiae penetralia receptus, non ita saepe demittis animum ad haec levioris operae studia: Hermolao quidem, & Georgio, fratribus tuis, modestissimis, studiosissimisque adolescentibus, non inutile fore confido. Vale.

M. AN-

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTORUM, ET SCHOLIORUM IN TERENTIUM LIBER.

IN VITAM TERENTII.

DUM *Africani vocem divinam*] Ante legebatur, *voce divina*. ego hoc Latini sermonis consuetudinem pati non puto: neque enim *aliqua re*, sed *aliquam rem inhiare* dicimus. Plautus, — *inhiat aurum, ut devoret*. itaque ratus sum, sine periculo posse mutari. paulo infra, cum in omnibus libris legeretur, — *it in Graeciam in terram ultimam*: ausus sum prius il-, *in*, expungere: quod & versum corrumpebat, & tionis, ut ego quidem arbitror, puritatem. *terram* m *Graeciam*, & *terram Italiam*, & similia veteres oe dicebant.

fusus ante Caecilio recitare] Pro *Cerio*, quod nomen di est, & tamen hoc loco in omnes libros irrepserat, *cilium* reposui, fretus auctoritate Eusebii, qui hoc ip-, quo de hic agitur, narrat in chronicis. *Caecilium* em poëtam Comicum accipio.

Consularibus ludis] *Consularium ludorum* nulla alibi, id sciam, mentio. *Consualibus*, non, *consularibus*, endum forte fit. sunt autem *Consuales ludi* iidem cum censibus, sive Romanis.

Iliadem instar tragoediae, Odysseam ad imaginem co-diae] Aliter sentit Aristoteles; cujus auctoritate facihujus grammatici opinio praeponderatur. ejus verba t, ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς· ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ὁ Ὅμηρος ἦν (μόνος γὰρ, οὐχ ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν) οὕτω καὶ τὰς τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ἔδειξεν, οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας. ὁ γὰρ ψόγος ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδυσσεία πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.

Ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lata, siluere] In aliis, *lata lege sanxerunt*. inepte. enim significat, *siluisse* poëtas, id est, desiisse, cives no-

nominatim proſcindere, cum lex illa lata eſſet. atque hoc ipſum eſt, quod ait Flaccus,

— lex eſt accepta, chorusque
Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.

Prorſae orationis] *Proſam orationem* qui dicunt, facere imperite puto. *prorſum* antiqui rectum vocabant: unde *prorſi limites* apud Feſtum. eoque vocabulo in hunc ſenſum reperio uſum Senecam in his verſibus ex Troade,

Et qui renatum prorſus aſpiciens diem,
Tepidum rubenti Tigrin admiſcet freto.

Sed & *Prorſam* vocabant deam, quae rectos foetus ederet: de qua locum hunc A. Gellii libro XVI. ita ſcriptum in veteribus libris videre memini: *Hujus periculi deprecandi gratia aras ſtatuae ſunt Romae duabus Carmentibus, quarum altera Poſtverta nominata eſt, Prorſa altera: a recti, perverſique partus & poteſtate, & nomine.* nunc autem ibi quoque corrupte legitur, *Proſa*. quia igitur, *prorſum*, ut dixi, rectum eſt, iccirco ſolutam orationem *prorſam* nominarunt;, quod eſſent in ea voces recto fere ordine, &, ut naturae ferret impetus, collocatae. contraque *verſum* dixerunt, in quo eſſet orationis genus, ut Cicero loquitur, verſum atque mutatum.

Latinae fabulae primo a Livio Andronico ſcriptae ſunt ad cunctas res, etiam cum recentius idem poëta, & actor fabularum ſuarum fuiſſet] In aliis libris, *cum etiam tum recentius idem & poëta* etc. locus aperte corruptus eſt: quem equidem ita legendum cenſeo: *Latinae fabulae primo a Livio Andronico ſcriptae ſunt; cum, etiam tum ad cuncta recentibus, idem & poëta, & actor fabularum ſuarum fuiſſet.* ut hoc ſignificet, ideo eundem & poëtam, & actorem fuiſſe, quod Romani etiam tum ad ejusmodi omnia rudes eſſent. vide Livium lib. VII.

Nam ludorum quatuor ſunt ſpecies] Difficile dictu eſt, hoc loco, non multis in verbis quam multa peccata ſint. primum, quatuor tantum ludorum genera, ſive, ut iis neſcio quis loquitur, *ſpecies*. ubi igitur Florales? ubi Romani? ne ceteros perſequendo ſim longior. deinde Apollinares ludos numerat inter eos, qui ad curam aedilium

Digitized by Google

curulium pertinerent. falso. extant apud Livium, & Macrobium carmina Marcii vatis, quae eos ad praetoris urbani curam pertinuisse demonstrant: *Apollini censeo vovendos ludos, qui quotannis communiter Apollini fiant. is ludis faciendis praesit is praetor, qui jus populo plebique dabit summum.* idem confirmat M. Tullius oratione decima in Antonium; ubi de Bruto loquens, *Qui*, inquit, *cum praetor urbanus esset, urbe caruit, jus non dixit, cum omne jus populi R. recuperasset:* & paulo infra: *Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, populique R. dignitate apparatos, praesens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratorum hominum audaciae.* errat etiam in eo, quod Megalenses magnis diis consecratos fuisse arbitratur. non enim Megalenses, sed Circenses, sive Romanos Conso & magnis diis, ex Asconio; Megalenses autem magnae deum matri sacros fuisse, ex Livio & aliis cognoscitur. Nam quod Antonius Goveanus a *Megalensibus Megalesia* distinguere, Megalenses autem eosdem cum Romanis facere voluit; aeque in utroque falsus est. Locus est Ciceronis ex oratione de responsis aruspicum: *Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris magnae conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt, qui sunt more institutisque maxime casti, solennes, religiosi: quibus ludis primum ante populi consessum senatui P. Africanus iterum consul ille Major dedit, ut eos ludos haec lues impura pollueret. quo si quis liber aut spectandi, aut etiam religionis causa accesserat, manus afferebantur: eo matrona nulla adiit propter vim consessumque servorum. ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris acciscita, in hac urbe consederit, qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso & appetita religio externa, & Matris magnae nomine suscepta declaretur, hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt, tota denique hoc aedili servorum Megalesia fuerunt.* hunc locum totidem verbis citat Goveanus; & ex eo colligit, *Megalensibus* alia esse *Megalesia*, quod Cicero Megalesia Megalensibus celebrari solita dicat. deinde tradit ludos Megalenses eosdem esse, qui Circenses, Romani, magni nominantur. quae cum dicit, non animadvertit, in quam difficiles sese rerum absurdissimarum laqueos inruat. non abutar pluribus argumentis, neque commit-

tam, ut mea oratio, hunc veluti patentem alienae repr
henſionis nacta campum, juveniliter in eo exultare vide
tur. tota res uno verbo confici poteſt. nam ſi ludi M
galenſes committebantur prid. id. Apr. ut ex Livio co
ſtat; ludi autem Romani pridie Kal. Sept. ut e priore acti
ne in Verrem cognoſcitur, quis eſt usque eo hebes, c
non videat, ut iidem ſint Megalenſes & Romani, nu
modo fieri poſſe? Ego vero, ne dicam dolo, voce
illam, *Megalenſibus*, e Ciceronis loco, quem paulo
pra recitavi, & expungendam puto, & e gloſſemate a
quo in ordinem Ciceronis verborum irrepſiſſe ſuſpic
Sunt igitur eadem *Megaleſia* cum *Megalenſibus*, neq
dicta ſunt ἀπὸ τῆ μεγάλων σιῶν, ut hic grammaticus nu
tur, ſed a Magna matre, cui dicata erant: cumque ini
Megalenſia dicerentur, detrita, ut ſaepe fit, litte
Megaleſia nominata ſunt. Itaque Feſtus, *Megaleſ*
inquit, *ludos Matris magnae appellabant.*

Μεγάλες σιὲς] Antea legebatur conjuncte, μεγαλεσ
quam vocem nusquam apud probatos auctores repe
arbitror.

Diverbiis & canticis) Ita emendavi, conjectura ta
tum adductus, cum partim librorum, *de authenticis*, p
tim, *deverbiis authenticis*, haberent.

Adnotandum ſane puellarum &c.] Falſum eſt, quod h
loco admonet Donatus, puellas liberales nusquam in p
liata loqui. loquitur in Heautontimorumeno Antiphila,
Curculione Planeſium, in Epidico virgo illa, Stratip
clis ſoror. pluribus exemplis nihil opus eſt.

Nihil ergo ſecus factum eſt.] In aliis *ſecus*, in aliis *ſeci*
ego *ſequius* legendum puto. Velet autem *ſequius*, mi
bene, aut minus bonum. neque eſt, cur dubitetur de
tegritate loci illius apud Livium libro 11. *Invitus*, inqu
quod ſequius ſit, de meis civibus loquor. Sic Afra
apud Soſipatrum: *Sin, id quod non ſpero, ratio tali
quius ceciderit.*

Digitized by Google

IN ANDRIAM TERENTII ARGUMENTUM.

CHREMES, & Phania fratres Athenienſes fuerunt. eorum, Chremes profecturus in Aſiam, Paſibulam filiolam, quam cum unicam habebat, fratris fidei credidit. profecto eo, contingit, ut in Graecia magni bellorum motus excitarentur. quos fugiens Phania, cum, impoſita ſecum in navim puella, ad fratrem iter cepiſſet, vi tempeſtatis fracta navi, apud Andrum inſulam ejectus eſt. ibi applicat ſe ad Andrium quendam, hominem haud magna in re; a quo tamen benigne humaniterque exceptus, non ita multo poſt moritur. Hoſpes Andrius relictae apud ſe puellae commutat nomen, & pro Paſibula Glycerium nominat: cumque per aliquot annos eam cum filia Chryſide, pari utranque ſtudio, educaſſet, decedit ipſe quoque de vita. Chryſis, quae ſe & orbam, & inopem videret, abrepta ſecum Glycerio, Athenas navigat: ubi, cum aliquamdiu vitam lana telaque toleraſſet, ad poſtremum adoleſcentum blanditiis, & pollicitationibus victa, quaeſtum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter ceteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali praeditus ingenio adoleſcens; qui non Chryſidis ille quidem, ſed ipſius Glycerii mirifico quodam amore percuſſus, primus, ſolusque corpus cum ea commiſcuit, fidemque jam gravidae dedit, eam ſibi uxorem fore. Susceperat & poſtea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (jam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adoleſcentis impulſus fama, collocare cupiebat. Quid multa? ultro ad Simonem venit, cum eo negotium conficit. inſcio Pamphilo, de communi ſenum ſententia, faciundis nuptiis conſtituitur dies. Adhuc haec erant: cum Chryſis moritur. ibi primum Simo de filii amore cognovit. nam cum ambo una in funus prodiiſſent; accidit, ut, poſita in ignem Chryſide, Glycerium ſe, prae doloris impotentia, eodem conjectura videretur. Accurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus, ita conſolari coepit, ut plurimas minimeque dubias totius rei ſignificationes daret. itaque venit ad Simonem poſtridie Chremes; conditionem renunciat: comperiſſe ſe, Pamphilum peregrinam illam habere

in uxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumeliae caussa peregrinam nominaret. gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere contra, ac ringi Simo. advenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat praestitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filii animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi objurgandi illius caussam fore; quae ad eum diem, nulla satis justa fuerat: sin annueret; facile se, quod vellet, a Chremete impetraturum; atque ita vero nuptias, diis adjuvantibus, factum iri. praeterlens igitur apud forum, securo jam, & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum, ac deos comprecare: uxor tibi ducenda hodie est. hoc dicto, velut improviso quodam jaculo, stupefactus adolescens, quid ageret, aut quid consilii caperet, nesciebat; cum ad eum Davus, vafro admodum, ac versuto ingenio servus, animadversa senis astutia, accurrit. Erat tum una cum Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenae incensus, frustra saepe tentatis illius nuptiis, ad postremum audito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se salvum vellet, ut vel eam ne duceret, vel saltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus cum sua quidem caussa bono esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias moliri jubebat; se, quantum in se esset, effecturum, ea ut ne daretur sibi. advenlens, ut dixi, Davus Charinum, jam spei plenum, abire ad ambiendos senis amicos jubet: deinde seorsum Pamphilo conjecturas suas aperit, persuadetque, ut patri dicat, se paratum esse uxorem ducere: nam eo pacto, inquit, & patri omnem jurgandi occasionem praecideris, & non erit tamen verendum, ne nuptiae fiant: nunquam enim Chremes tibi, semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est. haec ita de servi consilio acta, longe aliter cecidere, ac putabantur. exorat enim Chremetem Simo. ita res in verarum nuptiarum discrimen adducitur. forte eo ipso die Glycerium exactis temporibus puerum peperit: eum puerum Davus, cum aliter nuptias disturbare non posset, pro foribus aedium Simonis ab ancilla collocandum curat. in eum cum incidisset Chremes, & e Pamphilo natum esse cognosset, rursum abducit animum a nuptiis. turbae maximae concitantur: donec advenit Crito Andrius,

us, qui, quod Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illius hereditatem Athenas venerat. ejus interventu Chremes filiam agnoscit. ita, summa omnium laetitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

SCHOLIA.

Modos fecit Flaccus Claudii.] In aliis, quos quidem viderim, omnibus, *Flaccus Claudii filius*, quod equidem concoquere non possum. neque enim cum pater alicujus notandus erat, nomine cum, sed praenomine, aut certe cognomine notabant. verbi caussa, non ita ut dicerent, *M. Tullius Cicero Tullii F.* certe enim, si Tullius est, Tullii filius sit, necesse est, aut jure naturae, aut jure civili. Sed hoc modo, *M. Tullius*, *M. F. Cicero*. quomodo igitur retineri potest scriptura haec, *Flaccus Claudii filius*? nondum enim adduci possum, ut assentiar homini doctissimo, Antonio Augustino, qui *Claudium* veteribus non nomen modo, sed praenomen quoque fuisse ait. deinde, ut in gente Valeria, & Horatia *Flacci* cognomen fuisse notissimum est: ita in Claudia fuisse non puto. postremo hunc *Flaccum*, quisquis est, civem Romanum natum fuisse, non est credibile, cum ignominiosa esset apud Romanos scenicorum artificiorum tota fere tractatio: sed aut servum alicujus civis R. aut certe libertum: quorum utrovis posito, illud, *Claudii filius*, stare non potest. Dolevi igitur vocem *filius*, eo fidentius, quod in ceterarum fabularum inscriptionibus, nullus omnino est; qui eam habeat, antiquus liber.

Actus primi Scena prima.] *Scena* quid sit, notum est omnibus. quod autem actus fabularum partimur in scenas, aliamque *primam scenam*, aliam *secundam*, & sic deinceps dicimus; quam perite & intelligenter id fiat, quaerendum puto. equidem, libere ut dicam, grammaticorum hanc, non poëtarum, esse partitionem arbitror: neque credo, *scenam* pro parte actus, apud ullum probatum scriptorem, si grammaticos excipias, legi. itaque neque apud Plautum ulla *scenarum* mentio est; & in Terentii fabulis aliter ab aliis distinguuntur: & in veteribus Terentii libris, etiam impressis, neque prima, neque secunda, neque ulla omnino scena nominatur.

Sed iis quas semper, &c.] Donatus adnotat, fidem & taci-

taciturnitatem *artes* vocari. recte; *artes* enim antiqui & vitia, & virtutes vocabant. Terentius Adelphis: — *primarum artium magi' principem.* Salluſtius: *Quae utraque iis artibus auxerat, quas ſupra memoravi.* plures locos congerere me memini ad hanc rem, in ſcholiis, quas olim Luteciae in hunc poëtam edidi, animadverto autem, Ariſtotelem quoque nonnunquam τῶν τεχνῶν nomine virtutes etiam amplecti, ut cum ait in ſecundo Νικομαχείων· ταῦτα δὲ περὶ μὲν τὰς ἄλλας τέχνας ἔχει οὕτω συνεφώνηται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι.

Nam iſtaec commemoratio] Demoſthenes περὶ στεφάνου· τὸ δὲ τὰς ἰδίας διεξοδεύειν, ἀκαιρότατον· μικρὰν δεῖν ὑμᾶς ἐν τῷ ἀνδζειν.

Liberius vivendi fuit poteſtas. nam antea] *Fuit*, in hoc verſu monoſyllabum eſt: & in quarta ſede pes ille, qui Creticus dicitur. Scio autem, ſuper hoc pede, ecquid in jambicum carmen reciperetur, an minus, varias eruditorum hominum & fuiſſe, & eſſe ſententias. ego, antequam hac de re ſtatuam, quid in quaeſtione verſetur, etiam atque etiam conſiderandum puto. Nam ſi hoc quaeritur, data quibusdam hominibus in Terentio, & Plauto addendi, detrahendi, invertendi, mutandique licentia, poſſint ne omnes illorum poëtarum jambici verſus ita componi, ut nusquam in eis Creticus reperiatur: facilis & expedita res eſt. ipſe mehercules jambus, ſi hoc concedatur, ex eo ipſo, cui nomen dedit, verſuum genere moveri queat. Sin hoc agitur, nulla importuna & temeraria mutatione conceſſa, multi ne ſint in utroque horum poëtarum verſus, quorum dimenſio explicari ſine Cretico non queat: ego vero innumerabiles poſſe proferri arbitror. Proferam paucos, ex quibus de ceteris conjectura capiatur.

Ex Andria:

Futuras eſſe audivit, ſed ipſe exit foras.

Goveanus particulam, *ſed*, delere auſus eſt, parum conſiderate. poterat alio confugere, & dicere, pronomen, *ipſe*, interdum priore correpta enunciari. Ex eadem,

Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſuccenſet tibi. Quidnam eſt? puerite eſt. quid eſt? nihil. quin dic, quid eſt.

Re-

Bonum ingenium narras adoleſcentis. optumum.
Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Adeon' impotenti eſſe animo, ut praeter civium.

Piget plura, vel ex hac ipſa, vel ex aliis fabulis colligere: ſunt autem innumera. nunc pauca ponam ex Plauto:

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.
Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aves.
Qui ſcis, an tibi iſtuc eveniat prius, quam mihi?
Quo modo occepiſtis, bibite, pergraecamini.
Tace, atque abi tu rus. ego ire in Piraeeum volo.

male autem in hoc verſu vulgo legitur, *abiturus*. porro verbum *abi*, poſteriore correpta enunciatur, ut & aliis apud eundem, & apud hunc quoque poëtam ſat multis locis. atque haec e principio Moſtellariae deprompta ſunt omnia. quodſi quis ceteras fabulas excutiat, non dici poteſt, quam multa ſit deprehenſurus, quae ſine violentis, ut ita dixerim, mutationibus Creticum effugere non poſſunt. video & Anacreontem hoc pede in verſibus ſuis uſum: cujus illud eſt:

πέρι μοι κ' Ἀφροδίτη.
ἢ πάλιν ἄλλα χορδίων.

Et illud,

τὰς ἢ φρονίδας μιλαίνων.

Sed & multis aliis locis eundem pedem adhibuit.

Quod plerique omnes] Priſcian. libro XVIII. admonet, hanc loquendi rationem manaſſe ab Atticis: eos enim ita loqui ſolitos, πλείονες δὲ πάντες τῶν λέγειν ἄρρητοι. Sic & in Heautontimorumeno, — *dixi pleraque omnia.*

Huc viciniae] Sic in Phormione, *hic viciniae*. Nonius tamen, & Priſcianus, & Chariſius, *huic viciniae*, legunt: certeque in quatuor manu ſcriptis libris, quibus uſus ſum, *huic viciniae* aperte legitur.

Perduxere illuc ſecum.] *Perducuntur*, ait Donatus, *neceſſitate coacti.* Confirmat hanc interpretationem Aſco-

Digitized by Google

nius, qui in locum illum ex primo accusationis, *Lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: Lenones*, inquit, *sunt scortorum, perductores etiam invitarum personarum.. Perductorum* nomine usus est & Tertullianus in apologetico, his verbis: *Nam si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, perductores, aquarioli*, &c.

Quis heri Chrysidem habuit?] Honeste dictum, pro, quis cum Chryside rem habuit. Ita intelligendum est illud e nono epistolarum, *Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset objectum, habere eum Laida: Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide.* nam & Graecos ita nonnunquam loqui constat. Lucianus: Τὸν γεγαμότα, Θαὶ, τὸν Ἀκροκόρινθα, ὃς πάλαι μὲν Λβρότονον ἔχει, & cetera.

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi] Consentiunt libri. non video tamen, quomodo versus stare possit. Si haberem libros, qui me adjuvarent, libenter hoc modo legerem,

Nam qui conflictat cum ingeniis ejusmodi.

si quidem verbo, *conflicto*, usus est & in Phormione.

Honesta oratio est.] In quibusdam libris, *honesta ratio est*. sed hanc scripturam & veteres libri, & ipsa carminis ratio, & Latine loquentium consuetudo confirmat. Cicero enim, quem studiose fecisse constat, ut multas loquendi formulas ab hoc poëta desumptas in sua scripta transferret, hac ipsa saepe usus est. unius nunc loci venit in mentem, qui est in secundo de officiis: *Dictu quidem est proclive: itaque vulgo loquuntur, sese in honestis collocandis, mores hominum, non fortunam sequi. honesta oratio est: sed quis est tandem* &c.

Hoc quia fit? Si. omnes qui amant] In dimetiendo versu, *qui*, non elidituꝛ: sed ita permanet, ut in illo Virgilii,

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

ejus autem generis apud hunc poëtam satis multa sunt.

N

Neque tu hoc dicas tibi non praedictum] Ita est aperte in meo manu scripto, & in altero eorum, qui in Antoniana hujus civitatis bibliotheca asservantur: estque haec vera hujus loci lectio, quicquid interpres de tribus negationibus comminiscatur.

Audivi, Archillis, jam dudum: Lesbiam adduci jubes.] Goveanus de suo addit particulam, *quod*, hoc modo, *jam dudum quod Lesbiam adduci jubes*, videlicet quia putavit hos omnes versus jambicos esse. sed falsus est. sunt enim omnes trochaici, quadrati catalectici, praeter postremos duos, qui sunt jambici quadrati acatalectici.

Uxorem decrevit dare sese mi hodie] In aliis, *decrerat*. sed & meus manu scriptus habet, *decrevit*; & is, qui in hac urbe abhinc annos septuaginta septem impressus est: cujus ego posthac testimonio cum utar, veterem Venetum nominabo. qui quidem liber, etsi, ut illa erant tempora, mendis innumerabilibus scatet; tamen ita multa, ita praeclara veteris scripturae vestigia retinet, incredibile ut mihi auxilium attulerit ad locos perplurimos corrigendos. *Decrevit* autem, quin hoc loco melius sit; dubitare non oportet: loquitur enim non de primo illo consilio, quo nuptiae in hunc diem constitutae fuerant: (tunc enim non esset, cur diceret, — *non ne oportuit praescisse me ante*? quippe qui id satis multo ante cognossset, ut e multis hujus fabulae locis colligitur) sed de secundo, quod patrem subito, atque ex tempore cepisse arbitratur. cum haec jam scripsissem, animadverti in libro quoque manuscripto Bernardini Lauredani, *decrevit*, non *decreverat*, legi.

Adeon' hominem invenustum] *Invenustum*, hoc loco accipere debemus, in rebus amatoriis infortunatum, & infelicem: quomodo, & Graeci interdum dicunt, ἀναφρόδιτον. Lucianus, ἐγὼ ὃ τὴ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικά. τῇ δὲ γῦν, ὡς μάλιστα ὑπερηράπηται, τὴν Δάφνην, τῇ δ' τάχιστα, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με τῇ μισεῖ, ὁ δ' ὑπὸ δ' ἄκρα ἀπόλλυμι. & *venustas* interdum est ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς ἐμπειρία. Terentius, *quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior*? ubi tamen Nonius legit *vetustatis*: sed falso, ut puto.

Pro deum, atque hominum, nullon' ego] Dimeter est jambicus, quales etiam duos paulo supra octonariis admi-

ſcuit. in aliis legebatur, *Pro Deum, atque hominum fidem, nullon' ego?* quo modo ſi legas, verſus ſtare non poteſt. neque tamen auſus eſſem illud, *fidem*, expungere, niſi primum vidiſſem abeſſe a meo manu ſcripto; deinde meminiſſem, eodem modo locutum hunc ipſum poëtam in Phormione, — *Pro deum immortalium*,

Negat Phanium hanc ſibi cognatam eſſe Demipho?

ubi etiam conſimilem e Ciceronis oeconomico citat interpres locum, *Quid igitur, pro deum immortalium, primum eam docebas, quaeſo?*

Hoc incertum quorſum accidat.] Quorſum cadat. *accidere* enim vetere Latina lingua eſt cadere. ut, cum dicimus, *accidere ad genua.* Ennius,

Caeſa accidiſſet ad terram abiegna trabes.

Quaeſo aedepol, Charine, quoniam id fieri, quod vis, non poteſt: velis id, quod poſſit.] Fuit haec ſententia ſummi philoſophi Ariſtotelis, de quo apud Stobaeum haec leguntur: Ἀριστότελης ἔλεγε, ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ προαιρετὰ, οὐ βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι, ἃ γίνεται.

Neque pol conſilii locum habeo, neque auxilii copiam] Hunc verſum, ut in omnibus libris repereram, ita reliqui, ſumma ipſorum conſenſione permotus: puto tamen ita legendum, *Neque pol auxilii locum habeo, neque conſilii copiam.* nam & Charinus hoc ordine propoſuerat, — *auxilium, conſilium expetens*, & ipſa verſus ratio, ut ita legas, exigere videtur.

Egomet continuo ad Chremem] Liber meus, *Ego me continuo ad Chremem:* quod mihi quidem multo venuſtius videtur.

Qui ſe ſciret non deſerturum] Unum habeo librum veterem, in quo ſcriptum eſt, *qui ſe ſciret non deſertuiri.*

Num immemores diſcipuli?] Alii emendant, *Num immemores diſcipli?* ego nihil mutandum cenſeo: in tertia enim hujus carminis ſede eſſe pedem, qui proceleumaticus dicitur: ut in illis,

Cupi

Digitized by Google

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Non fiet: hoc modo sine te exorem. scilicet.
Ita faciam. quid? quid aliud volui dicere?

nam quod Joachimus Camerarius & hunc pedem, & amphimacrum ab jambico excludit; mihi quidem multis de caussis non placet. eas caussas tunc explicabo, cum Plautum a me emendatum in publicum emittam: quod, si vita suppeditabit, cito fore confido.

Adhuc, Archillis, quae assolent, quaeque oportet] In veteribus, *oportint*. Sunt autem hic aliquot versus, quorum dimensionem explicare ex veteribus libris non potui, ex ingenio nolui.

Tibi videor esse, quem tam aperte] In aliis, *Tibi videor, quem tam aperte*. Goveanus intellexerat, deesse aliquid ad versum; feceratque, *Tibi videor ego, quem tam aperte*, &c. quod ego reposui, in veteribus libris summa consensione reperitur.

Amantium irae, amoris integratio est] Ita est in libris manuscriptis: in vetere tamen Veneto, *reintegratio*, apud Servium in Eclogam secundam legitur, *redintegratio*. hanc autem sententiam ita expressit Plautus:

Verum irae, si quae eveniunt forte hujusmodi
Inter eos, rursum si reventum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.

sed & apud Aelianum libro secundo de varia historia legisse videor quiddam ab hoc loco non nimis alienum. id est hujusmodi: *Pausaniae Agatho poeta in amoribus, ac deliciis fuit. ventitabat autem saepe uterque eorum una ad Archelaum regem, qui & Musarum erat studio deditus, & a rebus amatoriis minime alienus. hic cum illos inter se crebro disidentes videret, contemptui esse amatorem amato autumabat. quodam igitur die, quaeso, inquit Agatho, quod ingenium tibi est, qui homini uni ex omnibus maxime te diligenti tam frequenter iraseeris? ego dicam tibi, o rex, inquit ille. non enim ista facio, vel quod Pausaniae parum cupiam, vel quod agresti sim, efferoque ingenio. quin si mihi vel aliunde, vel ex ipso poëtices studio aliqua affectuum, quibus hominum tentantur animi, cognitio est,*

eam

eam ego demam summam esse voluptatem amantibus duco, cum e dissensione in gratiam cum iis quos amant, redeunt: exploratumque habeo, nihil ipsis accidere posse jucundius. hanc igitur voluptatem saepe Pausaniae impertior, qui ei frequenter irascar. non modico enim gaudio perfunditur, cum me sibi statim conciliari videt. id gaudium non persentisceret, si amor in eum meus non quasi tenore, & sine ulla ejusmodi offensione procederet. Haec Agatho; quae rex non mediocriter laudasse perhibetur.

Insperante hoc, atque invito Pamphilo] Insperante sane, Pamphilo autem invito. hoc visum est admonere, quoniam sunt, qui utrunque ad Pamphilum referant: quo nihil fieri ineptius potest.

Hoccine credibile est, aut memorabile] Horum primorum versuum rationem explicare difficile est. quidam, magna in mutando licentia usi, fecêre jambicos octonarios. ego veterem scripturam cum fide proponere, ut erat, malui.

Hic, ubi opus est, Non verentur:] Similis est sententia Plauti in Epidico:

Plerique homines sunt, quos, cum nihil refert, pudet:
ubi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor.

Quis homo istuc? Davos. Davos? Davos omnia] Divine hunc versum jam pridem restituerat homo ingeniosissimus, Antonius Goveanus, qui, etiam si praeterea aliud nihil praestitisset, est tamen, cur ei Terentii amatores multum se debere fateantur.

Ut quimus ajunt: quando, ut volumus, non licet] Circumfertur apud Graecos senarius, ex quo hic expressus videtur:

Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς βούλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.

Optume hospes] Mirum est, quantulae res quantum interdum eruditis hominibus negocium exhibeant. antea cum hic locus ita legeretur,

Optume hospes pol Crito antiquum obtines:

Eras-

Digitized by Google

Erasmus, qui versum non constare animadverteret, contra omnium librorum fidem, ex, *optume*, fecit, *opportune*; quo nihil minus opportunum cogitari poterat. Goveanus, & librorum veterum, & Donati auctoritate neglecta, addidit, *morem* hoc modo,

Morem optume hospes pol Crito antiquum obtines.

ego, unica litterula adjecta, (quae quam facile a librariis omitti potuerit, nemo non videt: saepe enim in hoc genere peccarunt, cum litteram, quae geminanda erat, semel tantum ponerent) ea igitur adjecta, locum (uti mea fert opinio) emendavi.

Nae istam multimodis tuam invenire gaudeo] Vocem antiquam, *multimodis*, quae nusquam in vulgatis libris apud hunc poëtam legebatur, primus ego, ni fallor, in veterem quasi possessionem restitui, de qua & similibus Cicero in oratore: *Sed quid ego vocales? sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, multimodis, vasargeneis, pasicrinibus, tectifractis.* & in tertio de oratore citatur hic veteris poëtae versus,

Multimodis sum circumventus, morbo, exilio, atque inopia.

Hac autem ipsa voce saepe usum Lucretium, notius est, quam ut collectis exemplis patefieri necesse sit.

IN EUNUCHUM TERENTII ARGUMENTUM.

CIVIS quidam Atheniensis filiam, cui Pamphilae, & alium, cui Chremeti nomen erat, habuit ex iis Pamphilam adhuc infantulam praedones rapuere e Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui, Rhodum ad lectam, meretricii, quam amabat, dono dedit. haec ut speciem puellam pari cura ac studio, cum Thaide filia coepit educere: nemo ut esset, qui non utramque ex ipsa genitam esse arbitraretur. Thais, quae grandiuscula erat, cum ad eam aetatem pervenisset, ut viris placere posset;

set; maternam, ut fit, vivendi rationem insecuta, cum hospite quodam Athenas venit, qui eam postea moriens heredem reliquit. interea miles Thraso nomine, ad eam adjecit animum, cumque cum ea per aliquod tempus consuevisset, in Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies vitam cum morte commutaverat, fraterque ipsius Pamphilam venalem proposuerat, sperans eam, quod & formosa esset, & fidibus sciret, praeclare a se venditum iri. forte accidit, ut eo ipso tempore Thaidis amator miles esset Rhodi: qui, harum omnium rerum inscius, Pamphilam emit, ut esset, quod amicae, Athenas reversus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam conditionem quaesierat, adjunxeratque sibi Phaedriam, adolescentem Athenaiensem, Lachetis filium. inaudiverat interim etiam aliquid de Pamphila; jamque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eo pervenerat, ut non dubiis indiciis intelligeret, sororem illius esse, quae secum in maternis aedibus educata foret. Summopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodemque facto & puellam summo afficeret beneficio, & propinquorum illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit miles: sed cum cognosset de amore Phaedriae, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret, nescire: nam & Phaedriam amabat ex animo, & Pamphilae recipiendae gratia quidvis sibi faciundum putabat. tandem, cum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cujus animum offenderet, probaturam, Phaedriam, ut militi gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque aegre ferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, ut, per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret: ubi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phaedria, ut hujus bidui molestiam aequiore animo ferret, rus sibi abeundum esse fingit: itaque abiens, mandat Parmenoni, ut eunuchum & Aethiopissam ad Thaidem, cui eos emerat, ducerat. Pamphilam, cum ex aedibus Thrasonis ad Thaidem deduceretur, conspicatus in via Phaedriae frater natu minor, Chaerea, ita ejus amore flagrare coepit, nihil ut pensi haberet, dum ea potiretur: neque prius conquievit, quam, ejus rei causa, ad Thaidem pro eunucho deductus est. quid plura? Thaide ad cenam cum milite profecta, virgini a Chaerea per vim

vitium

ritium offertur. turbae undique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais a Lachete in fidem & clientelam recipitur, Chaerea agnitam Pamphilam duxit uxorem, Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis parasiti opera, admittitur.

SCHOLIA.

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis.] Jam pridem admonuit Aemilius Ferrettus, *quam plurimis*, hoc loco duas esse dictiones: sensumque esse; si quisquam est, qui suum studium eo referat, ut bonis potius, quam ut plurimis placeat, &c. deest igitur particula, *potius*; ut in illo Plauti ex Rudente:

— *certum est moriri, quam hunc pati lenonem in me grassari.*

sic etiam saepe loquuntur Graeci. Homerus, Ἀνὴρ ἔρχεται οὐ βούλομαι ἐπιμῖξαι, οὐ πάνυ πάνυ. Idem, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Alexander in epistola ad Aristotelem: ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄλογα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς διανοίαις, διαφέρειν. contra quae hic particula deest, ea saepe aliis in sermone Latino locis redundat. Cicero in divinatione: *Tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quam abs te defensos, esse malunt?* Plautus Sticho:

Si manere hic sese malint potius, quam alio nubere.

Terentius Adelphis:

Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in praesentia.

Ulpianus: *Si actor malit dominum potius convenire.* Palladius de insitione: *Malo operam ejus expectare potius, quam timere.*

Existimavit esse, sic existimet] Ex glossemate alicujus barbari, & inepti magistri, irrepserat in hunc versum vox, *sciat*: hoc modo, *sic existimet, sciat*. id collegi pri-

primum ex vetere libro Veneto, & quatuor manu scriptis, quibus usus sum. in quibus erat omnibus,

Existimavit esse, sic existimet, sciat, praesumat.

ut appareret, primum verbum Terentii esse, reliqua duo ex eodem fonte manasse. hoc tantum discriminis animadverti, quod in vetere Veneto, pro *existimavit*, perperam legitur, *existimat*. sed & in libro viri clarissimi, Petri Bembi, locus hic totus ita scriptus, uti eum nos emendavimus, legitur.

Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita Here] Continuatam esse hanc Parmenonis orationem non dubito: ideoque interjecta personarum nomina sustuli. libet versus apponere, quibus hunc locum expresit Horatius:

Porrigis irato puero cum poma, recusat.
Sume, catelle. negat. si non des, optat. amator
Exclusus qui distat? ait ubi secum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arcessitus, & haeret
Invisis foribus: nec nunc, cum me vocet ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Exclusit, revocat. redeam? non, si obsecret. ecce
Servus non paulo sapientior: O here, quae res
Nec modum habet, neque consilium, ratione modoque
Tractari non vult. in amore haec sunt mala: bellum,
Pax rursum. haec si quis, tempestatis prope ritu
Mobilia, & caeca fluitantia sorte, laboret,
Reddere certa; sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoque.

sed & Persius:

Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersor, & ultro
Supplicet, accedam? &c.

— Utinam esset mihi
Pars aequa amoris tecum.] Simile est votum illud Theocriti:

Εἴθ' ὁμαλοὶ πίσσεσσι ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρωτες
Μῆν.

Si-

Viden', osſum, & cibus quid faciat alienus?] Hic quoque ſecutus ſum auctoritatem Petri Bembi, quam nemini docto, atque intelligenti aſpernari fas puto. in libris tamen, quos vidi, omnibus erat, vel *ocium*, vel *otium*. vocem *osſum*, Fl. Chariſius interpretatur. de loci ſententia aſſentior iis, quae prodidit, homo eruditiſſimus, P. Victorius in libris variarum lectionum.

Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video) Verſum non conſtare, omnes, ut opinor, vident. ego vereor, ne Terentius ſcripſiſſet, *Sed Parmenonem ante oſtium meretricis triſtem video:* poſteaque ad nomen, *meretricis*, appoſita eſſet gloſſa, *Thaidis:* quae deinde irrepſiſſet in verſum.

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus] Hic quoque verſus non conſtat. conſtabit autem, ſi legas hoc modo:

Qui mihi nunc uno digitulo forem aperis fortunatus,
Nae tu iſtam ſaxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra.

Idque ego verum eſſe arbitror, eodemque modo corrigendum eſſe verſum ex Heautontimorumeno, qui cum vulgo ita legatur,

Mane, mane. quid eſt, quod tam a nobis graviter crepuere fores?

ita legendus videtur:

Mane, mane. quid eſt, quod tam a nobis graviter crepuit foris?

Omnino tamen veteres libri cum vulgatis conſentiunt.

Cum in cellulam ad te patris penum omnem] Hanc lectionem, & libro quinto Priſcianus agnoſcit, & conſentiens librorum veterum confirmat auctoritas.

P. jubes ne? C. jubeo, cogo, atque impero.
P. Nunquam defugiam auctoritatem. ſequere. C. di portant bene] *Defugere auctoritatem*, quid ſit, video etiam a eruditis hominibus ignorari. valet autem, cum ipſe rei alicujus faciundae auctor fueris, ejusque eventum inter-

peris, id inficiari postea, & fateri nolle, eam auctore
factam. liquido constare hoc, propositis exemplis, p
est. Plautus:

Suspende, vinci, verbera: auctor sum, fino.
M. *Si auctoritatem postea defugeris;*
Ubi dissolutus tu fies, ego pendeam.

hoc enim significat: si tu postea inficiari volueris, te
rum mihi rerum auctorem fuisse. Cicero pro Sylla: *
*que attende jam, Torquate, quam ego non defugiam auc
ritatem consulatus mei.* id est, quam non recusem, q
minus ea, quae me consule, in opprimenda conjuratio
gesta sunt, ea me auctore omnia gesta esse dicantu
haec illius orationis cum sit vis, puto, hoc quoque loc
illud, *nunquam defugiam auctoritatem*, non a Parmen
ne, sed a Chaerea dici, personarumque nomina ita
stingui oportere:

P. *Jubes ne?* C. *jubeo, cogo, atque impero.*
Nunquam defugiam auctoritatem. P. *Sequere. di v
tant bene.*

ut interroganti servo, ita respondeat Chaerea: Ego ve
jubeo, cogo, atque impero: neque unquam recusabo
quominus tu, quicquid hujus factum erit, auctore atq
impulsore me factum esse dicas. tum servus: sequer
inquit, di vortant bene. nam haec quoque postre
verba non tam Chaereae cupido ac confidenti conve
unt, quam servo dubio animi, & inceptionis tam peric
losae eventum extimescenti.

Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem,
Qui in te est] Antea, *qui habet salem, Quod in te e*
sed fieri nullo modo potest, quin aut legendum sit, *sal
qui*, (quomodo & libri veteres habent, & Priscianus
git) aut certe, *sale quod*. neutro enim genere *sale*, n
cto casu, apud veteres dicebatur: cujus rei praeter ce
ros auctor est Charisius.

— *Fac periclum in litteris;*
Fac in palaestra, in musicis: quae liberum
Scire aequum est adolescentem, solertem dabo] Hinc sc
po

Digitized by Google

potest, quibus olim studiis liberi adolescentes instituerentur. haec autem ipsa ponit Aristoteles, additque praeterea pingendi artem. ejus verba sunt ex VIII. πολιτικῶν. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡμῖν παιδιὰ, ἃ παιδίοις ἁρμόττει, χαίρουσιν, ἡ γυμναστικὴ, ἡ μουσικὴ, ἡ γραφικὴ ἴσως γεγράφηκεν.

Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet] A libris impressis aberat vox, *verbis*. qua tamen detracta, claudicat versus. in meo manu scripto, & in duobus Antonianis erat, *Omnia prius experiri consilio, quam armis, sapientem decet*. at illud versus ratio non patiebatur. *Verbis*, est in vetere Veneto, & in manu scripto, cujus mihi copiam fecit honestissimus, & omni liberali doctrina politissimus adolescens, Bernardinus Lauredanus. Si cui tamen illud, *consilio*, magis arridet, poterit ita legere, ut & in quibusdam impressis,

Consilio omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Aufugistin'? Ch. hera, factum. Th. satin' id tibi placet?

Ch. Non. Th. credin'te impune habiturum?] In aliis, *credin'te impune abiturum?* ego cur hoc maluerim, in causa est, quod infra quoque Terentium ita locutum video, *si quidem istuc impune habueris.*

Quae, cum amatore suo cum cenant, liguriunt] Hic certe est Creticus primo loco. sed eum ut effugeret Goveanus, legit hoc modo,

Cum amatore suo quae cum cenant, liguriunt.

neque animadvertit, se eodem recidere. verbum enim, *ligurio*, secundam syllabam producit. Horatius:

Semesos pisces, tepidumque liguriet jus.

neque desunt eruditi homines, qui r littera geminata scribendum censeant.

Quae futura exempla] Notum est ex Platone, tria esse poenarum genera, κόλασιν, παιδείαν, παράδειγμα: de quibus est etiam aliquid apud Gellium. ex iis intelligi potest, quid hoc, & similibus locis *exempli* nomen va-

leat: itemque, quam proprie inscripta sit illa altera fabu-
la, ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

— *nunc minatur porro sese, id quod moechis solet*] Quid autem id est, quod deprehensis moechis fieri so-lebat? dixi equidem alibi: sed hic quoque non omitten-dum videtur. insperso cinere calido, nates eis depila-bant: immittebantque in sedem raphanos. Aristophane: Νεφέλαις· ἢ δ', ὃν ῥαφανιδωθῇ γε καθήμενός σοι, τίφρα τὸ πλῆ-θος ἄξει πανὶ γνάφου λίγυν, τὸ μὴ ἐνρύπερπτος εἶναι; ubi inter-pres, ὅπου, inquit, τὰς αἰλούσας μοιχὸς ἡμίζοντο. ῥαφανίδα λαμβάνοντες, καθίσειεν εἰς τὰς πυγικὰς τρήσεις. ἢ παρεμβάλλει τῇ αὐτοῦ, τίφρας ἥκειν ἐπίπλεων, ἕκαστον ἑκατὸν ἐργαζόμε-νοι. Lucianus de Peregrino: ὁ δὲ Ἀρμοδὶς μοιχεύων αἰλοὺς μι-λα παιδὰς πλήσας ἔλαβε, καὶ τέλος ἐπεὶ τοῦ τίλους αἰλούμενος διέφυγε, ῥαφανίδι τὸν πυγὸν βεβυσμένος.

An in Astu venit] Eadem voce usus est & M. Tulli-us in secundo de legibus: *Vestri Attici, prius quam eo Theseus demigrare ex agris, & in Astu, quod appella-tur, omnes se conferre jussit*, &c.

Satis credo. nihil est Thaide hac frater tua dignius] Hunc versum quidam sine caussa mutare voluerunt quod nescirent, vocem, *nihil*, etiam producta posterior syllaba enunciari. Exemplum autem est & apud Ovidium:

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Si in platea hac te offendero post unquam; quod dic-mihi] Ex glossemate aliquo in ordinem verborum Te-rentii defluxerant voces duae, *nihil est*: quas cum ali-de caussis, tum quia versum manifesto corrumpebant, sustuli. est autem particula, *quod*, ita posita, ut in illa Plauti:

Quod ile gallinam, aut columbam se sectari, aut simia
Dicat; pertristis, nisi usque ad mortem multatis male

de quo, aliisque similibus commemoravi quodam loco Catullum. Sed & Terentius ipse supra ita locutus est:

Sane, quod tibi nunc videatur esse, hic nebulo magnus e-

& Cicero in Pisonem: *Nam quod vobis iste, tantum-*

Digitized by Google

nprobus, crudelis, olim furunculus; nunc vero etiam ra-
ax, quod ſordidus, quod contumax, quod ſuperbus, quod
allax; quod perfidioſus, quod impudens, quod audax eſſe
ideatur, nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius,
ihil poſterius, nihil nequius.

Hunc comedendum & deridendum vobis praebeo. Ch.
lacet] Quia facile ſuſpicor, fore permultos, qui me a
ervulgata hujus loci lectione receſſiſſe mirentur: iccirco
nc emendationem meam diligenter mihi conſtituendam,
c conſtabiliendam puto. ante me igitur ita in impreſſis
ene omnibus legebatur:

Hunc comedendum, & deridendum vobis propino.

que ego mirabar equidem, qua ratione dictum eſſet,
ropinare aliquem comedendum: cum in ipſo *propinandi*
erbo, bibendi ſit, non comedendi, ſignificatio. nam ſi
lum illud alterum fuiſſet; poterat fortaſſe ita dictum vi-
eri, *propinare aliquem deridendum*, ut apud Demoſthe-
em, προπίνειν τὴν Ἑλλάδα. & apud Euripidem in Rhaeſo:

Ἑλλῆσιν ὑμᾶς πρόπιτις, τὸ σὸν μέρος.

erte quidem, *comedendum propinare*, ſatis lepide dici
on poſſe opinabar. viderat hoc neſcio quis, qui libros
baſtiani Gryphii, anno MDXLIV. impreſſos, correxe-
t: itaque in illis ſcriptum reperias:

Hunc comedendum, & bibendum vobis propino.

eum oportet valde imperitum dimetiendorum verſuum
iſſe: profecto enim, ſi aliquid in hoc genere valuiſſet,
terat digitis, ut ille ait, & aure deprehendere, mul-
m, ea mutatione facta, ad legitimam verſus menſuram
ſiderari. movebat ipſa me quoque metri ratio: *propino*
m brevem habet primam ſyllabam, longam ſecundam.
rtialis:

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis, Herme, non ſuperbe.

o ſi quis id verbum retineat, erit jambus in trochaico

Digitized by Google

versu: quod ita absurdum est, valde ut mirer, quid adducere potuerit insigniter eruditum hominem, Camerarium, ut affirmaret, id interdum fieri posse. neque tamen quicquam hoc loco movere ausus esem sine veterum librorum testimonio. quatuor, cum haec scriberem, ad manum habebam calamo exaratos libros. in iis omnibus scriptum erat:

Hunc comedendum, & deride-dum vobis praebeo.

itaque sustinendam amplius sententiam non putavi: sed, omni dubitatione remota, reponendum id verbum, quod & orationis concinnitas, & metri ratio, &, totum, librorum veterum consentiens auctoritas comprobaret. ac fieri fortasse possit, ut quispiam, ne hanc emendationem recipiat, Donati interpretatione moveatur; qui hoc verbum explicans, *Facete*, inquit, *dixit, ut parasitus, & quasi de convivio loqueretur.* ita enim legendum est. sed eam ipsam si quis accurate consideret, videbit, ad *praebendi* nihilo minus, quam ad *propinandi*, verbum posse accommodari. *praebere* enim apte admodum in epulis conviviisque dicitur. Cicero ad Q. Fratrem: *Sponsalia Crassipedi praebui.* quin & *eum qui praebet*, pro epuli domino, dixisse Horatium, homines eruditissimi affirmant, qui ita legunt illud e primo sermonum:

E quibus unus avet quavis aspergere cunctos,
Praeter eum qui praebet, aqua.

non, ut vulgo legitur,

Praeter eum, qui praebet aquam.

IN HEAUTONTIMORUMENON TERENTII ARGUMENTUM.

CHREMES Sostratae uxori gravidae praeceperat, si puellam pareret, ut eam statim interficeret. fuit haec immanitas in veterum moribus, ut, cum fera nulla sit, quae foetus suos non diligat, ipsi, quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent. Sostrata puellam enixa, (ut est maternus semper am

nimus clementior) vitam ei adimere non ſuſtinuit: ſed pauperculae cuidam anui Corinthiae, Philterae nomine, exponendam dedit: etiamque, muliebri quadam ſuperſtitione, annulum de digito detractum ſuo, juſſit, ut una cum puella exponeret. id, quod tum ſtulte factum videri poterat, poſtea puellae ſaluti fuit. ejus enim annuli ope tandem agnita eſt a ſuis. anus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educatque ut ſuam. eam, cum adoleviſſet, anusque illius filia putaretur, Menedemi filius, Clinia perdite amare coepit; prope jam ut pro uxore haberet. quod ubi reſcivit pater, ita violenter tulit, ut filium, aſſiduitate jurgandi, clam, militatum in Aſiam abire coëgerit. tum vero qui filii amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore ejusdem abſentiam ferre coepit. itaque ut de ſe ſupplicium abſenti filio daret, qui eum ſaevitia ſua exegiſſet ex aedibus, aedes, ſupellectilem, familiam vendit, praeter, qui ſervi ad opus ruri faciundum utiles erant: ingentemque ſibi agrum comparat, ubi a prima luce ad noctem non ſervos modo exerceret, verum etiam, homo exagenarius, ſenectutem miſeris modis excruciaret ſuam, profecto Clinia, Philtere, quae ut dixi, Antiphilae putabatur mater, extremum vitae diem morte confecit. Clinia, cum jam menſes tres abfuiſſet, amicae deſiderio reverſus, non auſus eſt patri ſe in conſpectum dare, antiquam illius aſperitatem veritus: ſed ad Clitiphonem, Chremetis filium, divertit; quicum magna ipſi a puero familiaritas intercesſerat. Clitipho, ſodalis reditu laetus, Syrum & Dromonem ſervos (jam autem adveſperaſcebat) in urbem, ad accerſendam Antiphilam, mittit. expoſuerat eo ipſo die Menedemus Chremeti, quanto ſibi deſiderio eſſet filius: parum ut abfuerit, quin Chremes, cum primum de reditu Cliniae accepit, mitteret, qui ei nunciarent. continuit tamen ſe in diem poſterum, quod ea magis e re illius fore cenſeret. Syrus, ſumma ſervus et audacia, & aſtutia, qui Antiphilam tantum accerſere uſſus eſſet, etiam Bacchidem adduxit. erat haec meretrix procax, potens, ſumptuoſa, nobilis, cujus ſe amore haud ita pridem irretierat Clitipho. quo autem res Chremetem lateret, hoc conſilium capiunt, ut Bacchidem quidem amicam Cliniae, Antiphilam vero unam de illius ancillis eſſe ſimularent. poſtridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiſcitur; & rediiſſe Cliniam

nunciat. ille gaudio amens, filium jamjam videre, jamjam amplecti, jamjam ei se suaque omnia permittere cupiebat. at Chremes, cave, inquit, faxis; istoc enim modo & te, & eum, & rem una perdideris tuam. simul ei ostendit, quot incommoda caprurus sit, si tam molli esse se, tamque infracto animo ostenderit. Cliniae amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non jam pauperculam esse, aut parvo contentam, ut antea: sed sumptuosam, gemmis atque auro collucentem, cum familia numerosissima. (*) una, inquit, mihi nox tantum non paupertatem attulit; nedum tu te censeas oneri ferundo fore, si te illi perpetuo sumptibus suppeditare oporteat. quin tu ita potius agito. humane quidem & comiter excipito filium: istud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto. tum si ille, quod amicae det, ut habeat, machinam adversum te aliquam struet, falli te sinito. ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptuum facies minus. haec Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatum foris esse se, caecum domi. interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quomodo illi a Chremete ipso conficeret. jamque inibi erat, cum eum Chremes arreptum blande compellat, hortaturque aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. injecit in sermone Syrus mendacium a se pro tempore confictum; anum Corinthiam, Antiphilae (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuo (†) accepisse a Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrhaboni relictam. dum haec aguntur, annulum suum agnovit Sostrata, ejusque indicio, Antiphilam filiam suam esse cognovit. gaudio exiliens, omnem rem defert ad virum; qui, ea leviter objurgata, repertam tamen filiam, ipse quoque gavisus est. jam omnia in tranquillo erant; absque Bacchide fuisset. sed & illi quoquo modo decem excudendae erant argenti minae; & periculum erat, ne aliqua eam Chremes filii amicam esse resciscceret. ibi Syrus audax consilium init, quomodo & utrique seni rem, ut erat, patefaceret, & commode se e tam impedito negocio expediret. primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo

(*) *Numerosus*, pro multus, non dixit melior aetas in oratione solu

(†) Imo, *mutuum*. Veteres enim dicebant, *pecuniam mutuam fe* *mere*, vel *accipere*, non *mutuo*. Vide Gronovium de Pecun. Vet. III. 4.

Digitized by Google

do argentum a Menedemo eripiam. dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusque, ut eam domi suae dies aliquot esse patiatur, teque id celatum velit. porro Clinia filiae tuae, quae modo reperta est, formam sibi complacitam esse dicet, eamque petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet a patre suo, qui novae nuptae ornamenta coëmat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. jam autem ad Menedemum, Syri hortatu, transierat Bacchis: & eo pompam omnem suam traduxerat. Chremes primo non satis consilium illud probare. at illam certe, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissolvas, facere honeste non potes. Ego vero, inquit Chremes, & libenter quidem. Immo vero, infit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat. ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane. numeratur a patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. interea tota res detegitur. indignari Chremes, & fremere, & minitari, se omnia atrocissima exempla editurum. tandem, cum prius Antiphilam Cliniae collocasset, partim Menedemi, partim uxoris precibus delenitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretriciis amoribus, uxorem ducturum pollicetur. Cum autem ceterarum fabularum argumentum uno die contineri soleat; hujus, non nisi biduo explicari potest.

SCHOLIA.

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique] In aliis illud, *denique*, cum sequentibus conjungitur, hoc modo:

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre, denique
Nullum remittis tempus,

ego fidem habeo Ciceroni, qui in primo de finibus citans hunc locum, facile ostendit, *denique*, finem periodi esse. & alioqui scio, aliis quoque locis hac voce ita usum Terentium.

Aut enim me, quantum hic operis fiat, poenitet] Impressi, ut opinor, omnes, praeter eos, quos, aliquot abhinc annos, ediderat Manutius:

At enim, dices, ne quantum hic operis fiat poenitet.

miror autem, ne Goveanum quidem ipsum vidisse, de-

Digitized by Google

tracto verbo, *dices*, multis partibus venuſtiorem orationem fieri: recepto autem, verſum conſtare non poſſe.

Si quid laboris eſt, nollem. ſed iſtuc quid mali eſt?] Neque conſtat verſus, neque ſententia mihi quidem ſatis aperta eſt. cum aliud, hoc quidem tempore, nihil poſſem, quod in veteribus libris erat, cum fide proponere, ſatis habui. Sunt qui putent legendum, *Si cui labori eſt, nollem*. hoc ſenſu: Si quem tibi laborem, ac moleſtiam affert hujus rei explicatio, ac patefactio, nollem equidem urgere te, ac tibi moleſtus eſſe.

Aetate me putavit, & ſapientia,] In aliis:

Et aetate putavit me, & benevolentia.

quae lectio neque inconcinna eſt, & veterum librorum teſtimonio adjuvatur: in quibus tamen perpetuo ſcribitur, *benivolentia*. ego Petri Bembi auctoritatem, ac teſtimonium ſequi malui.

Victum exercerent ſuum] Dionyſius Lambinus, homo commemorabili doctrina, parique probitate praeditus, cenſet hoc loco legendum, *victum exarcirent ſuum*. Sed in libro Petri Bembi, non tantum, ut in aliis, *exercerent*, legitur, verum etiam adſcripta eſt ad latus explicatio quaedam hujus vocis, quae ſcripturae illius integritatem confirmet. multum autem ejus libri valere debet auctoritas. eſt enim ita antiquus, ut Angelus Politianus, qui multos veteres libros viderat, teſtatus ſit, omnium cujusque generis librorum, quos ipſe unquam vidiſſet, eum ſibi antiquiſſimum videri. quod ego ipſius Politiani manu ſcriptum legere memini.

Quam iniqui ſunt patres] Miror, quid ſibi voluerint, qui actus principium hoc loco fecerunt. cum enim, Chremete ſolo ingreſſo domum, Clitipho in proſcenio remanſerit, nemo profecto non videt, eorum dumtaxat, quibus comica ratio non penitus ignota eſt, non modo novum actum, ſed ne novam quidem (ſi ita loquendum eſt) ſcenam hoc loco eſſe poſſe.

Aſtutus, nae ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fabulam] Contemptum hunc paternarum admonitionum mirifice expreſſit Theocritus; apud quem paſtor quidam, cum, aeſtatem a ſe non metui, indicare vellet, ait tanti

tanti eam a se fieri, quanti a liberis patrum matrumque verba fiunt. versus hi sunt,

Τῶ ϑ ἥρως φύσιος ἐγὼ τίσιν μελεδαίνω,
Ὅσσον ἐρῶντι πατρὶς μέλει, ἢ μητρὸς ἀκοίτη.

Nam Clinia hic, etsi is suarum rerum satagit, attamen] Nescio quo modo factum est, ut hic versus meam diligentiam fugerit. ita enim emendandus fuerat, ut est in quibusdam impressis, & in omnibus calamo notatis:

Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen
Habet, &c.

— *verum interea, dum sermones caedimus*] Genus hoc loquendi ductum esse a Graecis, admonet Priscianus libro XVIII. eos enim ita dicere solitos, πρὸς λόγους, aut πρὸς μύθους.

Non oportuit relictas. portant quid rerum] Ita saepe loquebantur veteres, cum magnam rei alicujus vim, aut copiam indicare vellent. Sic in Andria: *Di boni, boni quid porto?* & in hac ipsa fabula,

Modo pitisando quid vini absumpsit mihi?

Plautus in Epidico:

Tum captivorum quid ducunt secum? pueros, virgines,
Binos, ternos alius quisque: fit concursus per vias.

Cicero in Verrem: *Quid lacrymarum putatis ipsum profudisse Neronem?*

Nam disciplina est iisdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam] Praeceptum hoc ita complexus est Ovidius in arte:

Sed prius ancillam captatae nosse puellae
Cura sit. accessus molliet illa tuos.
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando:
Quod cupis, ex facili, si volet illa, feres.

Enim-

Digitized by Google

Enimvero reticere nequeo. multimodis injurius] Hic quoque, *multimodis* ut legas, ipsa versus ratio cogit. quod neminem antea animadvertisse, mirum est.

Clit. Quid ago nunc? Clin. tu ne? quod boni] In aliis omnibus, *tu ne? quod boni est*. mirumque, quam suo more, id est, quam inepte, quamque ridicule locum hunc interpretentur litteratores. illius igitur nobis sententia, quam ante nos nemo tradidit, aperienda est. dicturus erat Clinia continuata oratione: *tu ne? quod boni datur modo, fruere, dum licet. nam nescias, Ejus sit potestas posthac, an nunquam, tibi.* Sed cum, eo loqui exorso, pergeret abire Syrus, interrupit illius orationem Clitipho, & Syrum inclamavit: deinde ad Cliniam conversus, *dic modo verum*, inquit. at Syrus indignabundus, *age*, inquit, *modo: hodie sero, ac nequicquam voles.* tum demum Clinia interruptam orationem persecutus est.

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera] Venuste, *huic homini*, dixit, cum se ipsum designaret. sic apud Plautum in Epidico:

Quid verba facimus? homini huic opust quadraginta minis. Sic Demea Adelphis:

Vin' tu huic seni auscultare? & apud Sophoclem Ulysses:

Ἐχθρός γε τοῖδε τ' ἀνδρὶ κἀμοὶ πᾶσιν τοῖς στρατῷ ἴσα.

& apud Euripidem Admeti pater:

Μὴ θνῄσκ' ὑπὲρ σοῦ· φῶς γὰρ ἀνθρώποις, τέκνον, ἐγὼ καὶ σοί.

Luciscit hoc jam: cesso pultare ostium] In omnibus libris, praeter Manutianis, locus hic inepte & scriptus, & interpunctus erat, hoc modo: *Lucescit: hoc jam cesso pultare ostium* &c. quae sit autem vis hujus orationis, *luciscit, hoc jam*, dixi quodam loco in commentario in Catullum.

Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet,] Loquendi ratio a Plauto, ut videtur, accepta; cujus est versus ille, Bacchidibus:

Omnium ad perniciem instructa domus opime, atque opipare.

Con-

Digitized by Google

Consilia adolescentes: & tibi perdere] Versus constare non videtur. suspicor legendum, *adulescentes*: & ita scripsisse veteres, cum vellent secundam hujus nominis syllabam producere.

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis] Suspicor, fuisse in Graeco Menandri, ὕπνον οὐχ ἑώρακα. si quidem ὕπνον ὁρᾶν, eodem sensu, pure admodum ac proprie dicitur. Aristophanes Vespis:

Ὕπνον δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πώποτε.

Ne nos inter nos congruere sentiant] *Claudeo*, pro, *claudo*, dictum a veteribus legimus. sed & *viveo*, pro, *vivo*; &, *diceo*, pro, *dico*, usitata aliquando fuisse, constat ex Nonio, apud quem citatur illud ex Naevio:

tibi, dum vivebo, fidelis ero.

ubi tamen vulgo male legitur, *videbo*. & item illud ex eodem: *Primum quod dicebo, recte: secundum quod dicebo, eo melius*, ita necesse est, *congruo*, hoc loco, non, *congruo*, dictum fuisse a Terentio, intelligamus. nam, nisi *congruere* legas, syllaba, quae proxime ultimam est, producta, ut versus constet, non asequeris.

Dissolvi me, ociosus operam ut tibi darem] In aliis, *Dissolvi me ocyus, operam ut. darem tibi*. sed, quin ea vera scriptura sit, quam nos ei, quae vulgo recepta est, anteposuimus, cur dubitetur, causa non est. primum J. Pierius, spectatae eruditionis, acerrimique judicii senex, affirmat, eam esse in optimo illo Romano libro. est & in altero eorum, qui olim Dominici Grimani cardinalis fuere; nunc in hac urbe, in coenobio sodalium Antonianorum asservantur. sed & Bernardini Lauredani antiquus eam confirmat liber: & Terentius ipse alibi eodem modo locutus est:

Nos ociosi operam dabamus Phaedriae:

Hoc autem loco potissimum libet pusillum quiddam, neque tamen contemnendum, cum studiosis communicare. id est super ratione scribendae vocis, *otium*; quam video ab aliis per *t*, ab aliis per *c* litteram scribi. ac jam pri-

pridem Pierius, quo nemo unquam subtilius, nemo accuratius istius generis minima maxima perscrutatus est, in optimis illis, bonaeque frugis plenissimis annotationibus in Virgilium suis, quid hac de re sentiret, aperuit. nam cum in Romano libro versum illum ita scriptum esse dicat,

Parthenope studiis florentem ignobilis oci,

aliis tamen locis omnibus eo ipso in libro *otium* affirmat legi. profert etiam inscriptiones antiquas, librosque veteres aliquot, in quibus ea vox per *t* litteram legatur. ego tantum Pierio tribuo, ut cum antea *ocium* & *negocium* scribere consuevissem, idque verius putarem; postea, sola ipsius auctoritate motus, a mea consuetudine discesserim. neque tamen, quid sentiam, dissimulandum puto. marmora, numismata ve antiqua, quae hanc, aut illam scripturam confirmarent, mihi quidem inspicere adhuc non contigit. libros veteres nonnullos vidi, in quibus *otium*; multis partibus plures, in quibus *ocium* scriberetur. adeoque nunc ipsum, de quatuor manuscriptis Terentii libris, quos habeo, in duobus *otium*, in aliis duobus *ocium* perpetuo scribitur. habeo & Sallustium satis antiquum, in quo nunquam aliter, quam *ocium*, & *negocium* legas. Ciceronis autem quotquot vidi veteres libros, in eis eodem modo scriptum animadverti. Paulus quidem Magnolus, magna homo doctrina, diligentia etiam admirabili, cum Ciceronis libros de officiis accuratissime cum antiquis exemplaribus conculisset, testatum reliquit, se in antiquis omnibus *ocium* & *negocium* per *c* litteram reperisse. movet me quoque vehementer Donati auctoritas, qui in locum illum ex Eunucho,

Suspectiones, inimicitiae, induciae:

Induciae, inquit, *sunt pax in paucos dies: vel quod in diem dentur, vel quod in dies ocium praebeant.* quae si posterior notatio vera est, dubitationem res amplius nullam habet. quin etiam si vera non sit, credibile tamen est, Donatum aliquam probabilitatem secutum: quae nulla fuisset, si ipsius temporibus, *inducias* per *c*, *ocium* autem per *t*, scribere eruditi consuessent. piget super re

Digitized by Google

tam tenui plura verba facere: neque sane magnopere laboro, utra opinio recipiatur. non enim in eo positas esse, ut ille dicebat, Graeciae fortunas, satis intelligo. cum tamen eruditissimi olim homines de singulis litteris singulos libros scripsisse memorentur; non est cur ego, qui praeclare mecum agi duco, si per illorum vestigia repere liceat, has disputationes mihi parum decoras putem.

S. Garris: Ci haec facta ab illo oportebant, Syre.] Antique dictum; ut in Andria, — *quae aspolent, quaeque oportent.*

Nec cum malefacere crederem mi impunius Licere) In aliis, *malefacerem.* nemo autem non videt, una a nobis detracta litterula, quam commodum, quamque apertum sensum effecerit, qui obscurus antea, & perturbatus fuerat.

Quid istuc quaeso? qui istic mos est, Clitipho? ita ne fieri] Qui hunc versum temere immutarunt, nesciebant videlicet, *fieri*, prima producta, saepe apud veteres positum esse. id ergo exemplis confirmandum est. Terentius,

Credebam. minime. scite poterat fieri.
Injurium est: nam si esset, unde fieret.

quem in locum etiam a Donato hoc ipsum notatur:

Argento opus esse, & id quo pacto fieret.

plura ponerem, nisi haec satis esse ad rem docendam arbitrarer. apud Plautum autem quam multa ejusmodi exempla sint, sciunt, qui poëtam illum accurate legerunt.

Atque ejus amicam subagitare. vel here in vino quam immodestus] Ne quis hoc me loco quicquam mutasse parum considerate putet; testificor, in quatuor libris calamo exaratis ita scriptum reperisse me, ut excudendum curavi. quomodo autem antea legebatur, *in convivio*, ita qui leget, magnum faciet, si versus rationem explicare poterit. quomodo nos legimus, quadratus est hypercatalecticus. *in vino* autem ita dictum est, ut apud Catullum,

Marrucine Asini, manu sinistra
Non belle uteris in joco, atque vino.

— *imo si scias.*
Hoc vide, quod inceptet facinus] In aliis, *Vah vide.*

sed

ſed ita, ut ego emendavi, legitur in libro Lauredani, in duobus Antonianis, & in vetere Veneto. hoc autem genere loquendi uſus eſt & ſupra, in hac ipſa comoedia:

Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quaeſitum, ſcelus.

Mane, mane. quid eſt, quod tam a nobis graviter crepuere fores?] De hoc loco quid ſuſpicer, jam ante dixi: legendum videlicet, *crepuit foris.* alioqui enim verſus juſto longius excurrit. veteres tamen libri ita habent, ut ipſi edidimus.

Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor.] Cum Chremes & Syrus in proſcenio remanſerint; non ſane video, quomodo hic principium actus eſſe poſſit.

Suſtuliſti. Sy. ſi ſic factum eſt domina, ergo heru' damno auctus eſt.] In aliis omnibus hoc modo:

Suſtuliſti. So. ſic eſt factum. Sy. domina, ergo herus damno auctus eſt.

quae quidem mihi ſcriptura ſe ipſam refellere videtur. nam ſi dicenti viro, *ſuſtuliſti*, reſpondeat Soſtrata, *ſic eſſe factum*; primum inutili ſe mendacio obligabit: neque enim filiam ſuſtulerat ipſa, ſed exponendam dederat. deinde quomodo illa convenient, quae ab eadem poſtea dicuntur:

Minime. ſed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi

Exponendam. ſed noſo in re certa argumentis abuti. etenim intelligentes admonere ſatis eſt: de ceteris non laboro. illud modo teneatur, quomodo nos edidimus, ita in omnibus ad unum, quos quidem ipſi vidimus, calamo notatis libris legi.

Niſi fallit me animus, haud multum a me aberit infortunium] Haec, cum in aliis ſeparentur, in meo manu ſcripto continuantur cum ſuperioribus: neque cauſſa eſt, cur ſeparari debeant.

Nihil eſt. triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere] Hoc loco, utrum, neque ſatis ſcio, neque, ſi ſciam, dicere auſim; alterutrum quidem ſine dubio neceſſe eſt; ut aut ſolus ex iis, qui verſum hunc hactenus interpretati ſunt,

Digitized by Google

sunt, recte sentiam, aut solus errem. nam ceteri omnes, *latere*, ut verbum accipiunt: ego nomen esse statuo. ac illi quidem quam sententiam efficiant, non est obscurum. ego vero ita intelligo: ut hanc suam Syrus e nungendi pecunia Chremetis inceptionem cuidam gladiatorio certamini comparet, in quo se cum illo depugnare oporteat. sicut autem primum illud est gladiatori, ut antagonistam feriat: quod si non possit, proximum est, ut saltem bene tegat latus suum, nullaque plaga accepta, abscedat e pugna: ita Syrus primum sibi illud fuisse dicit, ut senem argento circumduceret. sed cum rem in eum locum deductam videat, magnum ut periculum sit, ne omnia fiant palam, nihil esse ait, quod jam senem quasi ferire pecunia illa cogitet: triumphare se, ac putare secum praeclare actum iri, si ex hac pugna, *latere tecto*, possit *abscedere*: id est, si ita possit evadere, nihil ut ex eo, quod jam factum est, nanciscatur mali.

Tu fortasse, quid me fiat, parvi curas] In aliis, *parvi pendis*. ego omnium veterum librorum consensum secutus sum.

— jus summum saepe summa malitia est]

In meo manu scripto, *summa injuria est*.

Sed pater egreditur. cave, quicquam admiratu' sis,
Qua causa id fiat. obsecundato in loco;
Quod imperabit, facito; loquitor paucula.] Antea praeposstero ordine legebantur hi versus, in hunc modum:

Qua causa id fiat, obsecundato in loco.
Sed pater egreditur. cave, quicquam admiratu' sis:
Quod imperabit, facito; loquitor paucula.

nullus autem sensus illo modo extorqueri poterat: qui nunc & optimus est, & vel pueris perspicuus. ita memini olim, cum in academia Parisiensi libros de divinatione publice interpretarer, emendatum a me esse locum quendam ex primo eorum librorum, qui, ut est in impressis libris, nullo modo intelligi potest. versus sunt accii, quos ibi Cicero citat:

Digitized by Google

Cum jam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placans artus languidos:
Viſum eſt in ſomnis, paſtorem ad me appellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Praeclarioremque alterum immolare me.

ſunt autem legendi hoc ordine:

Viſum eſt in ſomnis, paſtorem ad me appellere
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Praeclarioremque alterum immolare me.

Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus eſt] In aliis, *relictis omnibus*; non male. Sed, in omnibus manu ſcriptis quod repereram, id repraeſentandum curavi. eſt autem ita locutus & in Andria:

Herus me, relictis rebus, juſſit Pamphilum &c.

Nam te ſcientem faciam, quicquid egero.] Ita eſt in meo manu ſcripto, & in vetere Veneto. eſt autem dictum, *te ſcientem faciam*, pro, te conſulam, te certiorem faciam

In illum nil poteſt: nam exuperat ejus ſtultitia omnia haec] Nihil muto. volo tamen indicare, quid in veteribus libris repererim. in meo manu ſcripto aperte legitur:

— *nam exuperat ejus aſtutia omnia haec.*

in libro Lauredani legitur quidem, *ſtultitia*; ſed aut eadem, aut certe alia non minus antiqua manu emendatum *aſtutia*. in uno etiam Antonianorum eadem varietas a marginem libri annotatur. videbunt alii, ecquid ironi illa venuſtatis habeat.

Sponſae veſtem, aurum, atque ancillas opus eſſe: argentum ut dares) Ita emendavi e meo manu ſcripto: cum ab aliis abeſſet particula, *atque*; verſusque iccirco claudicaret.

Quenquam ne animo tam comi eſſe, aut leni putas] Ita plane eſt in vetere Veneto. a manu ſcriptis abeſt particula

cula, *ne.* ne quid tamen disſimulem, & in vetere Veneto, & in manuſcriptis ita legitur: *cōi:* quod utrum valeat, *comi*, an, ut in aliis, *communi*, ſatis liquido affirmare non poſſum.

Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caves?] Ita emendavi ex omnibus antiquis libris: cum antea contra rationem verſus legeretur:

Quot incommoditates in hac re accipies, niſi caves?

Quid hoc, quod volo] In aliis, *quod rogo.* ſed, *volo*, eſt in omnibus veteribus. valet autem, cupio; ut non voluntatem modo, ſed deſiderium etiam declaret. ſic in Andria:

— ſin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nil ſit morae, reſtat Chremes.

Quam pudet: neque, quod principium incipiam ad plandum, ſcio] In impreſſis omnibus, *quod principium inveniam;* ſed in omnibus antiquis, *quod principium inciam.* idque lepidius videtur.

Quam volo. S. nunc laudo te, gnate. Cl. Archonidis liam] In aliis, *nunc laudo, gnate.* Goveanus ſenſerat, beſſe aliquid a verſu. itaque addiderat ad finem, *volo.* oc modo: *Archonidis filiam volo.* ſed repugnant veteres bri. hoc, quod ego poſui, ſcriptum eſt in libro Laureani, & in vetere Veneto. *Archonidis* autem legendum ſt, producta ſyllaba, *ni:* ut tale ſit, quale illud apud idonium,

Orcheſtram quatit alter Euripidis.

IN ADELPHOS TERENTII ARGUMENTUM.

MITIO, & Demea, duo diſſimillimo fratres ingenio ere. ille urbanam vitam ſecutus eſt; hic ruſticam: e coelebs vixit; hic uxorem duxit: ille ingenio leniio; hic aſperrimo: ille mitis etiam in alienos; hic ſaes etiam in ſuos: ille etiam in ira placidus; hic etiam ra iram ferox. Erant Demeae filii duo: ex quibus

Digitized by Google

natu majorem Aeschinum sibi adoptavit Mitio, eumque secum in urbe liberalissime, indulgentissimeque educavit minorem Ctesiphonem ruri secum severe inprimis, ac restricte habuit pater. Aeschinus multas meretrices, patre ad omnia connivente, adamavit; multa convivia celebravit; quae denique juventus fert, ea omnia non libere modo, sed etiam licenter exercuit. postremo usque eo progressus est. in virginem pauperculam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sancte secum, & pudice, ut poterat, educabat, noctu temulentus cum incidisset, vim ei attulit, gravidamque fecit. venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicensque, se puellam uxorem ducturum. ea fide data, & ignotum est, & tacitum Ctesipho, cum in urbem interdum ventitaret, ipse quoque citharistriae cujusdam amore correptus est. totam ejus rei famam, ne qua emanaret, ac perveniret ad Demeam, in se Aeschinus transferebat. tandem, cum leno, puellae dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erant, vellet in manum dari, aut se eam alii venditurum minitaretur; adductus in summam desperationem Ctesipho, jam de relinquenda patria cogitabat. cum Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est, & ipsum, & familiam contudit pugnis, puellamque per vim abreptam tradidit fratri Spargitur tota urbe rumor. venit Demea, Mitionem objurgat, inclamat, testatur deos atque homines, quod dissolutus, quod intemperans, quod vinosus, quod scortator, quod nullius bonae rei Aeschinus foret, omnem in Mitione uno haerere culpam: diis gratias agere, quod ille saltem, quem ipse ruri haberet, frugi, ac temperans esset; rei studeret, & famae, illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam & fratris disciplinam. placat hominem, quantum in se est, Mitio: jamque se ab eo expediverat, cum supervenit aliud, quod majores etiam tumultus excitaret. raptam ab Aeschino citharistriam, perfertur ad matrem Pamphilae. quae quidem Pamphila ita erat ad parien dum vicina, ut jam e dolore laboraret. quid facere misera? mutatum Aeschini animum, se vero, filiamque suam proditas per summam perfidiam, ac desertas putabat. Getam servulum, qui pauperem familiam solus

Digitized by Google

ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellae cognatum, jubetque ei rem, ut erat, exponere. interea audierat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione affuisse. jamque totus in fermento, ut ajunt, erat; cum ei Syrus, servus vaferrimus, mendaciolum aspergit: venisse quidem rure Ctesiphonem, sed venisse objurgatum Aeschinum; multa ei medio foro mala dixisse, deinde ediisse rus in praefecturam suam. lacrumare gaudio Demea, & gratulari sibi, quod unum saltem haberet, in quo extaret paternae severitatis exemplum. dum rus redit, incidit in Hegionem, a quo de constuprata per vim ab Aeschino Pamphila intelligit. denuo commotus, dum fratrem, ut in eum iram evomeret, quaerit, obviam habuit mercenarium a villa, ex quo scisciatus de filio, accipit, non esse ruri. redit ad Syrum; a quo ei rursus novum mendacium, velut offa in os, ne latraret, objicitur. quaerit, ubi fratrem reperire posset. id vero ita indicavit Syrus, ut infelix senex, dum illius verbis fidem habet, nequicquam omne oppidum perreptaverit. interea Mitio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres profectus, jacentes jam & afflictas erexerat, labantes & dubias confirmaverat, tristitia ac moerore confectas recreaverat, pollicitus, se Aeschino Pamphilam uxorem daturum. venit Demea. clamor, jurgium, convicia. etiam eo praesente, servulus quidam Ctesiphonem per imprudentiam nominat. ille cum subito per vim in aedes irrupisset; quem jam pridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, eum accubantem cum amica, & suaviter potitantem deprehendit. ibi vero tanta iracundia incitatus est, ut arderet. satis diu vociferatus cum esset, tandem placida & composita Mitionis oratione eo perducitur, ut deposita vetere saevitia, benignus, affabilis, lepidus esse meditetur. itaque ipso non permittente tantum, sed etiam jubente, puerpera domum traducitur: fiunt nuptiae; lenoni numeratur argentum; Mitio ipse Sophronam ducit uxorem; Hegioni datur, unde vivat; Syrus una cum Phrygia uxore manumittitur. cum Mitio, ceterique omnes, sed tamen praecipue Mitio, illam tantam, tam insperatam, tam subitam mutationem admiraretur; gravi & cordata (*) oratione claudit fabulam Demea; si omnia profundere, si in omni libidine ac ne-

(*) *Cordata oratio*, vereor, ut Latine dicatur.

nequitia vivere, si totam rem helluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus aetatis super sit, quam aliorum, interesse: sin corrigi se in loco, & modice coërceri, atque admoneri velint, eum esse se qui id praestare possit. permittuntur ei omnia. ita fabula concluditur.

SCHOLIA.

Adelphi Terentii] In omnibus antiquis libris non *Adelphi*, sed *Adelphoe* legitur. idque ego, ne quid dissimulem, verius puto.

Acta ludis funebribus L. Aimilii Paulli.] Ita est summo consensu in antiquis libris: ut valde mirer, qua stultitia quidam alii ex *funebribus* fecerint, *funeralibus*, & *L. Paulli* nomen sustulerint.

Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano] Horum uterque L. Aimilii filius fuit: sed ille a Q. Fabio Maximo, hic ab Africani superioris filio adoptatus.

Aedilibus curulibus.] Hoc perspicue falsum est: quod ante me an quisquam animadverterit, nescio; nemo quidem certe tradidit. falsum autem esse, ita doceo. primum, quod nusquam reperietur, ludos funebres pertinuisse ad aedilium curam: praeterquam apud grammaticum illum, quisquis est, cujus ante Terentium, sub Donati nomine, quisquiliae quaedam haud magni pretii leguntur. is autem eadem videlicet eruditione, eodemque judicio illud tradere potuit, quo, quatuor esse ludorum species, & Megalenses fuisse magnis diis consecratos & Apollinares pertinuisse ad curam aedilium: quae quam vera sint, suo loco diximus. deinde si hi duo fratres simul aedilitatem illam majorem gessissent, aliqua profecto tam inusitatae rei ab historicis facta mentio esset praecipue a Paterculo, qui hujus generis aliquot exempla subtiliter, & accurate annotavit. Sed quid argumento opus est? unicum satis est ad praecidendum omnem dubitandi occasionem. P. Cornelius Aimilianus, quo de hic manifesto agitur, nunquam aedilis fuit: immo vero annum agens XXXVI, cum aedilitatem peteret, consul creatus est. auctor is, quem modo nominavi, Paterculus. corruptum esse locum, ostendi; ideoque asteriscum notam appposui. nunc quo modo ei medicina faciendi

sit, si potero, ostendam. in uno Antonianorum reperio: *Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano aedilibus curulibus, quos fecere.* inde suspicor, expungendas esse voces illas, *aedilibus curulibus*, legendumque hoc modo: *acta ludis funebribus L. Aimilii Paulli, quos fecere Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Africanus.* ita confirmat hanc opinionem Donatus, ut vix ulla dubitatio relinquatur. is enim in ἀσυγχρόνοις in Hecyram, de Hecyra ipsa loquens: *Postremo*, inquit, *data est ludis funebribus L. Aemilii Paulli, quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & P. Cornelius Africanus.* quanquam autem non id mihi consilium est, hoc quidem tempore, ut ea, in quibus grammatici erraverint, persequar; tamen injecta a me Donati mentio facit, ut quiddam, quod ille in iis, quae praefatus est in hanc fabulam, dixit, praetermittere silentio non queam. ejus igitur verba sunt: *Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam, etiam tum rudi nomine poëtae: itaque sic pronunciatam, Adelphoe Terentii, non Terentii Adelphoe: quod adhuc magis de fabulae nomine poëta, quam de poëtae nomine fabula, commendaretur.* Haec Donatus: quae si vera sunt; omnes propemodum, quas hodie habemus, Terentii fabularum inscriptiones falsas esse oportet. Si quidem Heautontimorumenos acta inscribitur *Ti. Sempronio, M. Juventio cos.* Eunuchus, *M. Valerio Messalla, C. Fannio Strabone cos.* eodemque anno, sed non iisdem ludis, Phormio: Adelphoe vero *L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego cos.* ut, si ordinem temporum servare libeat, non secunda, sed quinta potius collocanda sit. aut igitur errat Donatus, aut sunt, ut supra dixi, omnes illae inscriptiones repudiandae.

Eam commorientes Plautus fecit fabulam.] Varro tamen *commorientes* Plauti esse non putabat. ejus e primo de comoediis Plautinis haec verba referuntur: *Nam nec gemini, nec leones, nec condalium, nec anus Plauti, nec bis compressa, nec Boeotia unquam fuit: neque adeo ἔχεμος, neque commorientes: sed M. Acutici.*

Ego illam facile vero omitto] Ita emendavi e manuscriptis libris; cum antea legeretur, *Ego illam hercle vero omitto.* versus autem quomodo constet, non video, nisi legas, — *qui te fratrem habeam quidem Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem*

opu'porro eſt, proſpice] Ita eſt in veteribus libris; non, ut in aliis, *conſule*.

Quapropter quoquo pacto tacito eſt opus] In aliis, *celato eſt opus*: ſed verſus non conſtabat. hoc quoque ex veteribus libris emendatum eſt.

— *finerem illum? aut non ſex totis menſibus*
Prius olfeciſſem, quam ille quicquam coeperit?] Ita perſpicue legitur in meo manu ſcripto, & alioqui ſcripturam hanc agnoſcit, & approbat Priſcianus.

— *tuum ne filium?*
(*Abigam hunc rus*) *jam dudum aliquid ruri agere arbitror.*] Alii illud, *abigam hunc rus*, faciebant dici a Demea. inepte. id enim ſecum de Demea ipſo muſitat ſervus. porro praeterquam quod in meo manu ſcripto ita plane legitur, idem etiam ex Donati interpretatione non obſcure colligi poteſt.

ACTUS QUARTI SCENA III.

Ego hanc actus quinti ſcenam primam eſſe duco. abiit enim Demea quaeſitum fratrem, Syrus ſorbillatum cyathos: itaque ſcena vacua remanſit infra autem, ubi dicitur eſſe principium actus quinti, id verum eſſe non poteſt, cum Aeſchinus in ſcena maneat.

Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi] Donatus admonet, in quibusdam libris legi, *ſe ſemper credunt calvier*. Valet autem id verbum idem, quod, falli ac circumveniri.

Perii, horreſco ſemper, ubi pultare haſce occipio fores miſer] Ultima dictio hujus verſus, quae in aliis deerat, in omnibus veteribus legitur. qui autem tollunt, *fores*, & contra veteres libros faciunt, & corrumpunt verſum qui quadratus jambicus eſſe debet.

Non clamas? non infamis? M. non. malim quidem] Alii illud, *malim quidem*, faciebant dici a Demea, a nullo ſenſu, aut inepto. Dicitur a Mitione: & habet hunc ſenſum: malim quidem, ſi fieri poſſit, aliter eſſe: ſed quando quod factum eſt, infectum fieri non poteſt, aequo animo fero. tale aliquid cum dicere pararet impeditur a Demea.

Ita vita eſt hominum] Comparatio Platonica. κα-
ὡς ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπεικάζει, ὃν οὐ δεῖ βαλεῖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ
ὃ

ᾠ, ἢ βαλόντα χρῆσθαι πρὸς τὰς πηγάς. Plutarchus ἐν τῷ περὶ ἀθυμίας.

Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar?] Alii omittebant illud, *quid agam?* quod tamen & est in antiquis libris, & agnoscitur a Donato, & ad versum necessarium est.

IN PHORMIONEM TERENTII ARGUMENTUM.

CHREMES & Demipho fratres Athenienses erant. Chremes Athenis uxorem divitem, ac bene dotatam duxerat Nausistratam. & ex ea susceperat filium Phaedriam. habebat Nausistrata, praeter ceteras opes, opima praedia in Lemno. eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendosque fructus, commeabat. dum illic residet, pauperculae cujusdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit uxorem; & ex ea suscipit filiam Phanium: ac, ne res emanaret; commutato nomine, Stilphonem se Lemni vocari jubet. detrahebat autem e fructibus praediorum uxoris Athenensis, quantum satis esset ad illam alteram una cum filia nutriendam: deinde Athenas reversus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid causabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phanium quindecim jam haberet annos; conveniunt inter se Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lemniam uxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio suo uxorem daret. ejus rei causa proficiscitur in Lemnum Chremes. eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter esset in Ciliciam. abeuntes ambo, Getae (is Demiphonis servus erat) filios committunt suos. profectis senibus, Phaedria se statim citharistriae cujusdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui a lenone amaret, quod daret, nihil habebat. interea uxor e Lemno, quae, propter paupertatem, viri diutius forte, quam solebat, morantis adventum expectare non posset, conscensa navi, Athenas una cum filia, & nutrice ipsius venit. quaerunt Stilphonem. frustra. Athenis, qui quenquam eo nomine nosset, reperiebatur nemo. ibi mater (tanta eam aegritudo ceperat) moritur. ei funus una

Digitized by Google

cum nutrice procurantem Phanium cum aſpexisſet Antipho, ſubito amore illius exarſit. venit ad nutricem poſtridie, ut ejus ſibi copiam faceret, obſecrans. illa ſe niſi puellam uxorem duceret, facturam negat. illi, cum & quidvis facere cuperet, & patrem abſentem vereretur, paraſitus Phormio hoc conſilium dedit. lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui eis genere proximi eſſent, ducere; aut, ſi id nollent, dotem eis dare cogerentur. ego, inquit paraſitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideoque causſam illius ſuſcipere: vocabo te in judicium, tanquam illius cognatum, tecumque lege agam, ut eam ducas. tu ita te defendes, ut mihi facilem victoriam praebeas: ita condemnabere. ſic fiet, ut & tu potiaris tua, & patre reverſo, paratam excuſationem habeas. ita fiunt omnia, ut paraſitus ſuaſerat. confectis jam nuptiis, eodem die ambo redeunt ſenes. turbari uterque: ille, quod filius indotatam uxorem ſe abſente duxisſet: hic, quod vereretur, ne, erepta ſibi hac collocandae filiae occaſione, tota res fieret palam. eo ipſo die, leno, citharistriae, quam Phaedria amabat, dominus, niſi ſibi pro ea triginta minae darentur, venditurum ſe eam, minitabatur. ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait ſenibus, ſe cum Phormione collocurum: Phormionem vero, ſi ſibi dotis triginta minae darentur, paratum eam uxorem accipere, quam duxisſet Antipho. eam pecuniam Demipho a Chremete ſumptam numerat Phormioni. is eam Phaedriae; Phaedria lenoni pro amica tradit. cum haec jam confecta eſſent, agnoſcitur Phanium. ibi vero ſenes gaudere, quod, quas nuptias ipſi facere moliebantur, eae ipſis abſentibus, atque inſcientibus factae eſſent. ſed dolebant, ſibi periisſe triginta minas. eas dum a Phormione, primo blanditiis, poſtea etiam per vim eripere conantur: Phormio, qui jam de duabus Chremetis uxoribus, deque tota re intellexerat, inclamat Nauſiſtratam, eique aperit omnia. Illa, cum aliquandiu de viro conqueſta eſſet, tandem placatur, filiique ipſius judicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.

SCHO

Digitized by Google

SCHOLIA.

Minu' multo audaciter, quam laedit, laederet.] Primum ab imperitis factum erat ex *audaciter*, *audacter*: deinde interjecta particula, *nunc*, ad fulciendum versum. ego, quod in meo manu scripto libro perspicue scriptum erat, id reposui. adverbium autem, *audaciter*, etiam a Cicerone usurpatum fuisse, alibi docui ex Prisciano.

Etsi tibi res sit cum eo lenone.] Ita quidem aperte legit Donatus: sed in omnibus tamen libris veteribus, *Quod si tibi res sit*: quae lectio nihilo, ut ego quidem arbitror, deterior est.

Ita ne tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?] Alii omnes hic faciebant principium actus secundi. quam inepte, nemo non videt. neque enim scena remanet vacua, neque dubitandum, quin ibi sit principium secundi actus, ubi a nobis constitutum est.

Nam, ni ita eum existimassem, nunquam tam graves.
Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter] In horum versuum secundo, particula, *ob*, ut videtur, est extra versum. in eodem autem, *nostram*, pro, *vostram*, alii scripserant, putantes, id, quod sequitur, *Quam is aspernatur*, ad familiam referri. falso. ad ipsam enim puellam refertur. neque vero se Phormio cognatum puellae esse fingebat. *vostram familiam*, aperte legitur in antiquis.

— *nam tua*
Praeterierat jam ducendi aetas] Ita emendavi ex veteribus libris; cum in aliis esset, *ad ducendum*.

Hei metuo lenonem, ne quid fuat. suo capiti] Profecto nunquam quisquam satis attente veteres inspexit libros. hoc adeo ea ex re venit in mentem mihi. ego abhinc triennium, cum primum haec scholia divulgare meditarer, Terentii fabulas cum plurimis calamo exaratis voluminibus, quam potui, diligentissime contuli. praecipue autem unum, quod adhuc habeo, quia ceteris emendatius videbatur, ita diligenter inspexi, liquido ut me jurare posse arbitrarer, nihil in eo, quod quidem alicujus momenti esset, non accuratissime excussum. sed cum postea eundem librum evolverem, valde equidem opinione falsum esse me comperi. nam cum alia multa minime ne-

negligenda deprehendi: tum hunc locum, quem nunquam antea intellexeram, illius ope percepi. cum enim in aliis omnibus eodem modo ſcriptum ſit,

Hei metuo lenonem ne quid ſuo ſuat capiti:

ſolus hic meus, quem dico, ita habet:

Hei metuo lenonem, ne quid ſuat. ſuo capiti.

qua e ſcriptura horum verborum ſententia, quae antea latuerat, facile comprehendi poteſt. *Suere* enim apud Latinos, ut apud Graecos ῥάπτειν, interdum valet idem, quod, aliquid, quod alteri damnoſum ſit, ſtruere ac machinari. cum igitur dixiſſet Antipho, ſe metuere, ne quid leno *ſueret*, id eſt, ne quid doloſe moliretur, addit, *ſuo capiti*: quorum verborum ea vis eſt: quae quidem res ipſi lenoni vortat male, atque in ipſius caput recidat. Ita autem loqui ſolitos veteres, exempla indicabunt. Demoſthenes in Aeſchinem: ἀ ἐπιῤῥᾷ πᾶς σοῖς οἱ θεοὶ ῥίψειαν εἰς κεφαλήν. Terentius Hecyra:

Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali.
Capiti atque aetati illorum! morbus qui auctu' ſit.

Coelius ad Ciceronem: *Te ad* IX. *Kal. Jun. ſubroſtrani, quod illorum capiti ſit, diſſiparant periiſſe.* Cicero ipſe, libro VIII. ad Atticum: *Multa, inquam, mala cum dixiſſet: ſuo capiti, ut ajunt.* quo quidem loco, quin ad hunc Terentianum Cicero reſpexerit, mihi dubium non eſt.

Do. Neque ego, neque tu.] In eodem illo libro, hoc non a Dorione, ſed a Phaedria dicitur: ut ſit ſenſus: neque ego quicquam efficere potui, neque tu poteris.

Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjurit comiter?] Qui legebant, *adjuverit*, non animadvertebant, verſum ὑπερσύλλαβον fieri. ut autem hic *adjurit*, pro *adjuverit*, dictum eſt, ſic apud Ennium, *adjuro*, pro, *adjuvero*:

O Tite, ſi quid ego adjuro, curam ve levaſſo.

ubi vulgo perperam legitur, *adjuto*.

Nam hanc conditionem ſi cui tulero extraneo.] Ita eſt in an-

Digitized by Google

antiquis omnibus. at alii fecerant, *extrario*, quam vocem ego quidem Latinam (*) non puto.

Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo inferat.] Nihil addidi, nihil detraxi, nihil immutavi: sed, quod in meo vetere libro erat, quia sine ulla dubitatione verum putabam, quam potui, fidelissime expressi.

Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.] Hunc quoque locum e meo illo libro emendavi: cum in alios omnes, e glossemate aliquo, irrepsisset vox, *argentum*: quae ita deformabat versum, ut valde mirer, ne Goveanum quidem eam sustulisse.

— *curialis vernula est, qui me vocat.*] Hic mihi auxilio fuit vetus Venetus: nam in ceteris omnibus hae omnes voces desiderabantur.

Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum.] Ita legendum esse, admonet Priscianus. & ita legitur in meo manu scripto, & in uno Antonianorum.

Heus, quanta quanta haec mea paupertas est, tamen] Ita legendus est hic locus ex libro Petri Bembi, & ex libro Bernardini Lauredani.

In jus? enimvero si porro esse odiosi pergitis,] Quid de illo, *in jus*, faciam, nescio. nam & versum pede uno, quam par est, longiorem facit: & tamen neque repetitio illa invenusta est, & legitur in omnibus antiquis libris.

Vel oculum exculpe. est, ubi vos ulciscar probe] Ita emendat Bembus. in omnibus tamen antiquis reperio, ut in impressis,

— *est, ubi vos ulciscar, locus.*

Qui nominat me?] Ita est in libro Lauredani, & in duobus Antonianis, melius, & magis ad antiquorum consuetudinem, quam, ut in aliis, *Quis.*

— *quid nunc obticuisti?*] In meo, & in uno Antonianorum, pro, *obticuisti*, legitur, *obstupuisti.*

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, hem tempus est.] Ita erat in duobus Antonianis. in aliis, *jam tempus est*: sed hoc versus ratio repudiat.

Singillatim, qualis in istum fuerim?] Ita correxi e meo libro, & ex illo Lauredani. nam in aliis erat, *qualis in hunc fuerim*: neque ita lepide, & contra rationem metri. *Sigillatim* autem pro, *singillatim*, qui dicunt, errant.

IN

(*) Latinam esse, ostendimus ad Rutil. Lup. I. p. 43.

Digitized by Google

IN HECYRAM TERENTII ARGUMENTUM.

PAMPHILUS, Phidippi e Soſtrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Lachetis, & Myrrhinae filiam, incidit, eamque in via per vim compreſſit. atque ita effugit, ut neque ipſe eam, neque puella ipſum cognoſcere potuerit. in illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. paulo poſt pater eum, tum ut a meretricio amore averteret, tum ut praeſidium ſuae ſenectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. contigit, ut ea ipſa uxor ei daretur, quam ipſe conſtupraverat: gaudente admodum puellae matre, quae, quia ſola conſcia erat filiam e ſtupro gravidam eſſe, quam primum eam collocare properabat: ut, ſi forte poſt aliquot menſes pareret, nuptiis, quem admodum ſaepe fit, obtegeretur ſtuprum. cecidit res longe aliter, ac putabatur. etenim Pamphilus, qui invitiſſimus adjeciſſet animum ad rem uxoriam, quique avellere ſe derepente a Bacchidis amore non poſſet, ita dormiit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viva nunquam ſe uxorem ducturum, ſaepe ei promiſerat Pamphilus, nonnullam ſibi ab eo factam injuriam putans, multo ei minus, quam ſolebat, placida & obſequens eſſe coepit. eo factum eſt, ut Pamphilus ei ſe paulatim ſubduxerit, quamque prius ſpernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum eſſet. profecto eo, Philumena, quae intumeſcere ſibi uterum ſentiret, cum aliorum, tum ſocrus inprimis ſuae conſpectum refugiebat: tandem cum in eo eſſet, ut celare vix poſſe amplius videretur, ſumpta occaſione, per ſacrificandi ſpeciem, ad matrem ſe, unam omnium rerum conſciam, confert. poſt dies compluſculos mittit Soſtrata, qui eam accerſerent. reſpondetur, aegrotam eſſe. it, ut eam ſaltem viſeret. non admittitur. Phidippus accuſare uxorem, & dicere, haec omnia illius culpa contingere. illa contra excuſare ſe, & culpam deprecari: nullius ſe rei conſciam eſſe, cur ſua conſuetudo nurui odioſa eſſe debeat. interea redit Pamphilus. atque

Digitized by Google

que ita fors tulit, ut quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu levaretur. cum igitur, videndi cupidus. (aegrotare enim acceperat, & ita amabat, ut qui vehementissime) subito ad eam ingressus esset, peperisse deprehendit. ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari coepit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem uxorem, si ita videretur: sed tamen ne famam illius proderet. ita se facturum recipit. cum igitur neque vellet uxorem recipere, neque rursum veram afferret caussam: suspicati sunt senes, eum, Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de caussa ab uxore abhorrere. accersitam itaque Bacchidem objurgat Phidippus. ea, cum se illi purgasset, jubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam suspicionem adimere. ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenae ereptum, sibi dederat Pamphilus. is annulus effecit, ut, vitiatam esse ab ipso Pamphilo Philumenam, cognosceretur. Laetus Pamphilus & uxorem & filium recipit.

SCHOLIA.

Ita me dî bene ament, haud propterea te rogo, ut] Ita reperio in omnibus antiquis libris. Donatus tamen legit, *amabunt*: quod si recipias, aut delenda erit vox, *te*, aut non constabit versus.

Ah noli Parmeno] Consuetudinem hanc ineptorum hominum, qui flamam ardentem, ut dicitur, in ore potius, quam quicquam secreti, continerent, & tamen simulant, nolle ea quae sciunt, detegere, atque orari volunt, festivissime expresit Lucianus in convivio: cujus verba, quoniam & leporis plena sunt, & huic Terentii loco plane gemina, ascribere non gravabor. Colloquuntur autem inter se Lucinus, & Philo: e quibus cum Lucinus dixisset: ἐγὼ Λ', ἄπαγε, οὐκ ἂν π τοιοῦτον εἴπαιμι. ita excipit Philo: Θρύπτη τοῦτο, ὦ Λυκῖνε. ἀκ' οὖν γε ὡς ἐμὲ ὥστε ποιεῖν ἐχρῆν. ἀκολούθως γιγνώσκων. πολὺ κάλλιον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. καί μοι δοκεῖς, εἰ ἀπορήσαιμι τῶν ἀκουσμένων, καὶ σὲ τοῦ τινά, ἢ ὡς ἀνδρεῖόν τι ᾠδεῖς ἂν ὡσπερεῖδον ἐκβάλλοντα πάντα σωφρόνων ἀμυσί. οὐ γὰρ ἐθελήσω ἀπαγορεύσαι τοῦ, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπαλθεῖν, ἀλλὰ ἤξεις ἢ παρακολουθήσας, ἢ δεήσῃ. κἀγὼ ἡνίκαμαι ὡς εἰ οὐ τῷ

τῷ μέρει. ἢ, εἰ γε δεκτῶ, ἀπίσμαν ἄλλα αὐτὰ ποιήσεις. σὺ δὲ μὴ λέγε. Λυ. μηδὲν ἄσσ' ἐρεῖν, δικήσουσι γὰρ, ἐπείπερ ὕπ' ἀσθμῆ. ἀλλ' ὅπως μὴ ἄσσ' πολλὰ ἐρεῖς. Φι. εἰ μὲ παρπάπεσιν ἐγὼ ἐπιλήσομαι Λυκίνε, αὐτὶς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ, ἢ φθίτεις ἐπὶν ἄπαιν, ἄστ ἐδὲν ἐμῶ δεκτῆ.

Aedepol nae nos aeque sumus omnes invisae viris.] Duas voces, *inique*, &, *omnino*, quae in aliis erant, eo sustulit, quod neque erant in ullo vetere libro, & corrumpebant versum. huic autem querelae, qua utitur Sostrata, affinis est illa Creusae apud Euripidem Ione:

Τὰ γὰρ γυναικὸς δυσχερῆ ἄσσ' ἔρεσσας,
Κ' ἐν ταῖς κακαῖσι κἀγαθαῖς μεμιγμένη,
Μισεμισθ'. ὕπν δυσχερὴς πφύκαμεν.

Quid ais? an venit Pamphilus? venit. diis gratiam habeo.] Ita emendavi ex uno Antonianorum. nam, quomodo erat in ceteris, *diis habeo gratias*, versus efficiebatur acatalecticus, quem catalecticum esse, ut ceteros, multo verisimilius est.

Omnibu' nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.] Eandem nimirum habent sententiam versus illi, quos pronunciat Ulysses οὐτ. σ. etsi eos, qui philosophantur, alio trahunt:

Τοῖσδε γὰρ νόος ἐπὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quod faciundum fortasse fit postidea, hoc nunc si feceris.] Ita est in quibusdam veterum. alii, ignoratione antiquae vocis, fecere, *post*, *idem*.

Jam aetate ea sum, ut non fiet peccato mihi ignosci aequom.] *Mihi peccato*, id est, mihi, si quid peccaverim. nam ut *juratus* est, qui juravit, ita *peccatus*, hoc quidem loco, qui peccavit, id est, ὁ ἁμαρτικός. similiter locutus est Quintilianus libro VI. *Qui vero judicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto, flendum, & irascendum esset, rarius fuit.* ibi enim, *quo dicto*, valet, ᾧ λέξαντι.

— equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens, ante hunc diem unquam]
Sententia Plautina ex Captivis:

— saepe jam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quam sciens, boni.

DE

DE METRIS TERENTIANIS.

TERENTII verſus duorum generum ſunt; jambici, & trochaici. neque autem jambus in trochaicum, neque trochaeus in jambicum admittitur. Jambicus initio fiebat e duobus jambis, ut,

Quid hoc novi eſt? quid ira nunciat Deum?

apud Terentium; ſi modo ita legendum eſt,

Amantium irae, amoris integratio eſt.

Terentianus ait, *eos in tragoediis, propter nimiam ipſorum levitatem, culpari.* ego tamen Graecos poëtas ſaepe eodem modum uſos reperio, ut Sophoclem:

πάλαι πανυστατοῦντα, καὶ μετρούμενον.
ἴσ' ἴσχυε ἶσον, ἰσνίκαν δ' ὅτου χάριν.
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλα, δραστικῶν, φαυλοτάτων.

et Aeſchylum:

ἐγὼ δ' ἀπαλμὸς εἶμι συγγενὴς θεῶν.
ἅπας ὁ τοιχὼς, ὡς τις ἂν νέον κεφὴν.

et Euripidem:

ἐκεῖνός εἰμι. παῖς ἵν' ὧδ' ἀπαλόμην.
ὄλωλεν, ὡς ὄλωλε τῶν οἴδεν.

Poſtea admiſſus eſt alternis ſpondeus, & omnes pedes, qui illi temporibus ſunt aequales: in quibus eſt & proceleumaticus. tribrachys etiam, quod jambo temporibus par eſt, recipitur. Creticus, quamvis uno tempore longior, tamen ipſe quoque receptus eſt. Jambici integri, id eſt, ἀκατάληκτοι, ſemper ultimus pes eſt jambus. nam claudi verſus, id eſt, κατάληκτοι, an in Plauto ſint, alio loco viderimus: in Terentio quidem non ſunt. ne in Graecis quidem aut comicis, aut tragicis usquam: itaque qui locum illum ex Aeſchylo ita ſcripſerunt,

ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτέ τι βροτῶν μορφὴν,

et illum, & alios plurimos, dum corrigere volunt, depravarunt. recte enim erat in Aldinis:

ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτέ τι μορφὴν βροτῶν.

Ultimus igitur ſemper jambus eſt. ceteris locis magna libertas. non tantum enim jambus, & tribrachys, verum

rum & spondeus, & omnes spondeo temporibus pares, quolibet alio loco, a Latinis quidem comicis, tragicisque veteribus, sine ullo discrimine ponuntur. Creticum & proceleumaticum raro quidem, sed nonnunquam tamen invenias. jambicorum autem haec fere discrimina sunt. dimeter catalecticus:

Date, mox ego huc revertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorsum evaderet.

trimeter acatalecticus:

Poëta cum primum animum ad scribendum appulit.

tetrameter, sive quadratus catalecticus:

Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

tetrameter, sive quadratus acatalecticus:

Nihil est. triumpho, si licet me latere tecto abscedere.

tetrameter, sive quadratus hypercatalecticus:

Atque ejus amicam subagitare. vel heri in vino quam immodestus. qui pentametros jambicos faciunt, nugantur. itaque hic quoque locus in Aeschylo depravatus:

Ἀτηρὸν κλίψας ὄπασεν, πῶλε δ'

erat enim recte in Aldinis:

Ἀτηρὸν κλίψας ὄπασεν, πῶλε δ' ἐπ',

Trochaicorum apud Terentium haec fere ratio. trochaeus quolibet loco ponitur: ut in jambico jambus, praeter jambum, proceleumaticum, Creticum admittuntur iidem omnes pedes, qui in jambicum. trochaicis autem utitur fere octonariis, sive quadratis catalecticis:

Quicquid ego hujus feci, tibi profuerit, & stultitiae tuae
Ubi te vidi animo esse omisso, & suavia in praesenti
Quae essent, prima habere, neque prospicere in longitudinem,
Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut haec posset perdere.

interdum autem apud hunc poëtam ultima praecedenti versus syllaba principium est insequentis. atque ita de Terentii versibus breviter a nobis disputatum sit.

M. A.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN

CATULLUM

COMMENTARIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONIUS MURETUS

BERNARDINO LAUREDANO,

ANDREAE F. PATRICIO VENETO,

S. P. D.

PRAESTANTIUM *poëtarum, Bernardine Lauredane, adolescens clarissime, neque magna unquam copia, & semper magna laus fuit. Copia ne fuerit, id in causa est; quod in ceteris facultatibus, nemo est, duntaxat eorum qui hebeti penitus ingenio non sunt, qui non, adhibito labore, si minus excellere, at certe ad mediocritatem aliquam pervenire se posse confidat; in hac, nisi ab iis, quos ipsa quodam modo natura ad eam finxerit, labore, diligentia, vigiliis effici nihil potest. Ea ipsa res in hominum animis admirationem peperit poëtarum, & stupefactis videlicet hominibus, cum viderent, alios bonte quadam, & propensione naturae, sine ullo labore ea fundere, quae cum omnibus eloquentiae luminibus inserta, tum sparsa multifariam eruditionis variae notis, non tantum dulci sono tenerent aures, sed etiam*

Digitized by Google

omni genere affectuum, intimos audientium sensus cogitationesque tentarent; alios contra ingenuarum artium scientia perpolitos, nulla tamen diligentia, ac diuturnitate studii consequi posse, ut aliquo inter poetas numero ac loco haberentur. Ut autem omni elegantiae doctrinae tractatione, ita huius quoque virtutis praestantia, longe supra ceteros Graecorum hominum ingenia floruerunt. Romani & serius attigerunt poesin, & coluerunt negligentius, & minime longo tempore in recte scribendorum poematum via perstiterunt, si quidem cum a rudibus apud eos poetica profecta principiis, tandem per multos gradus ad Virgilium pervenisset; quo ego homine nihil statuo fieri potuisse divinius; ita postea coepere ingenia in deterius labi, ut mirum sit, quanta, quam brevi tempore, sit consecuta mutatio. Hispani poetae praecipue & Romani sermonis elegantiam contaminarunt, &, cum inflatum quodam, & tumidum, & gentis suae moribus congruens invexissent orationis genus, averterunt exemplo suo ceteros a recta illa, & simplici, in qua praecipua poetarum sita laus est, & in quam superiores omni studio incubuerant, imitatione naturae. itaque fere post Augusti tempora, ut quisque versum maxime inflaverat sententiam maxime contorserat, eo denique modo locutus fuerat, quo nemo serio soleret loqui, ita in pretio haberi coepit. Quin etiam fucatus ille splendor, & adulterina eloquentiae species ita nonnullorum, qui verae eloquentiae gustum non habent, occaecavit animos, ut his quoque temporibus extiterint Hispani duo

hi

homines ceteroqui & in primis eruditi, & scriptis editis nobiles; quorum alter Lucanum Virgilio, alter Martialem Catullo anteponere veritus non est. quorum ab utroque ita dissentio, ut, si quis deus potestatem mihi optionemque faciat, non dicam Virgilii, cui videor injuriam facere, si eum ullo modo cum ceteris comparem, sed Ennii alicujus, aut Furii, quam Lucani, multo similem in scribendo esse me malim; inter Martialis autem & Catulli scripta tantum interesse arbitrer, quantum inter dicta scurrae alicujus de trivio, & inter liberales ingenui hominis jocos, multo urbanitatis aspersos sale. neque vero negaverim, multa in Martiale quoque non insciente dicta reperiri: sed profecto deteriorum longe numerus major est. Latinae quidem orationis nativa illa, minimeque quasi pigmentis infuscata germanitas in Martiale nulla est, in Catullo praecipua. Iis de caussis cum ab illo altero, nescio quo modo, semper abhorruissem, Catullum contra nunquam non mirabiliter amavi: itaque legebam eum adolescentulus studiose, magnamque operam ad leporem illius intelligendos conferebam; nihil tamen minus cogitans, quam fore unquam, ut in eum commentarios scriberem. sed, cum haud ita pridem venissem in Italiam, & ut eam regionem aspicerem, qua qui aequo animo carent, mihi quidem antiquitatis memoriam satis colere non videntur, & mehercule, verum ut dicam, cum alios eruditos homines, tum Paulum in primis Manutium ut cognoscerem; quod in ejus scriptis mihi videbar animadvertisse ex-

omni genere affectuum, intimos audientium sensus, cogitationesque tentarent; alios contra ingenuarum artium scientia perpolitos, nulla tamen diligentia, aut diuturnitate studii consequi posse, ut aliquo inter poëtas numero ac loco haberentur. Ut autem omni elegantiae doctrinae tractatione, ita iudicii quoque virtutis praestantia, longe supra ceteros Graecorum hominum ingenia floruerunt. Romani & seriùs attigerunt poëticam, & coluerunt negligentius, & minime longo tempore in recte scribendorum poëmatum via perstiterunt, si quidem cum a rudibus apud eos poëtica profecta principiis, tandem per multos gradus ad Virgilium pervenisset; quo ego homine nihil statuo fieri potuisse divinius; ita posteà coepere ingenia in deterius labi, ut mirum sit, quanta, quam brevi tempore, sit consecuta mutatio. Hispani poëtae praecipue & Romani sermonis elegantiam contaminarunt, &, cum inflatum quoddam, & tumidum, & gentis suae moribus congruens invexissent orationis genus, averterunt exemplo suo ceteros a recta illa, & simplici, in qua praecipua poëtarum sita laus est, & in quam superiores omni studio incubuerant, imitatione naturae. itaque fere post Augusti tempora, ut quisque versum maxime inflaverat, sententiam maxime contorserat, eo denique modo locutus fuerat, quo nemo serio soleret loqui, ita in pretio haberi coepit. Quin etiam fucatus ille splendor, & adulterina eloquentiae species ita nonnullorum, qui verae eloquentiae gustum non habent, occaecavit animos, ut his quoque temporibus extiterint Hispani duo

Digitized by Google

homines ceteroqui & in primis eruditi, & scriptis editis nobiles; quorum alter Lucanum Virgilio, alter Martialem Catullo anteponere veritus non est. quorum ab utroque ita dissentio, ut, si quis deus potestatem mihi optionemque faciat, non dicam Virgilii, cui videor injuriam facere, si eum ullo modo cum ceteris comparem; sed Ennii alicujus, aut Furii, quam Lucani, multo similem in scribendo esse me malim; inter Martialis autem & Catulli scripta tantum interesse arbitrer, quantum inter dicta scurrae alicujus de trivio, & inter liberales ingenui hominis jocos, multo urbanitatis aspersos sale. neque vero negaverim, multa in Martiale quoque non insciter dicta reperiri: sed profecto deteriorum longe numerus major est. Latinae quidem orationis nativa illa, minimeque quasi pigmentis infuscata germanitas in Martiale nulla est, in Catullo praecipua. Iis de caussis cum ab illo altero, nescio quo modo, semper abhorruissem, Catullum contra nunquam non mirabiliter amavi: itaque legebam eum adolescentulus studiose, magnamque operam ad lepores illius intelligendos conferebam; nihil tamen minus cogitans, quam fore unquam, ut in eum commentarios scriberem. sed, cum haud ita pridem venissem in Italiam, & ut eam regionem aspicerem, qua qui aequo animo carent, mihi quidem antiquitatis memoriam satis colere non videntur, & mehercule, verum ut dicam, cum alios eruditos homines, tum Paulum in primis Manutium ut cognoscerem; quod in ejus scriptis mihi videbar animadvertisse ex-

presſas quasdam excellentis doctrinae, eximiaeque probitatis notas; mihique divina quadam virgula contigisſet, ut non pedem pene prius in hac civitate ponerem, quam in amicitiam ipſius familiaritatemque intimam admitterer; ipſeque aliquot diebus poſt, de meis ſermonibus collegisſet, quantopere me ejus poëtae ſcripta caperent; Quin tu, inquit, M. Antoni, quae in hoc genere notaſti, ea in publicum profers, fructumque laboris tui cum ceteris antiqua illa naturae atque humanitatis lege communicas? ibi tum ego cum & longe aliarum virium opus illud eſſe dixisſem, & protulisſem alia multa, quae mihi ad eam cogitationem ſuſcipiendam ſane quam incommoda eſſent; eaque ipſe amice admodum refutare pergeret; (noſti autem divinam hominis illius in dicendo ſuavitatem) non prius deſtitit, quam me impulit denique, ſibi ut reciperem, me id primo quoque tempore eſſe facturum. Neque vero diu fidem meam liberare diſtuli; ut qui inter varias occupationes, homo alioqui laboris non nimium tolerans, hoc tamen, quidquid eſt, trium menſium, aliquanto etiam minore, ſpatio abſolverim. Nunc haſce vigilias meas, Bernardine Lauredane, multae ſunt cauſſae, quamobrem tibi dicatas velim. Natus es ex ampla cum primis & nobili familia, & ex qua ea Venetae civitatis lumina extiterunt, quorum claritatem nulla unquam inobſcurabit oblivio. Praeterea eſt hoc generi veſtro prope fataliter datum, ut ametis literas, hominesque earum ſcientia excultos benignitate veſtra comprehendatis. Non longe abierimus: pater ipſe

tuus

Digitized by Google

uus, vir, ut omnes norunt, omni egregiae virtutis laude cumulatissimus, ita literarum amore incensus est, ut ea, qua ubique plurimum valet, auctoritate & gratia permagnam optimorum librorum, signorum, nomismatumque veterum, ceterorumque antiquitatis monimentorum copiam ex universa Europa diligentissime collegerit: itaque, ut augusta quaedam Musarum aedes, ita domus vestra Venetiis ab eruditis hominibus frequentatur. Haec cum magna sint, ut certe sunt; tamen ex te ipso possunt innumerabilia magis propria tuae laudis argumenta desumi: ingenium excellens, acre ac indefessum literarum studium, optimarum artium cognitio tanta, quantam tu cum paucis aliis in istam aetatis viriditatem cadere posse docuisti: tum, quod praecipuum est, ita compositi mores, ut juventus tua multorum senectuti exemplo esse possit. Vel his superioribus mensibus, cum ad M. Antonii Trivisani, principis optimi, propinqui tui, luctuosam bonis omnibus mortem, funebri laudatione honestandam unus ex omni Venetae nobilitatis flore delectus es; quanta, deum immortalem, orationis & gravitate, & copia, quanta omnium, qui aderant, non approbatione tantum, verum etiam admiratione dixisti? ut jam tum sperare non dubie senatus populusque Venetus coeperit, quae tam diserte in alio laudares, ea te aliquando re atque operibus praestiturum. Igitur cum eam orationem in publicum emisisses, nemo repertus est, qui non in caelum tolleret; aut, si qui postea fuerunt, qui eam clanculum extenuarent verbis, eos satis constat vel crassitudine ingenii, ne illius pul-

chritudinem pervideant, vel, ne pro dignitate commen
dent, vetere morbo perpetuae in omnes bonos invidia
impediri. Accesere his prope quotidiani mecum Pau
Manutii de tua laude sermones; in cujus tu viri o
plane habitas. ita enim frequenter, ita cupide de te lo
quitur, ut mihi nunquam omnino, quam cum de te dic
re ingressus est, facundior esse videatur. Attigi bre
viter ea, quae me, ut hunc librum tuo nomini potissimu
inscriberem, impulerunt. Nunc a te, adolescens orna
tissime, etiam atque etiam peto: primum, ut munuscu
lum hoc non ex sua magnitudine, sed ex meo tibi grati
ficandi animo ponderes: deinde, ut, si quando eorum
rationem inibis, quos eximiae tuae virtutis admirati
adjunxit tibi, me quoque, si videtur, eorum adscriben
dum numero existimes. Venetiis, idibus Oct. MDLIV.

M. A N

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN

CATULLUM

COMMENTARIUS.

AD CORNELIUM.

Quo oi *dono*] Quis hic *Cornelius* fuerit, diu, multumque dubitatum est. dubitandi autem nulla fuisset occasio, si in veteribus libris haec, quae nunc in omnibus legitur, inscriptio fuisset, *C. Valerii Catulli ad Cornelium Nepotem libellus*. sed profecto & haec, & ceterae, quae sunt singulorum epigrammatum, factae sunt, non ab ipso poëta, sed vel a grammaticis, vel a librariis. cui rei si nihil aliud, certe illud indicio est, quod multae in eis absurdissimae, & ab auctorum sententia alienissimae reperiuntur. Neque de hoc tantum libro loquor. idem in Tibullo, Propertio, odis Horatii, a quolibet non imperitissimo homine animadverti potest. Utinam quidem, quae deberet, ea in tractandis veterum monimentis & servata esset a superioribus, & hodie servaretur religio. simpliciora haud dubie omnia, & integriora legerentur, nunc, dum quisque pro suo arbitratu, addit, delet, immutat, fiunt ex non integerrimis voluminibus manu scriptis impressa vitiosissima. Neque vero improbo, magnopere etiam laudo, qui modeste conjecturas suas proponunt: certorum audaciam non approbo. At de his satis. Quod hic *Cornelium Nepotem* intelligi ajunt, mihi quoque probatur. Cornelium quidem ipsum magnifice de Catullo sensisse, ex eo liquet, quod in vita Attici cum L. Julium Calidum a poëmatum suavitate ita laudaret, ut eum ceteris aetatis suae omnibus anteponeret, Lucretium modo, & Catullum excipiendos putavit. *Lepidum*] modeste commendat munus suum. *lepidum* enim parvis tantum in rebus dicimus, utpote quod ductum sit ἀπὸ τῆς λεπίδος: λεπὶς autem ἀπὸ τοῦ λέπτω. *Arida*] ita legendum esse ex testimonio Servii, alii quoque annotarunt. *Pumice expolitum*] pellibus, ut nunc fit,

fit, libri etiam olim obtegebantur: eaeque *pumice poliri*, ac levigari solebant. Ovidius,

Nec fragili geminae poliantur pumice frontes:
Hirsutus pasis ut videare comis.

Verbum ipsum *poliendi* ductum est ἀπὸ τῆς πόλεως; quod urbana omnia politiora esse soleant. *Nugas*] alibi *ineptias* vocat,

Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis.

Unus Italorum] nam etsi alii quoque scripsere historias, nemo tamen aggressus est id, quod tu, omnis aevi memoriam unius libelli explicatione complecti.

Tribus chartis,] brevi libello. *Iuppiter.*] admirantis est, eandemque vim habet, quam Graecorum Ἡράκλεις. sic alibi,

Iuppiter, ut tersti lumina saepe manu.

Laboriosis.] *laboriosus* homo, industrius, & φιλόπονος. *laboriosus* etiam, impeditus, quique se ex molestia aliqua explicare non potest. Cicero, *Quid nobis duobus laboriosius, iudices? laboriosus locus*, in quo multum laboratur. Gallus poëmatis,

Durum rus fugite, & laboriosum.

citat Nonius. Hic tamen ipse versus apud Gellium, sub *Calvi* nomine, leviter immutatus citatur. Hic autem *chartas laboriosas* dicit, μεγάλη τῷ ἀκριβεῖ σπουδῇ τε καὶ ἐπιμελείᾳ πεποιημένας. *Qualecunque quidem.*] hujus versus altera pars desideratur. Quod autem vulgo legitur, *Ora per virorum*, additum est a Joviano Pontano, ut & alia nonnulla in hoc libro: quod & Palladius indicat, & aperte ex hoc ad ipsum Sannazarii epigrammate cognoscitur:

Doctus ab Elysia redeat si valle Catullus,
Et trahat ingratos Lesbia sola choros;
Non tam mendosi maerebit damna libelli,
Gestiet officio quam Joviane tuo.
Ille tibi amplexus, atque oscula grata referret,
Mallet & hos numeros, quam meminisse suos.

amice Sannazarius, & venuste. sed Catullus mallet profecto, ut opinor, suos. Ego, etsi non video, quid aptius

Digitized by Google

e appingi potuerit; facius tamen duco, esse lacunas in onis libris, quam easdem cujusquam ingenio expleri.

AD PASSEREM LESBIAE.

Passer] Politianus, levi, aut nullo potius argumento uctus, obscoenum quiddam hujus passeris nomine obegi credidit. in quo, merito, ut mihi quidem videtur, Sannazario, aliisque derisus est. Narrat quidem Festus, quod nomine vocatam in mimis obscoenam partem virilem, a passerum videlicet salacitate: sed hic tam multa sunt, quae nisi de ave intelligi non queunt, ut nihil tale liceat suspicari. Quo fit, ut magis admirer, quod udio, Benedictum quoque Lampridium, hominem alioqui eruditissimum, raraeque cujusdam in pangendis versibus elegantiae, hanc Politiani sententiam in omni sermone approbare solitum fuisse. Facere etiam imperite puco, qui illud Martialis,

Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni,

perinde accipiunt, ac si ab historico, non a poëta, dictum esset. Primum illud, *forsan*, satis indicat exemplum hoc esse ex genere eorum, quae poëtae apte ad rem propositam saepe comminisci solent: qualia sunt illa,

Fratris in Aeneae sic illum funere dicunt
Egressum castris pulcher Iule tuis:

&,

— *Teucer Salamina, patremque*
Cum fugeret, tamen uda Lyaeo
Tempora populea fertur vinxisse corona.

& innumerabilia ad eundem modum. Qua in re tanta est eorum licentia, ut saepe etiam alii aliis pugnantia confingant.

— *Quod erat longissima*, ait Ovidius, *nunquam*
Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

at ille alter narrat impurae libidini indulgere solitos servos,

Hectoreo quoties federat uxor equo.

Dein-

Deinde non erat ſane tam magnus Maro, quo tempore haec ſcripta ſunt, ut judicium illius Catullus requirere, aut vero de eo quidquam cogitare deberet. quippe, ſi Crinitum ipſum ſequamur, cum Catullus migravit e vita, P. Maro Cremonae ſtudiis operam dabat, vixque annum aetatis duodecimum implevérat. Non eſt autem diſſimulandum, in quibusdam libris illud, quod eſt paulo infra, *Lugete o Veneres*, eſſe principium epigrammatis; in aliis hoc totum de paſſere continenter legi. ego, cum, quod pro certo affirmem, non habeam, labor tamen, ut putem duo eſſe epigrammata, quorum priore vivum adhuc paſſerem alloquitur: poſteriore eundem mortuum deflet. *Deliciae*] τὰ παιδικά. *Primum digitum*:] ſummam digiti partem. ita Terentius *primam fabulam*, & *ultimam plateam* dixit: ita M. Tullius *primoribus labris guſtare*, & *extremis digitis attingere*. *Appetenti*] apprehendere cupienti, ὀρεγομένῳ. Homer. — ἐ παιδὸς ἐρίξαι φιλότητος ἔκητι. *Cum deſiderio*] cum puellae ipſi, (eam enim *deſiderium ſuum* vocat] aliquam animo aegritudinem ſentienti, libet carum & amabile quiddam jocari, atque ex tuorum luſuum feſtivitate aliquod doloris ſui ſolatium quaerere, efficereque, ut, tecum luſitando, ardor ille animi acquieſcat. *Tum*,] interim dum ipſa ita jocatur. *Gravis*] *grave*, proprie eſt τὸ βαρύ; ſed per translationem ſignificat, quidquid moleſtum eſt, ut Graecis τὸ δακνῶδες. *Ardor*] ille doloris quaſi morſus. Eſt autem valde apta tralatio. nam &, *urere*, interdum valet moleſtiam exhibere. Terentius Eunucho, *uro hominem*: & in eadem fabula, — *te ut male urat*. Horatius,

> *Urit enim ſplendore ſuo, qui praegravat artes*
> *Infra ſe poſitas.*

Tecum ludere, ſicut ipſa, poſſem] utinam, inquit, ſicut ipſa tecum ludendo doloris ſui ardorem mitigat. poſſem ego quoque eadem conditione tecum ludere, & talibus luſiunculis levare curas, quibus conficior. In hoc autem verſu nihil mutavimus, ſed veterum librorum ſcripturam, temere, ut viſum eſt, ab aliis loco motam, repoſuimus. *Poſſem*] ſubaudi *utinam*. Sic ſaepe apud Graecos Euripides, ut Oreſte, μόλοιμι τὰν ἀγαν μέσαν χθονὸς τὰ πυρίπνοα κάπρόμαντιν πέτραν; & Phoeniſſis, ἔφθη γενοίμαν ἄφο-

Digitized by Google

φοβος. *Tam gratum id mihi*] ſubaudi, *eſſet*. *Puellae vernici*] Atalantae. fabula ex metamorphoſi Ovidii, aut ex commentario in Comaſten Theocriti nullo negocio peti poteſt. *Quod zonam ſolvit.*] Feſtus, *Cingulo nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto ſolvebat, factum ex lana vis, ut ſicut illa, in glomos ſublata, conjuncta inter ſe it, ſic vir ſuus ſecum cinctus vinctusque eſſet. Hoc Herculano nodo vinctum vir ſolvit, ominis gratia, ut ſic ille felix ſit in ſuſcipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.* & paulo infra, *Cinxiae item Junonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii, ſolutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.* Haec Feſtus. Catullus alibi, — *tibi virgines zonula ſolvunt finus.* Idem,

Ne quaerendum aliunde foret nervoſius illud,
Quod poſſet zonam ſolvere virgineam.

citatur & Varronis verſus apud Nonium, γάμου δλυσιζώνου,

Novos maritus is ſolvebat cingulum.

Graeci quoque λυσιζώνους puellas Venerem expertas vocant.

LUCTUS PASSERIS.

Lugete] ad exemplum hujus paſſeris, deflevit Ovidius *pſittacum*, Stella *columbam*, alii alia: Stella quidem tanta nonnullorum approbatione, ut Valerius Martialis non dubitaverit ipſum Catullo anteponere. ſed ego Martialem (dicam libere, quod ſentio) valde bonum harum rerum aeſtimatorem fuiſſe non puto. *Veneres, Cupidinesque.*] et Veneres, & Cupidines multos fuiſſe, docet M. Tullius ſecundo de natura deorum. *Et quantum eſt,*] & quidquid usquam eſt. Sic infra,

O quantum eſt hominum beatiorum,
Quid me laetius eſt, beatius ve?

Plus oculis ſuis.] ſic infra,

Ni te plus oculis meis amarem,
Jucundiſſime Calve. & alibi,
Ambobus mihi quae carior eſt oculis.

Oculorum ſenſus nobis omnium cariſſimus eſt, ut praeclare

clare disputat Aristoteles libro primo de sapientia. ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio. Plautus quidem, *oculitus amare*, pro eo quod est singulariter amare, & *oculissumum ostium*, *oculissumumque hominem* pro carissimo dixit. *Mellitus*:] sic infra,

Mellitos oculos tuos, Juventi. &,
Surripui tibi, dum ludis, mellite Juventi.

Ita Graeci, quidquid suave, & amabile est, μελίπορον vocant. *Pipilabat.*] hoc verbi neque usquam, opinor, legitur: &, si legeretur, tamen analogia videretur exigere, ut scriberemus *pipillo*, sicut, *focillo*, *titillo*, *cantillo*. vidit hoc accuratus homo, & diligens, Avancius, sensitque ea causa legendum, *pipulabat*. mihi neutrum valde probatur: potiusque, si conjecturae locus sit, cum eruditissimo, acerrimique judicii viro, Paulo Manutio legendum censuerim, *pippiebat*. *At vobis male fit*] particula, *at*, male precantibus convenit. Virgilius,

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis. Tibul.
At te, qui pueram donis corrumpere es ausus,
Rideat assiduis uxor inulta dolis.

Noster vero,

At vobis mala multa di deaeque
Dent, opprobria Romuli Remique.

O factum male.] ita dicebant, ubi quid infeliciter evenerat: contraque in rebus laetis, *O factum bene*. utriusque exempla apud Plautum, & Terentium crebra sunt. Itemque, ubi aliquid nunciatur, quod nolumus, *Male narras*; at in prosperis nunciis, *Bene narras*, dicere assuevimus. *O malae tenebrae*, *Vestra*,] in aliis, *O miselle passer*, *Tua*. sed illam veriorem puto. *Turgiduli*] inflantur enim oculi lacrumando. Tibullus,

Et tua jam fletu lumina fessa tument.

FASELI LAUS, ET DEDICATIO.

Faselus] commendat faselum, quo diu usus fuerat, eumque Castoris ac Pollucis numini consecrat. Est autem carmen e meris Jambis: ut admirari liceat tantum leporem

em in tanta numerorum necesſitate. talia nonnulla ſunt
t in Priapejis: quorum, vereor, ne magna pars ex hoc
pſo fonte fluxerit. habet enim Catullus γνῶμον quiddam,
uo ſe, etiam tacitus, prodit. detorſit hoc totum epi-
ramma in Sabinum quendam incertus aliquis auctor,
on ſane invenuſte, hoc modo:

Sabinus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe mulio celerrimus;
Nec ullius volantis impetum ciſi
Nequiſſe praeterire, ſive Mantuam
Opus foret volare, ſive Brixiam.

arcam cetera aſcribere: ſunt enim in promptu.

aſelus,] *Campanum navigium eſt*, ait Nonius. Plura
ihil neceſſe: Baifii enim ſcrinia, ut ille ait, compilare
oc loco nolumus. *Faſelus ille*] dicitur & femineo ge-
ere. Ovidius, — *ventis diſcordibus acta faſelus. Ce-
rrimus.*] Graeca conſtructio, qualis in illo Virgilii, —
enſit medios delapſus in hoſtes. & in illo Horatii —
atiens vocari Caeſaris ultor. Ariſtoph. κρανίαινε, ὡς φυ-
ὦνε; notavit hoc & Thomas Linacer. *Trabis,*] na-
is. hypallage. Virgilius, — *vaſtumque cava trabe cur-
imus aequor.* Horatius, — *ut trabe Cypria Myrtoum
avidus nauta ſecet mare Sive palmulis*] ita pene com-
nendat navim quandam ſuam Ovidius,

Sive opus eſt velis, minimam bene currit ad auram:
Sive opus eſt remo, remige carpit iter.
Nec comites volucri contenta eſt vincere curſu:
Occupat egreſſas quamlibet ante rates.

Palmulis,] remis. Virgilius, *Littus ama, & laevas
ringat, ſine, palmula cautes. Minacis Adriatici.*] Ho-
t. — *improbo Iracundior Adria. Negat negare,*] af-
rmare ac teſtificari ait. duae igitur negationes affirmant,
t & ſupra, *neque nequiſſe.* at olim, ut apud Graecos,
agis etiam negabant. Lucillius libro ſatyrarum XVII.

Cetera contemnit, & in uſura omnia ponit
Non magna, proprium vero nil neminem habere.

Digitized by Google

id est, neminem quidquam, aut nihil quenquam haber proprium. Varro Bimargo, *Qui non modo ignorasse m clamat, sed omnino omnes heroas negat nescisse.* Iden lib. II. de vita pop. Rom. *Qua abstinentia viri mulie resque Romanae fuerint, quod a rege munera eorum nem voluerit accipere.* id est, negat scisse, &, nemo volue rit. *Rhodum ve nobilem,*] sive ob colossum, sive o mercaturas. *Horridam ve Thraciam,*] & a frigore, & ab incolarum immanitate. *Trucem ve Ponticum sinum.* eum intelligit, qui olim Axenus, postea Euxinus voca tus est. In illo autem, *Propontida*, ultimam syllabam propter principes dictionis, quae subsequitur, literas Graeco more produxit: frustraque se torquent, qui ve sus caussa, *Propontidem*, legere se ajunt. sic paulo infra *Et inde tot per impotentia freta:* milleque aliis locis. *Na Cytorio in jugo.*] significat contextum esse ex arboribu e monte Cytoro caesis. *Loquentis saepe sibilum edidi coma.*] ajunt, vitiosum esse, semel susceptam metapho ram non perducere ad extremum, neque in ea insistere sed ab una ad aliam transilire. hic vero, talium praece ptionum securus, tres hoc versu metaphoras permiscuit nam & *comam* dixit pro frondibus, & *comam loquentem*, & postremo *sibilum* a serpentibus mutuatus est. Simili libertate supra in carmine ad passerem, cum *ardorem* pr dolore dixisset, quod ab igne sumptum est, addidit epi theton, *gravis*, ductum non ab igne, sed ab iis corpo ribus, in quibus est pondus. cumque ignem restinguere & quae gravia sunt, levare dicamus, ipse aliunde acce siit verbum, *acquiescat.* & paulo ante in hoc ipso car mine idem permisit sibi: *Neque ullius natantis impetu trabis Nequisse praeterire, sive palmulis Opus foret vo lare, sive linteo. natare* enim aquatilium est, *ire* terre strium, *volare* alitum, *Sibilum,*] id quod Theocritu vocat ψιθύριστον. *Cytore buxifer.*] Virgilius, *Seu juvo undantem buxo spectare Cytorum. Ultima ex origine*, id est, a prima origine. sic enim Virg. — *prima repeta ab origine pandam.* Et Ovidius, — *primaque repeta ab origine mundi.* sic Terentius *extremam amoris linea* vocavit, quae prima etiam dicitur. idque quoniam, philosophi docent, idem quodammodo est primum, & ultimum. Cicero, *pueritiae memoriam recordari ultima* Virgilius,

— i

Digitized by Google

— *isque parentem*
Te Saturne refert: tu sanguinis ultimus auctor.

Imbuisse.] *imbuere* proprie est tingere, aspergere. Virgilius,

— *illius aram*
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Idem, — *sanguis novus imbuit arma.*

inde transfertur ad alia Horatius, *Literulis Graecis imbutus, idoneus arti Cuilibet.* Varro Agathone, *Virgo de convivio abducatur ideo, quod majores nostri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* M. Tullius in Hortensio: *Uti qui purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam: sic litteris, talibusque doctrinis ante excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui, ac praeparari decet.* in quo exemplo notandum est etiam verbum, *sufficere*, aliter positum, quam vulgo solet. *Aequore*] *aequor maris.* Virgilius, — *longum maris aequor arandum est.* *Aequor terrae.* Cicero, *Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes.* &, quod haud scio, an quisquam adhuc annotaverit, *aequor caeli.* Accius Atreo:

Sed quid tonitru turbida torvo
Concussa repente aequora caeli
Sensimus' sonere?

Impotentia,] aestuosa. *Laeva, sive dextera.*] omisit alterum, *sive*. usitatius enim erat, sive laeva, sive dextera. sic Horatius, *Cantamus, vacui, sive quid urimur.* Idem,

Quo non arbiter Adriae
Major, tollere, seu ponere vult freta.

Idem, — *& Sthenelus sciens Pugnae, sive opus est imperitare equis, Non auriga piger. Juppiter,*] ventus, quidam enim philosophorum, ut Anaximander, & Stoici, putant, nihil aliud esse ventum, quam agitatum aëra, aut quendam aëris veluti flexum. qua in sententia est etiam is, cujus est liber ad Alexandrum de mundo. *aërem* porro ipsum antiqui vocabant *Jovem.* Horatius,

— *manet ſub Jove frigido Venator.* Idem, *Quod lati mundi nebulae malusque Juppiter urget.* Ennius, *Aſpi hoc ſublime candens, quem vocant omnes Jovem.* Idem *Iſtic eſt is Juppiter, quem dico, quem Graeci voca Aërem, qui ventus eſt, & nubes, Imber poſtea, Atq ex imbre frigus ventus, poſt fit aër denuo.*

Pedem,] velum. ſynecdoche. *Facere pedem* etia dicitur pro, vela facere. Virgilius,

Una omnes fecere pedem, pariterque ſiniſtros,
Nunc dextros ſolvere ſinus.

Plautus Menaechmis remiges ipſos videtur vocaſſe *nav les pedes: Aſſervatote hoc, ſultis, navales pedes. Lit ralibus diis,*] nempe iis, quos ait Virgilius, *Glauc & Panopeae, & Inoo Melicertae. Noviſſimo.*] ho verbum refugiſſe Ciceronem annotat Gellius. falſo: e enim & in libris de oratore, & in oratione pro Q. Ro ſcio comoedo uſus eſt, & in epiſtola ad Octavianum, ſ modo ea epiſtola Ciceronis eſt: quod non puto. *Lacum,* Benacum. *Senet.*] antiquum verbum. Pacuvius Peri boea, — *corpusque meum tali Maerore, errore, macer ſenet.*

Actius,

Jam jam ſtupido Theſſala ſomno
Pectora languentque ſenentque.

eleganter autem, quod proprium eſt animalium, ad re inanimam tranſtulit. *Gemelle Caſtor, & gemelle Caſto ris:*] hi enim dii ſunt navigantibus maxime propitii Horatius,

Clarum Tyndaridae ſidus ab intimis
Quaſſas eripiunt aequoribus rates.

vide Theocritum Dioſcuris.

AD LESBIAM.

Vivamus.] admonitu mortis, puellam ad fruendas ſe cum voluptates cohortatur. Eſt autem hoc argumen tum poëtis perfamiliare. Virgilius,

Po

Digitized by Google

Pone merum, & talos: pereat, qui crastina curat.
Mors aurem vellens, vivite, ait, venio.

Tibullus,

Interea, dum fata sinunt, jungamus amores:
Jam veniet tenebris mors adoperta caput.

Propertius,

Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore.
Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

Martialis,

Vivamus: mortem fallere nemo potest.

Idem,

Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:
Ipse jubet mortis te meminisse deus.

Actius Sincerus,

Ah genus imprudens hominum, quid gaudia differs?
Falle diem: mediis mors venit atra jocis.

Horatius autem ea in re pene immodicus est. sed & ite admodum Bacchis Plautina hoc ipso argumento ad nem utitur,

Non tibi venit in mentem, amabo, si, dum vivas, tibi nefacias, Jam pol id quidem esse haud perlonginquum? que, si hoc hodie amiseris, Post mortem id eventurum se unquam? Porro hunc sermonem inter pocula usitatum isse, indicat Lucretius his versibus:

Hoc etiam faciunt, ubi discubuere, tenentque
Pocula saepe homines, & inumbrant ora coronis;
Ex animo ut dicant, brevis est hic fructus homullis.
Jam fuerit: neque post unquam revocare licebit.

Vivamus.] *vivere* saepe dicunt poëtae pro eo, quod , genialiter vivere; & *vitam* eam demum vocant, ae voluptaria est. Martialis,

Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam:
Sera nimis vita est crastina: vive hodie.

Idem,

Non impudenter vita, quod reliquum est, petit,
Cum fama, quod satis est, habet.

Caecilius Hymnide,

Sex menses mihi sati' sunt vitae: septimum Orco spondeo.

Lucillius,

Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.

Varro περὶ φιλοσοφίας,

Properate vivere, puellae, quas sinit aetatula ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas. Soles occidere.] argumentum a dissimili. non ut Soli, ita & homini fas est, ubi semel occidit, in vitam redire. Lucretius,

— nec quisquam expergitus exstat,
Frigida quem semel est vitai pausa secuta.

Lux,] vita. Virgilius, — *quae lucis miseris tam dira cupido?* hinc *carentes luce*, & *casos lumine* pro mortuis poëtae dicunt: & *lumina*, aut *lucem relinquere*, mori. Virgilius,

Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat.

Ennius,

Postquam lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit.

quem versum pene totum usurpavit Lucretius inquiens,(*)

Lumina sic etiam solis bonus Ancu' reliquit.

Novius, — *ubi bipedes volucres lino linquant lumina.*

Nox.] mortem indicat, quam & Graeci poëtae νύκτα interdum vocant, & κοίλιον ὕπνον. est enim, ut docent Homerus, & Virgilius, — *consanguineus Lethi Sopor*. sed & Orpheus ad Somnum,

Αὐτοκασιγνήτος δ' ἴφθι λίθης θανάτου τε.

Virgilius, *Olli dura quies oculos & ferreus urget*
Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.

Li

(*) *inquit* non ponitur, nisi post unum alterumve verbum.

Lucretius, — *unus Homerus,*

Sceptra potitus, eadem aliis ſopitu' quiete eſt.

Horatius, *Ergo Quintilium perpetuus ſopor*
Urget? Propertius,

Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

quae omnia loquendi genera fluxere a falſa illa opinione, qua imbuti erant multorum animi, eadem nos in cauſſa mortuos fore, qua dormientes ſumus. Lucretius,

Tu quidem ut es lecto ſopitus, ſic eris, aevi
Quod ſupereſt, cunctis privatu' doloribus aegris.

Anaxagoras dicebat, duarum rerum cogitatione poſſe nos intelligere, quales poſt mortem futuri eſſemus: ſomni, & ejus temporis, quod noſtrum cujusque ortum antecesſit. In divinis quoque literis (ſed longe alia de cauſſa) mors ſaepe ſomni ac quietis nomine afficitur. unde & a noſtrae religionis hominibus ſepulcreta Graeco vocabulo, quod a dormiendo inflexum eſt, κοιμητήρια nominantur. *Ne ſcianus, Aut ne qui malus*] Putabatur enim faſcinatio eis rebus nocere non poſſe, quarum vel nomen, vel numerus ignoraretur. noſtrates quidem ruſtici, poma in novellis arboribus creſcentia numerare, hodieque religioni habent.

AD FLAVIUM.

Flavi.] ex eo quod Flavius amores ſuos detegere nolebat, colligit eum laborare in vili aliqua morboſaque meretrice: tamenque ad id, quidquid eſt, libere detegendum invitat. *Non viduas,*] non expertes Venereorum uſuum. Ovidius,

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?

Veteres ſaepe nuptialibus vocabulis ad omne libidinis genus abutebantur. Martialis,

Nolito fronti credere: nupſit heri. Idem, — *ne Talaſſionem*
Indicas manibus libidinoſis:
Et fias ſine femina maritus. Plautus, — *haec quidem*

ecaſtor quotidie viro Nubit, nupſitque hodie, nubet mox noctu, nunquam ego hanc Viduam cubare ſivi. nam ſi haec non nubat, lugubre Faine familia pereat. Demoſthenes quoque Aeſchinis matrem meretricem fuiſſe indicans, dicit eam ſolitam χρῆσθαι τοῖς μεθυσκομένοις γάμοις. *Nequicquam tacitum cubile clamat.*] ἐξύμωρον, quale illud Ciceronis in Verrem, *ſi tacent, ſatis clamant.* & in Catilinam, *cum taceat, clamant.* Fruſtra, inquit, cubile tuum tacitum eſt, utpote inanimum. Ipſum enim, quamvis tacitum, clamat, id eſt, multis indiciis patefacit, te non pernoctare ſolum. Quae autem ea indicia ſint, ſtatim aperit. *Sertis, ac Syrio fragrans olivo.*] nam in hac quoque palaeſtra luctaturi, prius odorato aliquo oleo corpora perungere ſolebant, ut hac ratione & libidinis excitaretur ardor, & teter ille ſudantium membrorum halitus depelleretur. Horatius,

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha ſub antro?

Syrio.] e Syria praecipui odores afferebantur. *infra,*

Fragrantem Aſſyrio venit odore domum. Tibullus,
Non ſover Aſſyrios cineri quae dedat odores.

Argutatio,] creber ille ſuccuſſi & identidem velut ingemiſcentis lectuli ſonus. nam *argutare* eſt tenui quodam ſono aurem ferire. Propertius,

Illa mihi totis argutat noctibus ignes.

& ab ejuſmodi ſono *argutam illicem* vocavit Maro, id eſt, ᾠδὸν, καὶ λαλοῦσαν, καὶ ψιθυρίζουσαν. *Nam, ni praevalet iſta.*] locum hunc integrum non eſſe conſtat. & video fuiſſe, qui ex ingenio emendare conati ſint: quos, quia neque quidquam adferunt magnopere probandum, & valde ab uſitata ſcriptura recedunt, non ſequor. quid, ſi quis ex tribus verſiculis faciat duos, hoc modo:

Nam cur tam latera exfututa pandas,
Ni tu quid facias ineptiarum?

ex-

Digitized by Google

exhausti enim nimia Venere, crebro, ut Plautino verbo utar, pandiculari solent. in hoc autem libro tam multa impressa sunt alienae audaciae vestigia, ut versus unus facile additus esse possit. quod tamen, ut in re dubia, propositum a me, non etiam affirmatum velim. liber calamo exaratus, qui penes me est, habet, *Nam in ista ptevalet nihil tacere*. unde erant ex amicis meis, qui conjicerent legendum,

Nam ista in parte valet nihil tacere.

Latera.] ea enim pars immoderato coitu insigniter laeditur. unde est illud in Priapejis,

Defecit latus, & periculosam
Cum tussi miser expuo salivam.

& alibi — *usque dum mihi Venus jocosa molle ruperit latus.* Martialis,

Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna,
Et juvat admissa rumpere luce latus. Juvenalis,

nec queritur, quod
Et lateri parcas, nec, quantum jusserit, anheles. Ad caelum vocare.] antiqua locutio. Cicero in iis legibus, quas ipse scivit, II. de legibus, *Et ollos, quos endo caelo merita vocaverint*. ita enim & in quibusdam libris legitur, & ego legendum puto.

AD LESBIAM.

Quaeris.] infinitatem quandam basiorum a Lesbia petit. *Basiationes.*] sic infra *osculationem* dixit. talia sunt apud Plautum, *amatio*, *tactio:* apud Ciceronem *debitio*, aliaque id genus. *Libyssae*] talia sunt illa Virgilii — *vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice.* &,

Inter quos Phoenissa recens a vulnere Dido.

Idem etiam a nomine *Libs*, inflexit *Libystida:*

Horridus in jaculis, & pelle Libystidis ursae.

Laserpitiferis.] Cyrenaicus ager herba laserpitio abundat. vide Plinium lib. XIX. *Jovis aestuosi*,] Ammonis,

cujus templum aestuosis admodum arenosisque extructum est locis. vide Lucanum lib. nono, Q. Curtium lib. IV, Herodotum lib. II. *Et Batti,*] qui Cyrenen condidit. *Cum tacet nox,*] unde & *conticinium* dicitur. *Furtivos.*] occultos. *furtum* vocabant, quidquid occulte fieret. Tibullus, — *Veneris per dulcia furta.* Virgilius, — *neque ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam.* Idem, — *hic furto fervidus instat.* cum de caede, & strage nocturna loquatur. *Vident.*] nam & *caeli oculos* pro sideribus dicimus: unde est mellitissimum illud Platonis poëma, quo, cum puerum suum, cui nomen erat Stella, de nocte in caelum suspicientem videret, ipse caelum fieri optat, ut pluribus eum oculis obtueri queat. versus quoque, propter singularem ipsorum mollitiem, ascribam:

Ἀστὴρ εἰσαθρεῖς Ἀστὴρ ἐμός. αἴθε γενοίμην
Οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

id est,

Stella meus, stellas dum suspicis, ipse utinam sim
Caelum, oculis ut te pluribus aspiciam.

eleganter quoque Papinius, cum Achilles, puellae in modum ornatus, noctu in agris Deidamiae pudicitiam eriperet, ita jucundum ait fuisse hoc spectaculum sideribus, ut etiam riserint.

— *risit chorus omnis ab alto*
Astrorum, & tenerae rubuerunt cornua lunae.

Curiosi.] verbum hoc fere semper in reprehensione ponebant. Cicero: *nam ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult*

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique:

sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis infucundus labor. Plautus Sticho,

Nam curiosus nemo est, quin sit malevolus.

Nec

Digitized by Google

Nec mala.] de hoc aliquid supra tetigimus. *Malam* autem *linguam* eodem sensu dixit & Virgilius,

— *baccare frontem*
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. & hic noster supra, *Aut ne quis malus invidere possit.*

AD SE IPSUM.

Miser Catulle.] a Lesbia sperni se videns, se ipsum ad eam vicissim spernendam cohortatur. *Scelesta, te ne? quae tibi manet vita?*] habui puer librum veterem, in quo memini versum hunc ita scriptum esse, *Scelesta, quae nunc, quae tibi manet vita?* neque tamen illam alteram scripturam improbandam puto. *Cui labella mordebis?*] in Venereis deliciis, illud quoque numeratur, labella, inter basiandum, teneris morsiunculis leniter stringere. itaque Flora meretrix, cui cum Cn. Pompejo stupri consuetudo fuerat, ita eum commendabat, quod nunquam ab eo potuisset non morsa discedere. Plutarchus: Φλῶραν δ' τὴν ἑταίραν ἔφασαν, ἣν ἔτι νέος ὢν, ἐπιεικῶς ἀεὶ μνημονεύων τῆς γενομένης αὐτῇ πρὸς τὸν Πομπήϊον ὁμιλίας, λέγεσθαι, ὡς οὐκ ἂν, ἐκείνῳ συνανακωχισμένην, ἀδήκτως ἀπαλθεῖν.

Plautus Pseudolo:

Iocu', ludus, sermo suavis, saviatio,
Compressiones arctae amantum compares,
Teneris labellis molles morsiunculae,
Papillarum horridularum oppressiunculae. Horatius:
— *sive puer furens*
Impressit memorem dente labris notam.

AD VERANNIUM.

Veranni.] de Verannii ex Hispania reditu, & sibi, & ipsi gratulatur. *Antistes,*] qui alios omnes antecedis. videtur ductum a militia: ut sit quasi πρωτοστάτης, aut πρωτοστάτας. *Millibus trecentis,*] longissimo intervallo. & venuste: quasi de itinere aliquo sermo esset. *Trecenta* autem dicebant pro quamlibet multis. Sic infra,

Quare

Digitized by Google

Quare aut hendecasyllabos trecentos Expecta. &, *Quos simul complexa tenet trecentos.*

Applicansque collum,] id est, collum ad te molliter plicans, & inflectens. Hunc gestum ita expresit Horatius, *Cum fragrantia detorquet ad oscula Cervicem.*

Suaviabor.] mos antiquus fuit, qui hodieque in Italia viget, abeuntes ac redeuntes amicos exosculari. oculos autem praecipue petebant osculo; quod ii sunt, ut ait Cicero, *quasi fenestrae quaedam animi: eosque* (ait Plinius) *cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.* Horatius:

Qui nunc Hesperia sospes ab ultima
Caris multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiae.

Q Cicero Tironi: *Ego vos ad* III. *cal. videbo; tuosque oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, disuaviabor.*

DE VARI SCORTO.

Varus.] Quinctilium Varum Cremonensem dicit, hominem belli, pacisque artibus clarissimum, qui postea in Germania cum tribus legionibus caesus est. *Ut mihi tum repente visum est,*] quantum ego ex primo illo aspectu judicare potui. *Bithynia,*] ex qua ego haud ita pridem redieram, cum praetore Memmio illuc profectus. *Nec praetoribus.*] puto locum hunc non vacare mendo. neque enim plures praetores in unam provinciam mittebantur. fortasse legendum sit, *quaestoribus. Cur quisquam caput unctius referret,*] cur quisquam, propter lucrum in provincia factum, quidquam adjiceret ad solitum victus cultusque splendorem. Olim elegantiores homines odoratis unguentis caput perfundere solebant. Horatius:

— coronatus nitentes Malobatro Syrio capillos.

Martialis,

Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo Splendeat.

Plautus Casina,

— unde hic, amabo, unguenta olent? St. *oh, peri. Manufesto miser teneor. cesso caput pallio obtegere?*

Prae-

Digitized by Google

Praetor,] C. Memmius Gemellus. *Quod illic Natum dicitur aere*,] pecunia, quam in provincia quaesiisse diceris Eadem autem figura dixit, *aes natum*, qua, *parere pecuniam*, aut *parere divitias*, dicimus. *Homines*,] id est, servos. ita enim nonnunquam eos peculiariter nominabant: quodque nos vulgari lingua utentes, hujus aut illius *hominem* dicimus, cum servum, aut certe famulum indicamus, id Latine quoque probe admodum dicitur. Cicero, *Hominem P. Quintii deprehendis in publico: conaris abducere: non patitur Alphenus. Beatiorum*,] divitiorum. *beatos* enim vocabant, qui abundarent opibus. Plaut. Poenulo, *Aurum in fortuna invenitur: natura ingenium bonum. Bonam, ego, quam beatam, me esse, nimio dici mavolo.* sic & Graeci nonnunquam homines copiosos δαίμονας vocant. Euripides,

Πλούτου δ' ἀκορέστους ἀδῖνας γάμων.
Τὸν μὲν γὰρ ἀγένητον αἰῶνα βροτοὶ,
Μᾶλλον ϛ κτᾶσθαι τοῖς δαίμοσι.

Non possem,] ex pecunia, quam in provincia collegissem. *Parare*,] emere. Cic ad Att. *Cogito trans Tiberim hortos aliquot parare.* Atque inde intelligendum est illud Terentii, non satis a quoquam adhuc, quod sciam, animadversum, *Vah? quenquam ne hominem posse in animo instituere, aut Parare, quod sit carius, quam ipse est sibi?* in adoptione enim, de qua ibi sermo est, genus quoddam emptionis intercedebat. Inde &, *reparare:* quod est, nummis ex venditione conflatis aliquid aliud emere. Horatius,

Vina Syra reparata merce.

quo modo hoc verbum saepe a jurisconsultis accipi, primus docuit Fr. Duarenus lib. I. anniversariarum. *Cinaediorem*,] molliorem, & improbiorem. *Serapin.*] hic Aegyptius deus etiam Romae templum habebat. In quibusdam est, *ad Serapis*: quod non displicet: ita enim dicebant, *ad Cereris, ad Dianae*, & similia; cum subintelligerent, *templum. Mane mane.*] Prius adverbium est, posterius verbum. Est autem admodum jucunda παρίχησις. *Istud, quod modo dixeram*,] id est, quantum attinet ad istud, quod modo dixeram. *Fugit me ratio.*]

haec

haec locutio est ejus, qui aliud dixit, aliud dicere voluit. Plautus Amphitruone, *Mer. Amphitruonis te esse ajebas Sosiam. Sos. peccaveram. Nam Amphitruonis socium me volui esse dicere. Mer. Scibam equidem nullum esse nobis, nisi me, servom Sosiam. Fugit te ratio. Sos. utinam istuc pugni fecissent tui. Cinna.*] is est, qui Smyrnam, de qua infra agetur, novem annis elaboravit. eundemque puto esse, cujus epigrammata citantur a Nonio; quae quidam apud Gellium, ut illepida, calumniatur. *Quam mihi pararim.*] quam si ipse mea eos pecunia emerim.

AD FURIUM, ET AURELIUM.

Furi, & Aureli.] per Furium & Aurelium, quasi nuncium remittit Lesbiae. *Comites Catulli*] significat se ab eis valde amari. est enim magni amoris indicium, velle cum aliquo longum ac periculosum iter, ipsius causa, suscipere. Sic Horatius:

Septimi Gades aditure mecum, &
Cantabrum indoctum juga ferre nostra, &
Barbaras Syrteis, ubi Maura semper
Aestuat unda.

Cum horum tamen utroque graves postea inimicitias gessit, eosque acerbissimis versibus infectatus est, tum quod ipsum ut mollem notassent: tum quod puerum ipsi carum Aurelius quidem tentasset, Furius vero etiam constuprasset. *In extremos Indos,*] in extremas Indiae oras. Sic & apud Horatium,

Impiger extremos curris mercator ad Indos.

Littus ut longe.] ita est in libris Aldinis, melius, puto, quam in aliis, *Longe ubi littus:* nam particula *ut*, in epigrammate quoque ad Coloniam, eodem modo usus est. *Longe resonante*] πολυφλοίσβῳ. *Sagittiferosque Parthos.*] annotandus est choreus in secunda sede Sapphici, ut & paulo post,

Pauca nunciate meae puellae. & alibi,
Ocium Catulle tibi molestum est.

id

id ex posterioribus solus, quod sciam, imitari ausus est divinus poëta, Michael Marullus. Sappho autem, quae nomen huic generi versuum dedit, saepe admodum id fecerat. *Septemgeminus*,] qui septem ostiis exit in mare. Virgilius,

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Sic idem *centumgeminum Briarea* a centum manibus, & *tergeminum canem*, Cerberum dixit. *Colorat*,] limo, cujus magnam copiam secum trahit *Monimenta*,] tropaea. *Gallicum Rhenum.*] epitheton addit, ad discrimen Rheni Bononiensis. *Horribiles*,] *hospitibus feros*, ut eos Horatius vocat. *Ultimos* autem, *divisos toto orbe*, ut Virgilius loquitur. infra quoque *ultimam Britanniam* vocat. Horatius,

Serves iturum Caesarem in ultimos Orbis Britannos.

Trecentos.] hyperbole. *Velut prati Ultimus flos.*] *ultimos prati flores* vocamus. qui sunt proxime viam. ii autem fere aut viatorum pedibus, aut curruum praetereuntium rotis obteri solent. Respicit autem Catullus ad vetus proverbium, quo, cum, aliquid plane periisse, indicare volebant, dicebant, *Tam periisse, quam extremam fabam.* Vide Festum.

IN ASINIUM.

Marrucine Asini.] cum in veteribus libris aperte legeretur, *Marrucine Asini*; nescio qua ratione moti eruditi quidam, illius loco substituerunt, *Inter cenam Asini*; ut ex Palladii interpretatione cognoscitur; qui etiam hoc ipsum sibi valde placere ait. mihi quidem, ne quid dissimulem, non placet, tum aliis de caussis, tum quia poëta ipse indicat furta haec non tam inter cenam fieri solita esse, quo tempore, vix est, ut quisquam patiatur sibi linteum suum eripi, quam peracta jam cena, cum, sublatis epulis, jocari convivae inter se, & majoribus poculis poscere consueverant. id enim tempus non obscure innuit, cum ait, *In joco atque vino:* ut &. infra, *Reddens mutua per jocum atque vinum.* Marrucinos quidem populos

Digitized by Google

los Italiae esse constat. itaque nihil video, cur veterem scripturam mutare oporteat. non enim, si de hoc Asinio, qui Marrucinus fuerit, nihil alibi proditum est, iccirco a veterum librorum fide recedi par est. *Salsum*,] urbanum. *Fugit te*,] erras. *Quamvis sordida*,] id est, admodum sordida. Sic Plautus Menaechmis,

Solet jocari saepe mecum illo modo:
Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest.

id est, nihil eo magis ridiculum ne optari quidem potest. Quo autem vitio notatur hic Asinius, eodem Martialis Hermogenem quendam notat, de quo ita scribit,

Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam:
A cena semper rettulit Hermogenes.

Mutari.] id est, qui ait cupere se furta tua vel talento redimere. *Mutare* autem, pro eo quod est emere, aut vendere, antiqui saepe dicebant. Columella: *Porcus lactens aere mutandus est.* Idque Graecorum exemplo, apud quos saepe hoc ipso modo ponitur verbum ἀμείβω. eo autem id fit, quia antiquissima ratio contrahendi, ut Aristoteles, & jurisconsulti docent, permutatio est. quin ipsum *permutationis* nomen commune est omnibus, ut prudentes loquuntur, contractibus. tantum enim valet Latine *permutatio*, quantum Aristoteli συναλλαγή. ideoque numeratur inter eos contractus, quibus proprium nomen inditum non est. Sed iis de rebus a nobis & magis suo loco, & copiosius disputatum est in commentariis, quos in quintum Ethicorum scripsimus. *Disertus puer.*] in aliis, *Disertus pater*. mihi, etsi non sum nescius, *patrem leporum ac facetiarum*, Latine admodum dici, & nomen, *disertus*, cum generandi casu, ita rarum esse, ut fortasse vix usquam alibi legatur, tamen nescio quo modo prius illud venustius videtur. *Sudaria setaba*,] ex lino setabo, quod optimum in Hispania crescit ad fluvium Tarraconem.

AD

Digitized by Google

AD FABULLUM.

Cenabis.] Fabullum ad cenam invitat, ea lege, ut Fa-
ullus quidem cenam ſecum afferat, ipſe autem nihil ſup-
ditet praeter unguentum. Sciendum autem eſt, vete-
s floribus redimitos, unguentisque delibutos cenitaſſe,
i ſe liberalius invitare decreverant: tum voluptatis caus-
, tum quod crederent odoramentis ebrietatem impediri.
onnunquam etiam, ut eſt apud Feſtum, aviculas quas-
m corollis ſuis alligabant; quarum & cantu aſſiduo,
crebris roſtri unguiumqué puncturis efficeretur, ne ipſi
er potandum obdormiſcerent. Horatius:

Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu, jacentes ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos
Potamus uncti? Idem:
Huc vina, & unguenta, & nimium breveis
Flores amoenae ferre jube roſae.

eterum hujusmodi convivatorem, qui unguentum modo
aeberet, alicubi irridet Martialis, hoc verſu:

Unguentum, fateor, bonum dediſti
Convivis here, ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt, bene olere, & eſurire.
Qui non cenat, & ungitur, Fabulle,
Hic vero mihi mortuus videtur.

Paucis diebus.] intra paucos dies. Hoc modo etiam
ropertius locutus eſt,

Tu quoties aliquid conabere, vita, memento
Venturum paucis me tibi luciferis.

Sale,] facetiis. *Plenus ſacculus eſt aranearum,*] id
t, pridem inanis eſt. Afranius apud Feſtum, *Tam ne*
cula tua plena eſt aranearum? Plautus Aulularia, — *an*
quis aedes auferat? Nam hic apud nos nihil eſt aliud
aeſti furibus: Ita inaniis ſunt oppletae atque araneis.
Meros amores,] ita lego, non, ut alii, *meos amores:*
de ipſo unguento hoc dictum accipio.

AD C. LICINIUM CALVUM.

Ni te plus oculis.] non est, cur ambigatur, ad poëtam Calvum, an ad oratorem scriptum fuerit hoc carmen idem enim C. Licinius Calvus C. Licinii Macri filius, poëta, & orator clarus fuit: ex quo imperiti duos, unum poëtam, & alterum oratorem, faciunt. *Odio Vatinian* Macrobius lib. II. *Lapidatus a populo Vatinius, cu gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aediles edic rent, ne quis in arenam, nisi pomum, misisse vellet. for iis diebus Cascellius jurisconsultus, consultus a quodam num nux pinea pomum esset, si in Vatinium missurus es inquit, pomum est.* Cicero Interrogatione in Vatinium *Odio enim tui, in quo etsi omnes, propter tuum in scelus, superare debeo, tamen ab omnibus pene vinco* &c. Hinc intelligi potest, cur dicat poëta *odium Vat nianum*: eo autem libentius id facit, quod Vatinium Ca vus ipse acerbissimis orationibus insectatus erat: qua re infra quoque agetur. *Munus,*] fortasse, quod ipsum in causa aliqua defenderis. *Sylla.*] de Sylla grammatic nihil alibi legere memini: tantum reperio fuisse Corne um quendam Epicadum, Syllae libertum; qui, fieri pot est, ut, cum sibi de more patroni nomen assumpsisset etiam ipso ejusdem cognomine a populo afficeretur. *L terator.*] ita vocabant grammaticos, id est, poëtarum i terpretes. Alii distinguebant ita, ut dicerent, tantum i teresse inter *literatum*, & *literatorem*, quantum inte *grammaticum*, & *grammatistam*. vide Suetonium in libel de claris grammaticis. *Non est mi male, sed bene ac be te.*] gaudeo enim, quod labores tuos tam bellis muse bus pensari videam. Ironia est. *Sacrum.*] Festus: *hom sacer is est, quem populus judicavit ob maleficium: nequ fas est eum immolari: sed, qui occidit, parricidii no damnatur. nam lege tribunicia prima cavetur, si quis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. ex q quivis homo malus atque improbus sacer appellari soli* Afranius Fratribus, — *o sacrum scurram, & malu* Turpilius Demetrio,

Etiam me irrides, pessume, & sacerrume? Plaut. Poenul
Venditque has omneis, & nutricem, & virgines,
Praesenti argento, homini (si modo leno est homo)
Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo.

Digitized by Google

ſic igitur dixit *ſacrum libellum*, ut Virgilius *ſacram auri famem*, &, — *ſacras depellere tedas.*

Saturnalibus, optimo dierum.] nullum enim alium diem veteres tanta hilaritate celebrabant. is dies erat XIV. cal. Jan. vide Macrobium. *Non, non hoc tibi.*] jocoſe ſe Calvo par pro pari (*) redditurum, & vicisſim quaſi ſtruem quandam peſſimorum poëtarum ipſi miſurum minatur. *Non, non.*] eleganter geminata negatio. Sic Propertius,

Non, non humani ſunt partus talia dona.

Interdum etiam aliquid interponebant. Cicero lib. x. ad Atticum, *Non ſunt ab obſequio noſtro, non-a habent ſuas radices.* ita enim erudite hunc locum emendat Manutius, qui etiam in eo explicando multa ſimilia exempla colligit. *Falſe,*] deriſor. *Sic,*] impune.

Nam ſi luxerit,] id eſt, ubi primum dies apparere coeperit. Particula, *ſi*, hoc loco non conditionem, ſed tempus indicat. Sic Virgilius,

Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitae
Attigerint, quantas acies, ſtragesque ciebunt.

Idem,

Praeterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,
Prima citae Teucris ponam certamina claſſis.

Lucere autem valet, diem eſſe. Cicero ad Att. *Catilina, judicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor.* Idem pro Sex. Roſcio, *occiſus eſt a cena rediens. Mundum lucebat, cum Ameriae ſcitum eſt.* Pro Cluentio, *Ante noctem mortuus, & poſtridie, antequam luceret, conſtitus eſt.* Plautus Milite,

Prius quam lucet, aſſunt: rogitant, noctu an ſomnum ceperim.

Non-

*) Muretus deceptus eſt prava lectione Terentii Eun. III. 1. 55. *Par pari refero.* ubi meliores libri habent, *Par pari referto.* Vide Delejum.

Nonnunquam etiam dicebant, *lucet hoc*, aut *luceſcit hoc*, cum videlicet caelum, aut inane illud ſpatium intelligerent. Plautus Amphitruone,

Eamus, Amphitruo. luceſcit hoc jam. Idem Curculione,
Quid tu, Venerin' pervigilare te voviſti, Phaedrome?
Nam hoc quidem edepol haud multo poſt luce lucebit.

Idem Milite,

Vigila, expergiſcere, inquam: lucet hoc, inquam.

Terentius Heautontimorumeno,

Luceſcit hoc jam: ceſſo pultare oſtium
Vicini, &c. Hunc autem poſtremum locum ita interpungendum eſſe, primus me, ante hoc biennium, admonuit vir omni elegantis doctrinae genere politisſimus, Adrianus Turnebus, regius Luteciae Graecarum literarum profeſſor. *Caeſios, Aquinos, Suffenum.*] de *Caeſio* nihil memini legere. *Aquinum* quidem M. Tullius in Tuſculanis nominat, ut poëtam inſigniter malum. de *Suffeno* inferius agetur.

AD AURELIUM M.

Commendo.] hunc puerum poſtea Aurelius corrumpere conatus eſt; unde graves inter eum, & Catullum inimicitiae extiterunt. *Occupati.*] ocioſorum enim hominum hic morbus eſt. *Bonis, malisque.*] & formoſis, & deformibus. *Attractis pedibus,*] diductis, divaricatis. *Patente porta,*] τῇ αὐλητρίδι. *Portam* autem dicit, ut indicet pathicum fuiſſe Aurelium, &, ut Ariſtophanes loquitur, Κρόκαντον. In Priapejis,

Jam primum ſtator hic libidinoſus,
Alternis & eundo, & exeundo,
Porta te faciet patentiorem.

Percurrent rhaphanique, mugilesque.] alludit ad ſupplicium, quo olim Athenienſes afficiebant pauperes in adulterio deprehenſos. eis enim depilabant nates cinere calido, deinde etiam raphanos praegrandes in podicem

Digitized by Google

mittebant. hanc poenam vocabant ὑς, ὃ μυ-
. Mugiles autem etiam interdum ad hanc rem ad-
beri solitos, indicat Juvenalis,

— quosdam moechos & mugilis intrat.

que ita hunc locum recte ex interprete Aristophanis in-
pretatus est Parthenius.

AD AURELIUM, ET FURIUM.

Paedicabo.] Furius & Aurelius de Catullo, tanquam
eminato, & impudico, ob mollitiem carminum, sen-
ant. id nunc eis irascitur, negatque, poëtarum mores
criptis spectari oportere. eadem excusatione utitur Ovidi-

Crede mihi, distant mores a carmine nostri.
Vita verecunda est, Musa jocosa mihi.

Martialis,

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

notum est illud in Voconium,

Lascivus versu, mente pudicus eras.

Male marem,] mollem & effeminatum. *mares* enim
cabant fortes. Horatius,

Et maribus Curiis, & decantata Camillis.

AD COLONIAM.

Colonia.] de genere ipso carminis ad finem disputa.
nus: valde enim inepta sunt, quae hoc loco a ceteris
eruntur. nunc quidem argumentum epigrammatis, quan-
in nobis erit, conjectura comprehendere studeamus.
loniam (fortasse oppidum haud procul Verona, quod
ieque nomen illud retinet) alloquitur: &, ut mihi vide-
, de duobus agit: quorum alterum ipsi Coloniae subo-
um fuisse significat, cum ait, *Quem cupis &c.* neque
en ita infensum, ut eum vellent cives insigniter lae-
e: idque ex eo intelligitur, quod vereri eos ait, ne
, quisquis erat, irredivivus in palude recumberet. at-

Digitized by Google

que eum quidem videtur praesentem fistere, quasique objicere, ut de ponte praeceps agatur; cum ait, *En salire paratum habes.* Agi autem postea, non de eodem, sed de alio quopiam, vel id satis argumento est, quod, quasi novam quandam narrationem exorsus, ait, *Quendam municipem meum &c.* absurda enim plane fuerint haec, si ad eum referantur, de quo paulo ante, & quasi ipsi Coloniae noto, dixerat, *Quem cupis;* & quasi praesente, *En salire paratum habes.* agit igitur de alio quodam, eoque Veronensi: quem, cupere se ait, de ponte deturbari: idque, magni muneris loco, sibi a Colonia concedi petit, quod certe non faceret, si de eo ageret, quem ipsa suapte sponte Colonia, ut initio dictum est, deficere cupiebat. *Ludere*] ita est in quibusdam libris: egoque ita malo, quam, ut in aliis, *laedere* ludibrii enim potius, quam atrocis contumeliae caussa, comparatum hoc fuisse, indicant illa, *salire;* &, *sed veteris inepta;* &, *Munus hoc mihi maximi da Colonia risus. Crura*] sublicas dicit, sive columellas ligneas, quibus pons fulciebatur. *Ponticuli*] quo modo *ponticulum* vocat, quem antea *pontem longum* dixerat? an (*) quod parum latus esset, an quod infirmus? *Totus irredivivus,*] ita ut extrahi postea non queat. *Sic tibi.*] ejusmodi obsecrationibus uti solemus, ubi aliquid petituri sumus. *Ex tua libidine,*] arbitratu tuo. *In quo vel Salisubsuli.*] ita latus, firmusque, ut etiam possit Martis sacra peragentes Salios sustinere. *Salisubsulum* vocat Martem. Pacuvius,

Pro imperio sic Salisubsulus vostro excubet.

Municipem meum,] Veronensem. *Ut,*] qua parte. *Ut puella,*] *delicatior tenello hoedo:* quantum tanta teneritas potest in puellam convenire. Significat enim ita delicatam esse, ut tamen sit in ea roboris ad rem gerendam, quantum in puella est satis.

Nec se sublevat ex sua parte,] assentior iis, qui hoc ad Venereos lusus referendum putant. *In fossa Ligeris.*] *fossam* vocare videtur ipsum alveum fluminis. *Ligeris* autem, fluvius Galliae. Alii legunt, *In fossa Liguri,* aut *Liguris.* amplius igitur quaerendum est. *Separata,*] excisa. Politianus legebat, *expernata,* aut, quod magis

(*) Duplex *an*, pro *utrum*, *an*, non usitatum est veteribus.

gis ſuſpicor, *ſuppernata*: ut eſſet metaphora ducta ab iis, quibus, in morem pernarum ſuillarum, femina exciſa ſunt. Marullus autem, qui, quaſi dedita opera, omnes Politiani emendationes irridebat, hanc exagitavit hoc epigrammate,

Quid ſeparatam, inſane, ſupernas, togo,
Alnum Catulli nobilem?
Plebi ocioſae ſcilicet riſum parans,
Oblitus, ut ſoles, pedis.

non putavit igitur Marullus, in hoc verſu, quarto loco ſpondaeum recipi poſſe: in quo falſus eſt, ut infra docebimus. uſitatam tamen lectionem ſequendam puto. *Si pote ſtolidum.*] recte emendavit Victorius hunc locum, cum antea legeretur, *Si poteſt olidum*: magnumque putarent feciſſe ſe, qui cauſas exquirebant, cur Catullus *olidum veternum* nominaſſet. *Supinum animum*,] ſtuporem illum, torporemque animi.

Nunc, uti recepimus, de genere ipſo carminis diſſeremus. Eſt igitur genus quoddam hexametri, ex heroico effictum: ſed molle, enervatumque, deſcribendisque rebus tantum ludicris, non etiam ſeriis & gravibus, aptum. Priapejum Cenſorinus vocat: ponitque hoc exemplum,

Hunc lucum tibi dedico, conſecroque, Priape.

& addit, tertium pedem pro dactylo Creticum eſſe debere: alioqui enim hexametrum heroicum fore. Quod tamen non perpetuo verum eſt. Diomedes vocat angelicum, a Steſichoro repertum, additque exemplum,

Incidi patulum in ſpecum, procumbente Priapo.

Terentianus autem Maurus, qui aſperitatem grammaticarum praeceptionum inuſitata quadam numerorum ſuavitate condivit, ita de hoc genere verſus diſputat:

Hexametrum pedibus cernes conſtare receptis.
Qui tamen heroum factis indignus habetur.
Namque tome media eſt verſu non apta ſevero:
Fitque ſoluta magis, quoties ſpondaeus ineſt pes

Digitized by Google

*Tertius & quartus. non hunc * incolumem ergo,*
Sed de commatibus tradunt conſtare duobus.
Ipſe enim ſonus indicat eſſe hoc luſibus aptum.
Et ferme modus hic datur a pleriſque Priapo,
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus.
Hunc lucum tibi dedico, conſecroque, Priape,
** Qua domus tua Lampſaci eſt, * quaque Priape.*
Nam te praecipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, ceteris oſtreoſior oris.
Et ſimiles plures ſic conſcripſiſſe Catullum
Scimus.

haec verba optimi ac feſtiviſſimi grammatici appoſuimus, ut ex eis intelligeretur, quanta eſſet hujus verſus cum heroico affinitas: tanta ea quidem, ut Virgilius quoque in hoc genus interdum incidat, non in Bucolicis modo,

Quod nunquam veriti ſumus, ut poſſeſſor agelli;

aut Georgicis,

Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?

ſed in ea etiam, quae una Graeciae faſtum retundit, Aeneide,

Troas, relliquias Danaum, atque immitis Achilli.

Ut tamen verſus hic inſigni aliqua nota ab heroico diſtingueretur; receptum eſt, ut, primo quartoque loco, pro ſpondaeo choreus, jambus ve; tertio, Creticus pro dactylo poneretur. Quoniam autem Terentianus admonet, hortorum deo cecinisſe Catullum hujus generis verſus: extantque inter Virgilianos luſus nonnulli, quos eruditi homines Catullo tribuunt, & nos quoque nunquam aliter credidimus: aſcribemus eos, tum ut, quaſi poſtliminio, ad auctorem redeant ſuum; tum ut curſim a nobis nonnulla in eis, quae ceteros fugere, annotentur.

PRIAPUS.

Hunc ego juvenes locum, villulamque paluſtrem,
Tectam vimine junceo, caricisque maniplis,

Quer-

Digitized by Google

Quercus arida, ruſtica conformata ſecuri
Nutrivi: magis, & magis ut beata quotannis.
Hujus nam domini coluni me, deumque ſalutant,
*Pauperis tuguri pater, filiusque **
Alter aſſidua colens diligentia, ut herba
Dumoſa, aſperaque a meo ſit remota ſacello;
Alter parva ferens manu ſemper munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens ſpica mollis ariſta:
Luteae violae mihi, luteumque papaver,
Pallentesque cucurbitae, & ſuave olentia mala,
Uva pampinea rubens educata ſub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi (ſed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.
Pro queis omnia honoribus haec neceſſe Priapo
Praeſtare, & domini hortulum, vineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abſtinete rapinas.
Vicinus prope dives eſt, negligensque Priapus.
Inde ſumite. ſemita haec deinde vos feret ipſa.

Hunc ego] putabatur hic deus, quibus in agris ſtatueretur, colereturque, eis foecunditatem afferre. Hoc igitur ſe facere praedicat, additque causſam, nempe quod ab agelli dominis diligenter ac religioſe colatur. Ad poſtremum admonet pueros, ne quid ex eo agro furentur, cui ſit & dominus pauper, & ipſe diligens additus cuſtos: indicatque eis agrum vicinum, unde commodius eripere aliquid poſſint; quod & dominum divitem habeat, & negligentem Priapum. Porro Priapum Orpheus deorum antiquiſſimum eſſe dicit: videturque eundem cum Sole, ac Baccho facere. Dictus eſt autem πρίαπος vel quaſi βρίσεως, id eſt, clamoſus, propter clamores, qui in Bacchi ſacris excitabantur, vel quaſi ἀπὸ τοῦ πρίειν, ut annotat interpres Theocriti. *Magis, & magis ut beata quotannis,*) ita ut aſſidue poſterior annus prioris fertilitatem vinceret. *Primitu.*] antiquum adverbium, quale apud Plautum, *ſimitu.* Qui autem vocem hanc, ut inſolentem, aſpernati, ejus loco ſubſtituerunt, *primitiae*, depravarunt verſum. *Sanguine hanc, &c. aram.*] in aliis, *Sanguinea arma*, contra metri legem. Hunc autem locum ex ingenio emendavimus: neque ſane dubitavimus, quin omnes intelligentes homines nobis ſint aſſen-

senſuri. Sic & Graeci ἱερόσυλον βωμὸν dicunt ἀντὶ τοῦ ἱεροσυλεῖν. *Sed tacebitis.*] hoc inſerit, quia, legibus XII, ſacra facere peregrinis diis, niſi qui publice aſciti eſſent, non licebat. *Haec neceſſe*] in aliis, *hoc neceſſe*: contra grammatices regulas. Addemus & aliud ejusdem argumenti: quod ipſum quoque Catulli eſſe, eruditis hominibus ita judicantibus aſſentimur.

PRIAPUS.

Ego haec, ego arte fabricata ruſtica,
Ego arida, o viator, ecce populus,
Agellulum hunc, ſiniſtra, ut quem vides,
Tuor, malasque furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur:
Mihi rubens ariſta ſole fervido:
Mihi virente dulcis uva pampino:
Mihique glauca duro oliva frigore.
Meis capella delicata paſcuis
In urbem adulta lacte portat ubera:
Meisque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit aere dexteram.
Tenerque, matre mugiente, vaccula
Deum profundit ante templa ſanguinem.
Proin' viator hunc deum vereberis,
Manumque ſeorſum habebis. hoc tibi expedit.
Parata nanque crux, ſine arte mentula.
Velim pol, inquis. at pol ecce, villicus
Venit; valente cui revulſa brachio
Fit iſta mentula, apta clava dexterae.

Siniſtra,] e regione agelli ad ſiniſtram ſita. *Tuor.*] antique, pro tueor. *Malas manus.*] ſic Tibullus,

Quid fraudare juvat vitem creſcentibus uvis,
Et modo nata mala vellere poma manu?

Mihique glauca.] in aliis, *Mihi glauca dura cocta oliva frigore.* in Aldinis, *Mihi glauca duro cocta oliva frigore.* in quibusdam veteribus, *Mihi glauca duro oliva frigore.* unde apparet vocem, *cocta*, additam ab aliquo, qui verſum mutilum perficere vellet. ſed, cum e meris

jam-

jambis carmen hoc sit, praestare opinor, ut legamus, *Mihique glauca*, & illud, *cesta*, repudiemus. *Adulta.*] distenta. *Agnus ex ovilibus.*] Virgilius, — *ab ovilibus imbuet agnus. Graveth domum remittit aere dexteram.*] Virgilius,

Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

Tenerque] ita legendum, non, ut in aliis, *teneraque*. carmen enim, ut ante dixi, est ex solis jambis. Neque est, quod cuiquam perturbata generibus videri debeat oratio, qui meminerit, *unum ovem*, non *unam ovem*, veteres protulisse. Praeterea nomina, quae *er* syllaba finiuntur, veteribus, maximam partem, communia fuerunt. non ea tantum, quae generibus variari non possunt, *über*, *celer*, & similia, sed alia quoque. *pauperem feminam* dicimus, cum tamen *pauperam* dicere liceat. Terentius,

Quae sese inhoneste optavit parere hic divitias
Potius, quam in patria honeste paupera vivere.

ita enim locus ille legendus est, ex veteribus libris, & ex Prisciano. Cato II. originum, *Itaque res uber fuit, antequam vastassent regiones.* Naevius de bello Punico,

Fames acer augescit hostibus. Ennius,
Aestatem autumnus sequitur, post acer hiems hunc.

at utrobique *acris* dici poterat. *Pueram* nonnunquam dicebant. Livius Odyssea,

Mea puera, quid verbi ex tuo ore profluit?

quo versu interpretatus est illum Homericum,

Τίπτε ἐμὸν, πολύ τε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

At *puerum* tamen utroque genere efferebant. Naevius secundo belli Punici,

Prima incedit Cereris Proserpina puer.

Se

Seorsum habebis] continebis, ne quid praeripias. In *seorsum* autem est synaeresis, qualis in illo Virgilii,

Una eademque via sanguisque animusque sequuntur.

& in illo Propertii,

Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos.

Sine arte mentula.] in veteribus, *Parata nanque crux* * *arte mentula*. itaque alii fecerunt, *Parata nanque crux & arte mentula:* in quo illud, &, redundare, nemo non videt: alii, *Parata nanque crux est arte mentula:* sed hos ipsa versus ratio coarguit. nos, quod reposuimus, verum esse arbitramur. *At pol*] repetitio ejusdem verbi valde irrisioni conveniens. Est autem jocus elegans, sed obscoenus. cum enim diceret viator, se nihil metuere, aut appetere etiam usitatum illud supplicium; illudens deus, longe alio eum, quam putabat, modo acceptum iri respondet.

AD AURELIUM.

Aureli.] irascitur Aurelio, quod puerum, quem, ut ex superioribus intelligitur, ipse ejus fidei commiserat, corrumpere moliatur. *Pater esuritionum*] significat eum sordide & tenuiter convivari, ita ut cenae ipsius non cenae vocandae sint, sed *esuritiones*. *Cenae patrem* vocabant πὸν ἱπάτορα, quem etiam Cicero *dominum epuli* vocat. Horatius,

In primis Lucanus aper leni fuit austro
Captus, ut ajebat cenae pater.

Nonius eum & *dominum convivii*, & *dominum*, sine ulla additione, vocari solitum admonet. *Non harum modo.*] haec gradatio familiaris est huic poëtae. Sic infra,

O, qui flosculus es Juventiorum,
Non horum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut posthac aliis erunt in annis. &,
Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis.

Ex-

Digitized by Google

Experiris.] in antiquis codicibus *experibis*, quod non temere rejiciendum est. ita enim multa veteres dixere agendi voce, quae nunc tantum ea, quae patiendi est, efferuntur: & contra. Quin hoc quoque ipso alicubi utitur Plautus. *Tangam te prius.*] est genus figurae, quod Graeci μείωσιν, Latini *imminutionem* aut *extenuationem* vocant. eo qui uti volunt, ubi quis alium percusserit, pupugerit ve, aut insigniter etiam laeserit, *tetigisse* dicunt. ea causa est, cur nonnunquam ipsum *tangendi* verbum idem valeat, quod percutere, pungere, laedere. Terentius Eunucho, *Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio*. id est, acerbo aculeatoque dicto quasi pupugerim. Propertius,

Quem tetigit jactu certus ad ossa deus.

ubi etiam videtur ducta tralatio a sagittariis, qui *tangere* dicuntur, ὅταν τὸ τοξεῦμα ἐπιτυγχάνωσιν. Plautus Pseudolo,

Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.

id est, eum multabo hoc damno, emungam eum hac pecunia. idem Poenulo,

Quia cernit amare, hominem volt leno tangere.

Catullus supra,

— velut prati
Ultimus flos, praetereunte postquam
Tactus aratro est.

Graeci quoque ἀψάμενον γυναικὸς dicunt eum, qui mulierem quampiam depereat: quo modo & Latini dicunt *amore percussum*. Virgilius,

Quarum sacra fero ingenti percussus amore. Lucretius,
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Si id faceres satur.] sic Martialis,

Denique paedica Mamuriane satur.

etenim, cum saturi, & deliciis affluentes homines ista conquirunt, minus mirum est: at, si idem faciant inopes,

pes, & fameliei, id vero indomitae libidinis ſignum eſt. *Dum licet pudico.*] *impudicos* vocabant, qui parte aliqua corporis ſui alienam libidinem excepiſſent: *pudicos*, qui nihil tale perpeſſi eſſent. in Priapeja,

Praedictum tibi ne negare poſſis,
Si fur veneris, impudicus ibis. Plautus Amphitruone,
Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam. S. haud potes. Bene pudiceque aſſervatur.

Et *pudicas virgines* vocabant, quarum nemo pudicitiam delibaſſet. Plautus Curculione,

— jam ne ea fert jugum?
Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. & paulo poſt,
At ila eſt pudica, neque dum cubitat cum viris.

AD VARUM.

Suffenus.] vereor, ne *Fuſenum* hoc loco, non *Suffenum*, legere oporteat. ſic enim & apud Livium pro *Fufetio* vulgo legitur *Suffetius*. *Urbanus.*) *urbani* nonnunquam dicuntur, qui doctis dictis victum aucupantur, quos & ab aſſectandis divitibus *ſcurras* vocabant. itaque *urbani* nomen ſaepe idem, quod ridiculum, valet. Horatius,

Maenius, ut, rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumptis, urbanus coepit haberi,
Scurra vagus, non qui certum praeſepe teneret.

Plautus Trinummo,

Nihil eſt profecto ſtultius, nec ſtolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius,
Quam urbani aſſidui cives, quos ſcurras vocant.

Cicero in Bruto: *Tu elegans, tu ſolus urbanus. Idemque longe plurimos facit verſus.*] propria, ac pene perpetua malorum poëtarum nota. *Sic*,] negligenter. *Ut fit*,] ut fieri ſolet. *In palimpſeſto*,] in charta deleticia, id eſt, ex qua deletum eſt aliquid, ut aliud denuo ſcribe-

Digitized by Google

beretur. Cicero Trebatio, *Nam quod in palimpsesto; laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris: nisi forte tuas formulas: non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas.* Locus autem ille Ciceronis in vulgaribus libris, vocularum aliquot interpositu, depravatus est. *Haec cum legas*] ubi carmina illa tam diligenter, tamque eleganter ornata legere incipias. *Tum bellus ille, & urbanus Suffenus.*] tum Suffenus ille, qui antea tam bellus, tamque urbanus videbatur, *Unus caprimulgus, aut fossor Rursus videtur.*] ita inelegantes, & illepidos versus facit. *Aut si quid hac re.*] facete adhibet *rei* nomen, quasi scurras hominum nomine satis dignos non putet. Sic Cicero Verrem, *importunum animal* vocat. *Tritius.*] insalse legunt alii, *tristius*. in quo risi equidem non mediocriter & Parthenium, & Guarinum: qui cum viderent in scurras, homines ad risum factos, nullo modo tristitiam convenire; *tristesque homines* vulgari Italorum lingua vocari scirent homines nequam, ac nullius bonae frugi; hoc loco, *tristius*, idem, quod pejus, valere dixerunt. *Tritius* legendum est. scurrarum enim est, tritos esse atque exercitatos in omni genere rerum agendarum, omninoque minime fatuos, ut qui & sibi ex aliena fatuitate victum colligant, & omnibus se omnium negociis immisceant: ut praeclare describit Plautus eo ipso, quem paulo ante citavimus, loco.

Neque idem unquam.] beati sunt, qui suo contenti sunt. Quod igitur ait, *nunquam aeque esse beatum* Suffenum, atque cum versus facit, significat videlicet, eum nunquam sibi magis placere, nunquam sibi magis satisfacere. Porro cum omnibus in rebus verum illud est, suum cuique opus placere; tum nusquam verius, quam in ratione scribendorum carminum. id & hoc tempore experimur; quo se homines ita imperiti, ut in ipsa syllabarum ratione saepe peccent, non poëtas modo tamen, sed etiam illustres poëtas inscribere audent: & celeberrimi olim scriptores memoriae prodiderunt. nam & apud Platonem Socrates, cum admirari se dixisset, quod Cephalus, qui opes suo ipse sibi labore pepererat, immodice eas tamen non amaret; hac comparatione usus est, ὥσπερ ἂν εἰ ποιη-
τὴς τὰ αὑτῶν ποιήματα, ἢ εἱ πατὴρ τὰς παῖδας ἀγαπῶσι, τοῦτο
δὴ καὶ οἱ χρηματοποιοῦντες τὸ χρήματα. σπουδάζουσι, οἷς ἔργον
ἐστὶν

ἑαυτῶν, quem locum Aristoteles in quartum de moribus ad Nicomachum transtulit: qui cum dixisset, eo propensiores esse ad liberalitatem eos, qui opes a parentibus accepissent, quam qui eas industria quaesissent sua, quod illi inopiam nunquam experti essent; addit statim aliam causam, inquiens, ἢ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ ἔργα αὐτῶν, ὥσπερ οἱ γονεῖς, ἢ οἱ ποιηταί. idemque hoc etiam apertius ponit nono eorundem librorum, his verbis, πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γενομένου. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο ἐπὶ τῶν ποιητῶν συμβαίνει. ὑπερφιλαυτοῦσι γὰρ ὅτι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, σέβονται, ὥσπερ τέκνα. sed & M. Tullius Tusculanarum disputationum libro quinto, cum de Dionysio tyranno loqueretur, *Musicorum vero*, inquit, *perstudiosum acceperimus; poëtam etiam tragicum, quam bonum, nihil ad rem. in hoc enim genere nescio quo pacto magis, quam in aliis, suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognovi poëtam (& mihi fuit cum Aquino amicitia) qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet: te tua, me delectant mea.* & libro secundo ad Q. fratrem: *non mehercule quisquam* φιλοποίητος *libentius sua recentia poëmata legit, quam ego te audio. Nimirum idem omnes fallimur.*] gravis sententia, & ab optimis quibusque auctoribus maximopere celebrata. *Idem fallimur.*] eadem in re fallimur. Horatius, *Ut scriptor si peccat idem librarius.* *Suffenum,*] Suffeni similem, ad sua vitia connivantem, nimium amantem sui. Quo modo autem quisque se ipsum amare debeat, praeclare disputat Aristoteles libro nono de moribus. *Sed non videmus.*] respicit ad fabulam Aesopicam, quae his verbis apud Stobaeum explicata legitur, Αἴσωπός ποτε ἔφη, δεῖ πάντως ὑμᾶς ὑμᾶς φίλους, τὸν μὲν ἔπαινον διώκειν, τὸν δ' ὄνειδος. ἢ οἷς μὲν τὸν ἔπαινον διώκουσιν ἀκολουθήσαι τὰ δ' ἄλλα ἀμφοτέρους, οἷς δ' τὸν ὄνειδος τὰ ἐναντία. διὸ δὴ παραινῶμεν αὐτά.

AD FURIUM.

Furi, cui neque.] iratus Furio Pisaurensi, quod is Juventio puero, quem ipse diligebat, stuprum obtulisset, paupertatem illius falsissimo jucundissimoque versu insectatur. *Neque servus.*] talem quempiam describit Lucilius his versibus, qui sunt apud Nonium,

Cui

Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus.
Bulgam, & quidquid habet numorum, ſecum habet ipſe:
Cum buiga cenat, dormit, lavit: omnis in una
Spes hominis bulga: hac devincta eſt cetera vita.

Nec cimex, nec araneus.] facete, ut omnia deeſſe dicat, ea quoque deeſſe dicit, quae uſum nullum habent, quaeque non habere potius quilibet, quam habere, praeoptet ſibi. *Nec ignis.*] ſummam paupertatem notat. quippe & Tibullus, cum paupertatem a ſe non deprecetur, hanc tamen exceptionem adhibet, ut ſibi focus perpetuo luceat.

Me, inquit, *mea paupertas vitae traducat inerti;*
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

In aedibus quoque ſenis illius Plautini, qui in ſummis opibus ſumma inopia laborabat, tamen ignis fuiſſe dicitur, ſed quem ipſe abiens extingui imperat. & vero quoniam locus ipſe Plauti, ubi hoc agitur, depravatus eſt, neque adhuc a quoquam, quod ſciam, animadverſus; dabunt mihi, opinor, lectores hanc veniam, ut, pauliſper digrediens a re propoſita, auctori optimo opis aliquid afferam. locus igitur in impreſſis libris ſic habet:

Cave quenquam alienum in aedeis intromiſeris.
ST *Quid ſi quisquam ignem quaerit? Eu. extingui volo;*
Ne cauſſae quid ſit, quo te quisquam quaeritet.
Nam, ſi ignis vivet, tu extinguere extemplo.

At in calamo notatis haec omnia continenter ab Euclione dicuntur, multo ſane rectius:

Cave quenquam alienum in aedis intromiſeris.
Quod quispiam ignem quaerat; extingui volo,
Ne cauſſae quid ſit, cur te quisquam quaeritet.
Nam, ſi ignis vivet, tu extinguere extempulo.

Occaſionem vero praefidentibus hominibus depravandi loci dedit ignorata vis particulae, *Quod*; qua hic ſenex indicat, ſi quis, ut inter vicinos aſſolet, ignem quaerere

Digitized by Google

se dicat, nihilo magis ea de caussa, velle ipsum intromitti, immo velle etiam ignem extingui, ut omnis ejusmodi tol latur occasio. atque hoc non tam verbis exprimi, quan prolatis exemplis patefieri potest. Plautus ipse Asinaria,

Alienum hominem intromittat ad se neminem.
Quod ila aut amicum eum, aut patronum nominet,
Aut quod ila amicae amatorem esse praedicet,
Fores occlusae sint omnibu', nisi tibi.

& uno versu interjecto,

Aut quod ila dicat peregre allatam epistulam,
Ne epistula quidem sit ulla in aedibus.

Idem Milite, qui etiam locus in impressis depravatus est:

Quemque a milite hic videritis hominem in nostris tegulis,
Extra unum Palaestrionem, hunc deturbatote in viam.
Quod ille gallinam aut columbam se sectari, aut simia
Dicat, periistis, nisi usque ad mortem multatis malt.

Ovidius quoque eodem modo locutus videtur,

Illa quod est virgo, quod tela Cupidinis odit,
Multa dedit multis vulnera, multa dabit.

Et quidam in Priapejis,

Quod sim ligneus, ut vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneusque penis,
Prendam te tamen, & tenebo prensam.

ita enim & in veteribus, & in Gryphianis legitur.

Est pulchre tibi.] *pulchrum* nonnunquam valet beatum. Cicero pro Murena: *Praetor quoque ne se pulchrum ac beatum putaret.* Idem, de natura deorum: *Propone ante oculos deum nihil aliud in omni aeternitate cogitantem, nisi, mihi pulchre est, &, ego sum beatus*, &c. *Sole, & frigore, & esuritione.*] sol exsiccat, frigus contrahit, esuritio extenuat. *Pituita.*] diaeresis, u cum *silvam* tribus syllabis dicimus: nam *pituita* naturaliter trisyllabum est. Horatius,

Praecipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

Pa

Digitized by Google

Purior salillo.] summam veteres puritatem tribuebant sali. Ovidius,

Mica salis puri pacificabat heros. Idem,
Far erat, & puri lucida mica salis. Horatius,
— *purum & sine labe salinum.* Idem, — *cui paternum*
Splendet in mensa tenui salinum.

Et sestertia.] scio, Budaeum reprehensum esse a multis, quod *sestertia* & *sestertios* distinxisset, tradidissetque singula sestertia valere mille sestertiis numis. at ego eos, qui *sestertia* & *sestertios* pro eodem accipiunt, longe ipsos errare arbitror. nam quis tandem credat, Furium hunc non plus sibi optare solitum a diis, quam centum sestertios? multo vero divitior fuisset, si monetae nostrae tres aureos numos, aut paulo amplius habuisset. infra quoque, in epigrammate,

Aut sodes mihi redde decem sestertia Silo;

credimus, poëtam, si decem modo ei sestertios, id est, aurei numi minus tertiam partem, dedisset, tantillae pecuniae rationem habiturum fuisse? quid, apud Horatium, ubi Philippus Vultejo,

Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit, persuadet, uti mercetur agellum.

qualem tandem illum agellum fuisse dicemus? nempe minorem eo, de quo est apud Martialem:

Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis:
Sed rus est mihi majus in fenestra.

& eo, de quo Cicero:

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda:
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

certe enim talem fuisse oportet: cujus pretium esset quatuor decim sestertii.

AD JUVENTIUM, PUERUM.

O qui flosculus.] conqueritur cum Juventio, quod Furium, mendicum pene hominem, potissimum elegerit,

cui se attrectandum, floremque aetatis suae fruendum daret. Idem argumentum est epigrammatis alternis imparibus numeris facti, cujus principium est,

Nemo ne in tanto potuit populo esse, Juventi.

Porro hoc commune vitium esse puerorum omnium, qui sibi conscii sunt alicujus elegantiae, ut ex amatoribus suis vilissimum fere quenque & abjectissimum amplexentur, ex Aristophanis equitibus annotat amoenissimi homo ingenii, eruditionisque summae, Petrus Victorius Variarum lectionum lib. XXII. cap. XI. ubi multa disserit, quae valde pertinent ad percipiendam hujus carminis venustatem. *Flosculus.*] praecipuum juventiae familiae ornamentum. Quod in quaque re pulcherrimum, purissimumque est, id *floris* nomine indicatur. sic Theocritus Hyla, Argonautas vocavit *divinum heroum florem*. sic honestissimus ille adolescens, qui amatorios divini Platonis versus divine interpretatus est, puriorem illam animae partem, quae basiando attrahitur, *florem spiritus* nominat:

Dum semihiulco suavio
Meum puellum suavior,
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite.

sic Plautina quaedam vetula generosum vinum *florem Liberi* vocat. sic ab Ennio Cethegus elegantissime dictus est

Flos inlibatus populi, suadaeque medulla.

Simonides in epigrammate, quo Sophoclem laudat,

Ἐρρίδιος γεγαὼς Σοφοκλέης, ἄνθος ἀοιδῶν.

Plautus Casina, *Ea tempestate flos poëtarum fuit.*
Lucanus, *Tunc flos Hesperiae, Latii tum sola juventus Concidit.* Catullus infra,
Ego Gymnasi fui flos, ego eram decus olei.
Et alibi, *Flos Veronensum depereunt juvenum.*

sed & apud Ciceronem saepissime. *Mallem delicias mihi de-*

dedisses, Quam isti.] hoc vel injurato facile credi potest. Terentius,

Verum illud verbum est, volgo quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quam alteri.

AD THALLUM.

Cinaede Thalle.] rationem horum versuum Diomedis verbis explicabo. *Septenarium*, ait ille, *versum Varro fieri dicit hoc modo. cum ad jambum trimetrum syllaba, & pes additur, fit tale,*

Quid immerentibus noces? quid invides amicis?

Similis in Terentio,

Nam si remittant quippiam Philumenae dolores.

& in Plauto saepius tales reperiuntur. Sed & apud Graecos, ut

Ως ἥδομαι, ᾧ πάτερμαι, ᾧ βύλομαι χορδαῖσι.

Citat & tales Nonius ex Varronis satyra, quae inscribitur, ὅτι ὁ κὸς λέγει. *Cinaede Thalle.*] rapacitatem, communem κύρτου vitium, in Thallo quodam exagitat. *Vel anseris medullula.*] imitatus est hoc nescio quis in Priapejis,

Quidam mollior anseris medulla
Furatum venit huc amore poenae.

Vel hinnula tenella.] sic supra, *tenellulo hoedo delicatiorem* puellam dixit. *Cum dia mater.*] Tethys videlicet, quae eadem est cum mari. *Mater* autem dicitur, quod, ex Thaletis Milesii sententia, principium ceterarum omnium rerum aqua sit. Notum vero est, Platoni quoque primam illam rerum materiam, *matrem* vocari. sed & Homerus,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

et eadem de causa cecinisse creditur Pindarus, Ἅρπυιαι τ' ὦκύπτεροι. *Alites.*] fulices intelligit, quae fugientes e

cui se attrectar m jamque immine
daret. Idem
ribus numeri

Nemo surgite
stat

Porro
sibi c ,] linte
vili *Aeglutina.*] fac
ex ...um manus visco est
...] aptum omnino est hoc ve
. nam & Plautus *virgis dorsum scribe*
...do dixit: & ipsum sive *conscribillandi*, sive *co*
bellandi verbum (utroque enim modo legitur) au
quum, & Varroni quoque usitatum esse, ex Nonio con-
stat. sed repugnare videtur syllabae modus. itaque alii
hoc loco legunt, *consigillent*. ego interponere me in
istam dissensionem non audeo, donec veterem aliquem
librum, qui me adjuvet, viderim. *Insolenter*] insolens
enim, & inusitatum erit tibi tam tenero, tamque de-
licato, verberibus caedi. *Aestues.*] *aestuare* dicun-
tur, qui in aliquam difficultatem adducti, neque quid
agant, neque quid consilii capiant, sciunt. *aestuare* eti-
am est, fluctuum in morem, modo huc, modo illuc
agi. Horatius,

Aestuat, & vitae disconvenit ordine toto.

Et *aestuare*, calere. Plaut. — *nunc dum scriblitae aestuant.*

AD FURIUM.

Furi.] urget adhuc Furii paupertatem, cujus villu-
lam, quae ei, ut verisimile est, unica erat, dicit non eo
incommodam esse, quod ad hujus aut illius venti flatum
opposita sit, sed, quod omni vento deterius est, quod
opposita sit pignori pro tanta pecunia, ut nihil jam sit,
cur eam Furius suam dicere debeat. jocatur autem in
ambiguitate vocabuli, *opposita. Villula nostra.*] aut
legendum *vestra*, aut ex sua persona dicit, quod tamen
de Furio intelligi cupit. *Ad millia quindecim & ducen-*
ta,] subaudiendum, H-S.

AD



, quisquis es, & te ad
tam pulchra facinora
deaeque Dent.] con-

pectaculum.

aut
ingere,
meraciores, & v
quidam. sapor. Erat
procedente conviv
meracioribus poculis. cu
Alexander Aphrodisiensis, sive quis al
meminit, quae sub ipsius nomine
problemate LXXX, & causas
Ut lex Postumiae jubet mag.
olim mos erat, talorum jactu unum
qui praescriberet, quantum quisque,
temperatum biberet. eum Graeci
etiam , rem vero, id est, potestatem ipsam,
vocabant. Horatius *regnum vini*, & *bibendi*
arbitrum dicit.

mihi
uis.
vis.
quod
que

Nec regna vini sortiere talis. & alibi,
— Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?

Varro *modimperatorem*. *Magistros* etiam eos, & hanc iudicram dignitatem *magisterium* nominabant. Cicero de senectute: *Me vero & magisteria delectant a majoribus instituta, & is sermo, qui more majorum a summo adhibetur magistro in poculo.* Postumiam igitur eodem sensu *magistram* vocari intelligo. *Ebriosa acino.*] de hoc loco vide Gellium cap. xx. lib. VII. *Thyonianus.*] nomen Liberi patris, a Thyone matre ipsius; quae & Semele dicitur.

AD VERANNIUM, ET FABULLUM.

Pisonis comites.] jocatur cum Verannio, & Fabullo; indicatque, ipsos, Pisonem in Hispaniam secutos, nihilo plus lucri fecisse, quam ipse lucri fecerat, Memmium

mari, cantu ſuo tempeſtatem jam jamque imminere indicant. Cicero Prognoſticis,

Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti
Nunciat horribiles clamans inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

Catagraphonque linum,] linteum variis figuris notatum, & depictum. *Reglutina.*] facete: ſi quidem etiam vulgari joco furum manus viſco eſſe illitas dicimus. *Conſcribillent.*] aptum omnino eſt hoc verbum ad ſententiam. nam & Plautus *virgis dorſum ſcribere* eodem modo dixit: & ipſum ſive *conſcribillandi*, ſive *conſcribellandi* verbum (utroque enim modo legitur) antiquum, & Varroni quoque uſitatum eſſe, ex Nonio conſtat. ſed repugnare videtur ſyllabae modus. itaque alii hoc loco legunt, *conſigillent*. ego interponere me in iſtam diſſenſionem non audeo, donec veterem aliquem librum, qui me adjuvet, viderim. *Inſolenter*] inſolens enim, & inuſitatum erit tibi tam tenero, tamque delicato, verberibus caedi. *Aeſtues.*] *aeſtuare* dicuntur, qui in aliquam difficultatem adducti, neque quid agant, neque quid conſilii capiant, ſciunt. *aeſtuare* etiam eſt, fluctuum in morem, modo huc, modo illuc agi. Horatius,

Aeſtuat, & vitae diſconvenit ordine toto.

Et *aeſtuare*, calere. Plaut. — *nunc dum ſcriblitae aeſtuant.*

AD FURIUM.

Furi.] urget adhuc Furii paupertatem, cujus villulam, quae ei, ut veriſimile eſt, unica erat, dicit non eo incommodam eſſe, quod ad hujus aut illius venti flatum oppoſita ſit, ſed, quod omni vento deterius eſt, quod oppoſita ſit pignori pro tanta pecunia, ut nihil jam ſit, cur eam Furius ſuam dicere debeat. jocatur autem in ambiguitate vocabuli, *oppoſita. Villula noſtra.*] aut legendum *veſtra*, aut ex ſua perſona dicit, quod tamen de Furio intelligi cupit. *Ad millia quindecim & ducenta,*] ſubaudiendum, H-S.

Digitized by Google

AD PUERUM SUUM.

Miniſter vetuli puer Falerni.] hic una voce a Graecis οἰνοχόος, a Latinis *pocillator* dicitur, aut, ut hic, *miniſter*. nam & in hac re *miniſtrandi* verbum proprie admodum ponitur. Cicero Frumentaria: *Cum in eis conviviis ſymphonia caneret, maximisque poculis miniſtraretur. Ingere mi.*] aut notandus eſt dactylus in prima ſede: aut pro, *ingere*, legendum, *inger*. *Calices amariores*,] meraciores, & vetuſtioris vini, in quo ſentitur amarus quidam ſapor. Erat autem haec a Graecis ducta conſuetudo, procedente convivio, poſcendi majoribus aſſidue, & meracioribus poculis. cujus conſuetudinis ſive Alexander Aphrodiſienſis, ſive quis alius auctor eſt eorum problematum, quae ſub ipſius nomine circumferuntur, & meminit problemate LXXX, & cauſſas quasdam probabiles reddit. *Ut lex Poſtumiae jubet magiſtrae.*] in conviviis olim mos erat, talorum jactu unum aliquem creare, qui praeſcriberet, quantum quisque, & quo modo temperatum biberet. eum Graeci συμποσίαρχον, aut etiam βασιλέα, rem vero, id eſt, poteſtatem ipſam, ἀρχιποσίαν vocabant. Horatius *regnum vini*, & *bibendi arbitrum* dicit.

Nec regna vini ſortiere talis. & alibi,
— Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?

Varro *modimperatorem*. *Magiſtros* etiam eos, & hanc ludicram dignitatem *magiſterium* nominabant. Cicero de ſenectute: *Me vero & magiſteria delectant a majoribus inſtituta, & is ſermo, qui more majorum a ſummo adhibetur magiſtro in poculo.* Poſtumiam igitur eodem ſenſu *magiſtram* vocari intelligo. *Ebrioſa acino.*] de hoc loco vide Gellium cap. XX. lib. VII. *Thyonianus.*] nomen Liberi patris, a Thyone matre ipſius; quae & Semele dicitur.

AD VERANNIUM, ET FABULLUM.

Piſonis comites.] jocatur cum Verannio, & Fabullo; indicatque, ipſos, Piſonem in Hiſpaniam ſecutos, nihilo plus lucri feciſſe, quam ipſe lucri fecerat, Memmium

Digitized by Google

in Bithyniam ſecutus. *Vappa,*] homine nihili. *Patet.*] verbum valde proprium in hac ratione tabularum; ut & verbum *referendi*, quo ſtatim utitur. Cicero pro Roſcio comoedo: *Non habere ſe hoc nomen in codice accepti, & expenſi relatum confitetur, ſed in adverſariis patere contendit. Expenſum.*] jucunde, & παρὰ προσδοκίαν. id enim, quod expenſum eſt, non in lucro, ſed in damno potius ponitur. ſed videlicet indicat, in eorum tabulis nihil patere praeter expenſum; lucri eos nihil omnino feciſſe. *Refero datum lucello.*] ſignificat, ſe quoque nihil lucri feciſſe; itaque in tabulis ſuis nihil patere, praeter ea quae ipſe Memmio praetori dederat; eaque lucri locum occupare.

IN MEMMIUM.

O *Memmi.*] niſi me valde animus fallit, poëta hic non ex ſua perſona loquitur, ſed imitatur vocem alicujus, qui a Memmio praetore turpitudinem hanc paſſus fuerat. nam neque credendum eſt, generoſae hominem indolis tantam ſuo corpore ſpurcitiem pertuliſſe; neque, ſi eo usque proceſſiſſet impudentiae, tamen fuiſſe tam prodigioſe ſtultum, ut eam notam ſibi ipſe verſibus ſuis inurere voluerit. *Trabe.*] quam *trabem* dicat, notum eſt. eandem & *columnam*, & *pyramidem* vocabant, ut in Priapejis,

Nimirum tibi falſa res videtur
Aſtans inguinibus columna noſtris. & alibi,
Accedit iſtis impudentiae ſignum,
Libidinoſo tenta pyramis nervo. & *palum.* Horatius,
Obſcoenoque ruber porrectus ab inguine palus.

Nam nihilo minore verpa Es fartus] ſignificat, Memmium quoque eodem modo acceptum ab alio quopiam aeque bene, atque ipſe erat, peculiato. *Verpam* autem vocabant eam partem a verrendo. In Priapejis,

Quae quot nocte viros peregit una,
Tot verpas tibi dedicat ſalignas.

Pete nobiles amicos.] hactenus ex aliena, nunc ex ſua per

perſona loquitur. I nunc, inquit, quisquis es, & te ad nobiles amicos applicato, a quibus tam pulchra facinora edi videas. *At vobis mala multa di deaeque Dent.*] contra Plautus Poenulo,

— o, multa di tibi dent bona,
Quom hoc mi obtuliſti tam lepidum ſpectaculum.

& in eadem fabula,

Di deaeque vobis multa bona dent, cum mihi
Et bene praecipitis, & bonam praedam datis.

& rurſum,

Multa tibi di dent bona, cum me ſalvum eſſe vis.

Opprobria Romuli, Remique.] ita eos vocat, quod factorum ſuorum turpitudine veteribus Romanis, ipſisque adeo urbis fundatoribus dedecori eſſe viderentur.

IN CAESAREM.

Quis hoc poteſt videre.] indignatur, Mamurram Formianum ſtulta Caeſaris, cum quo ſtupri conſuetudinem habebat, liberalitate ad tantas pecunias veniſſe, ut ſolus aliquot provinciarum opes poſſidere videretur. De hujus opibus, & luxuria vide Plinium lib. XXXVI Eſt autem memorabile, quod narrat Tranquillus, ita leni Caeſarem fuiſſe ingenio, *ut, cum ſibi perpetua his verſibus impoſita eſſe ſtigmata intelligeret, tamen Catullum ſatisfacientem ſibi* (id eſt, teſtibus praeſentibus affirmantem, poenitere ſe, quod ea ſcripſiſſet: hanc enim eſſe vim in his rebus verbi, *ſatisfacio*, ſatis ex Amphitruone Plauti, & Terentii Adelphis, & Cicerone pro Roſcio comoedo intelligi poteſt] *eadem die adhibuerit cenae, hoſpitioque patris ipſius, ſicuti conſueverat, uti perſeveraverit. Comata Gallia.*] ita omnem tranſalpinam Galliam nominabant. *Cinaede.*] notum eſt illud,

Ecce Caeſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias.
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Caeſarem.

Romule.] hoc nomine ſaepe utebantur in eos, quos ſignificare volebant diſſimillimos eſſe Romuli, multumque

que ab illius praestanti virtute abesse. auctor declamationis illius in Ciceronem, quae tribuitur Sallustio, *Oro te, Romule Alpinas.* Persius, — *num Romule caeves? Superfluens*] ita vocantur, qui, ut vulgo loquimur, continere se in sua pelle prae superbia non queunt. atque hoc vitium in juvenibus notatum puto ab Homero, cum eos dixit esse ὑπερφιάλους. etsi non sum nescius, Graecos grammaticos longe aliter hanc vocem interpretari. sed de hoc alias. metaphora est a vasis nimium plenis. *Dioneus.*] Venerius. Detrita autem est una litera e diphthongo, propter metrum. rectum enim erat, *Dionaeus.* Virgilius,

Sacra Dionaeae matri, divisque ferebam.

Ducenties, aut trecenties.] id est, ducenties, aut trecenties centena millia H-S. ducenties autem efficiunt monetae Venetae aureos numos 588 235. & praeterea marculos quadraginta: trecenties, 882 353. aureos numos, octo marculis minus, ea ratione, ut sestertios quidem singulos quaternis marculis, aureos autem singulos tricenis quaternis grosulis aestimemus. *Sinistra,*] stulta, & praeposttera. nam & Graeci saepe σκαιὸν pro stulto dicunt. sic & Horatius,

— *o ego laevus,*
Qui purgor bilem verni sub temporis horam.

Expatravit,] libidinibus absumpsit. *Patrare,* honestum olim verbum, postea ad obscoenitatem tralatum fuisse, indicat Fabius libro octavo. Quo autem sensu, ex Boëthio de definitione intelligitur; qui *patrationem esse* ait *fractae Veneris lacrymas.* itaque Persius oculum molliter ac libidinose natantem, *patrantem* vocavit. — *patranti fractus ocello.* quod id videlicet, in re Venerea, perficientibus eveniat. Juvenalis,

— *oculosque in fine trementes.*

Helluatus est?) de Caesare ipso loquitur. *Praeda Pontica.*] superato Pharnace Mithridatis, aut, ut ego in tribus perveteribus aereis nomismatis Graece insculptum animadverti, Mithradatis filio. de quo notum est illud Caesaris, *Veni, vidi, vici. Ibera.*] superatis in Hispa-

nia

ia Petrejo, & Afranio. historia satis nota est. *Hunc.*] ...πηρρητικῶς, & cum indignatione legendum est: Hunccine, tantum helluonem, Galliae, & Britannia timent? *Quid hunc (malum) fovetis?*] apostrophe ad populum Romanum. *Uncta,*] pinguia, opulenta, & copiosa.

AD ALPHENUM.

Alphene.] Alphenum, (nescio an jurisconsultum, illum Ser. Sulpicii discipulum, cujus frequens & in Pandectis, & in aliis scriptis veterum mentio est) ut in ratione colendae amicitiae perfidiosum, accusat; minaturque fore, ut dii tandem meritas ab eo violatae fidei poenas exigant. Facile autem crediderim, etiam carmen infra positum, cujus principium est, *Define de quoquam*, ad hunc ipsum Alphenum pertinere. *Nec facta impia.*] expressisse videtur versum Homeri,

ὑ γδ χίτλια ἔεργα θεοὶ μάκαρες φίλεσιν.

Tute jubebas animam tradere,] tu ipse jubebas, ut tibi *animam traderem*, id est, ut me totum ad te amandum darem. *At di meminerunt.*] in meo illo libro, cujus bonitatem nunquam tantopere perspexi, quam cum haec scriberem: (eo autem magis memini, quod eo utens, totum Catullum, etiam tum puerulus, saepe relegendo edidiceram) in eo igitur versus hic ita scriptus erat, *Si tu oblitus es, at di meminere, at meminit Fides.* quae lectio quanto sit elegantior, nemo non videt. *Fides.*] hanc quoque inter deos numeratam fuisse, omnes jam sciunt.

AD SIRMIONEM, PENINSULAM.

Peninsularum.] gaudet, gratulaturque sibi, e Bithynia in insulam Sirmionem reversus. *Sirmio* autem putatur esse in agro Veronensi, quem hodie Gardae lacum vocant. ibi possessiones habuit Catullus. *Ocelle.*] locum hunc summa elegantia tractat Petrus Victorius, variarum lectionum lib. IX. cap. IX. eodem autem modo Citheronem montem in Phoenissis Euripides *Dianae oculum* vocat,

Digitized by Google

cat, & apud eundem Andromacha filium, quem e Pyrrho ſuſceperat, vocat *oculum vitae ſuae.*

Uterque Neptunus.] mare ſuperum, & inferum ſignificat. *Vix mi ipſe credens,*] nam, quae nimiopere optamus, difficillime credimus. inde ſunt illa,

Teneon' ego te, Antiphila? &
Vera ne te facies, verus mihi nuncius offers,
Nate dea?

& ſimilia. *Thyniam.*] ut *Syriam*, & *Aſſyriam*, ita *Thyniam*, & *Bithyniam* pro eodem ſaepe dicebant. neque ſum neſcius, aliam *Syriam* eſſe, aliam *Aſſyriam*: ſed a poëtis haec nomina confundi ajo.

O *quid ſolutis.*] quinque, meo quidem animo, ſupra quam dici poteſt, pulcherrimis verſibus exponit voluptatem, qua perfunduntur ii, qui ex longa laborioſaque peregrinatione reverſi domum, omnia ibi quieta, & compoſita reperiunt. Et *ſolutas* autem *curas*, ut hic, & *ſolutum curis animum*, ut ſaepe Cicero, & ſimpliciter, *ſolutum animum* pro libero, & quieto dicimus; ut in his pulcherrimis Varronis verſibus; qui quoniam apud Nonium depravati leguntur, aſcribam equidem eos ita, ut emendandos puto.

Varro ἀνθρωπηρίᾳ, ἢ περὶ γενθλίων.
Non ſit theſauris, non auro pectu' ſolutum.
Non animis demunt curas, ac relligiones
Perſarum montes, non atria diviti' Craſſi.

Salve o venuſta Sirmio.] mos erat, ut qui primum ingrederentur regionem aliquam, ad eam ve ex intervallo reverterentur, religioſe eam ſalutarent: idque, quoniam cuique loco ſuum quendam genium praeeſſe arbitrabantur. itaque Pythagorici ob id aliis alios locis fortunatiores eſſe rebantur: prout videlicet cum cujusque loci genio cujusque hominis genius conveniret. Virgilius,

Ignarus, genium ne loci, famulum ne parentis
Eſſe putet. Idem,
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & geniumque loci, primamque deorum
Tellurem, nymphasque, & adhuc ignota precatur

Flu-

Digitized by Google

Flumina. Ovidius,

Cadmus agit grates, peregrinaeque oſcula terrae
Figit, & ignotos montesque, agrosque ſalutat.

quidam apud Menandrum,

χαῖρ', ὦ φίλη γῆ, καὶ χρόνῳ σοῦ σ' εἰδὼν

. & ſervus quidam Plautinus, Bacchidibus,

Herilis patria ſalve, quam ego biennio
Poſtquam in Epheſum abii, conſpicio lubens.

alter in Sticho,

Salvete Athenae, quae nutrices Graeciae.
O terra herilis patria, te video lubens.

Lydiae lacus undae.] undas Benaci *Lydias* vocat a imilitudine quadam: nam ut Pactolus, ita Benacus quoque aureas arenas volvere dicitur. forte etiam *Lydias* ocat Etruſcorum ditioni ſubditas, quod a Lydis Etruci originem ducunt.

AD IPSITHILLAM.

Adjuvato,] antique, pro *addito.*

IN VIBENNIOS.

O furum optime balneariorum.] *fures balnearios* vobant, qui ſurripere ſolerent veſtimenta eorum, qui laatum ierant. hi autem capitali ſupplicio afficiebantur; um ceteris dupli tantum poena propoſita eſſet. cujus ei multas causſas reddit Ariſtoteles in problematis. Primum, quod facillimum eſt in balneis furari. quare, ne agna illa efficiendi facultas cuiquam occaſionem peccandi daret, voluit legislator quaſi ex adverſo opponere ajoris poenae metum. Deinde, ſi quis tuum aliquid e omo tua ſurripuerit, jam tua, ex parte aliqua, culpa ſt; qui non vel fores occluſeris, vel quoquo modo paum tibi ſpectatae fidei hominem aedium tuarum aditu rohibueris. at balneator, velit, nolit, omnes ſine diſcrimine in balineas recipere cogitur. merito igitur lex us ei opis afferre debuit. Adde, quod, qui convicti ſunt.

ſunt furti alicujus alio in loco non ita celebri admiſſi, poſtea tamen interdum ſeſe ad bonam frugem recipiunt, omnique ſtudio moliuntur efficere, ut maculam illam inſequentis vitae continentia deleant: at hi, qui pravitatem ſuam toti populo patefactam vident, abjecta omni ſpe, fore, ut illud famae diſpendium ulla unquam ratione ſarcire poſſint, ne conantur quidem animum ad bonas partes adducere: itaque merito, tanquam depoſiti penitus, deſperatique, a corpore reipublicae excinduntur. Praeterea, ut qui publice egregium aliquod facinus obeunt, plus praeſtant reip. quam qui privatim; ideoque majoribus praemiis honorantur: ita qui publice ſcelus aliquod obeunt, inſignius laedunt civitatem, quam ſi eodem ſe, aliquibus in latebris, contaminarent: neque facto tantum, verum etiam exemplo nocent: quare & gravioribus eos ſuppliciis affici par eſt. Addit & alias quasdam, quibus, ne nimium excreſcat oratio, recenſendis ſuperſedebimus. Lepide autem *optimum furem* dixit Catullus, cum eallidiſſimum, & furaciſſimum ſignificet: quaſi ulla in vitiis bonitas eſſe poſſit.

SAECULARE CARMEN AD DIANAM.

Dianae ſumus in fide.] ludis ſaeçularibus, pueri puellaeque Apollinis ac Dianae laudes canere conſueverant. In eum igitur uſum hymnus hic factus eſt, quo Dianae laudes continentur. Tres ejusdem generis hymni apud Horatium leguntur. De his autem ludis multa admodum digna cognitu collegit Politianus in miſcellaneis. *In fide*, in tutela, in clientela. *Integri.*] nam & ipſa virgo eſt; utque ſempervirgo eſſe poſſet, recens nata, obtinuit a Jove. unde apud Ovidium Daphne,

Da mihi perpetua, genitor carisſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.

quo loco dubium non eſt, quin Ovidius Callimachum exprimere voluerit, apud quem Diana ipſa ita loquitur,

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄππα φυλάσσειν.

Quin & Socrates apud Platonem in Cratylo, cum varias cauſ-

causſas tradat, cur haec dea Graece Ἄρτεμις nominetur, illam primam ponit, quod ἀρτεμὲς integrum valeat. & incorruptum; ideoque recte illi hoc nomen tribui, διὰ τὴν τῆς παρθενίας ἐπιφημίαν. *Depoſivit,*] enixa eſt. ἀπέθηκε τόκον, Callimachus. *Depoſivit* autem antique, pro depoſuit. Priſcianus lib. x. *Antiqui*, inquit, *& poſivi protulisſe inveniuntur.*

Plautus in Vidularia,

Nunc apud ſequeſtrum vidulum poſivimus.

Appulejus in primo Hermagorae, *Et cibatum, quem jocundum eſſe nobis animadverterant, eum appoſiverunt. Prope Deliam olivam.*] de Latonae partu varia antiqui ſcriptores literis prodiderunt. Sunt, qui dicant ab ea in Delo Apollinem Dianamque uno partu editos. Cicero in Verrem, *Si in pueritia non iis artibus & diſciplinis inſtitutus eras, ut ea, quae literis mandata ſunt, diſceres atque cognoſceres: ne poſtea quidem, cum in ea ipſa loca veniſti, potuiſti accipere id, quod eſt proditum memoriae ac literis? Latonam ex longo errore, & fuga, gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisſe Delum, atque ibi Apollinem, Dianamque peperisſe: qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putatur.* Atque ea ſententia plurimos aſſertores habet. unde Latonam Orpheus δίδυμον τόκον, Ovidius *gemelliparam* vocat. Alii Apollinem & Dianam ne eodem quidem loco, nedum eodem partu, editos eſſe ajunt, ſed Dianam quidem in Ortygia, Apollinem vero in Delo. idque ex Orpheo ipſo colligunt:

Γουνάμενη Φοίβόν τε, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
Τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ περιμανὲς ἐνὶ Δήλῳ.

ſed & Homerus,

Χαῖρε μάκαιρ' ὦ Λητοῖ, ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα,
Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
Τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ περιμανὲς ἐνὶ Δήλῳ.

Rurſum alii *Ortygiam* & *Delum* eandem eſſe dicunt. Ovidius, — *tempusque fuit, quo navit in undis,*
Nunc ſedet Ortygie: ubi aperte *Ortygiam*, *Delum* vo-

vocat. Strabo quoque *Delum* olim *Ortygiam* vocatam admonet. diſtinguuntur tamen in iis, quos citavimus, Orphei, & Homeri verſibus; & Strabo ipſo libro XIV, aliam quandam a *Delo Ortygiam* deſcribit, ubi de nonnullorum ſententia ait Dianam & Apollinem natos eſſe. Neque minus habet dubitationis, ad quam arborem Latona peperierit. Catullus hic *olivam* nominat; in eademque ſententia ſunt Strabo, & Hyginus. at *palmam*, ait Plinius, in Delo, Apollinis & Dianae natalibus nobilem conſpici. idque Homerus, Theognis, Callimachus comprobant. interpres quoque Apollonii, *Mos*, inquit, *parturientium eſt, proxima quaeque apprehendere, ut ſic dolores aliqua ex parte ſublevent: ſic Latona palmam apprehendit.* interpres Iliados Homericae utranque arborem ponit, & *palmam* videlicet, & *olivam*: idemque etiam Ovidio placuit, cujus illud eſt,

Illic incumbens cum Palladis arbore palmae,
Edidit invita geminos Latona noverca.

at Plutarchus in Pelopida, & in libro de defectu oraculorum, *Deli*, qui Boeotiae mons eſt, accolas Apollinis & Dianae ortum ſibi vindicare ait; illic eſſe Apollinis Gyraei aedem, ad cujus poſteriorem partem duos fontes fluere aqua dulciſſima, plurima, frigidiſſima; quorum alterum *palmam*, alterum *olivam* vocari. Euripides autem in Hecuba, duas arbores e terra extitiſſe in Delo, *palmam*, & *laurum*; cum ibi Latona partu levaretur. *Montium domina.*] ſic Horatius,

Montium cuſtos, nemorumque virgo. & ipſa apud Callimachum Iovem alloquens, Δὶς Ν μοι ὄρεα πάντα. & paulo poſt, Οὔρεσιν εἰνάετις Tu Lucina.) eadem eſt *Juno Lucina*, & *Diana Lucifera*, ut ex hoc loco cognoſcitur, & ex Cicerone II. de natura deorum. Sic Horatius,

Sive tu Lucina probas vocari, Seu genitalis
Diva. Idem, *Rite maturos aperire partus*
Lenis Ilithyia tuere matres.

Heſiodus tamen, & Pindarus, & Callimachus aliam a Diana *Ilithyian* faciunt: immo vero parienti Latonae ait Pauſanias *Ilithyian* affuiſſe; cum ex Hyperboreis ad eam par-

Digitized by Google

urientem accurriſſet. Servius, *Dianam* ipſam matri etricis munus praeſtitiſſe. Apud Callimachum Diana datum ait a fatis, ut parientibus opituletur, quod ſine ullo materno dolore edita fuerit. Contra Hous, totos novem dies laborasſe Latonam, donec partu eam levatura, inſcia Junone, adveniret. Sed in fabulis firmum aliquid, aut conſtans requirat? *ens trivia.*] eadem enim eſt cum Hecate, quae in tricolebatur. Virgilius,

Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes.

entis autem epitheton ei proprium eſt. Idem,

Voce vocans Hecaten; caeloque ereboque potentem.

Noctho lumine,] *lucet* enim *aliena luce*, ut ait Cicero. de & mulos ejus vehiculo dabant; quod ut mulus ſuo genere, ſed equis creetur, ſic ea ſolis, non ſuo, gore luceat. auctor Feſtus. *Tu curſu dea menſtruo.*] le & *menſis* ipſe ductus eſt, ἀπὸ τῆς μήνης. *Ruſtica icolae.*] Callimachus,

Οὐδ᾽ ἂν ἀμοιδὶς τὴ ἴλαθ᾽ αἰγάσεται,
Κόσοις δ᾽ μὲν ἄρσεν φέρει τόκος.

c autem non ſine ratione phyſica dictum eſt. humo. enim praeeſt Luna, quo omnia nutriuntur. *Sis, ocunque tibi placet*] erudite, & eleganter explicat ic locum Petrus Victorius Variarum lectionum lib. II, cap. II. *Bona ope.*] ſic infra,

Salve, teque bona Juppiter auctet ope.

Soſpites.] *ſoſpitare eſt bona ſpe afficere, aut bonam m non fallere.* Feſtus. *Soſpitent, ſervent. Ennius nalippa, Regnumque voſtrum ſoſpitent, ſuperſtitent.* Nonius.

CAECILIUM ACCERSIT.

Poëtae tenero.] Caecilium Novocomo Veronam accer. *Dicas.*] chartae enim tabulaeque quodam modo lovidentur. *Lariumque littus,*] lacus Larii ripam.

Incohatam Dindymi dominam,] incohatum a Caecilio poëma de Cybele. *Interiorem edunt medullam.*] Sic Virgilius,

— *est mollis flamma medullas.* Catullus ipse infra,
— *cujus me magnus edebat amor.* Virgilius,
Nec te tantus edat tacitam dolor. Cicero,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.
Horatius, — *si, quod*
Est animum, differs curandi tempus in annum.

quae exempla congessi, ut magis perspiciatur hujus verbi in talibus exprimendis elegantia. *Sapphica Musa.*] Sapphicam Musam vocat Sappho ipsam, quam Graeci poëtae, propter suavitatem versuum, *decimam Musam* esse dixerunt.

IN ANNALES VOLUSII.

Annales Volusi.] sive hoc verum est argumentum, sive fictum, nihil falsius dici potuit in annales Volusianos. sed, quia ceteri interpretes hujus carminis sensus satis non sunt assecuti, faciendum est mihi, ut illius argumentum explicem. Catullus, ut in amore saepe accidere solet, puellae suae iratus erat, coëperatque in eam versus jambicos scribere: quorum illa aculeos extimescens, Veneri ac Cupidini voverat, si Catullus sibi restitutus foret, se pessima pessimi poëtae scripta igni daturam. quod votum suum cum mitigato jam ipsi aperuisset, ridens Catullus, Volusianos annales, ut ipsa voti religione solvatur, cremandos esse ait. ejus autem libri ineptiam alio etiam loco notat, affirmans, usum illius, nisi in complicandis scombris, nullum fore. *Annales Volusi.*] suspicatus sum aliquando, horum annalium mentionem fieri a Seneca, lib. XIV. epistolarum, his verbis: *Et paucorum versuum liber est, & quidem laudandus, atque utilis, annales Volusii. scis, quam non decori sint, & qui vocentur.* Haec autem postrema verba huc referebam, ubi eos Catullus *chartam cacatam* vocat. sed tamen hoc non valde asseveranter affirmaverim. etenim apud Senecam, *Tamusii*, non *Volusii*, legitur. *Restitutus.*] re-

con-

ncillatus, non, ut alii exponunt, reversus ex Bithy-
. sic & infra,

Quod te restituis Lesbia mi cupido.

Tardipedi deo,] Vulcano: qui eo claudus fingitur, quod mma trepido sursum motu tendens quasi claudicare eatur. *Infelicibus.*] quae dicuntur *infelices arbores*, le Macrobium. *Nunc a caerulea creata ponto.*] Vene- n invocat, ut libro comburendo adsit, puellamque l religione liberet. Ut autem dea illa e mari enata erit, copiose enarrat Hesiodus Theogonia. *Quae fan- um Idalium*] enumerat multos locos Veneri sacros, ore veterum, qui in diis appellandis celebrandisque ebant multa ipsorum epitheta congerere, ac percensere os, quibus ipsi praeessent: quod in Homeri praeci- e, Orpheique hymnis animadverti potest. *Uriosque ertos*,] plano ac patente sitos loco. In quibusdam scri- s libris, *Aerios*, non *Urios*, legitur: sintque, qui pulos Cypri fuisse dicant. ego de *Aeriis* nihil reperio. *riae* oppidi meminit & Homerus in Boeotia, ὃν τεῖ- χοντο: & Dionysius, qui *Urium* vocat: & Herodotus Polymnia, & Strabo, & Stephanus, & alii. sed cum nomine varia diversis locis oppida fuisse reperiam: il- l nondum reperire potui, ecquod illorum Veneri sacrum erit. *Dyrrhachium Adriae tabernam*,] quod illuc di- rtere solerent, qui per Adriaticum navigassent. *Ac- otum facere.*] verbum sumptum ab argentariis, qui *ac- otam, redditamve pecuniam facere* dicuntur, cum in ta- las suas referunt, eam sibi solutam fuisse. *Pleni ru- .*] ita legendum, non, ut vulgo, *turis*. atque hoc te ex veteribus libris emendavit Palladius. *Rus* autem o rusticitate dicit, ut supra, *Idem infaceto est infacetior re.* Sic ancilla quaedam, apud Plautum Truculento, vum, a quo rustice excipiebatur, *rus morum* esse dicit.

AD CONTUBERNALES.

Salax taberna.] minitatur & verbera, & multo foedius quid contubernalibus quibusdam, qui puellam, quae ipso aufugerat, detinebant. *Taberna*,] σκηνὴν ἀντὶ *ernam* pro ipsis contubernalibus ponit: itaque, quod

addit, *Vosque contubernales*, quasi expositio quaedam est ejus, quod praecesserat. *Contubernales*, ait Festus *dicuntur a tabernis, quae fiebant ex tabulis. unde & ta bernacula sunt dicta, licet ex tentoriis, & pellibus fiant A pileatis nona fratribus pila.*] indicat, quos contuber nales alloquatur; eos nempe, qui tabernam haberent a pilam nonam a Castorum templo, quod in foro ad lacu Juturnae fuit, a Castore tantum nominari solitum: et tum ipsi, tum Polluci sacrum foret. Castorem autem Pollucem *pileatos fratres* vocat, quod eis, utpote Lac nibus, eo ornatu statuae ponerentur. *Hircos*,] ita fo dos, ut eorum congressum puellae omnes aeque, atqu hircorum, refugere, atque aspernari debeant. *Nanq totius vobis Frontem tabernae scipionibus scribam.*] e *scipionem* proprie dicimus baculum, quo infirmiores int incedendum niti solent: tamen hic *scipiones* eos vocat e quibus merces in taberna appenderentur. eis igitur a se scripturum contubernalibus frontem, id est, ita vali percussurum, ut cicatrices imprimantur. *Puella nanqu quae.*] in aliis, *Puella nam, modo quae e meo sinu fugi* quae lectio mihi quidem magis probatur. *Boni beatique* ironia. *Pusilli*,] abjecti, & contemptae sortis. *Et f mitarii*,] qui plerunque vulgaria modo scorta, & in s mitis prostantia consectemini. in aliis, *sellularii*. T *praeter omnes.*] hos versus temere ab aliis loco motos veteribus libris hic reposuimus. Hic autem, quisquis e Egnatius unus videlicet ex illis contubernalibus fuit: q quod, se formosum putans, puellam praeter ceteros a sectaretur, ei quoque poëta praeter ceteros irascitu *Une.*] Priscianus libro quinto, de nomine, *unus*, l quens, *De cujus*, inquit, *vocativo quia quidam dubitan Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit h usum Catullum, & Plautum. Catullus*,

Tu praeter omnes une de capillatis.
Plautus in Fribolaria,
O amice & multis, at mihi une Cephalio.

Egnati, opaca quem bonum facit barba, Et dens, & qui nihil habes, quo *bonus*, id est, formosus, videri q as, praeter opacam barbam, & dentium candorem mu urinae fricatione quaesitum.

Digitized by Google

AD CORNIFICIUM.

Male est, Cornifici.] conqueritur cum Cornificio, qui ſum, in magno dolore animi poſitum, ne allocutione idem ulla ſolatum accesſerat. *Et magis magis.*] ita eſt meo manuſcripto, aliisque veteribus: & ſic quoque tullus alio loco locutus eſt,

Poſt, vento creſcente, magis magis increbreſcunt.

, quin haec vera lectio ſit, dubitari non oporteat.

Allocutione.] proprie admodum. Varro, *Allocutum lieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum, conſoadi cauſſa.* ita enim eum locum Varronis, ope veteris ri, emendavit Victorius, cum in aliis legeretur, *conendi. Sic meos amores?*] poſt hunc verſum, equidem n dubito, quin aliquid deſit, ſine quo inſequentium rſuum ſententia explicari non queat. ſunt tamen quim in primis eruditi homines, qui putent fieri poſſe, nihil deſideretur: exponantque ad hunc modum: adhiiſſe quidem Cornificium Catullo conſolationem aliquam, d & brevem, & ejusmodi, ut lamentationi alicui, quam nſolationi, ſimilior videretur: hanc autem orationem nciſam eſſe, & ἰμαστικὴν, ad indicandam vim & maitudinem doloris: ut intelligamus, *Sic meos amores?* eſt: ſiccine meos amores a te parvi fieri, ut meliorem hi conſolationem nullam afferas? quid enim tandem a allatum eſt? *Paulum quidlibet allocutionis*, atque id oque ipſum *moeſtius lacrumis Simonideis*. excelluiſſe em Simonidem poëtam in tractatione rerum triſtium, n aliunde, tum ex Fabii teſtimonio intelligi poteſt. nt, ut dixi, qui hunc locum ita interpretentur. ego duci de ſententia non poſſum: omninoque deeſſe alid exiſtimo.

IN EGNATIUM.

Egnatius.] ineptiam Egnatii exagitat; qui cum de dore dentium, quem ſibi ſpurciſſime parabat, ut de gno aliquo bono, magnopere ſe amaret, ejus oſtendi cauſſa, ſaepe, nulla occaſione, ridebat, aut ea

Digitized by Google

etiam excipiebat risu, quae lacrymis potius excipi pa foret. Eodem morbo Alexis comicus mulieres quoqu laborare ait lepidissimis versibus, quos e Clemente Al xandrino Petrus Victorius in libros suos transtulit: quos quoniam nondum satis emendatos puto, ita proferam ut legi oportere arbitror: neque me id etiam cum bon ipsius Victorii gratia facturum esse diffido. sunt autem trochaici octonarii catalectici:

Εὐφυᾶς ἀδίνας ἔχει; ἐξ ἀναύχμης δεῖ γαλᾶν.
Ἰω Διωνῦσε οἱ πατέρες, τὸ τέκνον ὡς κομψὸν φέρει.
Ἐὰν δ' μὴ χαίρῃ, γαλᾶσα διπλοῦν τὸν ἡμίεργον,
Μυρίνης ξυλύφιον ἴσχουσ' λαπτὸν ὁ τῆς χείλεσιν,
Ὥστε τῇ χρόνῳ σταρεῖ, ἂν τι βούλετ', ἂν τι μή.

Renidet,] ridet. *Renidere* dicitur, quidquid hilare aliquam speciem prae se fert. quo sensu transfertur etia ad inanimata. *Seu ad.*] hujus συνεμφάνησις rara admodu exempla reperiri puto. *Seu ad rei ventum est Subsell um,*] sive quis eum amicus in gravi aliqua causa perici tans advocatum adduxit sibi. quis autem locus alienior risu, quam judicium? *Cum orator excitat fletum,*] cu ad eam orationis partem ventum est, in qua orator, v lut habenas eloquentiae laxans, omnia permiscet affect bus. ita ut saepe e corona astante ii quoque, ad quos n hil res attinet, lacrumare cogantur; eo, inquam, tempo re, quo subsellia ceterorum gemitu, planctuque resonant *renidet ille.* Addit etiam, quod sit absurdius: *Seu ad rogum fili Lugetur; orba cum flet unicum mater.*] fingulis autem verbis inest pondus. nam & nullus ac bior luctus est, quam ob amissum filium; & in eo min sibi matres, quam patres, temperant: idque praecipu si lugeatur & pius, & unicus, & eo maxime tempo puncto, quo miserae matres illa sibi tantopere dilecta o flammis feralibus depasci vident: in quo tanti ejulat excitari solent, ut ipsa pene saxa perrumpat dolor. Egnatius, dum dentes ostendat, istis rebus non val movetur. itaque in tam moesto spectaculo, lamentan bus ceteris, *renidet ille.* ac denique, *Quidquid est,* u *cunque est, Quodcunque agit, renidet. hunc habet m bum.*] *morbos* vocabant pravitates quasdam animi, e fluctudinesque vitiosas. Cicero in Verrem, de sign

Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appelbat, studium; ut amici ejus, morbum, & insaniam; ut Siculi, latrocinium. Appositе autem id verbi adhibuit poëta, quo in amicorum vitiis uterentur; qui & se amicum esse Egnatio simulet, & admonere eum, quasi amice, velit. *Quare monendus est mihi.*] hactenus de eo locutus est: nunc ad eum orationem convertit, inquiens, *Bone Egnati, &c.*] subest autem vis argumenti ἀπὸ τῶν ἰλαρίστων, hoc modo. Etiam si oriundus esses ex aliqua earum gentium, quae sibi dentium candorem sine ulla spurcitia comparant: tamen, ita frequenter, ac nulla occasione eos rete gere, ineptum esset. quanto igitur id ineptius est, cum originem ex ea gente hominum ducas, quae sibi non horret quotidie urina confricare gingivas, ut dentes efficiat candidos? *Si urbanus esses*] id est, in urbe natus. *Aut parcus Umber*] videtur frugalitatem & parsimoniam Umbris tribuere. contra tamen eorum luxus a multis idoneisque scriptoribus incesitur. *Aut obesus Etruscus,*] e copiosis videlicet, frequentibusque sacrificiorum epulis, quibus ea gens plurimum dedita fuisse dicitur. *Aut Lanuvinus ater.*] in aliis, *acer. Ut meos quoque attingam.*] Verona enim est ex Italia transpadana. *Lavit.*] ita dicebant veteres, non, ut nunc, *lavat.* Virgilius, — *lavit improba teter Ora cruor.*

Nam risu inepto.] ob id etiam Graeci, quos significare volunt insigniter fatuos, ἀχερωχίλους vocant. *Celtiberia in terra.*] antique additum, *terra.*

AD RAVIDUM.

Quaenam te mala mens.] hujus versus postrema syllaba a principe subsequentis absumitur. *Agit praecipitem.*] cum enim meos amores attentare audes, tum videris ultro in ipsam meorum versuum aciem incurrere, teque in eos praecipitem dare. *Quis deus.*] a diis enim iratis mala consilia in hominum mentes immitti putabant. Cicero pro Milone, *Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioso, ut illi faceret insidias. aliter perire pestis illa non poterat.* Aut ad eorum sententiam respicit, qui affectiones, quibus agitatur animus, *deos* vocabant. in Graecorum enim commentariis reperio, *θεοὺς* nomen quinque fere modis usurpari solere,

ut modo ſapientes homines, modo reges ac potentes *deos* vocemus, modo elementa, modo fatum, modo etiam facultates animi, ipſasque illius agitationes. quo etiam reſpexit Virgilius,

> — *dii ne hunc ardorem mentibus addunt,*
> *Euryale, an ſua cuique deus fit dira cupido?*

Ut pervenias in ora vulgi?] ut meis verſibus traductus ad infamiam, nobilis, & decantatus evadas? Haec autem locutio, *venire in ora*, & in vitio, & in laude etiam ponitur. Livius libro II. *timorem injecit, ne is ora hominum pro ludibrio abiret.* Propertius,

> *Crede mihi; magnos aequabunt iſta triumphos*
> *Indicia; & venies tu quoque in ora virum.*

IN ACMEN.

Acme illa.] indignatur, Acmen auſam eſſe a ſe decem millia pro mercede concubitus poſcere. *Turpiculo.*] Cicero II. de Oratore, *Gravitas honeſtis in rebus ſevere, jocus in turpiculis, & quaſi deformibus ponitur.* *Formiani*] Septimii, ut infra, *Acmen Septimius ſuos amores.* *Propinqui.*] advocandos ait eſſe amicos puellae, & medicos ad eam curandam: furere enim & atra bili percitam eſſe. *Nec rogare, Qualis ſit, ſolet haec imagineſum.*] id eſt, ſpeculum de forma ſua conſulere non ſolet. id enim ſi faceret, quamvis ſana non eſt, cognoſceret tamen deformiorem eſſe ſe, quam ut tantum poſcere debeat. *Imagineſum* autem vocat ſpeculum, a reddendis intuentium imaginibus.

IN QUANDAM.

Adeſte hendecaſyllabi.] hendecaſyllaborum opem implorat, ad extorquenda pugillaria, ſibi a meretrice quadam ſubrepta. ac primum quidem eam conviciis perſequitur, ad poſtremum etiam blanditiis tentat. *Quot eſtis*] id eſt, quotquot eſtis. ſic ſupra, *Et quantum eſt hominum venuſtiorum*, pro, quantum quantum eſt. ſic ſaepe apud Ciceronem, *quo modo*, pro quoquo modo, &

Digitized by Google

cujusmodi, pro cuicuimodi. ſic *quot calendis* Plautus, nos *quotannis*, pro eo quod Varronem *quotquot annis* icere ſolitum tradunt: quam Varronis conſuetudinem imiatus videtur Horatius illo verſu,

Non ſi trecentis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem Plutona tauris.

Veſtra] ſcribendis vobis quaſi dicata. *Turpe*,] turpiter. *Myrmice.*] pari figura *formicinum gradum* dixit Plautus Menaechmis. *O lutum.*] eodem modo ſervus quidam in Perſa lenonem, *lutum lenonium* vocat. hac quoque contumelia Cicero in Piſonem uſus eſt. *Quodſi non aliud pote eſt.*] ſi nihil, inquit, aliud poſſumus, ſaltem incutiamus ei ruborem. etſi hoc propter ipſius impudentiam difficile erit. *Ferreo*] impudentiam ſignificat, ut apud Ariſtophanem σιδηροῦς ἀνὴρ. ſic & apud Ovidium,

— *duri puer oris, & audax.* Cicero quoque pro P. Quintio, eodem ſenſu, *duriſſimo ore eſſe* eos ait, qui praeſente Roſcio geſtum agere conarentur. Idem valet, quod ſtatim additur, *canis*: nota enim eſt ejus beſtiae impudentia: unde & Homericum illud κυνῶπις, & *Cynicum* appellatio fluxit. ſed & apud Terentium Eunucho & *canis*, & *os durum*, impudentiam ſignificant; ut pridem in eam fabulam ſcripſimus.

IN ACMEN.

Salve] enumerat multa in Acme, quae parum venusta ſint. tum urbane admodum admiratur, infacetos usque eo eſſe homines, ut eam non modo bellam putent, ſed etiam cum Lesbia comparare audeant. *Nec bello pede.*] brevitas pedis in puellis laudatur. Ovidius,

Pes erat exiguus. pedis haec aptiſſima forma eſt.

Contra Virgilius de ruſtica, — *ſpatioſa prodiga planta.* Horatius, *Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo.* Ariſtoteles quoque (ſi ejus ſunt τὰ φυσιογνωμονικὰ) longum tumque pedem roboris. brevem mollitiei notam eſſe affirmat: virisque illum, hunc mulieribus eſſe aptiorem.

Nec nigris ocellis.] *nigros oculos* antiqui in non minima pulchritudinis laude ponebant. Horatius,

Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum. Idem,
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

Pindarus Pythiis ἰλιπάπλου Venerem vocat, Hesiodus Theogonia ἰλιποβλέφαρον. Homerus primo Iliados Chryseida ἰλιπάπλου κούρην, idemque in hymno Castorum Musas ἰλιπάπλους nominat. *Nec longis digitis,*] contra Propertius de Cynthia,

Fulva coma est, longaeque manus & maxima toto
Corpore, & incedit vel Jove digna soror.

Nec ore sicco.] significat eam frequenter spuere: quod cum omnibus, tum puellis praecipue indecorum est. sic Juvenalis *nasum siccum* vocavit ejus mulieris, quae non saepe emungeretur.

IN FUNDUM.

O *funde noster.*] mos antiquis fuit, ubi quid scripserant, convocare amicos, eisque illud, quidquid erat, recitare, ac ipsorum judicio subjicere, antequam ederetur. Cum igitur Sextius orationem quandam scripsisset; eamque recitaturus, lautum amicis aliquot convivium apparasset; ait Catullus, se, sumptuosae cenae (sed hoc joco dictum accipio) cupiditate motum, venisse una cum reliquis, ibique, audienda illa oratione, tantum contraxisse frigoris, ut postea necesse habuerit, valetudinis caussa, in suburbanam villam ad dies aliquot secedere. Agit igitur gratias fundo, in quo pristinam firmitatem recuperarat; seque postea nihil tale admissurum pollicetur. *Seu Sabine, seu Tiburs.*] erat videlicet fundus hic in utriusque regionis confinio; ideoque utrius esset, ambigebatur. *Nam te esse Tiburtem.*] Tiburtinae regionis summa amoenitas fuit: ita ut Horatius & nobilissimis quibusque Graeciae civitatibus eam anteponat, & alio loco eam sedem senectuti optet suae. itaque magno in pretio erant Tiburtina praedia. quo fit, ut Catul-

Digitized by Google

tullus fundum suum dicat ab iis, qui sibi gratificari velint, Tiburtem, Sabinum ab aliis nominari. ad dignitatem enim fundi putabat pertinere, ut Tiburs potius, quam Sabinus, diceretur. *Tiburs.*] *Tibur* a Tiburno nomen accepit. Virgilius,

Fratris Tiburni dictam cognomine gentem.

quo loco vulgati codices pro, *Tiburni*, male habent, *Tiburti*. cum tamen & Servius *Tiburnum* agnoscat; & Pierius in Romano codice, *Tiburni*, affirmet legi, & *Tiburni* Priscianus quoque meminerit. sed &, cum mihi, odas Horatii Luteciae publice interpretanti, Petrus Gallandius, Latinarum literarum professor regius, homo optimus, & eruditissimus, Horatium perverterem utendum dedisset, eumque una ego, & flos Galliae, Adrianus Turnebus evolveremus, animadvertimus, in eo locum hunc aperte ita scriptum esse,

Quam praeceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis.

neque dubitavimus, quin ea vera scriptura esset: cum tamen in impressis omnibus, *Tiburti*, legatur. *Autumant,*] dicunt. *Non immerenti quam mihi meus venter.*] alii, *vertitur mens:* alii, *verenti mens:* alii, *vertitur mensa:* alii, *meretur mens.* quorum nullum recipi potest. Dionysius Lambinus, homo eruditissimus, mihique summe amicus, ait, se vidisse librum, in quo esset, *vorax venter*. ego, cum in meo manuscripto reperissem, *meus vertet*, suspicatus sum, legendum, *meus venter. Ocymo.*] ita legendum, non, ut in aliis, *ocio. Grates ago.*] locutio poëtica; qua tamen Cicero sexto de rep. usus est. *Grates*, inquit, *tibi ago, summe Sol.* Livius libro v. *plena omnia templa Romanarum matrum, diis grates agentium, erant. Deprecor,*] recuso. *Recepso.*] antique, pro recepero. Virgilius,

Cetera, qua jusse, mecum manus inferat arma.

poëta quidam vetus apud Ciceronem de officiis,

Quod

Digitized by Google

Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Iſtiu' percepſet malitioſam audaciam. Pacuvius,
Haud finam quicquam profari, priusquam accepſo, quod peto.

Non mi, ſed ipſi Sextio.] jocus παρὰ προσδοκίαν, Plauto valde uſitatus.

DE ACME, ET SEPTIMIO.

Acmen Septimius.] exponit blanditias, quas ſibi invicem dicebant, faciebantque Septimius, & Acme: eisque, ἀμφιλόμων, nihil eſſe beatius ſcribit. *Caeſio.*] a parte totum. συνεκδοχή. *Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra, ut ante Dextra, ſternuit approbatione.*] cum Septimius ardorem amoris in Acmen ſui verbis aperuiſſet; Cupido, ait Catullus, utrinque ſternuens, quae ab eo dicta erant, comprobavit. Incertum autem eſt, ex utra parte prius ſternuiſſe Amorem dicat. ſunt enim, qui ita diſtinguant,

— Amor ſiniſtra, ut ante
Dextra, ſternuit approbatione. alii ita,
— ſiniſtra ut ante, Dextra ſternuit approbatione.

Porro veteres *ſternutationem* medium quoddam omen eſſe arbitrabantur, id eſt, quo modo boni aliquid, modo mali portenderetur: ut annotant interpretes Theocriti in locum illum ex Thalyſiis,

Σιμιχίδα μὲν ἔρωτος ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
Τέσσον ἰρῇ Μυρτῶς, ὅσσον οἶμαι ἄλλος ἔρωτ).

ſaepius tamen in bonam partem accipiebatur, praecipue ſi dextrorſum quis ſternuiſſet, ut in VII. Iliados annotat Euſtathius. itaque & Odyſſeae XIV. Penelope e ſternutatione Telemachi, gaudio perfunditur, quem in locum idem interpres ſatis multa ad hanc rem pertinentia congerit: & apud eum, quem ſupra nominavi, Theocritum in Helenes epithalamio iſta ponuntur:

Ὄλβιε γαμβρὲ, μάλα τίς σε ἐπέπταρεν ἐχθομένων τις

Ee

Ες Σπάρτ. ſed & illud Propertii non alienum eſt,

Num tibi naſcenti, primis, mea vita, diebus,
Aridus argutum ſternuit omen Amor?

quem in locum plura dicemus, cum eum poëtam interpretabimur. *Ab auſpicio bono profecti,*] ductis a tam bono auſpicio amoris ſui principiis. *Mutuis animis amant, amantur.*] Summa in amore felicitas, invicem aeque amari. eum amorem Plautus *cultu optimum* vocat.

Is amabat meretricem natam Athenis Atticis,
Et ila illum contra: qui eſt amor cultu optimus.

hoc etiam eſt, quod de ſe & puero ſuo Theocritus apud poſteros praedicari optat, fuiſſe videlicet duos homines, qui ſe, aequa veluti lance, mutuo amaverint; fuiſſeque tunc homines plane aureos, cum, qui amaretur, viciſſim amaret.

Αἰ δ' ἐφίλησεν ἴσα ζυγῷ. ἢ μὰ τόθ' ὧδε
Χρυσέοις πάλαι ἄνδρες, οὐ' ἀντεφίλησ' ὁ φιλεύμενος.

Huc pertinet & illud Bionis,

— κἠλὸν δέ τ' ἐρασαμένου σωτῆρα λαβεῖν.

AD SE IPSUM DE ADVENTU VERIS.

Jam ver.] carmen hoc in Bithynia factum eſſe opinor; cum illuc Memmium praetorem ſecutus eſſet.

Egelidos tepores,] moderatos illos calores, quorum fotu omnia vegetantur. *Egelidum* eſt tepidum, ut in illo optimo, ſed in multis libris depravato, Ovidii verſu,

Et gelidum Borean, egelidumque Notum

Caeli furor,] horrificus ille ſtridor ventorum tumultuantium. *Aequinoctialis Zephyri*] ſub vernum aequinoctium flantis. *Nicaeae*] urbs eſt Bithyniae, quae olim ab inſigni agri ubertate Olbia dicebatur. qui eam *Pruſiada* vocant, errant videlicet de male intellectis, depravatisque Plinii verbis. *Ad claras Aſiae volemus urbes*] Tro-

distichon, epigrammation, vocant poëma. poësis est perpetuum argumentum e rhythmis, ut Ilias Homeri, & annales Ennii. poëtice est ars earum rerum. Despuas.] contemnas. *Ocelle,*] ita saepe vocabant eos, quibus blandiebantur. exempla apud Plautum satis crebra sunt. *Nemesis.*] haec enim dea fastum & arrogantiam punire credebatur.

AD LESBIAM.

Ille mi par esse.] beatum esse ait, quicunque Lesbiae aspectu, & alloquio frui possit. post castigat se ipsum, affirmans, tales cogitationes non nisi ex ocio nasci: addit-que gravem sententiam; ocium multis regibus, multisque urbibus exitii causam fuisse. Secundae strophes ultimus versus desideratur. is autem qui vulgo legitur, *Quod loquar amens*, non Catulli est, sed Parthenii: ideoque eum sustulimus. hoc enim perpetuo tenere decrevimus, ut ne quid alienum veterum scriptis scientes admisceamus. alioqui enim rejiciendus ille versiculus non erat; cum ad sententiam mirifice quadret. Libet autem hoc potissimum loco singularem gratiam inire ab iis omnibus, qui antiquitatis studio, & delicatorum versuum suavitate capiuntur. Etenim, cum Dionysii Longini libellum περὶ ὕψους, qui nondum a quoquam editus est, hortante eodem, qui me ad haec scribenda impulit, singularis doctrinae, eximiaeque virtutis viro, Paulo Manutio, Latine interpretari coepissem, ut eodem tempore optimus liber & Graecus, & mea opera Latinus factus ederetur; cum alia in eo sane plurima deprehendi digna, propter quae liber ipse communi omnium elegantium hominum desiderio expetatur. tum oden suavissimam poëtriae Sapphus, quam iis, qui proxime antecesserunt, versibus maxima ex parte Catullus expressit. quis autem est, duntaxat eorum, qui aliquem literarum, atque humanitatis sensum habent, qui non summam voluptatem capiat, mulieris in hoc genere longe post homines natos praestantissimae, & poëtae Latinorum omnium mollissimi versibus invicem comparandis? eam autem oden, cum locis aliquot depravata esset, versusque ipsi permisti, confusique invicem essent, jam ante quam liber in meas manus veniret, emendaverat, distin-

xerat.

Digitized by Google

eratque homo & Latinarum & Graecarum literarum cognitione excellens, Franciſcus Portus; qui idem cum in iis optimis utriusque linguae ſcriptoribus, tum in Aeſchylo multa feliciſſime emendavit, quae adhuc in omnibus impreſſis libris depravata circumferuntur. eum igitur merita laude fraudare nolui. Sed jam neminem eſſe arbitror, qui non decimam illam Muſam audire geſtiat.

Φαίνεταί μοι κεῖνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν' ἐκεῖνος, ὅς τις ἐναντίος τοι
ἰζάνει, καὶ πλάσιον ἆδυ φωνεί-
σας ὑπακούει,
καὶ γελαίσας ἱμερόεν, τό, μοι μὰν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόαισεν·
ὡς γὰρ ἔς σε, βρόχε', ἴμερ' ἄφαρ κατ-
έδραμεν αὐτίκα τοῖσι
σὰν δ' ἄκαν μὰν γλῶσσα ἔαγε, λέπτον δ'
αὔτικα χρῶι πῦρ ὐπαδεδρόμηκεν,
ὀμμάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημμι, βόμβεῖ-
σι δ' ἄκουαι,
κὰδ δ' ἰδρὼς ψυχρὸς κακχέεται, τρόμος δὲ
παῖσαν ἀμφιπεδᾶι, χλωροτέρη δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω δεύης
φαίνομαι ἄλλαις.

AD SE IPSUM DE STRUMA, ET VATINIO.

Quid eſt Catulle?] ſecum indignatur, homines indignissimos, Nonium cognomento Strumam, & Vatinium, illum quidem, ad aedilitatem, praeturamve. (non enim memini quidquam hac de re certi proditum eſſe) illum etiam ad conſulatum pervenisſe: idque ita iniquo animo fert, ut nihil cauſſae eſſe dicat, cur non a vita potius recedat, quam ut iſta ſpectacula videat. *Per conſulatum.*] ſolebant enim per ea jurare, quae carisſima habebant. *Pejerat.*] per conſulatum jurare intolerabilis arrogantiae eſſet: at in pejerando etiam aliud flagitium eſt. Fuit autem P. Vatinius conſul una cum Q. Fufio Caleno: valdeque errant hoc loco omnes interpretes, qui, quae de Caninii conſulatu dicta ſunt, ea ad Vatinium referunt. ſed erroris ſui ducem atque auctorem habent Macrobium, qui, in percenſendis Ciceronis jocis, *Vatinium*

ubique pro *Canînio* nominat: ſi tamen impreſſi libri vacant mendo.

DE QUODAM, ET CALVO.

Riſi neſcio quem.] Calvus exiguae ſtaturae fuit, ſed acer & vehemens in dicendo. is in controverſia quadam, ne propter corporis parvitatem minus conſpicuus eſſet, imponi ſe ſupra cippum juſſerat; ut eſt apud Senecam. Ait igitur Catullus, valde riſiſſe ſe, quod, cum Calvus mira orationis vehementia in Vatinium dixiſſet, quidam e corona, admiratus in tantulo corpuſculo tantam eloquentiae vim latere, ſublatis manibus, *Di magni*, dixerit, *ſalicippium diſertum*; reſpiciens videlicet ad id, quod paulo ante narravimus. Ridendi autem occaſionem cepit poëta ex eleganti novitate vocis, quam ille, quisquis fuit, a ſaliendo in cippum, urbane admodum, venuſteque confinxerat. Cum autem alii monſtra quaedam vocabulorum in hunc locum invexiſſent, eaque barbare, & inſulſe interpretati eſſent; primus Paulus Manutius animadvertit, & hic, & apud Senecam, *ſalicippium*, eo quo diximus ſenſu, legi oportere. *In corona.*] ita vocabant multitudinem, quae in forum confluebat. Cicero, *Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat. Vatiniana crimina.*] ex oratione Calvi in Vatinium, citat haec verba Seneca libro XVI epiſtolarum. *Factum eſſe ambitum ſcitis: & hoc vos ſcire, omnes ſciunt. Manuſque tollens.*] geſtus admirantium. Cicero ad Caeſarem, *ſuſtulimus manus & ego, & Balbus. tanta fuit opportunitas, ut illud neſcio quid non fortuitum, ſed divinum videretur.* & in Academicis, *Hortenſius autem vehementer admirans: quod quidem perpetuo, Lucullō loquente, ſecerat, ut etiam manus ſaepe tolleret,*

*

Othonis caput.] hos quidem verſus, *niſi Sibylla*, ut ille ait apud Plautum Pſeudolus, *legerit*,

Interpretari alium poſſe reor neminem.

omnino conſtat, fragmenta eſſe diverſorum epigrammatum, ſed ita lacera, ut non ſperem unquam intellectum iri. vetat autem Hippocrates, deſperatis adhibere medicinam.

Digitized by Google

AD CAMERIUM.

Oramus.] exponit, quantopere se, quaerendo Camerio, defatigaverit; rogatque eum, tum ut, ubi sit futurus, indicet, tum ut amores detegat suos. In magna autem parte horum versuum spondaeus secundo loco ponitur: quod cum quibusdam videretur absurdum, discessum est a veterum librorum fide, varieque mutata quam plurima. ego veterem scripturam, quantum in me fuit, reposui. *In minore campo,*] qui ad campum Martium fuisse dicitur. *In circo*] circum maximum intelligo. *Te in*] litera *e* non eliditur. *Omnibus tabernis,*] quae in foro dispositae erant. *In templo.*] Capitolium dicit. *In Magni simul ambulatione,*] in porticu Pompejana. *Femellas.*] jocose. Sciebam te magnum esse asectatorem feminarum, in quibus aliqua esset formae elegantia. itaque ex ejusmodi omnibus de te percontabar. *Sic tantum*] nulla longiore utens oratione, quoniam videlicet te videre properabam. *Camerium mihi.*] *indicate*, subintelligendum. *Quaedam,*] illudens mihi, simulque occasionem quaerens, qua mihi pectoris sui candorem & pulchritudinem ostenderet. *Non custos si fingar ille Cretum,*] non si Daedalus fiam. custodem autem Cretum vocat, quod ei Minos proficiscens adversus Athenienses, regni custodiam commiserit. ita enim a quibusdam, sed non valde idoneis auctoribus, traditum est. an potius *Talum* dicit? hunc enim tantae celeritatis fuisse ajunt, ut totam Cretam uno die pedibus obiret. quod tamen equidem nusquam adhuc reperire potui, nisi apud eos, qui ita hunc Catulli locum interpretantur. ego, quae de Talo apud scriptores ἀξιολόγως comperi, afferam: deinde suum cuique judicium relinquam. Hunc igitur toto corpore aereum fuisse accepimus, praeter tuberculum quoddam in imo calcaneo, tenui membranula tectum; qua dirupta, mors ei fataliter constituta esset. hunc Jupiter aptae Europae, & in Cretam abductae dono dedit, qui insulae custos foret, terque totam insulam obiret: die, an mense, an anno, nihil differte ab Apollonio expressum est, quo loco narrat, quem in modum hic Argonautas, a Colchica expeditione redeuntes, ne in Cretam, ut volebant, appellerent, prohibuerit. ejus e libro quarto haec sunt:

Τὸν δ' Τάλως χάλκεος, ἀπὸ πάτρης σκοπίλοιο
Ῥιπτάζων πέτρας, εἶρεν χθονὶ πείσματ' ἀνάψαι,
Δικτάιην ὄρεος καταρχομένους ἐπ' ἰωγήν.
Τὸν μὲν χαλκείης μηλίγγιον ἀνδράσιν
Ῥίζης λοιπὸν ἐόντα, μετ' ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν
Εὐρώπη Κρονίδης νίκτα πόρεν ἴμμεναι ὄρον,
Τεῖς περὶ χαλκείοις Κρήτην ποσὶ δινεύοντα.

id est,

Aereus hosce Talus lapides e monte revulsos
Projiciens, vetuit terrae religare rudentes,
Ostia cum cursu peterent Dictaea citato.
Juppiter hunc, reliquum ex hominum arboribus naterum
Aerea progenie, cum semideum comitatu,
Custodem Europae dederat, qui littora Cretae
Ter, quam longa forent, pedibus lustraret alienis.

iis autem, qui consequuntur, versibus, qua illum arte Medea interfecerit, exponitur. In Orphei quoque Argonauticis haec de eo leguntur,

Ὅσσα τ' ἄρ' ἐν Κρήτῃ πάθον ἄλγεα πτλησπες,
Χάλκειον περιγάντα δυσάμμορον, ὄφρ' ἰκόμεσθα,
Ὃς ῥά οἱ ἐν σῶμα λιμένων ἔντοσθεν ἐκῆδεν.

Quid memorem, ad Cretam quot dura & acerba tulerint,
E solido vastum spectantes aere gigantem,
Illos qui optato vetuit succedere portu?

meminit ejus & Lucianus in φιλοψεύδει, his verbis: ὃς τοίνυν, ἐγὼ δ' ἐγὼ, μὴ ἐκ πέλεκος ὁ ἀνδριὰς, ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὰς ὁ τῦ Μίνω· ἦ. τὸ γὸ ἐκεῖθεν χάλκεῦς τις ἦν, τῆς Κρήτης περίπολος. Eustathius in vicesimum Odysseae narrat, eum mira quadam ratione solitum enecare hospites, qui in Cretam appulissent. desiliebat enim in ignem: (poterat autem id impune facere, cum aeneus esset) ibique ita se concalefaciebat, ut canderet. comprehensos igitur hospites, & pectori suo admotos, ridens ipse, exurebat. etsi Eustathius, non hunc, sed alium quendam, quem Vulcanus fabricatus esset, Europae custodem datum, innuere videtur. Plato in Minoe narrat, duos affuisse Minoi, quibus ipse ad legum custodiam uteretur, Rhadaman-

Digitized by Google

nanthum, & Talum; quorum illi res urbanas, huic ceteram Cretam curae fuisse. Talum itaque solitum ter quotannis obire omnes Cretensis agri pagos, ferentem secum leges in aes incisas: unde datam fabulae occasionem, ut aeneus diceretur. Fuerunt & alii hoc nomine: sed nihil ad eum, in quo nunc versamur, locum. *Non si Ladas.*] Solinus, *Primam palmam velocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cavum pulverem cursitavit, ut, arenis pendentibus, nulla indicia relinqueret vestigiorum.* Pausanias Corinthiacis, τῷ ναῷ δ' ἐστὶν ἐντὸς Λάδας, ποδῶν ὠκύτητι ὑπερβαλόμενος τοὺς ἐφ' αὑτῷ. loquitur autem de templo Apollinis Lycii. Idem Laconicis, ἀφικέσθαι δὲ αὐτὸν ταχέως ἐπὶ τὸ Εὐρώτα, τὸ ῥεῦμα ἐγγυτάτω τῆς ὁδοῦ πίπτειν, τῷ Λάδᾳ μοῦνον ἐπὶ ὠκύτητι ὑπερβαλομένου ποδῶν τοὺς ἐφ' αὑτῷ. τῷ δὲ τῷ Ὀλυμπιάσιν ἐπιφανεῖτο δολιχῷ κρατῶν. δοκεῖ δέ μοι, κάμνοντα αὐτίκα μετὰ τὴν νίκην ἐκμιᾶξαι, τῷ συμβάσης ἐπταῦθι οἱ παλαιστῆς, ὁ τάφος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν λεωφόρον. meminit & in Arcadicis. sed & Martialis,

Habeas, licebit, alterum pedem Ladae;
Inepte, frustra crure ligneo curres.

nominat eum & Cornificius libro quarto ad Herennium. *Perseus.*] de hoc multa Ovidius, multa Hyginus; longe plurima autem interpres Apollonii in quartum Argonauticorum. Multa etiam Pausanias in Corinthiacis. *Non si Pegaseo.*] Pegasi fabula notior est, quam ut hoc loco explicari debeat. *Non Rhesi.*] fabula est apud Homerum Iliados κ. *Niveis, citisque.*] Homerus,

Λευκότροι ἠδὲ θοοὶ δ' ἀνέμοισιν ὁμῶιοι.

Virgilius utrunque complexus est, cum equos illos *ardentes* vocavit. *Bigis.*] equos ipsos ad currum junctos significat. Deficit autem hoc loco oratio, si animadvertas: est enim sensus: Si haec omnia vera essent, non tamen tantum itineris sine lassitudine obire possem. Talia exempla satis multa in antiquis scriptoribus reperiri queunt. *Plumipedas, volatilesque.*] admonent, & recte, omnes Catulliani interpretes, versum hunc non de avibus solum, sed etiam de Zethe, & Calai, Boreae filiis, intelligendum esse. fabulam narrant Apollonius libro se-

cundo, & Valerius Flaccus libro quarto Argonauticon. meminit & Pindarus Pythiis. *Quos junctos*,] quorum omnium conjunctam celeritatem. *Mihi dicaris*,] mihi dederis. Virgilius,

— propriamque dicabo.

& in tribus verbis praetoris, *Do*, *dico*, *addico*: est enim a *dicando*, non a *dicendo*: quod nostri jurisconsulti parum intelligere videntur. *Quaeritando.*] antiquum verbum. Plautus Menaechmis,

Hodie in Epidamnum venit cum servo suo,
Hunc quaeritatum geminum germanum suum.

Si linguam.] si amores tuos mihi celare perges, privabis te gaudiorum tuorum longe maximo fructu. crescunt enim gaudia, quae cum amicis communicantur. Tibullus tamen,

Qui sapit, inquit, *in tacito gaudeat ille sinu.*

Verbosa gaudet.] contra Tibullus,

— celari vult sua furta Venus.

Vel si vis.] si vis, inquit, per me licet, alios omnes celatos habeas, dum unus ego sim tuarum voluptatum conscius.

AD CATONEM.

O *rem ridiculam.*] ad quem e Catonibus scriptum hoc carmen fuerit, sciri posse non puto. neque vero magni interest. hoc modo teneatur, ad eum, qui se Uticae interfecit, non pertinere. neque enim, ut cetera omittam, suspicio haec in illius severitatem cadit. *Trusantem*,] siculam suam in puellae vaginam intrudere molientem. *Dionae*,] Veneri, aut Veneris matri. *Protelo.*] simile quiddam narrat Appulejus libro IX. de pistore, qui puerum formosum cum uxore deprehenderat.

Digitized by Google

IN MAMURRAM, ET CAESAREM.

Pulchre convenit.] Caesaris & Mamurrae amicitiam exagitat, affirmans, eam non aliunde, quam ex vitiorum similitudine, conglutinatam. *Urbana altera, & illa Formiana.*] fortasse, quod Caesar in urbe, Mamurra Formiis aetatis suae teneritudinem alienae libidini prostituerit.

AD COELIUM DE LESBIA.

Coeli.] memoriae proditum ab Appulejo est, puellam, quae in amoribus ac deliciis huic poëtae fuit, quamque ipse Lesbiam nominaverit, Clodiam illam, P. Clodii sororem, fuisse; cujus a fratre primum delibata pudicitia, universae postea juventutis Romanae libidini exposita prostitit. Ejus igitur consuetudine cum M. Coelius diu, multumque usus fuerit; assentior eruditissimo homini, Victorio, qui carmen hoc ad M. Coelium refert. *Glabit.*] ad Veneream turpitudinem potius, quam ad fortunarum spoliationem, referri puto. *Magnanimos*] ex contrario intelligendum.

DE RUFA.

Bononienſis Rufa.] Rufam quandam, ut mendicam, & ut fellatricem, notat. *Ipſo carpere e rogo cenam.*] epulas in rogum conjicere solebant: locumque, in quo illae comburerentur, *culinam* vocabant. auctor Festus. Extremae autem mendicitatis signum est, quod hic affert poëta. & tale est illud Terentii,

E flamma te cibum petere posse arbitror.

Semiraſo] ex igne.

*

Num te leaena.] ad quem scribatur hoc carmen, sciri non potest. sed &, fragmentum potius esse, quam epigramma integrum, existimo.

IN NUPTIAS JULIAE, ET MANLII.

Collis o Heliconii] Manlii, puto, ejus, ad quem infra elegiam scribit, & Juliae nuptias ode elegantissima celebrat, eisque a diis immortalibus fausta omnia precatur.

Digitized by Google

Est autem hoc carmen quidem nuptiale, neque tamen proprie epithalamium, nam epithalamia canebantur a virginibus, cum jam nova nupta in lecto viri collocata esset; ut, eo primum illud proclium committente, effringenteque illud virginei pudoris veluti vallum, clamor, qui nonnunquam a virginibus in eo conflictu edi solet, exaudiri non posset. in quem usum etiam nuces pueris spargi solebant; quibus illi colligendis intenti, tumultu & strepitu omnia implerent. At hoc versu & puellae ipsae admonentur, ut canant; & tota nuptialis pompa describitur, ut, quemádmodum ante dixi, epithalamium esse vix possit: nisi quis, epithalamii nomine latius accepto, omne nuptiale carmen significari putet. Principio igitur Hymenaeum, deum nuptiarum praesidem, invocat; eumque orat, ut his nuptiis felix ac propitius assit. Quae de Hymenaeo traduntur, quia pervulgata sunt, piget ascribere. *Qui rapis.*] Festus, *Rapi simulatur virgo ex gremio matris: aut, si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum traditur: quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.* Idem, *Rapi etiam fax solet in nuptiis, qua praelucente, nova nupta deducta est, ab utriusque amicis; ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in sepulcro comburendam curet: quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur. O Hymenae Hymen.*] haec cani solebant, cum in domum viri nova nupta deduceretur. vide Plautum Casina. meminit & Terentius Adelphis. *Cinge tempora.*] redimitus floribus deus hic, & facem gestans pingebatur. Theocritus, epitaphio Adonidis:

Εσβεσε λαμπάδα πᾶσιν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμεναῖε,
Καὶ σέθεν ἐξεπάπασε γαμηλίον.

Suave olentis.] hoc vocabulo usus est & in carmine illo in Priapum,

Pallentesque cucurbitae, & suave olentia mala.

sic Virgilius *suave rubentem hyacinthum*, & *suave rubentem ricinum* dixit. *Flameum cape,*] quo nymphae caput amicis, ad pudorem indicandum. Festus, *Flameo amictus flamens, omnis boni caussa; quod ea assidue utebatur fla-*

Digitized by Google

nica, id est, flaminis uxor, cui non licebat facere di-rtium. Luteum.] colorem hunc fuisse in nuptiis usita-m, auctor est Plinius. *Pelle humum pedibus,*] salta. Horatius,

Nunc est bibendum, nunc pede libero

ulsanda tellus. Spineam.] recte emendavit hunc locum te hos L. annos Parthenius, cum antea legeretur, *pi-eam*. e *spina* enim alba nuptiales taedas fieri solitas, & estus testatur, & Plinius: idque quoniam in Sabinarum ptu, qui felicissime cesit, talibus etiam taedis pastores i erant. *Nanque Julia.*] aeque pulchram esse dicit Ju-m, atque erat Venus, cùm ad Paridem, subitura for-ae judicium, venit. Fabula omnibus nota est. *Cum na alite.*] Vetuste addidit, *cum:* ut & infra,

Transfer omine cum bono.

itatius enim haec sine praepositione dicuntur. Horatius,

Mala soluta navis exit alite. Idem,
— mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Graecia milite. Tibullus,
Fulserit hic niveis Delius alitibus.

Bona cum bona.] haec figura, quam Cornificius *tradu-ionem* vocat, huic scriptori, & Plauto perfamiliaris est. c infra,

Dux bonae Veneris, boni
Conjugator amoris.

ultisque aliis in hoc ipso poëmatio locis. *Floridis ve-s.*] elegantissima comparatione exornat pulchritudinem liae, similem ipsam esse dicens myrto tenellae; quam ulatim assurgentem, nymphae summo studio nutriant. t apparet, hac comparatione poëtam ipsum delectatum, uam infra repetierit, cum de Ariadna loqueretur,

Quales, inquit, *Eurotae progignunt flumina myrtos,*
Aura ve distinctos educit verna colores.

oc autem ex Homero sumpsit, apud quem Ulysses auscaam tenerae & procerae assimilat palmae. locus Odysseae VI.

Δάλῳ δ' ἔπρωτα τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

id est,

Talem equidem tenero surgentem germine palmam
Deli olim, Phoebi ante aras, vidisse recordor.

Myrtus Asia,] quod videlicet in Asia, propter regionis calorem, arbor haec felicissime proveniat. Neque est, quod quenquam moveat syllabae modus. sic Homerus Iliados II.

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. sic Maro,
— *& quae Asia circum*
Dulcibus in pratis rimantur stagna Caystri. & alibi,
— *sonat amnis, & Asia longe*

Pulsa palus. Sic, cum *Arabes* & *Italos* prima correpta enunciemus, *Arabiam* & *Italiam* prima producta dicimus. Biennio fere, postquam hic commentarius primum editus est, scripsit ad me Roma Dionysius Lambinus, homo mihi & propter doctrinae praestantiam, & propter suavissimos mores eximie carus, esse illic quosdam homines eruditos, qui cum ceteroqui perhonorifice de me sentirent, hoc loco diligentiam meam requirerent, qui ab *Asia regione*, non ab *Asia palude*, *Asiam myrtum* dici putassem, neque saltem ea vidissem, quae hac de re pervulgati Homerici ac Virgiliani interpretes tradidissent. ego autem, quod de me bene sentiant, gratiam habeo: quod me, hoc quidem loco, reprehendant, facere injuste puto. nam illam ipsam paludem in Asia esse constat: & *pratum* illud *Asium*, ut nonnulli a nomine ἄσις, alii ab heroe quodam Asia, ita sunt qui a terra Asia nominatum opinentur. idque & Eustathius testatur, & is, cujus sunt scholia in Homerum. Est autem mihi quoque, nisi fallor, liberum, in sententiarum varietate, id sequi, quod maxime probabile videatur. *Hamadryades,*] nymphae ita dictae, quod cum arboribus & nascantur, & intereant. Hinc est, quod Aeneas, cum sanguinem ex arbore, cujus ipse ramos vulserat, stillantem vidisset, nymipharum pacem petiisse se ait, veritus nimirum, ne earum

ali-

quam in arbore laesisset. Eaedem interdum & *Naia-* s dicuntur. Ovidius,

Naiada vulneribus succidit in arbore factis.
Illa perit. fatum Naiados arbor erat.

Nutriunt humore.] spondaeum pro dactylo posuit, ut epe supra in Phaleuciis. infra quoque in carmine de tti saepe longam unam duabus brevibus mutat. Est item haec vera Aldinorum Gryphianorumque codicum criptura, quam alii temere repudiarunt. *Thespiae Rupis onios specus.*] Heliconem ipsum dicit. *Nympha.*] haec t vetus scriptura. aut igitur Aganippen ipsam *nympham* ocat; aut *nympham* pro lympha more veterum dixit. c enim & apud Virgilium eruditi legunt, *Dant famuli anibus nymphas. Dominam.*] ita vocabantur, quae conveniebant in manum, id est, matresfamilias. vide Nonium. Sed & patresfamilias, *domini* vocabantur. M. Brutus de officio, (citat Priscianus) *itaque patresfamiliae mini fumus.* Terentius Heautontimorumeno,

— *domina, ergo herus damno auctus est.*

Ut tenax edera.] comparatio & aptissima, & usitatissima. Festus, *Edera vincit, ad quodcunque se applicat: leoque eam flamini Diali neque tangere, neque nomina- fas erat. Sed ne annulum quidem ei gestare solidum ebat, aut aliquem habere in se nodum. Integrae,*] tactae, innuptae, ἄζυγες. *Quibus advenit Par dies,*] ibus, suo cuique tempore, eadem obeunda erunt sacra. *modum,*] concinne, ἐμμέλως. Sic infra,

Ite, concinite in modum.

Bonae Venetis,] honestae, & legitimae. *Tremulus,*] nex. *Zonula*] de hoc ritu, alio jam loco diximus. erfus autem, qui proxime sequuntur, ita scripti sunt omnibns, quos ego quidem viderim, libris: *Te mens cupida novos Captat aure maritos.* idque tanquam tegrum, omnes interpretantur, puellas videlicet metuntes, ne in malos maritos incidant, cupide auscultare, um parentes de adoptando sibi genero aliquo verba faciunt.

Digitized by Google

ciunt. Ac memini equidem, L. Memmium Fremiotum, nobilisimum, suminoque praeditum ingenio adolescentem, cum hoc carmen una evolveremus, mihi dicere, & totam hanc sententiam magnopere frigidam, & subitam illam numerorum commutationem sibi valde inconcinnam, valdeque a lepore hujus poëtae alienam videri; neque dubitare se, quin locus corruptus esset. quod cum mihi quoque haec scribenti venisset in mentem; cepisseinque, mehercule ipsius Memmii causa paulo accuratius, de hoc toto cogitare; reperisse videor, quo modo minima mutatione locus integer fiat. Ita igitur legendum puto,

— tibi virgines
Zonula solvunt sinus,
Te timent: cupida novos
Captat aure maritus.

ut sensus sit: dum vesper instat, quo tempore Hymenaeus cani, & puellae in maritorum domos perduci solent, trepidare ipsas, metuentes primam illam congressionem: maritos contra, quibus omnis mora longa sit, quibusque longum videatur, dum sint cum amoribus suis, stare attentis auribus, cupidissimeque expectare, dum illud quasi Venerei conflictus clasicum audiant. Porro quod, *novos maritus*, antique pro, novus maritus, dictum est; eam fuisse depravandi loci occasionem puto. Quanquam autem non dubitabam, quin ex collatione, omnes nihil lepidiores homines assensuri essent; tamen & usitatam lectionem, & illius interpretationem apposui, si quis forte sic quoque eam tenere malet. *Fero,*] ardenti. *Floridam.*] ἀνθηρὰν, ἀκμάζουσαν, forma atque aetate integra. *Dedis.*] plus quiddam est *dedere*, quam *dare*. *Damus* etiam recepturi: *dedimus* ea communum, quae volumus accipienti propria ac perpetua fieri. *Parens Stirpe dicier.*] jurisconsulti enim tradunt, parentes nusquam certos esse, nisi in nuptiis. At Telemachus ille Homericus ne sic quidem. *Parens stirpe.*] sic locutus est & Virgilius,

— pulchra faciat te prole parentem.

Quae tuis careat sacris.] qui caelibes sunt, eos verisimile est minus solicitos esse de rep. quam eos, qui u[illegible]

xores, & liberos habent, in quibus quodam modo ipſi
riclitentur; quorumque omnium ſalutem in ſalute pu-
ica intelligant contineri. unde in multis civitatibus
ſp. caelibibus committi non ſolebat. Apud Maſſilien-
s quidem, quorum civitas optime temperata olim fuiſſe
rhibetur, timuchi eſſe non poterat, niſi qui & uxo-
m haberent, & liberos fieri poteſt, ut idem Roma-
obſervaverint in iis, quos praefides in provincias mit-
rent. Atque haec, etſi tantum conjectura nituntur, ta-
en aptiora, ni fallor, ſunt ad hunc locum, quam quae
patrepatrato, & fecialibus Guarinus, & qui eum ſe-
ti ſunt, attulerunt. *Virgo adeſt.*] id eſt, mox prodi-
ra eſt. *Ingenuus pudor.*] nihil eſt, quod magis juven-
tem deceat, quam honeſtus pudor. itaque & M. Cato
cebat, *placere ſibi juvenes, qui erubeſcerent, non qui*
lleſcerent: & Diogenes verecundum illum ruborem,
lorem virtutis eſſe dicebat: & Pythias, Ariſtotelis filia,
rogata, qui ſibi color videretur pulcherrimus, eum
ſpondit, *qui in ingenuis ex pudore enaſcetur*. Virgi-
s autem praecipue commendat: unde tam ſaepe *virgi-*
*um pudorem, virginalem*que *verecundiam* in ſcriptis ve-
rum legimus. *Flet.*] flere ſolent virgines, ubi e domo
terna in mariti domum abducuntur: quod totum lacry-
arum genus fictum eſſe, Catullus ipſe alio loco dictu-
s eſt. *Herculeia.*] *Herculeii* cujusdam meminit Sallu-
us ſecundo hiſtoriarum, *Occurrere duci, & proelium*
tendere, adeo uti Metello in ſagum, Herculeio in bra-
ium tela venirent. atque hic videlicet eſt, qui Sertorium
cutus, tandem caeſus eſt a Q. Metello: cujus memi-
& Frontinus in ſtrategematis. Sed haec, cum ex
lia familia eſſet, ex Herculeia non poterat. An igi-
r, *Herculeiam* dicit nobiliſſima ſtirpe ortam, & cujus
ajores ad ipſum usque Herculem gentis primordia re-
rrent? Vix crediderim. plane autem in meo vetere li-
o legitur omnibus literis, *Arunculeja*. ſed tamen ab
unca oppido, *Aruncana* potius diceretur. itaque *ἐπίκλ.*
ario,] variis floribus picto. *Stare.*] hoc verbo uti-
r, ut vividum ac vegetum indicet florem. *In mala*
ditus vir adultera.] quod nunc *ſtudere alicui rei*, &
icui rei deditum eſſe, dicimus; id veteres *ſtudere in*
liqua re, & *in aliqua re deditum eſſe*, dicebant. Ca-
, *Poëticae artis honos non erat. ſi quis in ea re ſtude-*
bat,

bat, aut ſeſe ad convivia applicabat, graſſator vocabatur. Lucretius,

Et ſimul in pugnae ſtudio quod dedita mens eſt.

Lenta vitis.] ſic Virgilius,

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis.

Aſſitas] prope ſitas. *O cubile.*] verborum ordo paulo eſt perturbatior: quo factum eſt, ut nonnulli locum hunc non carere vitio ſuſpicati ſint. ita autem digerendi ſunt, ut intelligantur. O cubile, quot bona omina veniunt lectulis candido pede: (*pedem* autem vocat, qua fulcitur lectus; ut ſupra,

— *veteris pedem grabati*)

& quae bona omina veniunt tibi. Gratulatur autem & cubili, & lectulis conſciis atque arbitris futuris nuptiarum luſuum. ſic Propertius, — *o tu*

Lectule deliciis facte beate meis.

Citat fragmentum huic loco ſimile Priſcianus ex Atticida, poëta vetere, in Hymenaeo, quod tale eſt,

Felix lectule talibus Sole amoribus,

Conſtat autem & materiam eandem esſe, & idem carminis genus: ut parum abſit, quin ego hoc quoque Catulli carmen *Hymenaeum*, non, *epithalamium*, inſcribendum putem. *Gaudia, quae gaudeas.*] Ἑλληνικῶς, ut in illo Virgilii,

— *hunc, ore, fine me furere ante furorem.*

Tollite o pueri faces.] deſcribit nunc puellam egredientem domo. Quinque autem facibus utebantur in nuptiis; quod is numerus quaſi ſymbolum quoddam ſit nuptiarum, ut qui ex primo impari, & primo pari, tanquam ex mare, & femina, conſtet. Plura, ſi libet, vide apud Plutarchum in problematis. Eas qui praeferebant, dabat

Digitized by Google

i a Graecis, a Latinis fortasse olim *pueri lauti* dicentur. id suspicor ex versiculo Plauti, qui est in Curculione, ubi servus adolescenti eunti de nocte ad amicam, cereumque manu ferenti ita dicit, *Tute tibi puer es lauti, luces cereum* Quin & suspicor id olim ominosum habitum fuisse, creditumque, qui novae nuptae luxisset facem, eos postea nihili fore. nam apud eundem poëtam Casina, Olympio Chalino, conservo ac rivali suo, ita minitans inducitur,

Primum omnium huic lucebi' novae nuptae facem:
Postilla ut semper improbus, nihilique sis.

Flameum.] quo, ut diximus, nuptae amiciebatur caput. *Neu diu taceat*] pueros admonet, ut de more obscenninos versus canant. Iis autem versibus, summa verborum licentia & lascivia factis, convicia quaedam in conjunctos joculariter spargi solebant. unde & statim poëta cum puero concubino Manlii petulantius quodam modo insultat; tum Manlium ipsum, ut nimis in pueros procliviorem, notat, tum nuptam admonet, ne se in re Venerea toro difficilem praebeat: alioqui fore, ut ipse delicias aliunde petitum eat: quam totam verisimile est Fescenninorum versuum materiam fuisse. *Nec nuces.*] & maritus super se nuces pueris spargebat, tam ea, quam diximus, usus, tum ut se puerilia omnia relinquere ostenderet; unde est illud Virgilii,

Sparge marite nuces)

ipsius concubinus, ut ex hoc loco colligitur, indicans, se amplius puerile illud pasturum non esse. *Thalassio.*] hanc invocabant in nuptiis. vide Livium libro 1. & Plutarchum problematis Hic pro ipso matrimonio ponitur. *Credebant tibi villicae.*] tu, inquit, nuper villicarum osculis suaviari te cupientium osculabas, pro innata formosis omnibus superbia, refugiebas, & amore domini ferox, & formae bono: at nunc certe istos animos demittes: nam & dominus ad nuptias animum adjecerit, & tonderi jusserit: quod indicio est, te ei amplius in deliciis non fore. Porro comam nutrire olim pueri delicati solebant. Horatius,

Aut

Digitized by Google

Aut teretis pueri, longam renodantis comam.

Et Martialis, inter cetera, quae ad pueri pulchritudinem faciunt, exigit, ut *molles ei colla flagellent comae.* Atque hinc videlicet Synesius sophista scripsit *cinaedos esse pueros omnes, qui alerent comam.* tondebantur autem uxores ducentibus dominis: aut alioqui cum ipsi jam exolescerent: quod interdum munus novae ipsae nuptae obibant. Martialis,

Flamea texuntur sponsae: jam taeda parata est.
Tondebit pueros jam nova nupta tuos.

Fere autem comae libamina dicabant alicui deo, ut multis ex Martiale & Papinio locis cognosci potest. *Cinerarius.*] ita tonsores vocabant; quod unum de ministeriis eorum esset, calefactis in cinere calamistris torrere et vibrare crinem. eo nomine Afranius comoediam quandam inscripsit suam. Flavius Sosipater, *Muliebre,* inquit, *ministerium Cinerarius dicitur: nam Cato in originibus, Mulieres, inquit, nostrae capillum cinere ungitabant, ut rutilus esset crinis. Male abstinere te,*] ita salax esse, ut abstinere non possis. *A tuis glabris,*] a pueris tuis, quorum genae cruraque nulla adhuc lanugine violantur. *Scimus haec tibi quae licent, Sola cognita*] occupatio est. poterat enim Manlius dicere, se ab omni Venere illicita abstinuisse; neque ullam esse legem, quae vetaret, quo minus ipse arbitrio suo ex pueris suis caperet voluptatem. neque enim veteribus turpe habebatur, primum illum ineuntis aetatis ardorem in servis libertisve suis consumere: neque hoc numerabant inter inhonestos amores. Plautus Curculione,

Ita tuum conferto amorem semper, si sapis,
Ne, id, quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.

& paulo post, *Dum te abstineas nupta, vidua, virgine Ingenua, & pueris liberis, ama quod lubet.* atque hoc etiam affirmat Plutarchus, ubi causas reddit, cur ingenui pueri bullam gestarent. At Catullus, etiam si hoc, inquit, nondum ducta uxore, tibi licuisse novimus, nunc tamen marito jam eadem amplius non licent. *Tempus*]

Digitized by Google

nota *tempus* etiam priore numero pro parte capitis dici, ntra quam Sosipater putat. Sic Cornificius libro IV. Herennium: *Et dubitanti Graccho, quid esset, neque men locum, in quo constiterat, relinquenti, percutit mpus. Anilitas.*] ita Varro Eudaemonibus dixit *juvelitatem.* Idemque de liberis educandis, *Velim meherles, inquit ipse, usu magno puerilitatis formulam audi-* *Omnia omnibus annuit.*] sic puto melius legi, quam *nuat:* utcunque hoc malit Avancius. Jucunde autem primit naturam senum; in quibus caloris naturalis ino- imbecillitatem, imbecillitas tremorem efficit, ita ut put perpetuo motitantes, omnia omnibus annuere viantur. *Transfer limen pedes.*] nove dictum pro, fer des trans limen. Ominosum autem putabatur, vel ingrediendo, vel egrediendo limen tangere. Ovidius,

Omina sunt aliquid. modo cum discedere vellet,
Ad limen digitos constitit icta Nape.

eoque summus poëtarum, equum illum fatalem in limisubstitisse dicit:

-- quater ipso in limine portae

bstitit. Praecipue autem id in novis nuptis religioni bebant. Plautus,

Sensim super attolle limen pedes nova nupta.

canus in secundo,

Tralata vetuit contingere limina planta.

usas ex Servio, & Plutarchi problematis require.

Aureolos pedes,] pulchros. χρυσοῦς enim vocabant, dquid pulchrum esset. At Homerum Tethyn ab arteis pedibus ἀργυρόπεζαν nominat. *Rasilem,*] politam, . *Forem*] Plautus Milite,

— ecce autem commodum aperitur foris. Ovidius,
— custos in fore nullus erat. Idem,
Difficilem moto cardine pande forem.

rio,] purpura Tyria instrato. *Immineat tibi,*] in te,

tanquam in praeda aliqua sua, defixus, nusquam a te oculos dimoveat, sed vultu ipso indicet impotens desiderium tui. *Flama sed penita magis.*] significat, eum majore etiam nuptae amore ac desiderio carpi. *Penitus* vocabant veteres, quod intimum esset: unde & *penus*, & *penates deos* dixerunt. Plautus Asinaria,

— *age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.*

Idem Persa, *Furtivam advectam ex Arabia penitissima.*

Mitte brachiolum teres Praetextate puellulae.] Festus, *Patrimi & matrimi praetextati tres nubentem deducunt: unus, qui facem praefert e spina alba, quia noctu nubebant: duo, qui tenent nubentem. Vos unis senibus.*] idem Festus admonet, *pronubas adhiberi solitas, quae semel tantum nupsissent. Bonae feminae.*] antique, & populariter. Plautus,

Bona femina, & malus masculus hic te volunt.

Cicero, *tuae uxoris, bonae feminae, locupletis quidem certe. Collocate.*] *collocare* proprie dicuntur in lecto pronubae novam nuptam. *Alba parthenice.*] de *parthenice*, & *papavere* vide Plinium. *Bona te Venus.*] ingressum maritus, nihil veritus eorum, qui aderant, oculos, uxorem in lecto collocatam, ipsis inspectantibus, presule, ut verisimile est, deosculatus fuerat: ob quod tam lepidum factum, poëta ei propitiam Venerem precatur. *Quod cupis, capis.*] Paronomasia. *At marita.*] videtur nuptam admonere, ut occulat ardorem amoris sui, licet pulcher omnino conjugalis ille amor, honestusque sit: neque sane video, quis alius sensus ex his verbis elici queat: sed profecto, ne quid dissimulem, totus hic locus mihi valde suspectus est. *Abit dies.*] *diem* dicit pro tempore. jam enim nox erat. *Perge, ne remorare.* haec ad sponsum potius, quam ad sponsam, dici videtur. *Ille pulvis Erythrei.*] *pulvis*, antiquus genitivus est. in, *Erythrei*, autem detrita est una e diphthongo litera, metri caussa. sic supra *Dioneum* dixit pro *Dionaeo.* Qui hunc versum ita legebant, *Ille pulveris Erythraei*, miror, ubi habuerint aures.

Torquatus volo parvulus.] tale est illud,

Digitized by Google

— si quis mihi parvulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

olo autem hîc valet, opto, & cupio: ut cum Cicero icit, *volo tibi deos hanc rem fortunare: volo tibi hanc m feliciter evenire:* de qua hujus verbi notione ſcri- imus pridem in Andriam Eſt autem hic ὑποτύπωσις fantuli longe ſuavisſima. *Similis patri.*] Horatius,

Laudantur ſimili prole puerperae.

eſiodus inter ceteras ferrei ſaeculi calamitates eam quo- ie ponit, quod nulla ſit in liberis parentum ſimilitudo,

Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδὲ τ παῖδες.

ſi illud, ὁμοίϊος, ſcio aliter quoque exponi poſſe. idem- ie ſanctisſimus poëta, quo loco percenſet eas commo- tates, quibus dii cumulant homines juſtos, ait, eorum xores ſimilia parentibus pignora parere,

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.

Telemacho,] Ulyſſis filio ex Penelopa. *Penelopaeo.*] enelopen ex Homeri praedicatione omnes ita caſtam iſſe credunt, ut ejus nomen, non mulieris jam, ſed ne ipſius pudicitiae putetur. ſunt tamen, qui m impudicisſimam fuisſe tradant, procisque ordine om- ous fecisſe copiam ſui: quod & Homerum ſubindicaſſe int, cum eam tendendo arcu vires eorum tentaſſe nar- . ita quidem arcum illum intellexit, quicunque au- or eſt longe urbanisſimi hac de re epigrammatis, quod er luſus Priapejos legitur. Interpres Theocriti alicubi erit, (*) Pana filium eſſe Penelopes ex omnibus procis, de & nomen illud invenerit, quod videlicet ex permi- eorum omnium ſemine concretus foret. Alibi autem rrat, quod etiam turpius eſt, Mercurium convertiſſe in formam hirci: cujus libidine incenſam Penelopen m eo commiſcuiſſe corpus, eoque ſatu editum Pana. d Catullus eam, quae in plures probatur, ſententiam

in

*) *Aſſrit* pro dicit, affirmat, minus Latinum eſſe, docet Sci- ius de Stil. Hiſt p. 194

inſequitur. *Claudite oſtia virgines.*] ita fere concluditur Helenes epithalamium a Theocrito,

Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις ἐπὶ θέρτερ γαμβρέ.
Λαπὰ μὲν δίη, Λαπὰ κυρεσίφορ ὕμμιν
Εὐπενίαν, Κύπελις ἢ θεὰ Κύπελις ἴσαν ἔρωτα
Ἀλλάλων, Ζεὺς ἢ Κρονίδας Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον,
Ὡς ἐξ ἐππατελᾶν εἰς ἐππατελᾶς πάλιν ἴλθῃ.
Εὔδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες,
Καὶ πόθον.

Munere aſſiduo,] aſſiduo Veneris uſu.

CARMEN NUPTIALE.

Veſper adeſt.] carmen hoc ejusdem argumenti eſt cum ſuperiore. Principio autem poëta ex ſua perſona loquitur: poſtea vero pueri & puellae alternis canunt. *Veſper,*] cujus exortu novae nuptae in virorum domos deduci ſolebant. Interim autem canebatur Hymenaeus. *Vix tandem.*] omnis enim mora longa cupienti. ex opinione hoc igitur, non ex veritate, dictum eſt: ut illud,

Jam tandem Italiae fugientis prendimus oras.

Cernitis innuptae.] juvenes primo excitavit: nunc ad puellas convertitur; easque aemulatione excitat. *Aetheos,*] alii, *eoos*, quod recipi non poteſt, cum hic de noctis adventu agatur. alii, *optatos*, alii, *Oetaeos*, ut ſimile illi,

Sparge marite nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.

atque horum alterutrum haud ſane repudiaverim.

Noctifer.] heſperus. *Exiluere.*] de puellis ipſis loquitur. quas non temere exiluiſe ait: eſſe enim ipſis negocium cum juvenibus ita ad canendum paratis, ut ad eos victoria ſpectare videatur. *Non facilis.*] juvenes loquuntur: ajuntque, non facilem ſibi victoriam fore: cum puellae ſumma cura meditatae ſint, quod canant, ipſi vero ſe negligenter diſſoluteque geſſerint. *Heſpere,* [illegible]

Digitized by Google

aelo.] accuſant puellae Heſperum, qui puellam a complexu matris abſtrahat, eamque ardenti juveni tradat in matrimonium. *Complexu matris*] πάλιν per repetitionem. *Hespere, qui caelo.*] reſpondent juvenes contra, nullum eſſe ſidus Heſperi fulgore jucundius, qui exoriens confirmet pacta a parentibus inita. Verſus ille, *Quod pepigere viri*, vereor, ut ſit ſatis emendatus. *Heſperus a nobis*] puellas loqui conſtat. ſed poſt hunc verſum ſex pluſve plus minus deſiderantur. Illud autem, *At lubet conubiis*, manifeſto a juvenibus dicitur. *Ut flos in ſeptis.*] elegantiſſima comparatio, qua contendunt puellae, utiles eſſe virginibus nuptias. *Dum intacta manet, dum cara ſuis eſt.*] prius, *dum*, valet quandiu: poſtea, usque eo. Fabius libro IX. *Florem*,] μεταφορὰ πάλιν. Pindarus. *Ut vidua.*] contraria comparatio, qua contendunt juvenes, nihil virgini eſſe optabilius nuptiis. *Vidua.*] Horatius,

Et vitem viduas ducit ad arbores. Idem,
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

viduam autem ajunt jurisconſulti vocari eam etiam, quae nunquam nupſit. *At tu ne pugna.*] hoc ab utrisque communiter cani videtur.

DE GALLIAMBO.

Antequam eruditiſſimum poëma de Cybele & Atti enarrare incipiam, non erit, ut arbitror, alienum de ipſo genere verſus aliquid dicere. quam enim minime pervulgata ſit illius ratio, non id tantum oſtendit, quod ejus oratione, multis locis depravatum hoc carmen fuerat; ſed illud multo magis, quod Michaël Marullus, Georgius Anſelmus, M. Antonius Flaminius, at qui viri? quorum unusquisque propius a ſummorum poëtarum abeſſet, quam a mediocrium, laude, cum hujus modi quaedam ſcribere aggreſſi eſſent, ſeſeque totos ad imitationem Catulliani poëmatis contuliſſent, (neque enim aliud agebant, quod ſibi proponerent ad imitandum) propter exemplaris ipſius corruptionem ſaepe peccarunt. Neque hoc dico, quod quidquam de praeſtantiſſimorum hominum gloria detractum velim; ſed ut acuam ſtudioſorum

adoleſcentum attentionem ad intelligenda ea, quae de hac re tradere inſtitui: conſiliumque meum iis approbem, quibus haec diſputatio vel longa nimium, vel etiam penitus ſupervacanea videretur. Dictus eſt igitur *Galliambus* a Gallis Cybeles ſacerdotibus, qui in hujus deae ſacris co plurimum utercntur: qua de cauſa & μητρακὸς, & ἀναπαλαμναῖος vocatus eſt, ut tradit Hephaeſtion. Idem & Terentianus docet, & Martialis ſubindicat his verſibus,

Nec dictat mihi luculentus Attis
Molle debilitate Galliambon.

ſit autem ex anapaeſto, jambis duobus & ſyllabâ, quale ſit,

Vice veris & Favoni.

quibus adduntur rurſum anapaeſtus & jambi duo. Exempli cauſa,

Vice veris & Favoni glacies reſolvitur.

interdum etiam, ut verſus celerior ſit, in penultimum locum tribrachys pro jambo recipitur. His de rebus Diomedis, grammatici optimi, verba ponam, ſed aliquot locis a me emendata: ut intelligent, ſi qui laborem capere voluerint conferendi: *Galliambicum metrum eſt, quod apud Moecenatem tale eſt,*

Ades, inquit, o Cybelle. Simile eſt illi,
Vice veris & Favoni.

Inferius comma ſuperiori ſimile eſſet, niſi amiſiſſet unam ſyllabam,

— fera montium dea.

Galliambum aliud ex ipſo factum ei ſimillimum eſt, nihil quod, ut enervatius fieret, & mollius, tertia ab ultima ſyllaba in duas breves geminata eſt, & factum tale,

Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

ſi eſſet ſic, — comitum chorus ululet; eſſet illi ſimile — fera

Digitized by Google

. *fera montium dea. ceterum quod enervatius dixi-*
us, ſimile eſt illud neotericum, quod eſt tale,

Rutilos recide crines, habitumque cape viri.

Hactenus Diomedes. Citantur & a Nonio ex Varrone ujus modi verſus, ut Marcipore,

Spatula eviravit omnes Venerivaga pueros.

bi licenter mediam ſyllabam dictionis, *Venerivaga*, pro· ucere videtur. & ex ejusdem Eudaemonibus,

Phrygios per oſſa cantus liquida canit anima.

Non eſt autem ignorandum, primo loco pro anapaeſto oni poſſe ſpondaeum; ut,

Sectam meam executae duce me, mihi comites.

lem quarto etiam loco conceditur,

Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.

rimo etiam, recipitur proceleumaticus,

Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae.

lemque in quarto licet,

Dea magna, dea Cybelle, dea domina Dindymi.

adem ratione tribrachys in ſecundo jambi vicem ſubit,

Simul haec comitibus Attis cecinit nova mulier.

Atque haec ſuaviſſimus grammaticorum, Terentianus Maurus, oſtendit; qui, quamvis paulo aliam viam init limetiendi hujus carminis, eodem tamen recidit. ejus erba ſunt:

Sonat hoc ſubinde metro Cybeleium nemus.
Nomenque Galliambis memoratur hinc datum,
Tremulos quod eſſe Gallis habiles putant modos;
Adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
Mage quo ſonus vibretur, ſtudeant dare tribrachyn.
Anapaeſtus eſſe primus, ſpondaeus & ſolet:
Duo poſt erunt jambi, tribrachys ve ſubicitur.
Linquitque comma primum catalecticam brevem.
Pariambus & trochaei duo comma poſterum,

Digitized by Google

Tribrachys ve continebunt, super atque semipes.
Servasse quae Catullum probat ipse tibi liber,
Super alta vectus Attis celeri rate maria.

Haec Terentianus: qui, miror, cur primi commatis catalecticam brevem esse dicat. longam enim esse constat. Sed & alias pedum mutationes antiqui recipiebant, nihil fere curantes, dum temporum numerus retineretur. exempli caussa,

Γαλλαὶ μητρὸς ἐρέϊζε φιλόθυρσοι δρομάδες,
Αἷς ἴυπα πατάγειτε, καὶ χάλκεα κρέταλα.

horum enim versuum posterior penitus similis est illi,

Tibicen ubi cavit Phryx curvo grave calamo.

prior, par temporibus, syllabis admodum dispar. Tantum habui de Galliambi legibus dicere: nunc, quando ipse quoque hymnum in Liberum patrem eo carminis genere luti, ascribam illum; si qui forte tanti nostra esse ducet, ut legenda sibi arbitretur.

GALLIAMBUS (*) IN BACCHUM.

Hedera comam revinctus Bromium patrem cano,
Bromium, Euhyum, Lyaeum, puerum, femorigenum,
Ope cujus alma vitis nova munera peperit,
Nova munera, apta curas animis procul agere.
Pater o, pater bicornis, trieterice, cryphie,
Eleleu, giganticida, tibi cymbala quatimus,
Tibi spargimus capillum, tibi carmina canimus,
Tibi verticem rotamus, tibi per juga gradimur.
Nemora ipsa mota nostris tibi cantibus ululant.
Euoe, dator quietis, placide dator animi,
Ubicunque tu moraris, bona ibi Venus habitat,
Habitant tenelli Amores, jocus, & lepor habitat:
Fidiumque, cornuumque strepitu omnia resonant:
Alacres vigent choreae. mala tristitia procul,
Inamabilesque curae rapido pede fugiunt.
Date pocula huc ministri, plenos date calices,

An-

(*) De hoc Mureti Galliambo vide P. Burmannum Sec. ad Ovid. Epist. III. 15. 1.

Digitized by Google

Avida ut liquore dio mihi pectora repleam.
Scelus esset ore ficco sacra mystica facere.
Vah, vah, pater lychnita, quibus ignibus agitor?
Mihi mille jam ante ocellos nova lumina radiant.
Viden', ut nemus citato procul impete rapitur?
Humus ut tremens frequenti salit acta tripudio?
Novus unde clangor aures modo cornuum ferit?
Procul o, procul profani: deus ecce, deus adest
Maculosa terga lyncum, & tigrium celeripedum
Tenero domans flagello, posito premens jugo.
Rubicundus hunc magister, satyrique capripedes
Agili gradu insequuntur, thiasusque mulierum,
Euoe pater, frementum, metuende Bassareu,
Ter o, & quater beatum tua qui orgia sequitur,
Thyrsum inquiete dextra quatiens hedericomum.
Simul atque pulchra Cadmi te filia peperit,
Peperit, sed ante tempus, Jovis igne saucia,
Pater ipse te alligatum, proprio in femore tulit,
Mala ne noverca caelo te praecipitem ageret.
Dedit inde te fovendum nymphis nemorivagis,
Juga quae per alta Nysae propero pede volitant.
Quae ibi cunque tu puellus loca dexter adieras,
Ubicunque sesitaras, nova germine tenero
Feriebat arbor auras redimita pampinis:
Ubicunque lustaras, nova flumina temeti
Placido viam secabant fluitantia sonitu.
Quid jam Indiam subactam tibi maxime memorem?
Quid ve Penthei, aut Lycurgi scelerata facinora,
Nova quid ve monstra Etrusco natitantia pelago?
Tua per tropaea eunti neque enim modus fuerit.
Tibi Tmolus, & Cithaeron, tibi Nysa subdita est:
Tua mustici, & poëtae unanimes sacra celebrant:
Tuo eis liquore tactis simul ac capita calent,
Numeris repente fusis subito omnia resonant.
Sine te nihil venustum est, nihil est hilarificum.
Tu animis acerba sesis curarum onera abigis,
Adimis pudorem ineptum, secreta patefacis,
Ineunda pellis omnes ad proelia Veneris.
Obitis quiete molli, quibus obtegis oculos.
Agedum pater, agedum rex, agedum aetheris decus,
Ades usque, nosque clemens oculo aspice placido.

Digitized by Google

DE BERECYNTHIA, ET ATTI.

Quae de *Atti* a variis ſcriptoribus, Diodoro, Pauſania, Euſebio, Arnobio, Auguſtino, Ovidio, aliisque varie ſcripta ſunt, congerere, infiniti, &, ni fallor, legentibus non nimium jucundi laboris foret: praeſertim cum ea jam omnia alii plerique ſtudioſe diligenterque collegerint. quocirca ſatis habebo, poëmatis hujus argumentum breviter indicare. id eſt ejus modi: Cum Attis in nemus Cybelae ſacrum venisſet, magna comitum ſuorum patus manu, furore correptus, virilia amputavit ſibi. idem fecere ceteri quoque, qui cum eo venerant. tum per aliquod tempus, ut mos ſacrorum ferebat, tumultuati, obdormierunt. expergefactus Attis, cum ad ſe redisſet, coepit lamentari conditionem ſuam, etiamque de repetenda patria cogitabat: cum Cybele, objecto leone, eum ita perterrefecit, ut ab ultimo littore, quo jam proceſſerat, iterum in nemoris opacitatem compulerit: ubi omne reliquum vitae ſpatium exegit. Porro haec Catulli narratio non convenit cum iis, quae de Atti alii tradiderunt. ſed ne alii quidem inter ſe conveniunt. fieri poteſt, ut vel alios ſcriptores ſecutus ſit, qui nunc non extant, vel tractatam ab aliis fabulam ſuo ipſe quodam modo tractare voluerit. *Devolvit*,] abſcidit, ita ut in terram devolverentur. *Pondera*,] teſticulos. *Acuto ſilice*,] Samia teſta. eam enim ad hoc miniſterium adhiberi ſolitam, notum eſt. *Sine viro*,] ſine ea parte, qua vir ſumus. *Citata*.] facete mutat genus; quod Attis non amplius non eſſet. *Leve tympanum*.] alii, *breve crotalum*, quod non improbo. Si, *leve tympanum*, legas, dicendum erit tympanum prima correpta, ut & apud Homerum,

ἢ κροτάλων, τυμπάνων τ' ἰαχὴ, σύν τε τρόμος αὐλῶν.

Leve tympanum.] alii, *tympanum*, *tubam*. ego in Cybeles ſacris *tubam* adhibitam non puto. haec autem repetitio neſcio quid habere lepidius videtur. *Tua initia*, *initia*, ſacra ipſa dicuntur: ſed hic ſignificat ea, quae adhibentur in ſacris. *Terga tauri cava*] tympanum. *Terga* autem, pro tergora. *Gallae*.] *Gallos* vocari Cybeles ſacerdotes, nemo neſcit: at hic Gallas vocat, quod erepta virilitate, mulieribus potius, quam viris, annume-

Digitized by Google

ndi esſent. *Pecora.*] quod neque viri amplius, neque erae mulieres esſent.] *Hilarate herae citatis*] *heram* ocat Cybelen, cujus animum vult a comitibus ſuis, ac illac currendo, exhilarari. alii legebant, *Hilarate aere concitatis:* contra rationem metri. ego autem idi hoc totum carmen jam pridem ſcriptum manu excelentis in omni genere honeſtarum artium viri, Octavii anthagathi: in quo cum alia multa ingenioſe admodum mendata erant, tum hic locus. ita ſcriptus, ut eum ipſi didimus. magis etiam mihi placuit haec emendatio, oſtquam animadverti, Petrum quoque Victorium eam etuliſſe in libros ſuos. *Ubi cymbalum.*] haec omnia Cybeles & Bacchi ſacris communia erant. vide Straboem libro x, & Euripidem in Bacchis. *Faciunt,*] ronnt. *Thiaſus,*] cohors ipſa quae Attin ſecuta erat. *ine Cerere,*] incenatae. *Fugientem eum,*] ſoporem. *Paſithea.*] haec una eſt e Gratiis, Somni uxor. apud Homerum enim Iliados XIII, Juno cum Somno agens, t Jovem ſopiat, eam ſe illi, pro praemio, uxorem duram pollicetur:

Αὐτὰρ ἔγωὶ καί τοι Χαρίτων μίαν ὑπλοπεζώνων
Δώσω ὑπνώμεναι, ἣ σὴν κεκλήσεαι ἄκοιτιν,
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἰμείρεαι ἤματα πάντα.

id eſt,

At tibi ego e Charitum florentum aetatibus unam
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo
Paſithean, quae omnes una tecum exigat annos.

Miſeriter,] miſerabiliter. ſic Laberius,

Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

ta infra, *puriter.*

— ſi vitam puriter egi.

a veteres multa, *parciter, ſaeviter, inimiciter, torviter, praeclariter,* & alia, quorum exempla ſunt apud Nonium. *properiter* etiam ait olim dictum fuiſſe; & citat Catulli locum,

Animula miſerula properiter abit.

ſic

ſic Ennius, *prognariter*, VI. annalium,

— *exilite parumper*
Ut, pro nostro populo prognariter armis
Certemus, proiectis animam de corpore mitto.

ſic Cicero, *audaciter*, pro Sex. Roſcio, *Multa ſceleratiſſime, multo audaciter, multa improbe feciſti.* ita enim legit eum locum Priſcianus libro XV, ubi negat, *facilitèr* & *facilè iuniter* dici: quorum de altero nihil affirmo: *difficiliter* quidem, & *perdifficiliter* apud Ciceronem legitur. *Gymnaſius.*] prima correpta legendum eſt. *Quereanda eſt,*] deploranda eſt mea conditio. *Ego mulier?*] ego ne mulier jam ſum, quae antea adoleſcens, ephebus, puer fueram? quae inter aequales meos omni juvenilium exercitationum genere florueram? *Flos,*] ornamentum. *Decuriati,*] luctae. hypallage. *Tepida.*] ex eorum, qui me invitebant, multitudine, & frequentia. *Calent* enim dicuntur loca, quae frequentantur Octavianus Auguſtus in epiſtola ad Tiberium, *Luſimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calefecimus. Mihi ſtridis coroilis.*] indicat, multos ſibi amatores fuiſſe. *Manas.*] ita vocabantur Cybeles & Bacchi ſacerdotes, παρὰ μαίνεσθαι. *Roſeis ut hic labellis.*] ſtatim ut poenitere ſe aperte dixit. *Geminas deorum ad aures.*] verſum hunc, libere ut dicam, adulterinum eſſe ſuſpicor: primum, quod, eo detracto, nihilo deterior, aliquanto etiam, ut ego quidem puto, melior ſententia eſt. cum enim de una Cybele agatur, illud, *deorum*, ſubalienum videtur. deinde, *geminas aures*, ocioſum plane eſt epitheton. poſtremo, *nova nuncia*, neque hoc loco ſatis apte, neque omnino Latine dici puto. *nuncius* enim maſculo genere dicitur, non *nuncium* neutro. Scio citari ex Tibullo, & Lucretio locos; ſed quos ſi quis accurate conſideret, videbit nihil facere ad probandum id, quo de agitur. Eruditi homines, & veteribus libris inſtructi, hoc quale ſit, judicabunt. *Functa juga.*] Cybeles enim currum leones trahunt. *Agedum, inquit.*] in quibusdam, *Agedum, inquit, age ferox, hunc, agedum, aggredere ferox.* quae ſcriptura mihi quidem magis probatur. *Caede terga cauda.*] hic enim mos eſt leonum ſeſe ad iram excitantium. *Semper, omne vitae ſpatium.*] pleonas-

Digitized by Google

mus. *Dea magna.*] concludit poëta precatione, qua beles a se iram amolitur, eamque orat, ut in alios po- s furorem immittat suum.

DE NUPTIIS PELEI, ET THETIDOS.

uod initio dixi, hasce inscriptiones, quae in impressis ris leguntur, ab ipsis auctoribus non esse factas, vel eo intelligere licet, quod libellum hunc *Argonautica* lgo nominari videmus; deceptis videlicet hominibus peritis, eo quod Catullus a descriptione expeditionis olchicae exordium ducit, neque animadvertentibus id in facere, ut commodius ingrediatur ad celebrandas elei nuptias, qui praecipuus hujus poëmatis veluti sco- s (*) est. itaque jure optimo a viris eruditissimis adulte- na illa inscriptio repudiata est. Descripturus igitur Pelei ptias, primum narrat, Peleum tunc Thetidis amore irre- tum fuisse, cum ad vellus aureum una cum ceteris raeciae principibus navigaret. Qua in re suo quodam re ab aliorum poëtarum narratione discedit. Nam Or- ei (si modo ejus sunt Argonautica, quae nomen ipsius ae se ferunt) Apollonii, Valerii Flacci, Claudiani, & iorum testimonio, quo tempore profecti sunt Argonau- e, non modo Thetidem duxerat Peleus, sed etiam chillem ex ea susceperat, jamque Chironi educandum adiderat. Sed non est a poëtis aut constantia, aut hi- oriae fides nimium subtiliter exigenda. *Peliaco.*] ad Pe- on enim Thessaliae montem aedificata est Argo. Dio- rus v. Bibliothecae, unde & Πηλίας Ἀργὼ ab Apollonio citur. *Pinus.*] non, quod e pinu contextam hanc na- em fuisse constet: sed, more poëtico, *pinum* pro qua- bet arbore apta conficiendis navigiis nominat. alioqui im Orpheus eam ex *piceis*, *quercubus*que compactam isse dicit,

ᾗ χαρπὸν ποτὶ χεῦμα γεγηθότες ἵλαθι νῆα
Ἀργὼ πείσῃσί τ' ἠδὲ θρῖσι ξεσφαδέεσσιν.

id est,

Ac placidos laeti in fluctus deducite navem
Et piceis Argo, & quernis trabibus compactam.

At

(*) Melius est Latinum *consilium*, vel *propositum*.

ſic Ennius, *prognariter*, VI. annalium,

— *audite parumper*
Ut, pro Romano populo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

ſic Cicero, *audaciter*, pro Sex. Roſcio, *Multa ſceleratè, multa audaciter, multa improbe feciſti.* ita enim legit eum locum Priſcianus libro XV, ubi negat, *facilitèr* & *difficiliter* dici: quorum de altero nihil affirmo: *difficiliter* quidem, & *perdifficiliter* apud Ciceronem legitur. *Gymnaſiis.*] prima correpta legendum eſt. *Querendum eſt,*] deploranda eſt mea conditio. *Ego mulier?*] ego ne mulier jam ſum, quae antea adoleſcens, ephebus, puer fueram? quae inter aequales meos omni juvenilium exercitationum genere florueram? *Flos,*] ornamentum. *Decus olei,*] luctae. hypallage. *Tepida.*] ex eorum, qui me inviſebant, multitudine, & frequentia. *Calet* enim dicuntur loca, quae frequentantur Octavianus Auguſtus in epiſtola ad Tiberium, *Luſimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calefecimus. Mihi ſuaviſſimus erat puer Mithridis corollis.*] indicat, multos ſibi amatores fuiſſe. *Manas.*] ita vocabantur Cybeles & Bacchi ſacerdotes, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι. *Roſeis ut hic labellis.*] ſtatim ut poenitere ſe aperte dixit. *Geminas deorum ad aures.*] verſum hunc, libere ut dicam, adulterinum eſſe ſuſpicor: primum, quod, eo detracto, nihilo deterior, aliquanto etiam, ut ego quidem puto, melior ſententia eſt. cum enim de una Cybele agatur, illud, *deorum*, ſubalienum videtur. deinde, *geminas aures*, ocioſum plane eſt epitheton. poſtremo, *nova nuncia*, neque hoc loco ſatis apte, neque omnino Latine dici puto. *nuncius* enim maſculo genere dicitur, non *nuncium* neutro. Scio citari ex Tibullo, & Lucretio locos; ſed quos ſi quis accurate conſideret, videbit nihil facere ad probandum id, quo de agitur. Eruditi homines, & veteribus libris inſtructi, hoc quale ſit, judicabunt. *Juncta juga.*] Cybeles enim currum leones trahunt. *Agedum, inquit.*] in quibusdam, *Agedum, inquit, age ferox, hunc, agedum, aggredere ferox.* quae ſcriptura mihi quidem magis probatur. *Caede terga cauda.*] hic enim mos eſt leonum ſeſe ad iram excitantium. *Semper, omne vitae ſpatium.*] pleo-

nas-

ismus. *Dea magna.*] concludit poëta precatione, qua ybeles a se iram amolitur, eamque orat, ut in alios po- us furorem immittat suum.

DE NUPTIIS PELEI, ET THETIDOS.

Quod initio dixi, hasce inscriptiones, quae in impressis bris leguntur, ab ipsis auctoribus non esse factas, vel x eo intelligere licet, quod libellum hunc *Argonautica* ulgo nominari videmus; deceptis videlicet hominibus nperitis, eo quod Catullus a descriptione expeditionis Colchicae exordium ducit, neque animadvertentibus id um facere, ut commodius ingrediatur ad celebrandas elei nuptias, qui praecipuus hujus poëmatis veluti sco- us (*) est. itaque jure optimo a viris eruditissimis adulte- na illa inscriptio repudiata est. Descripturus igitur Pelei uptias, primum narrat, Peleum tunc Thetidis amore irre- tum fuisse, cum ad vellus aureum una cum ceteris Graeciae principibus navigaret. Qua in re suo quodam re ab aliorum poëtarum narratione discedit. Nam Or- nei (si modo ejus sunt Argonautica, quae nomen ipsius ae se ferunt) Apollonii, Valerii Flacci, Claudiani, & iorum testimonio, quo tempore profecti sunt Argonau- e, non modo Thetidem duxerat Peleus, sed etiam chillem ex ea susceperat, jamque Chironi educandum adiderat. Sed non est a poëtis aut constantia, aut hi- oriae fides nimium subtiliter exigenda. *Peliaco.*] ad Pe- on enim Thessaliae montem aedificata est Argo. Dio- rus v. Bibliothecae, unde & Πηλίας Ἀργὼ ab Apollonio citur. *Pinus.*] non, quod e pinu contextam hanc na- em fuisse constet: sed, more poëtico, *pinum* pro qua- bet arbore apta conficiendis navigiis nominat. alioqui im Orpheus eam ex *piceis*, *quercubus*que compactam isse dicit,

Ἠ χαρτὸν ποτὶ χεῦμα γυηθήτης ἴλλατε νῆα
Ἀργὼ πίτνησί τ' ἠλὶ θρίοι γομφωθεῖσαν.

id est,

Ac placidos laeti in fluctus deducite navem
Et piceis Argo, & quernis trabibus compactam.

At

(*) Melius est Latinum *consilium*, vel *propositum*.

At idem alio loco *faginam* eam fuisse ait. Quin cum Euripides πεύκην dixisset, Ennius *abietem* vertit, cujus sunt illa,

> *Utinam ne in nemore Pelio securibus*
> *Caesa accidisset abiegna ad terram trabes:*
> *Ne ve inde navis incohandae exordium*
> *Cepisset, quae nunc nominatur nomine*
> *Argo, qua vecti Argivi delecti viri*
> *Petebant illam pellem inauratam arietis*
> *Colchis, imperio regis Peliae per dolum.*

Valerius autem cum *robora*, *pinos*que ad eam conficiendam adhibuisset, paulo post vocat eam — *pessum regibus alnum.* Sed nihil apud poëtas isto figurae genere usitatius. Alexander Cornelius, ut est apud Plinium, *arborem eonem appellavit, ex qua facta ejus Argo, similem robori viscum ferenti, quae nec aqua, nec igni posset corrumpi.* Sunt, qui hanc primam navem fuisse autument: alii eam, quae a Danao facta est, ut est apud interpretem Euripidis. *Argo* autem vocatam, vel quod ἀργὸν *celerem* veteres dixerint, unde & *lethargum* eum, qui celeriter oblivisceretur: fuerit autem navis haec insigni celeritate: quo fit, ut eam Varro *citiremem* vocet: vel quod eam Argus quidam aedificaverit. in astrum tandem conversa est. *Phasidos ad fluctus.*] hic fluvius ex Armenia fluens, Colchida, Ponti regionem, alluit. *Et fines Aeaetaeos.*] Colchida ipsam, ubi tum Aeaetes regnabat, Medeae pater. *Cum lecti juvenes.*] florem heroum cum Iasone navigasse ait Theocritus. *Argivae robora pubis,*] ex omni Graeca juventute robustissimi. *Ausi sunt,*] quod ante eos nemo ausus fuerat. *Vada salsa,*] mare. πεπεύσεσθε. *Cita puppi.*] videtur alludere ad id Argus etymon, quod supra attulimus. *Auratam pellem*] πάγχρυσον δέρος, Euripides: δέρος χρύσεον, & χρύσεον κῶας, Orpheus, & Apollonius, ejus videlicet arietis, quo Phryxus mare trajecerat. Varro lib. II. de re rustica, figmentum hoc ad pecudum caritatem refert. ejus verba sunt: *De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit Graeca, & Latina lingua, & veteres poëtae, qui alios vocant* πολύαρνας, *alios* πολυμήλους, *alios* πολυβότας, *qui ipsas pecudes, propter caritatem, aurei-*

buisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quam sibi ryestem subduxisse queritur; ut in Colchide Aeaetes, ad ius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argo- utae; ut in Libya, ad Hesperidas, unde aurea mala, est, secundum antiquam consuetudinem, capras, & es, quas Hercules ex Africa in Graeciam exportavit. enim sua voce Graeci appellarunt μῆλα. Neque desunt, i vellus illud, libellum fuisse tradant, quo auri facien- ratio contineretur. Simonides in hymno, quo Ne- unum celebravit, purpurei illud coloris fuisse dixit, uo a marinis purpuris, in trajectione illa, aspersum fuis- t. *Avertere.*] hoc verbo dolus quidam saepe indica- r. Virgilius,

Quo regnum Italiae Libycas averteret oras.

cinius Macer pro Tuscis, (citat Priscianus) *Quos ortuit amissa restituere, hice etiam reliquias averterunt.* cero Frumentaria, *Quid, si doceo, te non minus domum am avertisse, quam Romam misisse decumarum nomine? iva quibus.*] Pallas. Virgilius,

— Pallas, quas condidit arces,

sa colat. Athenis in arce colebatur. *Ipsa.*] Miner- am ipsam una cum Argo manus operi admovisse, ajunt oëtae. *Currum,*] navem. catachresis. *Ilia rudem,*] tactam. *Cursu.*] metaphora. *Prima.*] vide Plinium p. LVI. lib. VIII. *Amphitriten,*] mare, παρὰ τὸ ἀμφι- άδειν τὴν γῆν. Poëtae Neptuni uxorem esse dicunt. *Emer- re feri.*] Apollonius deos ipsos superos, nymphasque eliadas, Argus novitatem, heroumque praestantiam ad- iratos fuisse dicit:

πάντες δ' ὑφαινέθην λεύσσον θεοὶ ἤματι κείνῳ
νῆα, τῇ ἡμιθέων ἀνδρῶν μήδεα, οἵ τότ' ἄριστοι
πόντον ἐπιπλώτασκον. ἐπ' ἀκροπάτησιν δὲ νύμφαι
Πηλιάδες κορύφησιν ἰδὰμόσσαι ἐσορώσας
ἔργον Ἀθηναίης Ἰωνίδος, ἠδὲ τῇ αὐτὰς
χεῖρας χείρεσσιν ἐπικραδάοντας ἔρετμα.

Nutricum tenus,] mammarum tenus.

Tum

Digitized by Google

Tum Thetis humanos.] cum tamen eos valde averſaretur: cupiebat enim e Jove gravida fieri, quae reſponſum accepiſſet a Proteo, filium e ſe procreatum iri majorem eo, (quicunque is tandem eſſet) a quo procreatus foret. vide Ovidium XI. Metamor. quin & Jupiter ipſe, ejus amore correptus, voti eam compotem faciſſet, niſi a Prometheo inſtantis periculi admonitus eſſet. quam etiam ob cauſſam, liberatum e Caucaſo Prometheum, narrat Lucianus. cum Apollonius contra, Jovem quidem a Themide admonitum, Prometheum vero Herculis beneficio liberatum fuiſſe dicat, idque etiam ipſe Prometheus apud Aeſchylum ita vaticinetur fore. *Pater ipſe,*] Nereus. *O nimis optato*] ingreſſurus ad canendas Pelei nuptias, ceteros Argonautas, ab eis digreſſurus, ſalutat, ſeque eorum laudes verſibus ſuis celebraturum pollicetur. *Nimis optato.*] hinc expreſſum eſt illud Virgilianum,

Magnanimi heroes, nati melioribus annis.

O bona mater] Argo ipſam intelligit, cujus vel in utero diu incluſi latuerunt Argonautae. *Teque adeo eximie.*] cum alios heroas ſaepe compellabo, tum te, o Peleu, eximie, ac praeter ceteros *Taedis felicibus*, felici matrimonio. *Pulcherrima Neptunine,*] pulcherrima natarum Neptuni. Tale eſt apud Theocritum & Callimachum Ὀκεανίνη, apud Virgilium *Nerine Galatea.* Porro de Thetide, fuerit ne, quod hic ait Catullus, Neptuni ſive Nerei filia, Achillisque mater, non ſatis inter veteres convenit. Homerus Thetidis filium, Nerei nepotem Achillem facit: eaque a plurimis recepta ſententia eſt. alii, e quibus eſt Ariſtoteles, Thetidem eam, quae Achilli mater fuerit, Chironis centauri filiam fuiſſe ajunt: Daimachus Philomelam vocat Achillis matrem, quae ipſa Actoris filia fuerit. Staphylus libro tertio rerum Theſſalicarum narrat, Chironem, Pelei gloriae verificari volentem, accerſiſſe ad ſe Philomelam Actoris Myrmidonis filiam, deinde eam famam diſſeminaſſe, conſtituiſſe deos Thetidem Peleo uxorem dare: foreque, ut ad nuptias, non ſine magna vi imbrium ac tempeſtatum venirent. ipſe autem, qui ſapientia, rerumque caeleſtium intelligentia vigeret, eum nuptiis diem dictum eſſe con-

Digitized by Google

xit, quo prospiciebat fore, ut magna vis procellarum
isteret: cumque postea eo ipso die Philomelam Peleo
llocasset; factum, ut homines nupsisse ei Thetidem
ederent. *Tethys.*] Tethys ex Oceano Doridem, Do-
ex Nereo Thetidem sustulit. *Oceanusque pater.*]
tiqui deos omnes, *patres* vocarunt. sic *Jupiter*,
πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε: sic *Apollo pater*, *Liber pater*,
eptunus pater, *Vulcanus pater*, *Mars pater*, ceterique
eundem modum. Lucillius in deorum concilio:

Ut nemo sit nostrum, quin pater optimu' divum:
Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars,
Janu', Quirinu' pater nomen dicantur ad unum.

l *Oceanum* praecipue, quod, ut alio loco diximus,
iae rerum omnium tribuerent principatum. *Quae simul.*]
ul atque advenit optatum illud tempus faciendis nuptiis
nstitutum. *Dona ferunt prae se,*] quibus novam nu-
m munerarentur. *Grauinonisque domos, ac nitenis*
crisea.] haec sunt vetustae scripturae, de calamo no-
is libris, miserabiliter depravata vestigia. Petrus Vi-
rius suspicatur priorem partem ita legendam, *Crano-*
que domos. posteriorem vero nonnulli restituere co-
i, legunt, & *moenia Larisaea.* ego neutram conje-
ram improbo; & tamen, dum meliores libros nactus
rim, nihil de hoc loco affirmare audeo: *Rura colit*
no.] feriabantur omnes, propter nuptiarum celebrita-
n. *Ipsius at sedes.*] describit magnificentiam appara-
aedium Pelei. *Recessit.*] interiorem partem aedium
nificat. sic Seneca,

In multa dives spatia discedit domus:
Arcana in imo regia recessu patet.

cum autem hunc imitatus videtur Virgilius sub finem
mi Aeneidos:

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediisque parant convivia tectis.
Arte laboratae vestes, ostroque superbo,
Ingens argentum mensis, caelataque in auro
Fortia facta patrum, &c.

Pulvinar genialis,] lectus genialis. *Haec vestis.*] in veste, qua stratus erat lectus genialis Thetidos, multas heroum figuras fuisse dicit, atque inter ceteras, Theseï linquentis Ariadnam: unde sumpta occasione digreditur ad eam sive fabulam, sive historiam fusissime explicandam. *Diae*,] Naxi. *Necdum etiam seseque sui.*] vigilet, an dormiat, nescit. non credit se esse compotem sui: nondum credere audet, quod videt, insperatae rei novitate stupefacta. *Saxea ut effigies.*] summa vis est in hac comparatione. primum enim, quod bacchanti Arianen comparat, significat, eam & vultu, & totius corporis gestu rabidum quendam concitatae mentis ardorem prae se tulisse. quod autem addit, *saxeam effigiem*, tantam vim doloris fuisse indicat, ut diu neque movere se potuerit, neque in ullam vocem erumpere. omnis enim immodica affectio & eripere vocis usuram, & omnium corporis partium functiones impedire ad tempus solet. atque hoc nimirum est, quod Nioben poëtae, cum filios suos Apollinis & Dianae sagittis confossos videret, obriguisse in lapidem fabulantur. *Immemor at juvenis.*] videtur allúdere ad eorum sententiam, qui ajunt, Bacchi numine effectum esse, ut Theseus oram solvens, Arianes penitus oblivisceretur: itaque, quod eam reliquerit, oblivione tantum, eaque divinitus immissa, non ingrato animo, effectum. Vide Theocritum Pharmaceutria, & eum commentarios. *Et magnis curarum fluctuat aestu.*] hunc locum imitatus videtur Virgilius,

Saevit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.

Strophio.] Nonius, *Strophium*, inquit, *est fascia lanea, quae virginalem tumorem cohibet papillarum.*

Turpilius Philopatre,

Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi.
Infelix inter tuniculam atque strophium collocaveram.

Luctantes.] ita legendum videtur, non, ut in aliis, *lactantes*. *luctantes* autem expono paulatim intumescentes, &, ut veteres loquebantur, *fororiantes*, quasi repitentes ad strophium repellendum. *Salis*,] maris

Virgilius, — *Spumas salis aere ruebant*. & alibi, — *campos salis aere secabant*.

Alludebant,] identidem percutiebant. Tale est illud Tibulli,

Ima videbatur talis illudere palla.

Externavit,] extra se posuit, sive, ut Nonius interpretatur, dementem fecit. Hoc verbo infra etiam usus est. *Illa tempestate, quo tempore*.] ἐκεῖνος. sic Cicero: *ejus temporis, quo die*. *Theseus*.] varias de hac Thesei profectione sententias enumerat Plutarchus in ipsius vita: quas illinc repetat, qui volet. *E littoribus Piraei*.] poëtica licentia utens, ab historiae fide recedit. non enim ex *Piraeo*, sed ex *Phalero* solvit Theseus. neque *Piraeus* illis temporibus navale erat, sed curia. navale autem, antequam Themistocles imperaret, non fuit. auctor Pausanias. *Injusti regis*.] *grave est*, ait Plutarchus, *disertae civitati, & in qua Musarum studia vigeant, inimicum fuisse. nunquam enim defuit Minos in Atticis theatris, male audire, omnibusque vexari probris: neque eum vel Hesiodus adjuvit, qui regno dignissimum, vel Homerus, qui Jovis familiarem vocavit, quominus obtinuerint tragici, ut de pulpito scenaque multam ei asperserunt immitis violentaeque naturae infamiam*. eadem fere de *Minoe* Plato in dialogo, quem de ipsius nomine inscripsit. *Gortynia*.] Gortyn, urbs in Creta. *Crudeli peste coactam*.] ipsum eorum numen conspirasse cum Minoe ad ulciscendam nefandi Androgei videbatur: eodem enim tempore & bello, & fame, & pestilentia affligebantur Athenienses: responsumque est oraculo, non aliter ea desitura, quam si Minoi fieret satis. Vide Plutarchum, Diodorum, Eusebium. *Electos juvenes*,] septenos quotannis juvenes, totidem puellas; idque per annos novem: quos nonnulli sorte duci, alii a Minoe deligi solitos ajunt. *Cecropidum*,] regionem Atticam. *Dapem dare*] varias super hac re sententias refert Plutarchus. *Funera nec funeta*.] ἄθυτα θύειν, ἀγάμους γάμους, & similia. sic Cicero *insepultam sepulturam*, sic Ovidius *justa justa*, sic quidam vetus tragicus, *innuptas nuptias*, Ennius *artem inertem*, cujus est illud, — *quae scis*,

In vulgum vulgas, artemque expromis inertem.

Nave levi.] ea navis postea, ex voto, quotannis Delon ab Athenienſibus mittebatur. vide Platonem principio Phaedonis. *Superbas,*) magnificas: ut, — *audacis jam ſe regina ſuperbis. Quales Eurotae*] de hac comparatione dixi ſupra in carmine de nuptiis Manlii. *Curis hominum*] ſic infra de Venere, *Quae dulcem curis miſcet amaritiem.* Hinc eſt, quod Muſaeus γλυκύπικρον vocat ἔρωτα κέντρον. *Quaeque regis Golgos.*] *Golgos* oppidum eſt in Cypro Veneri ſacrum. hic *Golgos* numero multitudinis dicit. Pene autem converſus eſt hic verſus e Theocriti Syracuſanis,

Δίκτυον, ἃ Γολγὼ πὲ ϛ Ἰδάλιον ἐφίλασσε.

Cum autem & hic, & ſupra, Phaleuciis in Voluſium, *Colchos* pro *Golgos* legeretur, primus utrunque locum emendavit vir clariſſimus, Hermolaus Barbarus. *An mortem appeteret*] ita legendum, non, *oppeteret.* neque enim *mortem oppetere* dicitur, niſi qui moritur deinde, *oppetere mortem*, Latine dicitur: at certe, *oppetere praemia laudis*, quid ſit, non video. *Non ingrata, tamen fruſtra*] non ingrata fuiſſe ſuperis Ariadnes vota, hoc indicat, quod Theſeus victoria potitus eſt. ipſa tamen ſpe ſua fruſtrata eſt: neque enim, quod optabat, contigit ei, poſſe aetatem una cum Theſeo exigere. *Suſpendit vota.*] neque enim audebat aperte pro Theſeo vota facere: ne ipſa de ſe indicio eſſet patri. *Robur,*] truncum. *Errabunda regens.*] Virgilius,

Caeca regens filo veſtigia.

Flexibus] *ambages & dolos tectos* vocat Virgilius. *Fruſtretur.*] fruſtra haberet, deciperet. de hoc verbo vide Gellium. *Inobſervabilis error.*] Virgilius,

— *& inextricabilis error.*

A primo carmine,] ab inſtituto celebrandarum nuptiarum Pelei. *Conſanguineae,*] ſororis, Phaedrae *Diae*, Naxi: etſi multas alias inſulas, quae *Diae* dicerentur, enumerat interpres Theocriti Pharmaceutria. *Dulci vincta lumina ſomno.*] ſic Theocritus de ſomno, γλυκερῷ μαλακῷ φάει δεδμῆ. alii, *devicta*, ut ſit ſimile illi Homerico,

Digitized by Google

— μελαιν᾽ ὀδμήσασα νύκτι.

Devota perjuria,] execranda, & diris obnoxia. Ad hunc autem locum respexit Tibullus, his versibus,

Gnosia, Theseae quondam perjuria linguae
Fleviſti ignoto ſola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus Minoi Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.

Nunc jam nulla.] ſic Ovidius,

Nunc quoque nulla viro, clamabo, femina credat.

Praegeſtit,] valde geſtit, valde cupit. Lucillius,

Quantum haurire animus Muſarum e fontibu' geſtit.

Germanum,] Minotaurum. *Crevi,*] judicavi. *Pro quo dilaceranda,*] quantopere horribile veteribus fuerit, ea vera lacerari a feris, hinc exiſtimari poteſt, quod ejus rei formidinem, apud Homerum, proponit Hector ignavis,

Οὐ γὰρ κε ἑκὼν ἀκόντιδος ἀμφὶς ἀπύσσοιτο νεκρόν,
Οὐχ εἰ ἄρειον ἐόντ᾽ ὀφέλῃ κτάμεν, ἠὲ ἑοιτὸν.

de Achille,

— αὐτὰρ ἐπεὶ τόδε κύντερον, οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

Nec injecta.] Cicero II. de legibus, *Siti dicuntur ii, qui conditi ſunt: nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, quam juſta facta, & corpus incenſum eſt. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret: eumque morem jus pontificale confirmat. nam locus ius quam in os injecta gleba eſt, locus ille, ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis: injecta gleba, tum ille humatus eſt, & ſepulcrum vocatur, ac tum denique multa religioſa jura complectitur.* Haec verba Ciceronis ipſa aſcripſi, ex quibus, quid ſit, *terram injicere*, intelligi poſſet. Frequens enim eſt ejus rei apud auctores optimos mentio. *Quaenam te*] uſitatum eſt, ut quo in immanem crudelitatem execramur, eos *e rupibus*,

efferis ve *animalibus*, aut etiam *e mari natos esse* dicamus. Virgilius,

Nunc scio quid sit Amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

Et apud eundem Didō, Aeneam alloquens,

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus; Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Tibullus vero, cum iis, qui Veneris furta non celassent, atrocem Venerem minitaretur fore, ita scripsit,

Nam fuerit quicunque loquax, is sanguine natam,
Is Venerem e medio sentiet esse mari.

& alibi, cum dominam a nimia severitate abducere niteretur,

Nam te, inquit, nec vasti genuerunt aequora ponti,
Nec flammam volvens ore Chimaera fero,
Nec canis anguinea redimitus terga catena,
Cui tres sunt linguae, tergeminumque caput,
Scyllaque virgineam canibus submissa figuram,
Nec te conceptam saeva leaena tulit.

Notum est & illud Homericum,

— γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα.

Quae Syrtis.] Virgilius,

Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit?

Si tibi] eodem pene modo de Minoe, apud Virgilium, queritur Scylla,

Me ne inter comites, ancillarumque catervas,
Me ne alias inter famulatum munere fungi,

Ca-

Digitized by Google

Conjugis atque tuae (quaecunque erit illa) beatae
Non licuit gravidos penso devolvere fusos?

Saeva quod horrebas.] *Priscum parentem* exponunt cropem: *saeva* autem *praecepta*, legem, quam ille tu- e de certa legitimaque maris ac feminae conjunctione itur. ego, cur ista tam longe petenda sint, cur ve lex, ita saeva dicatur, ut eam Theseus horrere debuerit, putare equidem non queo. itaque, ἀρχαϊστερον ἢ σαφέστ-, ita hunc locum interpretor. Si connubia nostra tibi di non erant, pro eo quod horrebat animus recorda- ne eorum, quae olim pater meus crudelissime impe- erat civibus tuis, nempe ut florem suae juventutis notauro devorandum mitterent, ob idque nolebas tam vi, tamque importuni hominis filiam tibi uxorem ad- gere: at certe me, ut tibi famulae loco esem, abdu- e; non, cujus beneficio viveres, eam feris discerpen- n relinquere debuisti. *Candida permulcens.*] pedes ti- abluens. Est autem πάθος a ministerii vilitate. *Sed quid*] ἐπανόρθωσις. *Auctae*,] praeditae a natura. *Morta-*] vehementius quiddam & ἐνεργητικώτερον dixit, quam si- *ninem* dixisset. *Sic nimis.*] allevamentum quoddam oris est, in rebus adversis tuis, habere, qui te con- erentem audiant, &, si minus juvare possint, tamen qua tui miseratione moveantur. Id quoque sibi Ari- a ereptum esse conqueritur. *Juppiter.*] stulta, sed ninibus usitata consuetudine, optat, quae facta sunt, ecta esse. Tale est illud,

εἴθ' ὄφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπλῶσαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν.

imvero non votis corriguntur praeterita, sed futura filio diriguntur. Notum est illud Agathonis,

Μόνῳ γὰρ αὐτῷ τῷ θεὸς πεφύκασιν,
Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

id est,

Una hac enim re etiam deus privatus est,
Infecta facere, facta quae sunt, ut queat.

Gnosia Cecropiae.] Virgilius,

Felix heu, nimium felix, si littora tantum
Numquam Dardaniae tetigisſent noſtra carinae.

Crudelia conſilia.] *conſilia* ita dixit, ut Graeci βουλὰς: quo nomine ſaepe naturam & ingenium cujusque ſignificant. *In noſtris requieſſet ſedibus hoſpes.*] hunc forte verſum imitatus fuerit Virgilius illo,

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?

Idaeos ne petam montes?] de patria ne repetenda cogitem? Ida enim mons Cretae eſt. *At gurgite lato.*] at latum & metuendum mare interjectum, patriam meam ab hac inſula dividit. *Quem ne ipſa reliqui?*] id eſt, ejus ne, quem ipſa reliqui? ſic Terentius Andria,

Quem ne ego vidi ad vos afferri veſperi?

Plautus Moſtellaria,

Qua peſſume modo? quae ne jam ſubducta erat
Tuto in terram? Idem Milite,
Quem ne ego ſervavi in campis Cuticlindoniis?

Hoc qui non intelligebant, fecerunt hoc loco, *quem ne ipſa reliqui:* & paulo infra, *Qui ne fugit*, aut, *Qui refugit*, pro, *Qui ne fugit. Praetereo littus.*] ubi littus praetereo, nihil video praeter ſolam, ac deſertam inſulam, ſine ullo tecto: neque tamen ex ea egredi poſſum undique praecludente iter mari. *Eumenides.*] has deas eſſe credebant, Nocte genitas, quae homines atrocibus turpificatos vitiis ulciſcerentur *Diras ultrices* vocat Virgilius. Eaedem & *Erinnyes* dicuntur: Epimenidesque eas Saturni filias facit: Euripides videre ipſas ait omnia cujus eſt illud ex Oedipo Coloneo, πᾶς πάντ' ἐφᾶται, Διὸς δὲ Ipſae de juſtitia ſua multa apud Aeſchylum praedicant: ſe videlicet nemini bono iraſci, ſed a ſceleratis tantum meritas poenas exigere. Vinum ad earum ſacrificia non adhibebatur: quae & iccirco νηφάλια dicebantur. Fiebant autem media nocte, ut ex Aeſchylo intelligitur. Plura vide apud Aeſchyli & Sophoclis interpretes. *Ad*

gu

Digitized by Google

uineo capillo.] ἐριστολεκίμους eas Orpheus in hymnis vocat. *Quae quoniam vere.*] eas demum deteſtationes valere rbitrabantur, quibus quis vero, magnoque, non levi ut ſimulato dolore motus alium defixiſet. tum vero nullam expiandi rationem eſſe exiſtimabant. Horatius,

Diris agam vos. dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.

Sed quali.] locus hic, ſi diligenter animadvertas, confirmat id, quod ſupra tetigimus, non ingrati animi vitio, ed, oblivione a diis objecta, feciſſe Theſeum, ut Ariadnam relinqueret. ipſa enim precatur deos, ut quali ſe nente reliquit Theſeus, tali etiam funeſtet ſuos. Vota autem Jovi probata eſſe, infra dicitur. Cum ergo Theſeus oblivione domum ſuam poſtea funeſtaverit, conſequitur, ut oblivione quoque antea deſeruiſſet Ariadnam. Sed idem magis etiam ex illis verſibus conſtat, qui nfra leguntur,

— qualem Minoïdi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipſe recepit.

ut jam dubitandum non ſit, quin hanc ſententiam Catulus inſecutus fuerit. *Invito numine,*] quod non libenter & Aegeum morte, & Theſeum luctu, utrunque mmerentem, afficeret. *Quo tunc & tellus.*] ſumptum ex Homero. *Dulcia ſigna,*] candidum velum. *Ereptum,*] iberatum. ſic ſupra,

— ego te in medio verſantem turbine leti
Eripui. Caſtae divae,] Palladis, quae Athenienſium praeſes erat. *Reddite in extremo.*] neque enim ad patrem venit Theſeus, niſi jam adultus, multisque editis praeclaris facinoribus nobilis. Vide Plutarchum. *Caniciem terra.*] mos antiquorum in luctu. *Incendia,*] doloris mei ardorem. *Dicat,*] indicet. *Itonis.*] Palladem ntelligit, quam Apollonius *Itonida*, Bacchylides *Itoniada* nominat. Itonus Theſalus fuit, Amphictyonis filius, qui urbem quandam Theſaliae a ſe Itonem nominavit, ubi dea haec colebatur. Cum autem Ito, ſive

Iton urbis nomen sit; *sanctae Itonis*, non, ut in aliis, *sancti Itonis*, legendum puto. *Funestam vestem*,] velum illud ferrugineum. *Candidaque intorti.*] Nonius, quo loco de vasorum generibus disserit, exponens dictionem, *carchesia*, ita scribit: *Carchesia, summa pars mali: id est, foramina, quae summos mali funes recipiant. Catullus,*

Lucida qua splendent summi carchesia mali.

hactenus Nonius. Quod autem in quibusdam veteribus libris animadverti post versum hunc, *Candidaque*, tantum superesse spatii, quantum uni versui scribendo sit satis; mihi venit in mentem dubitare, ne hic forte ipse versus, qui a Nonio citatur, hoc loco desideretur, legendumque sit,

Candidaque intorti sustollant vela rudentes,
Lucida qua splendent summi carchesia mali.

qua tamen de conjectura, per me quidem, judicet quisque, ut volet. ego dignam esse duxi, quae proponeretur. *Haec mandata.*] ita, inquit, liquere haec mandata Theseum, ut montis cacumen linquere impulsae vento nubes solent. *Morte ferox*,] superbus ab Minotauro interfectum. *At parte ex alia*] ex alia parte vestis pictus erat Bacchus Ariadnam quaerens. Quod residuum est hujus fabulae, exequitur Ovidius III. Fastorum, & VIII. Metamorphoseon. copiosius etiam Hyginus, & Arati interpretes. *Cum thiaso.*] choro, multitudine. sic Bacchus ipse apud Euripidem,

Θίασ' ἅμα, γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
Ἐκόμισα.

Nysigenis Silenis;] Nysaeorum optimatibus. Diodorus libro IV. *Furebant*,] furibundi clamabant, *Euoe.*] vox est bacchantium. *Capita inflectentes*,] rotantes, jacientes. *Tecta cuspide*,] foliis obducta, & velata. *Pars e divulso.*] solebant enim bacchantes interdum armenta discerpere, carnesque eorum crudas mandere. Euripides,

ἐξ τὸν μὲν ἀν᾽ ἀριστερὰς ἀγκάλου πόρου
μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δέμας,
ἄλλην δ᾽ ἑλικτὰς διφόρῳ παραγγέλμασι.

Tartis ſerpentibus.] Euripides Bacchis, Baccho recens nato Parcas coronam e ſerpentibus impoſuiſſe narrat: indeque receptum, ut ſe maenades quoque ſerpentibus coronarent. στεφάνουσί τε δρακόντων στρέμμασι, ἴνθεν ἄγεσθ᾽ ὑπερτέρῳ μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμους. Plutarchus quoque Olympiada, magni Alexandri matrem, grandes ſerpentes contrectantem manibus, thiaſos celebrare ſolitam refert. *Orgia.*] ita vocabantur myſteria quaedam, quae, niſi ab initiatis, aut ſpectari, aut audiri fas non erat. id vel ex hoc Penthei & Bacchi colloquio, apud Euripidem, intelligi poteſt:

Πεν. τὰ δ᾽ ἄρρητ᾽ ἐν τοῖν ἰδίαν ἔχουσά σοι;
Διο. ἄῤῥητ᾽ ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
Πεν. ἔχει δ᾽ ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τινά;
Διο. Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ᾽, ἔστι δ᾽ ἄξι᾽ εἰδέναι.

Ciſtis.] ciſtis ferebantur Orgia. Tibullus,

Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.

Theocritus Bacchis,

Ἰσχὲ δ᾽ ὦ κίστας πτυσσομένα χερσὶν ἐλοῦσα.

Profani,] βέβηλοι, ἀμυήτοις, ἀτέλεστοι.
Plangebant alii,] hunc locum imitatus Ovidius,

Quacunque ingrederis, clamor juvenilis, & una
Femineae voces, impulſaque tympana palmis,
Concavaque aera ſonant, longoque foramine buxus.

Talibus.] tandem e longa egreſſione ſeſe recipiens, ad inſtitutum redit. Dixerat, multos mortales e tota Theſſalia convenisſe, ad ſpectandum nuptiarum apparatum, quos nunc ait, cum oculos animumque ſatiasſent ſpectandis rebus pulcherrimis, diſceſſisſe quenque ad ſe; & locum adventantibus diis dediſſe. *Hic qualis.*] diſcedentes Theſſalos undis creſcentibus, paulatimque longius recedentes

dentibus comparat. Comparatio ſumpta ex IV. Iliados. *Zephyrus.*] pro quolibet vento *Zephyrum* dixit. alioqui enim, mane Zephyrum non flare, quod tunc nimium longe ſol ab occidente abſit, docet Ariſtoteles Problematis. *Cachinni.*] *cachinnos* vocat undas maris, quae paulatim diffunduntur in longum. ita enim os quoque ridentium hominum diffundi, atque extendi ſolet. Aeſchylus,

Ὦ δῖα αἰθήρ, καὶ ταχύπτεροι πνοαί,
Ποταμῶν τε πηγαί, ποντίων τε κυμάτων
Ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτερ τε γῆ.

Nantes a luce.] in aliis, *variantes luce. Ad ſe quisque,*] in ſuas quisque aedes *Princeps,*] primus. *Chiron,*] centaurus, de quo ſupra diximus. *Domus riſit.*] ſumptum ab Heſiodo, qui *ridere* ait *domum Jovis*, canentium Muſarum dulci voce conſperſam:

— γελᾷ δέ τε δῶμα πατρὸς
Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεῶν ὑπὸ λειριόεσσαν
Σπείρασαι φωνήν. ſic & Theognis,
Πᾶσα μὲν ἐκλάμπει δαιδὸς ἀκτὶς ἀθανάτοις
Οὐρανῷ ἀμβροσίοις, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη.

Peneos,] Theſſaliae fluvius. *Nereidum,*] alii, *Naidum*, alii, *Neſonidum*. libri manu ſcripti, *Minoſium*. divinet alius. mihi quidem non liquet. *Non vacuus.*] libri veteres, *Nonacrios. Sorore Flamati Phaëthontis.*] populo. *Solerti corde Prometheus.*] eum enim jam liberaverat Hercules, ſagittis interfecta aquila, quae jecur illius depaſcebatur. narrat Apollonius libro ſecundo, Valerius Flaccus libro quinto. Quod autem *ſolerti corde Prometheum* nominat, exprimit epitheta, quae Graeci ei tribuunt, modo ἀγκυλομήτην, modo πολυμήτην vocantes. Heſiodus,

Οἷς μὲν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.

Oppianus,

— Ἰαπετοῦ γόνῳ πολυμήτῃ Προμηθεῖ.

ipſe quidem apud Aeſchylum ſibi tribuit artium omnium inventionem. & idem etiam de eo dicitur apud Platonem

Digitized by Google

in Protagora. Sciendum autem est, Prometheum a poëtis deum haberi: unde & hic Catullus eum inter deos recenset, & apud Aeschylum Vulcanus eum vocat συγγενῆ θεόν: & ipse de se loquens,

ἰδιοδί μι, inquit, οἷα πρὸς θεῶν πέπονθα θεός.

Quin etiam colebatur in Academia una cum Vulcano, & Minerva: ut Apollodorum, & Lysimachiden scripsisse ait interpres Sophoclis. *Extenuata vestigia*,] vinculorum videlicet, quibus ad Caucasum alligatus fuerat. *Poenae*,] quod Jovem decepisset in distribuendis carnibus, quod viros, mulieresque effinxisset, quod surripuisset ignem Vulcani & Minervae, eumque hominibus tradidisset. Fuit autem filius Japeti ex Themide, quae eadem & Terra est, ut ex Aeschylo cognoscitur. Clymenes tamen eum filium fuisse, ejusdem poëtae interpres alio loco tradit. *Inde pater divum*] Postremo venisse ait Jovem, Junonemque, ac ceteros superos deos, praeter Phoebum, qui solus in caelo relictus est, & Dianam, quae in montibus suis mansit, neque tanti fecit Peleum, ut ejus nuptias sua praesentia cohonestaret. Quod autem ad Apollinem attinet, ideo eum removisse videtur ab his nuptiis Catullus, quia futurum erat, ut ipse Achillem interficeret: qua in re sapientius fecit, quam Aeschylus, qui affuisse deum illum, etiamque carmen nuptiale cecinisse dixit, quo Peleo & Thetidi fausta omnia praediceret: ideoque Thetidem, interfecto filio, de vanitate ac perfidia Apollinis querentem facit. videtur enim occasionem quaesisse, qua in diis exempla levitatis & mendacii ostenderet: quo nomine merito a Platone reprehenditur, extremo secundo de republica libro. Plane tamen Homerus quoque libro ultimo Iliados, eum affuisse, dicit. *Unigenamque simul cultricem in montibus Idae.*] reliquit, inquit, te quidem, o Phoebe, in caelo solum: *cultricem* vero *Idae*, id est, Dianam, *unigenam*, id est, quae uno eodemque partu tecum genita est, reliquit in montibus, ubi propter venationis studium assidue versari solet. Satis autem mirari non possum, quid adduxerit hominem eruditissimum, Petrum Victorium, ut hoc loco legat, *Unigenamque simul cultricem montis Itonis*; & Palladem exponat. Primum enim, causae

sae nihil confingi potest, cur Palladem eas nuptias aspernatam fuisse dicamus, ex quibus prognatum Achillem omni postea studio foverit. Deinde, ut Itonem urbem Minervae sacram fuisse antea docui, ita vellem indicari mihi, quo loco ejusdem nominis mons fuisse dicatur. Postremo, quod caput est, *sororem unigenam Phoebi*, Minervam accipere nullo modo possumus: sed Dianam tantum: quippe cum illa, ut omnes norunt, e Jovis cerebro enata sit, hanc Latona uno eodemque partu cum Apolline ediderit. itaque hoc loco Victorii, ceterarum rerum accuratissimi hominis, diligentiam, ut ingenue fatear, requiro. *Infirmo motu*,] propter senectutem: qua de causa, postea quoque dicit, *tremulum corpus*. *Purpurea ora*,] purpureo limbo. Parcas autem triformes, & Erinnyas necessitatis gubernatrices esse, ait apud Aeschylum Prometheus, Jovemque ipsum eis subjicit. *Laevi colum*.] nullus unquam pictor nentes mulieres tam scienter expinxit, quam Catullus his versibus. *Perfidiae quae post nulla arguet aetas*.] cum carmen illud, quod in his nuptiis Apollo cecinisse dicitur, postea Thetis perfidiae arguisse dicatur. *Currite ducentes*] Virgilius,

Talia fecla, fuis dixerunt, currite, fufis.

Expers terroris.] fortem significat: ἀφοβον γάρ τις ὁ ἀνδρεῖον, ait Aristoteles. *Qui persaepe vago*.] pedum celeritatem Homerus Achilli peculiariter tribuit. Theon quoque eum a Chirone ad eam rem studiose exerceri solitum scribit. *Flamea*,] flamae instar, qua nihil celerius est, rapida, & incitata. *Perjuri Pelopis vastator tertius heres*,] Agamemnon, Pelopis ex Atreo nepos. Tertium autem dixit, puto, quia duos heredes habuit Pelops, Atreum, & Thyesten. *Cum tremulo incanos*.] solvere capillum mulieres Trojanae in suorum funeribus solebant. Virgilius,

Et circum Iliades crinem de more solutae.

Incanos autem dixit, valde canos. Idem alibi, *Smyrnam incana diu saecula pervolvent*. Sic *infractum animum* dicimus. *Variabunt*,] lividis ictuum notis distinguent. *Unda Scamandri*.] tangit fabulam, quam enarrat Homerus

rus Iliados lib. XXI. huic autem loco similis est praedictio Neptuni apud Papinium:

Quem tu illic natum Sigaeo in pulvere, quanta
Aspicies victrix Phrygiarum funera matrum:
Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros
Undabit campos, modo crassa exire vetabit
Flumina, & Hectoreo tardabit funere currus.

Tepefaciet.] sic infra, *Omentum in flamma pingue liquefaciens. Percussae virginis,*] Polyxenae, quae ad Achillis cenotaphium caesa est. Vide Euripidem Hecuba, aut Senecam Troade. *Fors,*] deus. *Neptunia solvere vincla.*] muros a Neptuno extructos. *Felicia,*] τὰς ἐπὶ Τροίᾳ. *Praesentes nunc ante.*] quandiu homines pietatem coluerunt, dii cum ipsis familiariter crebro versari solebant: at ex quo, pietate neglecta, vitiis inquinata sunt omnia, videri se ab eis amplius noluerunt. *Annua dum festis.*] bene animadvertit Guarinus, hoc de ludis Olympicis intelligi non posse, quippe qui annui non fuerint. sed nimirum, cum Cretes apud se natum esse Jovem dicerent, credibile est, ejus natalem annuis ludis celebrare solitos esse. eoque respicere Catullum puto. *Saepe vagus liber*] ad hunc locum intelligendum, vide, quae disputantur a Macrobio, libro primo Saturnaliorum, quo loco Bacchum & Apollinem unum eundemque deum esse demonstrat. *Rhamnusia virgo,*] Nemesis. *Contingi lumine claro,*] aperta in luce videri.

AD ORTALUM.

Etsi me assiduo.] receperat Ortalo, se Callimachi elegiam de coma Berenices expressurum Latinis versibus, eique missurum. id igitur se, quamvis multis ex fraterna morte doloribus praepeditum, praestitisse dicit, ne rei sibi ab amico mandatae immemor videretur. *Mens animi.*] ita legendum est, non, ut alii inepte legunt, *Mens hominum.* Plautus Cistellaria, *Nullam mentem animi habeo: ubi sum, ibi non sum.* Idem Epidico, *pavor territat mentem animi.* Sic *ingenium animi* dixit poëta quidam vetus, quem citat Cornificius libro secundo ad Herennium, *Sin inverecundum animi ingenium possidet.* Sic & Virgilius,

lius, *amentem animi Didonem. Alloquar?*] recordatione mortis fraternae, tantum dolorem animo sentit, ut, ejus magnitudine, per aliquot versus abducatur a re proposita. *Daulias.*] fabula ex Ovidio nota est. *Ut missum.*] ne putes tua dicta ita ex meo animo effluxisse, ut malum e gremio virginis solet. *Sponsi,*] proci, ut apud Horatium, *Sponsi Penelopes. E gremio*] *nec mulieri, nec gremio credi oportere, proverbium est: quod & illa incerti & levis animi est; & plerunque in gremio posita, cum in oblivionem venerint exurgentium, decidunt.* Festus.

DE COMA BERENICES.

Omnia qui magni.] si Callimachi carmina, e quibus haec expressa sunt, ad nos pervenissent; neque in his intelligendis laboraremus, & ex duorum, sua utriusque lingua, optimorum poëtarum collatione, insignem quandam, plenamque utilitatis caperemus animo voluptatem. juvaret Graeca cum Latinis componere, inspicere non a singulis modo vocibus, sed in figuris etiam luminibusque orationis, in ipsa ratione numerorum, ac denique in tota structura poëmatis, quam apte & scienter Graeci poëtae, in hoc genere inter suos facile primi, vim ac leporem, Latinorum poëtarum sine controversia politissimus assecutus fuisset. Quam commoditatem quando sive fatum nobis, sive quo alio nomine appellari placet illud, quidquid est, quod in his rebus valet, eripuit; illudque praeterea accessit mali, ut his quoque, sicut ceteris, Catulli versibus valde magnam labem importarit vetustas: spero equidem, in his difficultatibus, quanto facilior lapsus est, tanto mihi, sicubi offendero, paratiorem apud bonos veniam fore. Hujus autem poëmatis hoc fere argumentum est. Ptolemaeus cognomento Euergetes Berenicen, sic Beronicen, (utroque enim modo nomen hoc scriptum reperio) Ptolemaei Philadelphi ex Arsinoe priore filiam, sororem suam, in matrimonio habuit. neque enim ea conjunctio inhonesta Aegyptiorum legibus habebatur. ea recens ducta, contigit, ut expeditionem adversus Assyrios susciperet. in quam cum proficisceretur, vovisse crinem suum Veneri Berenice dicitur, si sibi vir suus sospes, victorque rediret domum. cujus devotionis sua cum, re praeclare a Ptolemaeo gesta, convictam se judi-

cio

deorum immortalium videret, quo se religione exol-
ret, crinem rite in Veneris aede appendit. is cum po-
idie repertus non foret; magnoque, ob eam rem, rex
ginaque in moerore essent; Conon, mathematicus ea
mpestate excellens, persuasit ipsis, crinem deum numi-
sublatum in caelum, & in sidus conversum fuisse: id-
e Callimachus, qui principem illum, propter singulare
narum artium studium, numinis loco habebat, hoc poë-
te complexus est. Principium autem continet insignem
mmendationem Cononis, a praestanti caelestium rerum
entia. *Ut Triviam.*] Lunam. *Sub Latmia saxa,*]
deosculandum Endymionem, qui illic ab ipsa sopitus
e dicitur. *Idem me ille Conon.*] versus Graeci duo re-
riuntur apud Theonem commentariis in Aratum, quos
tuor versibus hoc loco Catullus expressit. nam cum
isset Aratus, ad Virginis sidus sparsas esse stellas ali-
t, quae nomine carerent, addit ille, quem modo no-
navi, interpres, εἰ δ' ἀλλαχόθι αὐτὰς λέγοι, Κόνων ἡ ὁ
ηματικὸς Πτολεμαίου χαριζόμενος Βερενίκης πλόκαμον ἐξ αὐ-
τοπτείσεσι. τοῦτο δὲ Καλλίμαχός φησιν,

Ἡ ἡ Κόνων μ' ἔβλεψε. τὸ πρὶν δ' ἐπὶ Βερενίκης
Βόστρυχον, ἐν κείνῃ πᾶσιν ἴσους θρίξι.

Dulcia nocturnae,] impressas collo, labrisque dentium
as, aliaque ejusmodi. *Est ne novis nuptis.*] expositu-
dolorem, quem Berenice ex viri abitu cepit, primum
errogat, vero ne, an falso lacrumentur puellae, cum
ducuntur ad viros: & num grave ipsis sit, sua virgini-
e spoliari. deinde respondet, fictum esse totum illud
rumarum genus: idque ex eo colligit, quod Berenice
gnam vim querelarum, marito discedente, profudit;
enim nocturnos illos conflictus odio haberent puellae,
quam tantopere doluisset Berenice, sibi, absente vi-
soli cubandum fore. Ac, quoniam id paulo lascivius
um videri poterat, addit aliam causam illius doloris,
atque doluisse illam, quod a viro, sed quod a fratre
simo sejungeretur. *An ne parentum.*] tale quiddam
t & in posteriore nuptiali carmine. *Fuerint.*] e ver-
juverint, posterius. *v*, detractum est: sicque, com-
ione vocalium, prima syllaba brevis effecta. *Disi-
n.*] separationem corporum hoc loco indicat. Cicero

pro domo sua, *Deflevi conjugis miserae discidium*, libe
rorum carissimorum solitudinem, *fratris absentis amanti*
simi, *atque optimi casum*. Idem in Antonium, *Ipse e*
iem amore ardens, *confirmabat*, *quod desiderium tui disc*
dii ferre non posset, *se in exilium esse iturum*. *Magn*
nimam] Hyginus libro secundo Astronomicon, *Hanc B*
ronicen, inquit, *nonnulli cum*. *Callimacho dixerun*
equos alere, *& ad Olympia mittere consuetam*. *Alii d*
cunt hoc amplius, *Ptolemaeum Beronices patrem*, mal
judine hostium perterritum, *fuga salutem petisse*: *filia*
autem, *saepe consuetam*, *insiliisse in equum*, *& reliqu*
exercitus copiam constituisse, *& complures hostium int*
fecisse, *reliquos in fugam conjecisse*: *pro quo etiam Ca*
limachus eam magnanimam dixit. *Anne bonum obliti*
farinus] illud videlicet, quod modo ex Hygino retul
mus. Subindicat autem, ex illo facinore, fratrem ipsu
amore esse correptum. *Quo non fortius ausit alis*.] qu
facinore nullum fortius, majoris ve animi, a quoquam
alio suscipi queat. *Alis* enim, ait Priscianus libro XII
antiquissimi pro alius protulerunt. *Atque ibi*] post ho
distichon, aliquot versus disiderantur, quibus, ut susp
cor, Berenices vota exequebatur poëta. *Queis ego pr*
factis,] id est, quae quoniam ita contigerunt, ut tu
diis popposceras; tuaque illa devotio convicta, & con
missa est. *Digna ferat*.] quod caput tuum si quis inp
ter adjurare ausus fuerit, meritas poenas violatae religi
nis luat. *Sed qui se ferro*] quo modo ego, quae mol
sum, & tenera, ferro resistere potuissem, cum mont
quoque ipsi ferro excindantur? *Ille quoque evers*
montem Atho significat, ab exercitu Xerxis excisu
Ceterum locus hic varie legitur, varieque exponitur:
nonnullis hoc modo,

Ille quoque eversus mons est, quem maxima natu
Progenies Phthiae clara supervehitur.

iique exponunt, maximam natu Phthiae progeniem, p
pulos ejus montis verticem incolentes, qui diutiss
vivunt, ob idque Macrobii vocentur. Athos enim mo
Thraciae, modo Macedoniae, modo Phthiae, id e
Thessaliae tribuitur. Alii legunt,

Digitized by Google

Ille quoque eversus mons est, quem maximum in oris
Progenies Phthiae clara supervehitur.

ponuntque claram progeniem, ipsum Xerxis exerci-
n. in verbo autem *supervehitur*, esse enallagen tem-
rum, ut sit praesens pro praeterito. Nec desunt, qui
ant — *maximum in orbe*. Omnino depravatus locus
, neque, nisi antea purgatus fuerit, satis commode,
a me, vel a quoquam alio explicari potest. *Cum*
di.] historia ex Herodoto, Plinio, Justino, Probo,
sque notissima est. *Quid facient crines.*] complexio
majori. *Juppiter ut Chalybon omne genus pereat.*] ver-
n hunc primus restituit Angelus Politianus, e scholiis
Apollonium, ubi locus hic e Callimacho citatur,

— Χαλύβων εἰς ἀπύλοιτο γένος.
Γαίθεν ἀντέλλοντος ἀκὴν φυτὸν ἄμμιν ἔρυσαν.

d Politianum tamen πάλιν pro γαίθεν legitur, sed me-
videndum quoque, num prior versus ita legi possit,

Ζεῦ πάτερ, εἰς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος.

lybes autem Scythiae populi sunt ad fluvium Ther-
dontem, dicti a Chalybe, Martis filio: qui ferrum,
ique usum primi invenerunt. hinc est, quod Scythi-
Aeschylus vocat ἄλσος σιδηροφόρον. Virgilius,

India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
At Chalybes nudi ferrum.

bjunctae.] depravatum esse locum hunc, nemo non
et. cum autem & veteres libri nihil opis afferant, &
jectura omnis periculosa sit; parce omnino hos ver-
& timide attingam. Extarent Graeca Callimachi
ia omnia & expedita essent. at hoc optare est. Quan-
igitur in tantis tenebris videre possum, hic sensus
Comae sorores, eae nempe quae in reginae capite
anserant, lugebant mea fata, quae paulo ante a suo
ortio abjuncta esse: cum ales equus Chloridos,
Zephyri uxor est, (de hoc autem equo nihil alibi
rire potui) obtulit se mihi, Arsinoae: (id nomen

urbis est, quam Ptolemaeus Philadelphus a se conditam, sororis nomine insignierat) idque, *Memnonis Aethiopis univena*, id est, Aurora, quae unum Memnonem ex Tithono genuit, *impellente aëra natantibus pennis*, (ita enim hoc postremum in veteribus nonnullis legitur) id est, exoriente. Haec attuli, quia, ut verum fatear, nihil aptius excogitare potui: non quod ipsi mihi magnopere satisfaciant. si quis vel ingenio, vel eruditione majore instructus, quod facillimum est, vel meliores libros nactus, veriora protulerit, gratulabor. Pegasum quidem, excusso Bellerophonte, Aurorae a Jove donatum, narrat interpres Homeri in VI. Iliados: si quid hoc forte ad rem facit. etenim in tam depravato loco, haud sane video, qua via insistere oporteat. *Zephyritis.*] Chloris. *Famulum*,] equum ipsum. *Grata Canopaeis.*] hic quoque versus Oedipum quempiam desiderat. Nam quod nonnulli de Venere hoc intelligunt, quae in Aegypto colatur, manifesto alienum est. *Scilicet.*] nimirum, ne unum tantum sidus esset in caelo, e puellae temporibus decerptum, nempe corona Ariadnes: sed ego quoque eum numerum augerem. *Uvidulam a fletu*] madentem lacrumis, quas, quod a regina divelleret, profuderat. *Ad templa deum.*] in caelum *In antiquis*,] inter antiqua sidera. *Diva.*] Venus. *Virginis*,] quam alii Erigonen, alii Astraeam esse dicunt. indicat autem locum, quo posita est coma, enumeratione vicinorum siderum. *Callisto juncta Lycaoniae.*] ad Ursam, in quam versa est Callisto Lycaonis filia. hoc autem sidus & plaustrum quoque, & septem triones vocant. Porro Proculus quoque ad finem Sphaerae, *comam* numerat inter signa ad septem triones vergentia. *Booten.*] qui & arcturus, & arctophylax dicitur. *tardum* autem vocat, quod sero admodum occidat *Sed quanquam.*] quanquam, inquit, ea honorem asfecuta sum, ut noctu quidem vestigia meorum caelo incedentium premant; interdiu autem, cum ceteris stellis, Tethyos gremio, id est, mari emergiar: tamen laetitiam ex his rebus tantam non capio, quantum dolorem ex eo, quod haerere amplius in domine capite non possum. *Pace tua.*] quia arrogantius videri poterat, quod dictura erat, se non tanti facere deorum consortium, ut non mallet adhuc in dominae capite haerere: iccirco prius Nemesin deprecatur. *Ne*

Digitized by Google

infestis.] non, si scirem fore, ut me, ob hoc dictum, ra indignata discerperent. *Evolvam.*] diaeresis. *Qui ego*] quae me, quandiu virgo fuit, multis unguen- um millibus perunxit. *Omnibus expers,*] intacta. *pers* autem cum sexto casu conjunxit, more veterum. utus,

o te more expertem factam adveniens offendi domum.

idem:

a res me domo expertem facit.

Nunc vos.] novas nuptas orat, ut ne ante conjugibus ant copiam sui, quam, in ipsius honorem, partem uenti aliquam libaverint. *Libare* autem hic valet gere; ut,

Dixit, & in mensa laticum libavit honorem.

Onyx,] vas unguentarium ex onyche gemma. *Sic is.*] sic magis ac magis in dies vobis cum viris vestris veniat; magisque assidue invicem ametis. *Tu vero ina.*] tandem ad reginam se convertit; suadetque, ut ociosis ac inanibus votis, sed largis muneribus ad- at Venerem, ut se e caelo rursum in caput, a quo isa fuerat, redire patiatur. *Festis luminibus,*] die- festis. *Venerem sanguinis expertem,*] Venerem Pa- m, cujus aram sanguine maculari nefas erat. itaque tantum ei, floribusque fiebat. Virgilius,

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
Laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
Ture calent arae, sertisque recentibus halant.

utinam coma regia fiam.] utinam, inquit, rursum re- n in caput reginae, fulgeatque Bootes sive Arcturos imus Erigonae, ut (*) priusquam ego in sidus conver- , interjicererque inter ipsum & Erigonen Postremus n versus, ut a nobis scriptus est, ita legitur in ve- us libris: etiamque ratio ipsa, ut ita legatur, neces- postulat. quo magis mirandum est, quid cogitarit ianus, cum hunc locum adhibita industria corrumpe- ret,

) Ut delendum videtur.

Digitized by Google

ret, collectis, si diis placet, multis locis, quibus planum faceret, a Graecis interdum *Oarionem* pro Orion dici: quasi id ageretur. itaque merito incidit in aculeos reprehensorum, praecipue Marulli, qui quodlibet vadimonium, ut dicitur, potius deseruisset, quam ullam cogitandi illius occasionem. ejus igitur illa sunt,

Oarionem pro Erigone citat Ecnomus. unde?
Non facit ad mores virgo, sed Oarion.

& hoc item alterum,

Quaeris, qua niteat docto coma parte Catullo?
Proximus Arcturo fulgor & Erigonae est
Virginis, & saevi contingens nunque Leonis
Lumina, Callisto juncta Lycaoniae,
Flectit in occasum, tardum dux ante Booten,
Qui vix sero alto mergitur Oceano.
Quae tu si relegens, ubi sit coma regia, quaeris,
Ecnome, aquam medio quaeris in Oceano.
Quamvis, quid relegas, vitiis miser, invidiaque
Obrutus? ingeniis candor inesse solet.
Ergo dum omnia conturbas, dum credere doctis
Negligis, & per te nil sapis ipse tamen,
Fecisti Oarionem ex Erigone, ex Arcturo
Hydrochoum. jam quod monstrum erit ipsa coma?

Hinc autem videri potest, illustres homines, quique magnum nomen habent in literis, quanto periculo peccent. effecit enim Politiani auctoritas, ut nullus jam, quod sciam, extet liber impressus, in quo non, rejecta vera lectione, nothus ille, & suppositicius versus legatur,

Proximus Hydrochoa fulgeat Oarion.

AD JANUAM IMPUDICAE CUJUSDAM MULIERIS.

O dulci jucunda viro.] dialogus est, quo ad secretas libidines nescio cujus mulieris detegendas, januae adium illius cum popularibus aliquot loquentem, easque ipsis indicantem facit. Tantum est. non enim pu

Digitized by Google

jus modi hiſtoriis cognoſcendis multum operae collo-
ndum. Stultum eſt, quae ita ſcripſit Catullus, ut ne
m quidem, niſi a paucis, quibus hae res cognitae es-
nt, voluerit intelligi, ea ſe quenquam hodie credere
onjectura aſſecuturum. pauca igitur quaedam curſim an-
otabimus: de hiſtoria quidem ipſa ſuum cuique judicium
linquemus. non enim eo haec legimus, ut ſciamus,
iae tandem illa fuerit, a qua haec tam pulchra edita
nt facinora; quis ve aut ſenex ille Balbus, aut invali-
is filius, aut officioſus pater, aut ceteri denique par-
cipes hujus tam honeſtae ſocietatis: quos, ne tum
uidem, cum viverent, cognoſcere, ulla laus erat: ſed
animadvertamus, ſi qua inſint, quae ad Romani ſer-
onis elegantiam facere videantur. hoc igitur agamus.
oſtquam eſt.] alii, *poſtquam es*. ego *januam maritam*
ci poſſe non arbitror. *Non, ita.*] janua loquitur.
odem autem modo Propertius libro primo, januam
uandam de dominae ſuae impudicitia querentem facit,
lec peccatum a me.] poſt hunc verſum pentameter deſi-
ratur. itaque concurrerunt emendatores, ut ad mul-
ram muſcae; &, quod quisque potuit, attulerunt. alius,

Verum iſtaec potius janitor ipſe facit. alius,
Verum iſtis me auctorem eſſe facit populus. alius,
Verum iſti populo di mala multa ferant.

uarinus ait, vidisſe ſe librum veterem, in quo eſſet,

Verum iſti populo janua quid reficit.

ex hoc nulla idonea ſententia exprimi poteſt. Ego,
ane ſpatium relinquere, quam inanes verſus ponere,
tius duxi. *Non ſatis eſt.*] viatores loquuntur. deinde
nua, *Qui poſſum? &c.* tum illi rurſum, *Nos volumus,*
c Sicula.] *ſica*, gladii genus eſt, ex quo ad imminu-
onem inflectitur *ſicula*. hic autem eam *ſicam* intelligit,
a natura munivit mares; quaeque una ſine periculo le-
s Corneliae geſtari poteſt, cum comparata non ſit inter-
iendorum hominum cauſſa. *Ne quaerendum aliunde*
ret] imprudentis patrisfamilias eſſet, rogare utendum
ris, id quod ipſi praeſto eſt domi. *Zonam ſolvere vir-*
neam.] puellae virginitatem adimere. Homerus Odys-
ε Δ.

Digitized by Google

Λῦσα δὲ παρθενίην ζώνην, πρῶτά σ' ὕπνος ἴκηται.

Theocritus,

Λῦσα δὲ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λίγες ὕπνον ἄγοιεν.

Musaeus,

Ὡς ἡ μὲν ζωστῆρ' εἶπεν, ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

unde & ἀμίτρους vocabant innuptas. Callimachus,

Πάσας εἰπίτας, πάσας ἴπ παῖδας ἀμίτρους.

quem in locum interpres, μίτρας, inquit, ἱζώστους, ἢ ἕλκος, ὅπερ ἔμελλον δυσπρόσοδον ἔσεσθαι. *Egregium narras.* rursum viatores loquuntur. *Minxerit in gremium.* sic Persius,

Patriciae immejat vulvae.

Urinam etiam *genitalem*, pro semine Plinius dicit.

Atqui.] januae verba sunt. *Solam consiliis.*] Manutius suspicatur legendum, *consciolis*: egoque assentior. *Ne tollat rubra supercilia.*] gestus minantium, isque, ut suspicari licet, ei, quo de hic agitur, familiaris.

AD MANLIUM.

Quod mihi fortuna.] pulcherrima omnino haec elegia est, atque haud scio, an ulla pulchrior in omni Latina lingua reperiri queat. nam & dictio purissima est: & mira quadam affectuum varietate permista oratio: & tot ubique aspersa verborum ac sententiarum lumina, ut ex hoc uno poëmate perspicere liceat, quantum Catullus ceteris in hoc genere omnibus praestare potuerit, si vim ingenii sui ad illud excolendum contulisset. primum enim, quod Manlius in duris atque acerbis rebus suis, ea, quae sibi solatio forent, ab ipso potissimum petere voluerit, gratam sibi esse affirmat illam amicitiae significationem. cum autem ille duorum generum munera peteret Musarum videlicet, & Veneris; ostendit, neutrum a se praestari posse; quod e fratris sui morte tantum doloris hauserit, ut earum rerum studia ipsi penitus ex animo excesserint. postremo, beneficia a Manlio apud se posi-

Digitized by Google

legantisſimis verſibus commemorat; eique fauſta felicia. ue omnia a diis immortalibus comprecatur. *Epiſtoli. m.*] ita Pacuvius *prologium*,

Quid eſt? nam me examinaſti prologio tuo.

A mortis limine reſtituam.] ſic Virgilius Culice. — *cum e Reſtitui ſuperis leti jam limine ab ipſo. Veſtis pura*] uae dabatur annum fere agentibus decimum ſextum. *Jucundum cum aetas.*] elegans juventutis deſcriptio. Eraoſthenem autem dixisſe tradunt, primam illam viriditatem aetatis, *ver vitae* eſſe; corroboratam aetatem, contitutamque, *aeſtatem*, & *autumnum*; quibus ſenectuem, quaſi *hiemem* quandam ſuccedere. *Quae dulcem.*] ic ſupra, *Sancte puer, curis* &c. Plato quoque Amorem λυπόπαιδον nominat. *Huc una e multis.*] e multis libroum capſis, unam tantum, eamque exiguam, mecum conehendam curare ſoleo, cum huc commigro. *Non posum reticere.*] vehementisſima amoris ſui expreſſio. cum nim vi doloris oppreſſus, poëtica ſtudia penitus abjeceit; negat tamen facere ſe poſſe, quin accepta a Manlio eneficia verſibus, ad perpetuandam ipſius gloriam, exequatur. *Saeclis obliviſcentibus*,] clarorum hominum res eſtas, niſi quibus Muſarum cantus acceſſerit, perpetua blivione ſepelientibus. Appoſite autem Muſas ad illuſtranlum Manlium invocat; quippe quarum proprium eſt, raeſtantium virorum famam ab injuria mortalitatis aſsere. Horatius,

Dignum laude virum Muſa vetat mori,

Tibullus,

Quem referent Muſae, vivet, dum robora tellus,
Dum caelum ſtellas, dum vehet amnis aquas.

Theocritus,

αἰεὶ τῶν Διὸς κοῦραι μέλοι, αἰὲν ἀοιδοῖς
ὑμνέων ἀθανάτας, ὑμνέων ἀγαθὰς πολίας ἀνδρῶν.

Duplex,] doloſa, verſuta. ſic Horatius,

Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei.

Amathuntia,] Venus. sic supra,

— *quaeque Amathunta, quaeque Golgos.*

Corruerit,] prostraverit. Annotandus autem est usus hic verbi, *corruo*, non admodum frequens eo tamen ad eundem modum usus est alicubi Lucretius. Lambinus meus, cujus ego doctrinam & judicium plurimi facio, hunc versum ita legit:

Scitis, & in quo me exercuerit genere.

aitque se vidisse veterem librum, in quo esset, *exhauruerit*: unde ipse eam, quam dixi, conjecturam facit. in meo quidem, qui scriptus est centum & eo amplius abhinc annos, omnibus literis aperte legitur, *corruerit*. *Trinacria rupes*,] Aetna. *Malia*,] a Maliaco, ut opinor, sinu. *Thermopylis.*] tractus montanus est, qui mediam Graeciam dividit, calidis balneis nobilis. *Qualis in aerii.*] lacrumas ex oculis suis profluentes rivo comparat: quem quidem rivum ita describit, ut eum oculis subjicere videatur. *Qui cum de prona.*] qui cum praeceps devolutus est per pronam vallem. Est autem tmesis in verbo, *devolutus*. *At velut.*] quale auxilium est ventus secundus, agitatis jam diu nautis, & de salute sua desperantibus; tale mihi Manlius fuit. *Is clausum.*] campum, quem latissimum habebat, mihi patefecit, secumque communem esse voluit. *Arguta*,] brevi. Hanc autem, quam sibi a Manlio datam fuisse dicit, Lesbiam esse non arbitror, sed aliam quampiam: idque praecipue ex fine hujus elegiae colligo. *Protesilaeam.*] Laodamiae comparat puellam illam, cujus sibi usum concesserat Manlius: simulque more suo digreditur ad Laodamiae fabulam explicandam. ea uxor Protesilai fuit, quae cum maritum suum primum ex omnibus Graecis in bello Trojano ab Hectore interfectum esse audisset, nimio illius desiderio contabuit. Sunt, qui dicant, viri umbram ei se in somnis obtulisse, inque illius complexibus ipsam emortuam. Alii, obtinuisse Protesilaum, ut ex inferis, ad visendam uxorem, reverteretur: cumque eam reperisset adjacentem imagunculae, qua viri mortui vultum exprimendum curaverat, petiisse, ut ne sibi amplius spe-

Digitized by Google

perſtes eſſe vellet: tum ipſam, acta per pectus haſta, ſibi mortem attuliſſe. Quod autem tam brevi tempore, marito ſuo frui, ipſi licuerit, Catullus deorum iram in cauſſa fuiſſe dicit, quibus ante nuptias ſacra rite perpetrata non forent. *Acerba cinis.*] ſic Calvus,

Cum jam fulva cinis fuerit. Idem,
Forſitan hoc etiam gaudeat ipſa cinis.

Quae nempe.] rurſum, recordatione fraternae mortis, a re propoſita abducitur. *Focos.*] in aliis, *deos. Tanto te abſorbens.*] epiphonema eſt, quo confirmat id, quod antea dixerat, conjugium videlicet illud Laodamiae vita, atque anima dulcius fuiſſe. Quaerens autem occaſionem admiſcendi varias fabulas, iisque eruditionis quaſi ſpargendis feminibus exornandi opus ſuum, ait, amorem Laodamiae profundiorem fuiſſe palude quadam, quae erat in Theſſalia, ſed poſtea ſiccata eſt, Herculis opera: ſumptaque occaſione, ad Herculis res geſtas modice attingendas digreditur. *Barathrum.*] hic ſimpliciter pro voragine ponitur. erat autem proprie locus Athenis, in quem ſcelerati dejiciebantur, ut apud Lacedaemonios in Ceadan. *Quale ferunt Grajî.*] Hercules, cum ad Stymphalias aves interficiendas, juſſu Euryſthei proficiſcens, in Theſſaliam veniſſet, paludem quandam, quae ex collectis Penei aquis efficiebatur, ſiccavit, cum, ſeparatis Oſſa & Olympo montibus, qui ante contigui erant, exitum fluvio dediſſet in mare: ſicque ejus regionis hominibus campi ad Peneum pinguiſſimi & feracisſimi copiam effecit. narrat Diodorus libri v. tangit etiam Lucanus libro vi. *Siccari.*] tanta enim vis aquarum fuerat, ut nondum penitus ad ſiccitatem perductum ſit ſolum, ſed quotidie paulatim ſiccetur. *Emulſa palude,*] exhauſtis aquis. *Montis medullis,*] interioribus partibus. eadem figura, *terrae viſcera* dixit Ovidius. *Falſiparens,*] qui falſo habebatur Amphitryonis filius, cum re vera Jovis fatu editus foret. *Stymphalia monſtra.*] proditum eſt, *Stymphalidas* in Arcadia aves fuiſſe, quae humana carne veſcerentur, quas ſagittis Hercules confecerit. Piſander autem Camireus, non interfectas quidem eas ab Hercule, ſed crotalorum ſonitu fugatas tradit. Sane ea pars Arabiae, quae deſerta eſt, tum feras alias educit, tum aves, quae Stymphalides

Digitized by Google

des nominantur, nihilo erga homines pardis & leonibus mitiores. eae, si quis capere ipsas conetur, involantes, rostrisque tundentes insidiantium corpora, facile eos interficiunt. tanta quippe sunt duritie rostri, ut, quaecunque tegendo corpori ferrea, aerea ve adhibentur, ea facile perfodiant. at, si quis dentis, crasisque arborum corticibus corpus munierit, haud aliter Stymphalidum rostra ab ejusmodi veste retinentur, quam a visco alae avicularum solent. Eae corporis magnitudine gruibus, figura ac specie ibidibus comparari queunt: nisi quod firmiora rostra, neque, ut ibes, adunca habent. Haec, aliaque de his ipsis avibus nonnulla Pausanias in Arcadicis, nonnulla etiam Strabo libro octavo, & Diodorus libro quinto. *Stymphalia*] *Stymphalus* oppidum Arcadiae est. Homerus,

Στύμφηλόν τ' ἔχον, ἠδὲ Παρρασίην ἐρίμυδα.

Imperio deterioris heri.] Euryslhei. Quo modo autem Juno, decepto Jove, illud assecuta fuerit, ut fatali necessitate Hercules Euryslheo parere cogeretur, elegantissime narrat Agamemnon apud Homerum Iliados libro XIX. *Pluribus ut caeli.*] ut Hercules, Euryslhei jussa executus, juxta Apollinis, & Minervae oracula, deorum numerum augeret. *Hebe nec longa.*] *Hebe*, juventutis dea, Junonis filia, diis prandentibus ex aequo omnibus ministrabat: cum Ganymedes Jovis tantum minister esset. ea Herculi, in deos relato, nupsisse dicitur. *Sed tuus altus amor.*] rursum ad Laodamiam rediens, ait, amorem ipsius erga virum palude illa altiorem fuisse. *Quod divum dominum*,] alii, *Qui te non domitum:* alii, *Qui divum domitum.* ego (neque enim dissimulare sustineo) nullum idoneum sensum ex hoc versu elicere possum. *Nam neque tam carum.*] hoc significat, nusquam esse tantum amoris ardorem, quantum in ingeniis muliebribus: ceteras tamen omnes mulieres a Laodamia fuisse hac in parte superatas. Ornatus autem, & majoris expressionis gratia, ait, amorem tantum non esse, quo avus nepotem sibi ex unica filia, in extrema jam senectute susceptum diligit; neque eum, quo columbae mares suos prosequuntur, aut si qua alia avis est, quae etiam impotentius amare dicatur, quantus est amor mulierum in viros suos.

ubi

Digitized by Google

ubi eos vere & ex animo amant. *Seri*,] πλουσίου. tales autem longe carissimi esse consueverunt. *Qui cum divitiis.*] qui vix tandem in lucem editus, ubi primum heres ab avo suo scriptus est, efficit, ut gentilis, qui sperabat, hereditatem ad se devolutum iri, ob idque impium gaudium ex imminenti senis morte capiebat, eique, tanquam vulturius aliquis, imminebat, gaudere desinat, inani se expectatione delusum videns. *Testatas*,] a testibus obsignatas. *Tabulas.*] eo nomine intelligebant testamentum in quacunque materia scriptum. *Gentilis.*] *gentiles* qui dicantur, recte explicat Cicero in topicis. Errat autem hoc loco Guarinus, qui *gentilem*, affinem interpretatur. *Suscitat*,] depellit. *Vulturium*] *Vulturios*, aut *corvos*, per jocum, hereditatum captatores vocabant. *A cano capite*,] avi sui. *Multivola.*] videtur hoc loco idem valere, quod, impotens in amore, sive immoderate amans: quod tamen mihi quoque duriusculum videtur. *Sed tu*] Laodamiam alloquitur. *Aut nihil.*] nunc, omissa Laodamia, ei puellam illam, de qua superius egerat, confert. *Stultorum more.*] stultum enim est, conari ad muliebrem libidinem coërcendam. Propertius,

Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaque mortali deligere astra manu,
Quam facere, ut nostrae nolint peccare puellae.

Saepe etiam Juno.] si Juno, quae dearum maxima est, creberrima tamen mariti adulteria perferre cogitur: multo magis ego, qui homo sum, debeo puellae meae peccata aequo animo ferre; cum illa praesertim & raro peccet, & non mecum, sed cum alio nupta sit. *Omnipoli*,] omnium formosarum mulierum amore flagrantis. *Atqui nec divis.*] in quibusdam libris, post hunc versum desideratur pentameter: in aliis scribitur ad hunc modum,

Ingratum tremuli tolle parentis onus.

unem versum alii varie exponunt: ego nullam huic loco idoneam sententiam ex eo posse exprimi puto *Quare illud satis est.*] videtur hoc dicere; satis sibi esse, si hoc a puella praeter ceteros habeat, ut ipsa eos sibi dies candido lapillo signandos putet, quibus cum ipso deli-

delicias facere posſit. *Hoc tibi.*] tandem redit ad Mallium; eumque, carmen concludens, optimis ominibus prosequitur. *Et qui principio.*] hic quoque versus varie legitur: neque ego quidem illius sententiam satis assequi possum. *Lux mea.*] Lesbiam, opinor, intelligit: quam ab illa altera diversam esse, ex eo colligo, quod paulo ante eam, de qua tam multa in hoc poëmate dixerat, *dominam* nominavit.

IN RUFUM.

Noli admirari.] tetrum illum, virulentumque odorem, qui ex alis, pro temperaturae nimirum victusque ratione, ab aliis gravior, ab aliis minus gravis afflatur, & Graeci scriptores τράγον, & Latini *caprum*, *caprem*, *hircum*, ab ejus videlicet animalis graveolentia, vocant. Rufum igitur quempiam, hominem ista odoris foeditate praeter ceteros insignem, exagitat poëta; aitque, mirum non esse, si eum puellae omnes aspernentur ac refugiant, neque ullis muneribus perduci queant ad faciendam ei copiam sui: quippe gestari ab eo trucem quandam bestiam sub alis, quam horreant illae, ita ut cubare cum ea omnino non possint. Possit autem aliquis suspicari, haec scripta esse in M. Coelium. ei enim Rufo cognomen fuit. &, cum ambo amarent Clodiam, fieri potest, ut e rivalitate ad inimicitias venerint. nam infra, ab hoc ipso Rufo ereptam sibi Lesbiam, queritur. *Labefactet.*] impellere, & quasi de pudicitiae gradu dejicere moliaris. *Pelluciduli lapidis*,] unionis. *Mala fabula.*] *fabulam* vocabant quidquid esset in ore populi, sive verum id, sive fictum foret. *Mala valde est bestia.*] Plautus Bacchidibus,

Magis illectum tuum, quam lectum, metuo: mala est bestia. Idem Poenulo,

Tenesis me arcte, mea voluptas: male ego metuo milvios:
Mala illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.

Interfice.] facete: quasi de animali sermo esset. Nonius tamen admonet, *interficere*, & *occidere*, veteres etiam ad inanima transtulisse. Cicero Oeconomico, *Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere, & interfici, neque terram ab sole percoqui.* Virgilius,

Fr

Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſes.

Lucillius,

Durum, molle vocas, fragmenta interfici' panis.

DE INCONSTANTIA FEMINEI AMORIS.

Nulli ſe dicit.] ſignificat, muliebribus in amore blanditiis nullam eſſe adhibendam fidem. Tibullus,

Etſi perque ſuos fallax juravit ocellos,
Junonemque ſuam, perque ſuam Venerem,
Nulla fides inerit.

Circumfertur & ſenarius Graecus; qui ait, mulieri credendum non eſſe, ne mortuae quidem. Venereis autem praecipue aſſeverationibus nullum ineſſe pondus, tam ſaepe dicunt poëtae, ut me locos conferre cogitantem ipſa multitudo deterreat. *Petat.*] proprie admodum: nam & proci a *procando*, id eſt, a *petendo* dicuntur. Ovidius,

Multi illam petiere: illa averſata petentes. Virgilius,
Multi illam magno e Latio, totaque petebant
Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, &c.

Dicit, ſed mulier.] videtur imitatus diſtichon Callimachi, quod in omnibus impreſſis libris corrupte legitur: debet autem ita legi:

Ὄμμασι· μὴ λίγεται ἀλλ' ἄλλα, τὰ δ' ὦτα
Ὄφρυσι· μὴ δοίην ἔπος ἐς ἀθυρόστομον.

In vento, & rapida aqua.] lepide duas res elegit, quae perpetuo fluant, eamque naturam habeant, ut in eis imprimi nihil poſſit.

AD VIRRONEM.

Si cui, Virro.] Virronem alloquens, in rivalem ipſius, quem Rufum fuiſſe veriſimile eſt, falſe jocatur. *Sacer*,] execrandus, refugiendus, horribilis. *Aemulus*,] rivalis: nam

nam & rivalitatem ipſam, *aemulationem* vocant. *Exercet.*] ſubagitat. *Amorem*,] puellam ipſam. *Mirifice eſt actu.*] lego, *Mirifico eſt aſtu*, & εἰρωνικῶς dictum accipio. *Ulciſcitur.*] quaſi quodam ſupplicio afficit. de hujus verbi proprietate vide Aſconium. *Ambos*,] ſe, & illam.

AD LESBIAM.

Dicebas quondam.] in hoc epigrammate nullas fere meas partes eſſe arbitror, niſi ut, quid inter *amare*, & *bene velle* interſit, aperiam. hoc enim patefacto, cetera perſpicua erunt. *Amandi* igitur verbum latius patet: neque enim, ſi quis amet, continuo illud ſequitur, ut etiam bene velit: cum tamen *bene velle*, niſi qui amet, non queat. ita ſaepe propter eam, quae ex corporum commiſtione efficitur, voluptatem, intemperans aliquis meretricem amare poteſt; cui tamen bene, an male ſit, non laboret. & vero cum beſtias, tum etiam res inanimas, ut cibum, potumque, ut ſigna tabulasque egregii operis, *amare*, ait Ariſtoteles, dicimur: quibus tamen nemo ſanus *bene velle* nos dixerit. ait igitur Catullus, fuiſſe aliquod tempus, cum ipſe non tantum amaret Lesbiam, ut vulgus amicam ſolet, voluptatis videlicet ſuae cauſa, verum etiam ut patres liberos, generos ve amant; qui non delectatione aliqua, aut emolumento ſuo, amorem in eos dirigunt; immo vero totam illam, qua eos comprehendunt, benevolentiam, ipſorum commodis atque opportunitatibus metiuntur. tum nempe, cum ipſius blanditiis inductus in fraudem, ſe quoque vicisſim amari ab ea crederet: ex quo autem levem fallacemque cognoverit, amare quidem nihilo minus, aliquanto etiam magis, ſed tamen depoſuiſſe ex animo veterem illam paternam benevolentiam, qua eam complecti ſolebat. *Cogi amare magis.*] qui enim ſemel amoris laqueis capti, irretitique ſunt, ii, ſi puellae ſuae alium quoque aliquem placere ſentiant, eo acrius incenduntur. itaque meretricum mos eſt, iis, quos retinere in amore cupiunt, rivalem aliquem apponere. Ovidius,

Dum cadat in laqueos, captus quoque nuper amator
Se ſolum thalamos ſperet habere tuos.

Pe-

Poſtmodo rivalem, partitaque foedera lecti
Senti: has artes tolle, ſeneſcit amor.

ic arte uſam fuiſſe Lesbiam, hoc loco apertiſſime in-
eatur. contraque Propertius, non malus ipſe quoque
rum rerum magiſter, ſuadet juvenibus, ad domandam
uellarum ſuperbiam, duas ſimul amare.

Aſpice, uti caelo modo ſol, modo luna miniſtret.
Sic etiam nobis una puella parum eſt.
Altera me cupidis teneat, foveatque lacertis:
Altera, ſi quando eſt, non ſinat eſſe locum:
Aut, ſi forte irata meo ſit facta miniſtro,
Ut ſciat eſſe aliam, quae velit eſſe mea.
Nam melius duo defendunt retinacula navem:
Tutius & geminos anxia mater alit.

d & Ovidium idem praecipere memini.

IN INGRATUM.

Deſine.] in Alphenum, ut ſupra admonui, factum eſſe
rmen hoc ſuſpicor. continet autem commanem quere-
n de perfidia ingratoque animo eorum, qui ſe amicos
ſe ſimulant. quod ipſum indicare volens Socrates, ſae-
numero dicere ſolebat, ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. ſed, ut
s ipſa nimium uſitata eſt, ita de ea tam frequentes ſunt
ſapientum hominum ſcriptis querelae, ut in eis recen-
ndis ocio abuti pigeat.

IN GELLIUM.

Gellius audierat.] recte & vere admonet Parthenius,
nc eſſe *Gellium* illum, quem M. Tullius in extrema
atione pro Sextio probris omnibus lacerat, quemque
Vatiniana *ſeditioſorum omnium nutriculam* vocat. *Pa-
ium.*] qua ratione quisque ad ſua vitia connivet, eadem
, ut parentes fillorum vitia pervidere non poſſint. ut
im vere tradit Ariſtoteles, ſunt filii, quaedam veluti
rtes eorum, a quibus ſunt procreati. at patrui, qui &
trum filios, pene tanquam ex ſe genitos, amant, &
men iſto vitioſo affectu carent, peccata eorum ſeverius

Digitized by Google

plerunque castigant. hinc est, quod ait Catullus, *patruum objurgare solere*, &c. Persius,

Cum sapimus patruos. Horatius,
— *ne sis mihi patruus, oro.* Idem,
— *metuentes patruae verbera linguae.*

Cicero pro Coelio, *& qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suavitate humanitatis, qua prope jam delectant homines, versari perjucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. Si quis illicias diceret, aut faceret.*] si quis aut lasciva uteretur oratione, aut vitam ipsam nequiter institueret. *Delicias facere*, interdum est irridere. Plautus Menaechmis,

— *eia, delicias facis,*
Mi Menaechme: quin amabo is intro?

hic autem est indulgere libidini: quod aliter veteres, *aliquam facere*, dicebant. Plautus Poenulo,

Amare velle se, atque obsequi animo suo,
Locum sibi velle liberum praeberier,
Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.

Perdepsuit,] cum eam prius adulterio contaminasset, postea neglexit, rejecitque a se, & libidinem suam in ipsum patruum, ejus maritum, contulit. *Patruum reddidit Harpocratem,*] patruo silentium imposuit. *Harpocrates*, deus Aegyptiorum, qui & silentio praeerat, & silentio colebatur. vide Politiani Miscellanea. *Verum non faciet.*] subest obscenitas. obturatur enim os τῷ γλωσσοκομείῳ, ut, velint nolint, tacere cogantur. simile est illud Martialis,

Si te prendero, Gargili, tacebis.

IN LESBIAM.

Huc est.] qui intellexerit, quae dicta sunt in epigrammate, *Dicebas quondam*, nihil hic magnopere desiderabit.

Digitized by Google

AD SE IPSUM.

Si qua recordanti.] ingratum Lesbiae animum videns, se ipsum solatur conscientia integritatis suae, deinde hortatur se ad amorem illius projiciendum ex animo. quod quoniam ope humana vix videtur fieri posse; deorum postremo, ad eam rem efficiendam, auxilium implorat. *Quin te animo affirmas.*] in aliis, *obfirmas*. *Astringisque*,] qui tam diu dissolute vixeris. *Reducisque*,] qui tam diu a recte vivendi via aberraveris. *Diis invitis*,] an, desinis, diis invitis: an, esse diis invitis miser? *Una salus*,] una ex his malis emergendi via. Tale est illud, *Una salus victis*, &c. *Sive id non pote, sive pote*,] εἴτε δυνατὸν, εἴτ' ἀδυνάτον ἐστι. *Pote* enim valet δυνατὸν, *non pote*, ἀδύνατον. sicut autem & δυνατὸν est id, quod fieri potest; & δυνατός τι ποιεῖν, is, qui efficere aliquid potest: ita hoc nomen a Latinis utroque modo usurpatum reperias. id quoque animadvertendum est, & *potis*, & *pote* in quolibet genere dici: ea omnia exemplis plana fient. *potis*, communi genere. Lucretius,

Quis potis est dignum palanti pectore carmen
Condere, &c. Ennius,
Quis potis ingentis oras evolvere belli?

potis, in neutro. Catullus supra,

Qui potis est? inquis.

ibi enim illud valet, πῶς ἂν τοῦτο δυνατὸν εἴη; Lucretius,

Nec potis est cerni, quod casum lumine fertur.

pote, in communi. Catullus,

Quantum qui pote plurimum perire. Propertius,
Qua pote quisque, in ea conterat arte diem.

pote, in neutro. Cicero, *hospes, non pote minoris*. Dicitur &, *potes*, numero multitudinis. Plautus Poenulo, *Apagesis, negoci in muliere quantum una est. si vero duae, Sat scio, maximo uni populo, quoi lubet, plus satis dare Potes sunt. Potis* etiam de pluribus loquentes dicebant, nisi vitiata scriptura est. Ennius,

Spero, si speres quidquam prodesse potis sunt.

Si vestrum est misereri,] hoc enim & Epicurei, & multo Epicureis doctiores Peripatetici negabant. Stoici autem ne in sapientem quidem hominem ista cadere dicebant, nedum in deum. *Pestem perniciemque.*] πεστις παρὰ τὸ πιπτειν, a quo fonte etiam est antiqua vox, *pessum*: *perniciem* vero a *pernecando* dictam puto. itaque *pestem* vocabant, quidquid rem aliquam sive animatam, sive inanimam pessundaret, quasique prosterneret. Sallustius, *Et, si pestis certa adesset, mansurum potius*, &c. Cicero, XIII. Philipp. *Nimirum recte veneficum appellas, a quo tibi praesentem pestem vides comparatam.* Virgilius,

— lentusque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis.

& paulo infra,

— servatae a peste carinae.

ubi *pestem* vocat flamam, quae naves depopularetur. Idem lib. IX.

In partem, quae peste caret.

cum de turri loquatur.

AD RUFUM.

Rufe mihi frustra.] amicam, ut suspicari licet, sibi ab hircoso illo Rufo ereptam conqueritur. *Credite amice.*] ita reposuimus ex veteribus libris, cum in aliis male, ut puto, legeretur, *cognite amice*. etenim quae *cognoscimus*, semper vera sunt: quae *credimus*, plerumque falsa. usitatam tamen lectionem video aliquo modo posse defendi. *Frustra?*] ἀπροφάσιστως. nam ea demum proprie *frustra esse* dicuntur, quae neque commodum, neque detrimentum afferunt. *Magno cum pretio*] μεγάλῳ τιμῇ. Cicero: *Non sine magna mercede.* Callimachus,

Οὐκ ἐπ' ἀθανάτοις, ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἀλεῖται,
Δῶρα φέρῃ, μισθῷ τῶν ἰδίων μεγάλῳ.

Digitized by Google

DE GALLO.

Gallus habet fratres.] Gallum quendam, ut nefaria. ım inter ſuos libidinum quaſi ϖαίγνιον, & adminiſtrum, otat. *Gallus homo eſt bellus.*] *belli homines* non- unquam dicuntur, qui aliis libenter obſequuntur: , *belle dicere*, qui, quae alii velint, loqui ſtudent. icero, *omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi ncedit: fatetur ſe non belle dicere, non ad voluntatem qui poſſe*. pulchreque Martialis,

Bellus homo, atque idem magnus vis Cotta videri.
Sed qui bellus homo eſt, Cotta puſillus homo eſt.

lane enim puſilli & abjecti hominis eſt, ad aliorum quaſi utus ſe accommodare. denique *belli homines* ſunt, quos riſtoteles III. de moribus ἐρίπνους vocat. *Cum puero ut llo.*] filio unius fratris. *Bella puella*,] uxor alterius atris. *Gallus homo eſt ſtultus*,] qui non cogitet, idem oi quoque fieri poſſe. *Monſtret.*] doceat, ſuadeat. Virgilius,

Ergo etſi conferre manum pudor, iraque monſtrat.

Idem,

Monſtrat amor verus patriae.

Patrui adulterium.] nove, pro adulterio quod puer fa- ret cum patrui uxore. *Quod pure impura*, &c.] id t, quod tu quoque, ſpurci homo impurique oris, pu- m puellam diſſuaviatus es.

IN LESBIUM.

Lesbius.] cum Lesbia Clodia ſit, ut alio loco dixi- us, Lesbium quoque P. Clodium, fratrem ipſius, eſſe bitror, a quo & hanc & ceteras ſorores conſtupratas iſſe notum eſt. id magis ut ſuſpicer, facit additum *pul- ri* nomen: hoc enim cognomine fuiſſe Clodium omnes iunt: ut poëta in ambiguitate vocis jocari voluiſſe vide- ur. ita enim & Cicero jocans eum *pulchellum puerum* ocat. re vera autem pulchrum fuiſſe tradit Plutarchus. *ed tamen hic pulcher.*] non recuſo, inquit, quo minus

Spero, ſi ſperes quidquam prodeſſe potis ſunt.

Si veſtrum eſt miſereri,] hoc enim & Epicurei, & multo Epicureis doctiores Peripatetici negabant. Stoici autem ne in ſapientem quidem hominem iſta cadere dicebant, nedum in deum. *Peſtem perniciemque.*] *peſtem* παρὰ τὸ πεσεῖν, a quo fonte etiam eſt antiqua vox, *peſſum*: *perniciem* vero a *pernecando* dictam puto. itaque *peſtem* vocabant, quidquid rem aliquam ſive animatam, ſive inanimam peſſundaret, quaſique proſterneret. Salluſtius, *Et, ſi peſtis certa adeſſet, manſurum potius*, &c. Cicero, XIII. Philipp. *Nimirum recte veneficum appellas, a quo tibi praeſentem peſtem vides comparatam.* Virgilius,

— lentusque carinas
Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis.

& paulo infra,

— ſervatae a peſte carinae.

ubi *peſtem* vocat flamam, quae naves depopularetur. Idem lib. IX.

In partem, quae peſte caret.

cum de turri loquatur.

AD RUFUM.

Rufe mihi fruſtra.] amicam, ut ſuſpicari licet, ſibi ab hircoſo illo Rufo ereptam conqueritur. *Credite amice.*] ita repoſuimus ex veteribus libris, cum in aliis male, ut puto, legeretur, *cognite amice*. etenim quae *cognoſcimus*, ſemper vera ſunt: quae *credimus*, plerunque falſa. uſitatam tamen lectionem video aliquo modo poſſe defendi. *Fruſtra?*] ἀναπόδοτως. nam ea demum proprie *fruſtra eſſe* dicuntur, quae neque commodum, neque detrimentum afferunt. *Magno cum pretio*] μεγάλῃ τιμῇ. Cicero: *Non ſine magna mercede.* Callimachus,

Οὐ τὸ πάρ' ἀθανάτων, ὅτῳ μὴ θεὸς αὐτὸς ἵληϖ,
Αἰτήσῃ, μεθ' ὧν τῶνδ' ἰδὲν μεγάλῳ.

Digitized by Google

DE GALLO.

Gallus habet fratres.] Gallum quendam, ut nefaria. rum inter ſuos libidinum quaſi ἀφροδισιάζειν, & adminiſtrum, notat. *Gallus homo eſt bellus.*] *belli homines* nonnunquam dicuntur, qui aliis libenter obſequuntur: &, *belle dicere*, qui, quae alii velint, loqui ſtudent. Cicero, *omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit: fatetur ſe non belle dicere, non ad voluntatem loqui poſſe.* pulchreque Martialis,

Bellus homo, atque idem magnus vis Cotta videri.
Sed qui bellus homo eſt, Cotta puſillus homo eſt.

Plane enim puſilli & abjecti hominis eſt, ad aliorum quaſi nutus ſe accommodare. denique *belli homines* ſunt, quos Ariſtoteles III. de moribus ἀρίστους vocat. *Cum puero ut bello.*] filio unius fratris. *Bella puella,*] uxor alterius fratris. *Gallus homo eſt ſtultus,*] qui non cogitet, idem ibi quoque fieri poſſe. *Monſtret.*] doceat, ſuadeat. Virgilius,

Ergo etſi conferre manum pudor, iraque monſtrat.

Idem,

Monſtrat amor verus patriae.

Patrui adulterium.] nove, pro adulterio quod puer faceret cum patrui uxore. *Quod pure impura,* &c.] id eſt, quod tu quoque, ſpurci homo impurique oris, puellam puellam diſſuaviatus es.

IN LESBIUM.

Lesbius.] cum Lesbia Clodia ſit, ut alio loco dixius, Lesbium quoque P. Clodium, fratrem ipſius, eſſe arbitror, a quo & hanc & ceteras ſorores conſtupratas uiſſe notum eſt. id magis ut ſuſpicer, facit additum *pulchri* nomen: hoc enim cognomine fuiſſe Clodium omnes iunt: ut poëta in ambiguitate vocis jocari voluiſſe videtur. ita enim & Cicero jocans eum *pulchellum puerum* ocat. re vera autem pulchrum fuiſſe tradit Plutarchus. *ed tamen hic pulcher.*] non recuſo, inquit, quo minus

pulcher hic me cum tota mea gente, pro suo arbitrio, vendat, si tres amatores reperire potuerit, qui ipsum vel osculari velint. Innuere videtur, eum quoque fuisse τῶν γλωσσολιψωνίων: ut omnes eum, quamlibet pulchrum, tamen propter eam turpitudinem osculari refugerent. Videtur autem respicere ad veterem consuetudinem, qua interdum ob certa delicta totae familiae publice vendebantur.

AD GELLIUM.

Quid dicam.] eandem notam inurit Gellio, sed foedius, & apertius. *Clamant.*] indicant. *Virronis.*] in aliis, *unctoris*. in nonnullis etiam, *victoris*, sed inepte, ut puto. *Tenta.*] *tendere* in obscenis est, unde & *tentigo*. Martialis,

Ulcus habet, Priami quod tendere possit alutam.

Appul. libro 1. *Arcum & ipse meum tetendi*. unde & deorum vehiculum, *tensam*, non *tentam*, nominarunt; ne turpe verbum sonaret in sacris. auctor Diomedes. hoc eo cupidius adscripsi, quia vulgo, male, ut opinor, scribitur *thensa*. Servius tamen in primum Aeneidos, *thensam* ut scribamus, praecipit, sed, quantum mea quidem opinio fert, inepte. *Medii.*] Μέσα Siculi & Tarentini αἰδοῖα, a situ videlicet, vocant. inde in obscenis versibus tam frequens hujus vocis usus est. Martialis, *Laudebat medios improba lingua viros*. *Sero.*] genitale semen intelligit.

AD JUVENTIUM.

Nemo ne.] vide, quae diximus in explicatione epigrammatis,

O qui flosculus es Juventiorum.

Pisauri.] oppidum est in Umbria. *Inaurata pallidior statua.*] aurum suapte natura pallidum est: cujus rei cum sam rogatum Diogenem, respondisse ferunt, non ingria pallere, cum tam multos habeat insidiantes sibi. Catullus supra,

Quae

Quanto saepe magis fulgore expalluit auri.

Cordi est.] sic infra,

Parva mei mihi sunt cordi monumenta sodalis.

Cordi est, honeste dictum, animo sedet. Lucillius libro XVI.

Et quod tibi magnopere cordi est, mi vehementer displicet. Idem, Si tibi porro iccirco ishuec res cordi est, quod rere utilem. Nonius.

AD QUINTIUM.

Quinti.] Quintium rogat, ne sibi aut amicam, aut certe tale aliquid praeripiat. *Seu quid carius est oculis,*] id est, ac carius etiam eo, si quid est oculis carius.

IN LESBIAE MARITUM.

Lesbia] falluntur saepe homines in judicandis rebus, ignoratione causarum: dum quod ex causa quapiam effectum est, id, vel inscientia, vel affectu aliquo occaecati, ad aliam referendum putant. neque enim sua quaedam, certaque rebus omnibus definita causa est: immo vero & una eademque causa variarum saepeque pugnantium rerum efficientiam in se cohibet: & eadem res ex variis, etiamque a se invicem dissidentibus causis effici potest. In hoc genere fallebatur Lesbiae maritus; qui cum ipsam multa de Catullo, irato animo dicere videret, totus gestiebat gaudio, ratus ex his maledictis suam sibi postea Lesbiam totam fore, neque amplius Catullo laturam delicias, quem jam ita vehementer exosum haberet At Catullus longe aliter ratiocinatur. Si Lesbia, inquit, serio deposuisset amorem mei, tum me ne nominaret quidem: nunc cum mihi tam saepe male dicat, hoc ipso indicat, ita uri se, ut tacere non possit. Quod autem hic de Lesbia dicitur, id κατ' ἐξοχὴν de toto talium mulierum genere affirmari potest. *Mule,*] fatue. Sunt, qui *Mulum* hoc loco, ut nomen proprium viri accipiunt: quos ego ipsos mulos fuisse arbitror.

Digitized by Google

D. BARRIO.

Chommoda.] omnia, quae ad hujus epigrammatis intelligentiam pertinent, ſtudioſe diligenterque collegit Angelus Politianus capite XIX. Miſcellaneorum.

IN LESBIAM.

Odi, & amo.] *odiſſe* ſe ait mores, & ingenium Lesbiae, *amare* autem formam illius, & venuſtatem. hoc ipſum argumentum pereleganter tractavit Marullus his verſibus,

Odi te, mihi crede, quantacunque es:
Odi, confiteor, Camilla ſed, quam
Et odi, & magis in dies, magisque
Velim odiſſe; ſequi, atque amare cogor.
Sic me amor retinuit illius, trahitque:
Sic, quem ſaevitia fugas proterva,
Tam rarae revocas decore formae.

IN QUINTIAM, ET LESBIAM.

Quintia.] Quintiam quandam, etſi ſatis bene conformato corpore, formoſam tamen negat eſſe, quod inſulſa ſit. *Multis,*] multorum judicio. *Nulla in tam venusto eſt corpore mica ſalis.*] ſignificat, deeſſe illi χαριτας illas & ut Graeci quoque loquuntur, ἁλμυρὸν, ſine quo frigida forma, quamlibet alioqui bona. hujus loci meminit Fabius libro VI. quem reprehendit Parthenius, ſed corrupto, ut apparet, libro uſus. Vide Erasmum in Adagio *Salſugo non ineſt illi*, & Victorium variarum lectionum libro X. I. capite XIII. *Sal* aut *ſale* vocabant urbanitatem. Terentius,

— *qui habet ſale, Quod in te eſt.*

Afranius Compitalibus,

— *ut, quidquid loquitur, ſal merum eſt.*

Veneres,] omnem leporem. ſic Fabius libro XI. *Iſocratem omnes dicendi Veneres conſectatum fuiſſe* dicit.

Digitized by Google

DE SUO IN LESBIAM AMORE.

Nulla poteſt.] commendat amorem in Lesbiam ſuum. *n amore ſuo,*] in amore ipſius. Sic veteres ſaepe loqueantur. Cicero VI. de rep. *Graves enim dominae cogitationum libidines infinita quaedam cogunt, atque impeant: quae quia expleri, nec ſatiari ullo modo poſſunt, d omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenuntur. Suis*, dixit pro, ipſarum. *Ex parte mea.*] ἐμὸν μέρος. dixi ſupra.

IN GELLIUM.

Quid facit is, Gelli.] Gellium hunc prodigioſae adnodum libidinis fuiſſe oportet, qui matrem, ſororem, atrui uxorem, patruum ipſum, aliasque praeterea cognatas puellas unus contaminaret. *Non ultima Tethys.*] *qua marina* veteres *flagitia expiari* putabant: quod etiam Cicero pro Sex. Roſcio indicat. & notus eſt Euripidis verſus,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά,

id eſt,

Mortalium mala omnia abluit mare.

ignificat igitur, nullo modo, ac ne univerſi quidem maris qua poſſe Gellii facinora expiari. Vide Coelium Rholiginum capite XLIV. lib. VI.

IN EUNDEM.

Gellius eſt tenuis.] mirandum non eſſe ait, ſi Gellius xili & attenuato ſit corpore, utpote qui immodico Veneris uſu maciem non contrahere non poſſit. Porro & Venere inſigniter extenuari corpora medici docent: & ere etiam, qui macilenti natura gracilesque ſunt, libiinoſiores eſſe conſueverunt: cum adeps contra frigidos : ad Venerem ineptos efficiat: itaque Propertius ſe, uamvis exili corpore, ſtrenuum tamen in hac militia ſe profitetur his verſibus:

Digitized by Google

D. HARRIO.

Chommoda.] omnia, quae ad hujus epigrammatis intelligentiam pertinent, studiose diligenterque collegit Angelus Politianus capite XIX. Miscellaneorum.

IN LESBIAM.

Odi, & amo.] *odisse* se ait mores, & ingenium Lesbiae, *amare* autem formam illius, & venustatem. hoc ipsum argumentum pereleganter tractavit Marullus his versibus,

Odi te, mihi crede, quantacunque es:
Odi, confiteor, Camilla sed, quam
Et odi, & magis in dies, magisque
Velim odisse; sequi, atque amare cogor.
Sic me lamor retrahit tuus, trahitque:
Sic, quem saevitia fugas proterva,
Tam rarae revocas decore formae.

IN QUINTIAM, ET LESBIAM.

Quintia.] Quintiam quandam, etsi satis bene conformato corpore, formosam tamen negat esse, quod insulsa sit. *Multis,*] multorum judicio. *Nulla in tam nitens est corpore mica salis.*] significat, deesse illi χαριτας illud, & ut Graeci quoque loquuntur, ἁλμυρὸν, sine quo ne forma, quamlibet alioqui bona. hujus loci meminit Fabius libro VI. quem reprehendit Parthenius, sed corrupto, ut apparet, libro usus. Vide Erasmum in Adagio *Salsugo non inest illi*, & Victorium variarum lectionum libro X. I. capite XIII. *Sal* aut *sale* vocabant urbanitatem. Terentius,

— *qui habet sale, Quod in te est.*

Afranius Compitalibus,

— *ut, quidquid loquitur, sal merum est.*

Veneres,] omnem leporem. sic Fabius libro XI. *Ipsum tem omnes dicendi Veneres consectatum fuisse* dicit.

D

DE SUO IN LESBIAM AMORE.

Nulla poteſt.] commendat amorem in Lesbiam ſuum. *In amore ſuo,*] in amore ipſius. Sic veteres ſaepe loquuntur. Cicero VI. de rep. *Graves enim dominae cogitationum libidines infinita quaedam cogunt, atque imperant: quae quia expleri, nec ſatiari ullo modo poſſunt, id omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenſuntur. Suis*, dixit pro, ipſarum. *Ex parte mea.*] ἐμὸν μέρος. dixi ſupra.

IN GELLIUM.

Quid facit is, Gelli.] Gellium hunc prodigioſae admodum libidinis fuiſſe oportet, qui matrem, ſororem, patrui uxorem, patruum ipſum, aliasque praeterea cognatas puellas unus contaminaret. *Non ultima Tethys.*] *aqua marina veteres flagitia expiari* putabant: quod etiam Cicero pro Sex. Roſcio indicat. & notus eſt Euripidis verſus,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά;

id eſt,

Mortalium mala omnia abluit mare.

ignificat igitur, nullo modo, ac ne univerſi quidem maris qua poſſe Gellii facinora expiari. Vide Coelium Rholiginum capite XLIV. lib. VI.

IN EUNDEM.

Gellius eſt tenuis.] mirandum non eſſe ait, ſi Gellius xili & attenuato ſit corpore, utpote qui immodico Veneris uſu maciem non contrahere non poſſit. Porro & Venere inſigniter extenuari corpora medici docent: & ere etiam, qui macilenti natura gracilesque ſunt, libinoſiores eſſe conſueverunt: cum adeps contra frigidos : ad Venerem ineptos efficiat: itaque Propertius ſe, uamvis exili corpore, ſtrenuum tamen in hac militia ſe profitetur his verſibus:

Digitized by Google

Sed, tibi si exiles videor tenuatus in artus,
Falleris. haud unquam est culta labore Venus.
Percontere, licet. Jaepe est experta puella
Officium tota nocte valere meum.

Tam bona mater,] tam officiosa, tamque obsequens quaeque substernere se ipsi filio non recusset. Eaden figura vocat Aristophanes Pluto [illegible], qui sin nummis facerent copiam sui. *Tamque valens*] valentes aut *fortes* puellas vocabant corpore, solido ac succi pleno, quaeque viderentur alacriter posse — *tauri*, ut ille ait, *ruentis in Venerem tolerare pondus*. Plautus Casina,

— *obsecro, ut valentula est?* Idem Milite,
— *ecquid fortis visa est tibi?* & paulo infra,
Quid is? ecquid fortis? P. *abi sis hinc: nam iu quidem*
Hercule fuisses scitus emissarius.
Qui conjectare, qua mares, qua feminas.

Idem Bacchidibus,

Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est? P. *rogas?*
Ni nactus Venerem essem, hanc Junonem dicerem.

IN EUNDEM.

Nascatur magus.] hoc quoque epigrammate, quod i quibusdam libris male cum praecedente connexum leg tur, detestatur nefariam Gellii cum matre libidinem aitque, ex eorum concubitu magum aliquem nasci opo tere, si Persarum religio vera sit, qui ejusmodi corpor commistiones licitas esse censent: adeoque bonum magu existere non posse, nisi quem a filio compressa edide mater. Xanthus in Magicis narrat, magos matribus, fil bus, sororibus commisceri solitos esse, eosque concub tus habuisse legitimos. auctor Clemens libro III. Quae ad hanc rem faciunt, ex utriusque linguae script ribus studiose collegit Coelius Rhodiginus. capite XVII libri X.

IN GELLIUM.

Non ideo.] praeclarum hoc epigramma est, & mirab quodam artificio factum ad invidiam concitandam. e aut

tem haec ſententia eſt. Sperabam equidem, Gelli, te ihi in miſero hoc meo in Lesbiam amore fidum fore. uid ita? an quod ullam in te unquam ſcintillam honeıtis aut fidei perſpicere potuiſſem? minime vero. praeare noveram, ingenium tuum eſſe ejusmodi, ut a deıandis in dies novis ſceleribus abſtinere non poſſes. uid igitur? animadverteram videlicet, ut eximios artiːes exquiſitis tantum edendis operibus, ita te quoque ɔn popularibus iſtis uſitatisque, ſed horrendis tantum, quae nemo alius imitari auderet, patrandis facinoribus blectari ſolere: itaque non in quaslibet mulieres, ſed in ıatrem, in ſororem, ceterasque, a quibus reliqui homiːs duce natura abhorrent, libidine abuti tua. Quod igiır meam hanc neque matrem tibi eſſe, neque ſororem debam; nihil a te mihi metuendum eſſe arbitrabar. ogitabam quidem, me tibi magno uſu amicitiae eſſe ɔnjunctum; fierique poſſe, ut ea te turpitudo, quae eſt prodendis amicis, ad imponendam mihi hanc injuriam lduceret: ſed tamen accuratius cogitanti, ea res nondum ıtis turpis eſſe ad te permovendum videbatur. ita enim ın conſuetudine tritum eſt, in amicos perfidioſe ſe geːre, ut id non ſatis dignum videretur no, qui nullum ı ſe ſcelus ſuſcipere, niſi palmarium, vellet. At tu, ɔ videreris ullam unquam ſcelerate agendi occaſionem ıaetermiſiſſe, eam ipſam conſuetudinem noſtram ſatis bi magnam cauſſam violandi mei eſſe duxiſti, ut oſtenːres, quibus rebus ceteri etiam improbi homines ab inıria avocari ſolent, iis te omnibus ad faciendam inriam incitari.

IN LESBIAM.

Lesbia mi dicit ſemper male.] ejusdem pene argumenti ſt cum illo ſuperiore, *Lesbia mi praeſente viro.* Porro, uod hic Catullus iram in muliere, & convicia ſignum ſſe amoris docet, idem alicubi affirmat Propertius,

Nimirum veri dantur mihi ſigna caloris:
Nam ſine amore gravi femina nulla dolet.

Quo ſigno? quaſi eadem.] in aliis, *Quo ſigno? eadem ıidem*, ut in, *ſigno*, poſtrema vocalis non elidatur.

Quod

Digitized by Google

Quod autem Gellius libri VI. capite XII. verbum de *precor*, hoc loco valere ait, detestor, execror, depe lo, abominor, mihi quidem nullo modo probari potes neque enim dubium est, quin hoc Catullus dicat, se quo que vicissim Lesbiae male precari, & tamen illius amor flagrare: quo modo & Gellius ipse exponit. ea vero se tentia quomodo effici possit, verbo hoc, ita ut ipse vult, accepto, equidem haud video.

IN CAESAREM.

Nil nimium.] summum suum Caesaris contemptu duobus versiculis indicat. *Utrum sis albus, an ater ho me.*] hunc locum citat Quintilianus libro XI. suppreso, ut saepe fit, auctoris nomine. est autem proverbium al contemptum indicandum valens, & Ciceroni, & alii usitatum.

IN MENTULAM.

Mentula moechatur.] impurum quendam, quem fict nomine, opinor, ob partis obscenae magnitudinem, Mentulam vocat, ac fortasse Mamurram ipsum. nam h cinaedum fuisse, notum est: & de eo supra loquen scripsit,

Ut ista vestra diffututa mentula
Ducenties comesset, aut trecenties:

sed sive eum, sive alium quempiam, ut mollem, & ali narum uxorum corruptorem, hoc distichо incesit. *Ja olera olla legit.*] videtur vulgare dictum fuisse i eos, qui cum ad aliorum libidinem antea prostitisse aut etiam prostarent, quaererent ipsi quoque, ubi lib dinem exercerent suam. tale est, *Tute lepus es, t pulpamentum quaeris.*

IN SMYRNAM CINNAE.

Smyrna.] commendat poëma Cinnae; quod ipse Smy nam inscripserat; in eoque perpoliendo totos novem a nos elaborarat. Fieri potest, ut ad hanc commendatio nem respexerit Horatius in epistola ad Pisones, cu pr

Digitized by Google

aeciperet, *duratura poëmata in novum annum premen-*
esse. Porro hunc Cinnam esse, qui in tumultu illo,
em Antonius in Caesaris interfectores concitaverat,
catus est errore populi, ob similitudinem nominis ipsi-
cum uno e conjuratis, admonet Victorius: idemque
oponit duos versus sumptos e Servio, quos eruditus
e grammaticus ex hoc Cinnae poëmatae citarat. sunt
tem hi,

Te matutinus flentem conspexit Eous.
Et flentem paulo vidit post hesperus idem.

Millia cum interea.] hic versus intelligi non potest,
si in vetere aliquo libro insequens, qui temporum in-
ria amissus est, reperiatur. sed & ante hunc ipsum, in
teribus libris tantum spatii est, quantum uni, quod
inimum sit, districho scribendo sit satis. has plagas sana-
ipsi non possumus. non enim vates, aut harioli su-
us. procul autem a nobis absit tantus furor, ut imite-
ur, quod, malo exemplo, alii quidam fecerunt: qui-
is religio non fuit, ubi quid deerat, hasce sacrosanctas
merandae antiquitatis reliquias, admistis ineptiis suis,
tolerabili audacia, contaminare. Licuerit fortasse diis,
it in fabulis est) cum humerum Pelopis Minerva depa-
i esset, veri loco eburneum apponere: nobis certe non
et, ubi veros bonorum poëtarum versus absumpsit ve-
istas, alios a nobis confictos eorum loco substituere.
cui supra, hoc a Parthenio in versibus Sapphicis factum
isse: idem (ut incitata semel audacia non novit mo-
im: multisque, ut iterum peccare audeant, satis argu-
enti est semel peccasse) hoc etiam loco fecit, penta-
etrumque suum Catulli versibus immiscuit. id ipse fas-
s ni esset: hodie fortasse versus ille sine ulla dubitatio-
Catullo tribueretur. itaque verba ipsius ascribam:
ic quum manifeste desit pentameter versus, ac, ejus
btractione, sensus poëtae sit imperfectus; nemini bono
ro arrogans, aut impudens, sed potius pium atque offi-
ysum factum meum videri debebit, si meo civi, Catullo,
patria nostra bene merito, versum meum, hoc in loco,
ousque suum poëta inveniet, mutuabo: immo etiam, si
etae placuerit, benigne donabo. omnia enim amicorum
ter bonos cives sunt communia. suppleatur itaque hic
tulli nostri locus hoc modo,

Villa

Digitized by Google

Quod autem Gellius libri VI. capite XII. verbum *precor*, hoc loco valere ait, detestor, execror, depe lo, abominor, mihi quidem nullo modo probari potest neque enim dubium est, quin hoc Catullus dicat, se quo que vicissim Lesbiae male precari, & tamen illius amor flagrare: quo modo & Gellius ipse exponit. ea vero se tentia quomodo effici possit, verbo hoc, ita ut ipse vult, accepto, equidem haud video.

IN CAESAREM.

Nil nimium.] summum suum Caesaris contemptum duobus versiculis indicat. *Utrum sis albus, an ater ho mo.*] hunc locum citat Quintilianus libro XI. suppresso ut saepe fit, auctoris nomine. est autem proverbium ad contemptum indicandum valens, & Ciceroni, & alii usitatum.

IN MENTULAM.

Mentula moechatur.] impurum quendam, quem fictо nomine, opinor, ob partis obscenae magnitudinem, Mentulam vocat, ac fortasse Mamurram ipsum. nam h cinaedum fuisse, notum est: & de eo supra loquens, scripsit,

Ut ista vestra diffututa mentula
Ducenties comesset, aut trecenties:

sed sive eum, sive alium quempiam, ut mollem, & alie narum uxorum corruptorem, hoc disticho incessit. I *ja olera olla legit.*] videtur vulgare dictum fuisse eos, qui cum ad aliorum libidinem antea prostitisse aut etiam prostarent, quaererent ipsi quoque, ubi lib dinem exercerent suam. tale est, *Tute lepus es, t pulpamentum quaeris.*

IN SMYRNAM CINNAE.

Smyrna.] commendat poëma Cinnae; quod ipse *Smy nam* inscripserat; in eoque perpoliendo totos novem a nos elaborarat. Fieri potest, ut ad hanc commendatio nem respexerit Horatius in epistola ad Pisones, cu pra

Digitized by Google

ieciperet, *duratura poëmata in novum annum premen-*
esse. Porro hunc Cinnam esse, qui in tumultu illo,
em Antonius in Caesaris interfectores concitaverat,
catus est errore populi, ob similitudinem nominis ipsi-
cum uno e conjuratis, admonet Victorius: idemque
oponit duos versus sumptos e Servio, quos eruditus
e grammaticus ex hoc Cinnae poëmatae citarat. sunt
tem hi,

Te matutinus flentem conspexit Eous.
Et flentem paulo vidit post hesperus idem.

Millia cum interea.] hic versus intelligi non potest,
si in vetere aliquo libro insequens, qui temporum in-
ria amissus est, reperiatur. sed & ante hunc ipsum, in
teribus libris tantum spatii est, quantum uni, quod
inimum sit, disticho scribendo sit satis. has plagas sana-
ipsi non possumus. non enim vates, aut harioli su-
us. procul autem a nobis absit tantus furor, ut imite-
ur, quod, malo exemplo, alii quidam fecerunt: qui-
is religio non fuit, ubi quid deerat, hasce sacrosanctas
merandae antiquitatis reliquias, admistis ineptiis suis,
tolerabili audacia, contaminare. Licuerit fortasse diis,
it in fabulis est) cum humerum Pelopis Minerva depa-
i esset, veri loco eburneum apponere: nobis certe non
et, ubi veros bonorum poëtarum versus absumpsit ve-
istas, alios a nobis confictos eorum loco substituere.
cui supra, hoc a Parthenio in versibus Sapphicis factum
isse: idem (ut incitata semel audacia non novit mo-
m: multisque, ut iterum peccare audeant, satis argu-
enti est semel peccasse) hoc etiam loco fecit, penta-
etrumque suum Catulli versibus immiscuit. id ipse fas-
s ni esset: hodie fortasse versus ille sine ulla dubitatio-
Catullo tribueretur. itaque verba ipsius ascribam:
ic quum manifeste desit pentameter versus, ac, ejus
btractione, sensus poëtae sit imperfectus; nemini bono
o arrogans, aut impudens, sed potius pium atque offi-
sum factum meum videri debebit, si meo civi, Catullo,
patria nostra bene merito, versum meum, hoc in loco,
ousque suum poëta inveniet, mutuabo: immo etiam, si
tae placuerit, benigne donabo. omnia enim amicorum
er bonos cives sunt communia. suppleatur itaque hic
tulli nostri locus hoc modo,

Vilia

Digitized by Google

Vilia cum interea quingenta Hortenſius uno
In pede ſtans fixo carmina ructat hians.

hoc mihi faciendum quoque fuit ſuperius, ubi Adonium verſum vetuſtate abolitum Sapphiçis ſupplevi.

Apage iſta officia, Partheni; non placent. nemo, opinor, ſanus bonos libros iſto modo juvari velit. ut ignis, ita in ſcriptis quoque veteribus, ſi quam labem importaverit vetuſtas, mutila potius ipſa nos, quam recenti aliquo artifice interpolata, delectant. At, tanquam unum inſaniſſe non eſſet ſatis, accesſit alius, qui ſpurium hoc ita impleret,

Millia cum interea quingenta Hortenſius uno
Accipit autumno verſuum ab Antimacho.

Mihi ita videtur; quae in bonis auctoribus deſunt, ut in libris veteribus, adhibita ope ingenioſorum, exercitatorumque hominum, ſuppleantur, omni ſtudio laborare oportere: ſin minus, τὸ δόκιμον, φασι, πᾶν: cavendum quidem certe eſſe, ne quid alieni admiſceatur. *Atracii.* in aliis *Atheſis*. ego, etſi nihil affirmo, malim tamen, *Atracis:* pro eo, quod verba illa, *penitus mittere*, fluvium aliquem longinquum, non autem finitimum, & in propinquo ſitum, expoſcere videntur. *Incana,*] vaticana. κατάχρησις autem, quod hominum proprium eſt, tribuit tempori. *At Voluſi annales.*] hujus quoque verſus reliqua pars in veteribus libris deſideratur. Sunt qui legant, *At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam.* in quo etſi veteres libros auctores habere ſe dicunt; multi tamen non probant; qui *Paduae* nomen barbarum eſſe, & veteribus incognitum arbitrer. alii, *Patavi morientur ad urbem:* quod reciperem, ſi veterum librorum testimonio niteretur. *Parva mei*] hujus quoque verſus extrema dictio, quae eſſe debeat, incertum eſt. abeſt in veteribus libris, quos ego quidem viderim. itaque incertus eſt in varias ſententias, aliis legentibus, *poëtae*, aliis *ſodalis*, aliis, *laboris:* quam poſtremam ſcripturam Petrus Victorius in duobus veteribus libris vidiſſe ſe dicit. ego, quid fugiam, ut ille dicebat, habeo; quid ſequar non habeo. illud, *laboris*, etſi Victorio probatur, mihi

t'verum fatear, non placet. inconcinna enim videtur ubita illa e commendatione Cinnae ad laudem ſui operis ranſitio. *ſodalis*, reciperem, ſi quid probare poſſem, a uo veterum librorum abeſſet auctoritas. non enim manum eſt, quod adfert Victorius, *parva monimenta* vo. ari vix poſſe, carmina tanto ſtudio, per tantum tempus laborata. ſcimus libros bonitate, non mole, ſpectari, xiguasque gemmas ingentibus ſaepenumero colosſis anteponi. *Antimachio.*] tumidum hunc & inflatum Horatiani nterpretes poëtam fuiſſe ajunt; qui bellum Thebanum cribere ingreſſus, ante quam Thebas duces perduxiſſet, viginti quatuor volumina confecerit.

AD CALVUM DE QUINTILIA.

Si quidquam] commendat Calvi officium, pietatemque n deploranda puellae Quintiliae, quam vivam adamaverat, praepropera morte; aitque, ſi quis in umbris, eorum, quae hic geruntur, permanet ſenſus, non tam dolere ipſam, quod ante diem extincta fuerit, quam gaudere eo amoris teſtimonio, quod ediderit Calvus. hac pſa de re Propertius,

Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina Calvi,
Cum caneret miſerae funera Quintiliae.

Mutis ſepulcris] *ſepulcrorum* nomine, eos ipſos, qui : vita exceſſerunt, intelligit κ᾽ σιωπηλίχως. *Mutos* autem ocat, quod antiqui *ſilentes* pro mortuis etiam dixere, nde & *regna ſilentia*, inferos, & *ſilicernium*, cenam, uae ſilentibus poneretur. ſic infra,

Et mutum nequidquam alloquerer cinerem.

ropertius,

Sed fruſtra mutos revocabis Cynthia manes.

IN AEMILIUM.

Non, ita me dii ament.] deformitatem, graveolentimque oris in Aemilio quodam exagitat, quem cinaedum uiſſe quod ait Parthenius, unde id colligat, neſcio. cinae-

Digitized by Google

cinaedico quidem vultu non fuit. elegantes oportuisse esse amatores, qui tam pulchellum puerum in deliciis haberent. *Non, ita me dii ament.*] idem prope principium epigrammatis Graeci, cujus incertus est auctor:

Τὸ σῶμα, χ' ὡ πρωκτὸς ταυτὸν θεόλυμπί σε ἴζει.

Utrum ne.] haec vera est veterum librorum scriptura. Terentius Adelphis,

— *di vostram fidem,*
Utrum ne studio id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?

Ploxemi.] Transpadanum vocabulum erat. eo significabant capsam. Porro oportuit ea latitudine esse gingivas, in quibus sesquipedales dentes insiderent. utrumque ridiculi caussa ὑπερβολικῶς dictum. *Esse,*] videri. *Atque asino,*] ad agendum videlicet asinum molarium. In nonnullis legitur, *atque asinus.* quod si recipias; exponendum erit, ita ut asinus: ut ipse scilicet Aemilius in pistrino subeat asini molaris vicem.

IN VECTIUM.

In te, si in quenquam.] insulsam Vectii loquacitatem notat. *In te, si in quenquam.*] quaecunque, inquit, in verbosos fatuosque dicuntur, ea in te omnia dici queunt. Simile fere orationis genus est apud Terentium Heautontimorumeno,

In me quidvis harum rerum convenit,
Quae dicta sunt in stultum.

Ista cum lingua.] particula, *cum*, in his locutionibus, tacitam quandam significandae indignationis vim habet, quae percipi facilius, quam exprimi, potest. Terentius Eunucho,

— *abi hinc, quo dignus es,*
Cum donis tuis tam lepidis.

Idem

em Adelphis,

— *ut te Syre cum tua*
Monſtratione magnus perdat Juppiter.

Si uſus veniat tibi.] ridicule. quaſi harum quoque re-
n uſus aliquis incidere poſſit. *Culos, & trepidas lin-*
re cercolipas.] *cercolipas* vocat obſcenas partes viri-
, ficto ex cauda & pinguitudine vocabulo. *Trepidas*
tem dicit, ſignificans id, quod Perſius expreſſit
c verſu,

Cum moroſa vago ſingultiet inguine vena.

uod autem Politianus legit, *crepidas carbatinas*, mul-
de cauſis non placet: primum, quia eſt contra fidem
terum exemplarium: deinde, quid habent commune
epidae carbatinae cum ea parte corporis, quae paulo
te nominata eſt? inſulſum plane fuerit iſta conjungere.
que doctiſſimi homines, cum hanc, quam nos ſequi-
ur, ſcripturam approbaſſent, illam Politiani, ſummo
nſenſu, repudiarunt. ac praeter ceteros Marullus,
i, ut & homo Graecus, & ſupra modum Politiani
io imbutus, diſtichon ſcripſit, quo acerbe atque ama-
lente ait, Politianum Vectio pro *cercolipis carbatinas*
diſſe, quod ſuum ſibi munus ab eo praeripi nollet.

Lingere carbatinas vult Vection Eunomus, ipſe
Ut poſſit trepidas lingere cercolipas.

Si nos.] ſi decreviſti, inquit, nos omnes miſerrimis
odis perdere, taedioque ac moleſtia plane conficere;
llo id modo facilius, quam dicendo apud nos, con-
qui potes.

AD JUVENTIUM.

Surripui tibi.] ita venuſtum hoc epigramma eſt, ut,
ſa ſi velit Venus, venuſtius eo efficere quidquam non
eat. difficultatis autem nihil omnino habet: quocirca
que nos in eo explicando diutius immorari neceſſe eſt.
eſtrae ſaevitiae,] ferocitatis illius, vobis omnibus,

qui formosi estis, innatae. Tale est illud Ovidii, — *quae vestra libido est. Guttis, absterfisti.*] ita est in veteribus libris. Quod autem hic Juventius fecisse dicitur, ut, quasi ad delendam basii notam, os sibi multa aqua proluerit, digitisque omnibus confricaret, id puella quaedam apud Theocritum facere se, atque etiam basium, nolenti sibi a puero rustico impressum, expuere dicit.

Τὸ στόμα μὰν πλαύω, ἢ ἀπεπτύω τὸ φίλαμα.

Commistae lupae.] perinde ac si lupa te aliqua recens a coitu, & ex illo ardore libidinis, spumanti adhuc ore, disuaviata esset.

DE COELIO, ET QUINTIO.

Coelius Aufilenum.] Coelium & Quintium fratres fuisse ait Partheniu$: male omnino: e diversis enim familiis fuisse nomina ipsa indicant. *Quod dicitur.*] vulgare dictum fuisse indicat. *Cui,*] utri. *Nam tua nobis.*] ex & alia ratio, cur Quintio favere non posset. amabat enim ipse quoque Aufilenam; eamque, ut ex aliis locis intelligi potest, etiam data pecunia, ad partes suas perducere moliebatur.

INFERIAE AD FRATRIS TUMULUM.

Multas per gentes.] fratris manibus hoc carmine inferias solvit. *Inferias* autem vocabant sacrificia in eorum, qui vita excesserant, honorem; in quibus interdum nonnulla, quae grata ipsis fuissent, comburere, mactare quoque hostias, aut etiam captivos homines solebant. *Ave, atque vale.*] sic apud Virgilium Aeneas — *salve aeternum mihi maxime Palla, Aeternumque vale.*

AD CORNELIUM.

Si quidquam.] fidem & taciturnitatem suam Cornelio cuidam pollicetur. *Illorum jure sacratum,*] eorum quasi sacramento adactum. Metaphora a re militari. Est autem hic ἀνακόλουθον, quale in illo Terentii, *In iis poëta hic se quem profitetur suum. Harpocratem.*] supra diximus.

Digitized by Google

AD SILONEM.

Aut fodes.] Silo quidam, quantum hinc colligi potest, illicitus erat poëtae, effecturum se, ut ipse puella quam potiretur: eoque nomine ab eo decem sestertia, id t, decem numorum millia acceperat: deinde autem urentem ipsum instantemque, ferociter repudiabat. petiitur ab eo poëta, ut vel pecuniam reddat, vel suam illm, si leno esse vult, deponat ferocitatem.

AD QUENDAM DE LESBIA.

Credis me potuisse,] in his versibus nihil video, in quo explicando magnopere laborare oporteat. *Sed tu cum caupone.*] indicat hunc, quisquis est, saepe in caupona versari, ac, cum caupone ipso perpotantem, varios de hoc aut illo sermones comminisci solitum fuisse, interim nullo pacto verisimiles, planeque monstrosos: quale est hoc, quod Catullum puellae, quam plus oculis amat suis, male dixisse fingebat. Porro quem, *cauponem* dicimus, antiqui *cuponem* vocabant, a *cupa* videlicet, quod vas vinarium est: quin & mulierem quoque, quae cuponam exerceret, vocabant *cupam*: unde & nomen Virgiliano poëmati, quod hodie vulgo *copa* dicitur dum, *cupam* dici debere, ex Flavio Sosipatro constet.

IN MENTULAM.

Mentula.] Formianum illum, quem Mentulam vocat, ait ad poëticae facultatis laudem contendere, sed ejici a Musis, quasique de monte ipsis sacro, quem ille ascendere conetur, praecipitem dari.

DE PUERO, ET PRAECONE.

Cum puero bello.] formosum quendam puerum a praeonis consuetudine revocare cupiens, ait homines, qui m frequenter eum cum praecone videant, nihil posse aud cogitare, quam velle ipsum pudicitiam suam ei, si eam pluris liceatur, addicere. notum enim est, praecones vendendis in auctione rebus adhiberi.

AD LESBIAM.

Si quidquam.] gratulatur sibi de reconciliato Lesbiae animo; idque eo sibi gratius esse ait, quo minus speraverat fore. nam & in rebus laetis, & in tristibus ea nos praecipue, quae insperantibus accidunt, movent. *Refers te.*] hac locutione usus & Propertius,

Sic mihi te referas levis, ut non altera nostro
Limine formosos intulit ulla pedes.

Hujus epigrammatis tres postremi versus mihi valde suspecti sunt. ita enim varie leguntur, ut appareat, eam varietatem non aliunde, quam ex corrigere volentium temeritate, extitisse.

IN COMINIUM.

Si Comini.] tantum odium populi in Cominium esse dicit, ut nemo sit, qui non eum a feris discerpi dianiarique cupiat.

AD LESBIAM.

Jucundum.] epigramma hoc elegantiae multum habet, difficultatis nihil.

AD AUFILENAM.

Aufilena.] insectatur Aufilenam, quod cum promisset, se ei potestatem sui corporis facturam esse, eoque nomine pecuniam accepisset, postea tamen eum ludificabatur, neque unquam volebat in rem praesentem venire. *Bonae,*] quae neque faciunt copiam sui, neque a quoquam, ea causa, pecuniam accipiunt. *Amicae,*] *Quod nec das.*] *dare* dicuntur mulieres, quae se subiciunt viris. Graeci quoque hoc sensu dicunt *Et fers,*] munera videlicet. *fers* autem pro *aufers.* *Ingenuae,*] ejus, quae nullo rustico pudore, a praestando, quam semel dederit, fide absterreatur.

AD AUFILENAM.

Aufilena.] una de praecipuis nuptarum laudibus est, ab omni illicita Venere abstinere. prae ceteris tamen detestanda est earum libido, quae se non illicitis tantum

rum etiam inceſtis coitibus commaculant: quod facere ufilenam ait Catullus, quae ſe patruo ſubjiciebat ſuo. *atres*] patruorum enim filios, *fratres patrueles* vocamus. ıare iidem Aufilenae & filii, & fratres patrueles erant.

IN NASONEM.

Multus homo.] hoc epigrammate turpem aliquam libidinem Naſoni objici conſtat: quae tamen cujusmodi ſit, ɔn intelligere me, ingenue fateor.

AD CINNAM.

Conſule Pompejo.] ne hic quidem me pudebit fateri, ıs quatuor verſus a me non intelligi. Poſſem, quae aliis afferuntur, refellere: poſſem ipſe quoque, ſi liıret, aliquid eorum exemplo confingere. malo ſimpliter id, quod eſt, dicere: neque facere, quod iſti, qui ım integra, corrupta, facilia, difficilia, nusquam haıantes, ſine ullo diſcrimine interpretantur, imperitis ɔrtaſſe docti, doctis quidem & intelligentibus imperiti que audaces videntur. ſed nimirum caecorum oculis ntundem intempeſta nocte, quantum vel meridie, luıt. accuſet in his locis inſcitiam meam alius, dum ipſe, uod probemus, afferat. gaudebimus.

IN MENTULAM.

Firmano ſaltu.] Mentulam, de quo ſuperius egimus, eſt, ut ſuſpicor, Mamurram, ait non falſo haberi vitem, qui ſaltum habeat pulcherrimum, & fructuoſiſmum. eundem tamen ita ſumptuoſum eſſe, ut tantos uctus, quos ex illo ſaltu capit, exuperet ſumptibus: aque in tantis divitiis perpetuo tamen egere. Pro *Firano* autem, in nonnullis legitur, *Formiano*. & *Firma*, & *Formiani*, populi ſunt Italiae. utrum verius ſit, ıud facile dixerim. quin enim *Formianus* quoque peıltima brevi dici queat, dubitari non oportet. *Qui*] ltus. *Nequicquam.*] fruſtra, inquit, haec tam multa ɔsſidet. homo enim libidinoſus. *Fructus ſumptibus exuıat.*] Quo fit, ut in tantis divitiis, omnia tamen ei ɛeſſe videantur.

Digitized by Google

IN EUNDEM.

Mentula habet.] hoc quoque versu ejusdem divitias exagitat, negatque eum, divitiarum caussa, pluris fieri oportere; cum hominis nomine indignus, praeter obscenae partis magnitudinem, nihil habeat, quo in aliquo numero poni queat.

AD GELLIUM.

Saepe tibi.] difficile est in tam depravatis versibus, quid verum sit, videre. si quis tamen conjecturae locus est, ita suspicor. Gellius, propter impositas sibi Catullianis versibus notas, coeperat ipse quoque vicissim Catullum, non tam metuendus, quam ipsa assiduitate molestus hostis, quacunque ratione poterat, laedere. Catullus, ut hanc a se molestiam depelleret, saepe cogitasse se dicit, de carminibus quibusdam, quae ex Callimacho verterat, dono ad eum mittendis, quibus ipsius animus mitigaretur: quem laborem cum sibi frustra sumptum esse videat, intelligatque nulla ratione placari Gellium posse; hoc se fidere ait, quod tela Gellii ejus generis sunt, ut facile vitari queant; at illa, quibus ipse Gellium fixit, eam vim habent, ut in omnem posteritatem nefarias ipsius libidines propagatura sint. Primi versus postrema vox desideratur. *Tela infesta*] in aliis, *Infestum telis icere musca caput*. qui versus neque inconcinnus, neque a sententia alienus est; sed, quod in his rebus unum considerari oportet, Catulli non est. hunc autem, quem nos reposuimus, in libris veteribus legi, ipsi quoque, qui eum rejecerunt, confitentur. Porro si, ubi veteres libri aut deficiunt, aut scripturam parum probabilem habent, tamen, eorum auctoritate neglecta, aliquid de suo attexere temeritatis est; ubi perspicue in eis probabile aliquid & idoneum legitur, consulto ab quaerere, & nova veteribus, adulterina germanis, fallveris anteponere, cujus insaniae esse dicemus? Haec huic, quae in Catullum scriberem: quae si studiosis hujus poëtae placebunt; erit, quod mihi gratuler: sin minus; nunquam me tamen, praestitisse ea, quae potui, & morem gessisse voluntati amicorum, qui hortati sunt, ut hoc munus susciperem, poenitebit.

M. AN

M. ANTONII MURETI

IN

TIBULLUM

SCHOLIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONIUS MURETUS
TORQUATO BEMBO
PETRI F.
S. D.

MAGNA *felicitate mihi carere videor, Torquate Bembe, quod non ita mature in Italiam venerim, ut patrem tuum, virum immortalitate dignisſimum, videre, atque alloqui poſſem. nam & incredibilem quandam voluptatem hauſiſſem ex illius herois aſpectu, qui aut ſo-*
s, aut praecipue effecerat, ut ne haec aetas ſuperiori-
us ſaeculis invideret: & effeciſſem, niſi valde fallor,
ipſe me, pro humanitate illa, qua complectebatur
nnes, in quibus eſſet aliqua non alieni a Muſis ingenii
gnificatio, non usquequaque ſibi deſpiciendum putaret.
unc, quando id, quod cuperem, conſequi nullo modo
ſſum: certe quidem id, quod proximum eſt, ſedulo
cio: colo, quacunque ratione licet, memoriam illius:
cum in omni ſermone, tum in ſcriptis meis, liben-
ſſime facio, ut eum laudem, qui mihi neque a me,
que a quoquam ſatis laudari poſſe unquam videtur.
que vero ita ſum amens, ut ad gloriam ipſius quic-
am meo teſtimonio poſſe adjici cenſeam. Sed ita pla-
judico: ut deus, qui nullius praeconio indiget, lau-
ri ſe tamen ab hominibus vult: ſic beatas illas men-
s, in caelum receptas, & cum deo conjunctas, gau-

dere, cum se a nobis coli ac celebrari vident. erg
perinde ac si hujus rei sensus ad Petrum ipsum Bembu
perventurus sit, ita de ipsius admirabili doctrina, si
gulari eloquentia, ceterisque virtutibus, quoties occa
est, praedico. quod sive ita est, gaudeo: sive ipse m
fallo, tamen hunc errorem, qui me tantopere delectat
mihi eripi nolim. Equidem non solum quae ille mul
monumenta ingenii sui plurima ac pulcherrima reliqui
accurate pervolutare, verum etiam imagines corpori
ipsius studiose contemplari soleo: magnamque ex eis vo
lectationem capio: quod illae mihi ipsum ante oculo
constituere videantur. Jam si aut depictam in tabula,
aut marmore expressam, aut in aere, argento ve insc
ptam Petri Bembi imaginem prope divino cultu affici
solitus sum: quid me tibi facere par est, Torquate Bem
be, quem nobis divinus ille vir vivam & spirantem tum
corporis, tum multo magis ingenii ac virtutum suarum
imaginem reliquit? Itaque ut intelligas, te a me tan
fieri, quanti aequum est & talis viri filium, & talem
filium, qui paternae gloriae praeclare omni ex parte
respondeat: mitto ad te muneri Tibullum, hoc est, tam
poëtam, quem pater tuus felicissime expressit, emen
datum a me, & brevibus scholiis illustratum, qui tibi
testimonium aliquod sit incredibilis observantiae erga te
meae. Parvum munus, fateor: sed & a magno animo
proficiscitur; & majora alia subsequentur, si hoc tibi
non ingratum fuisse cognovero. Vale. Non. Maj.
MDLVIII. Patavio.

M. A

M. ANTONII MURETI

IN

TIBULLUM

SCHOLIA.

IN ELEGIAM I.

DIVITIAS *alius.*] Utrunque genus complexus est. divitiae enim partim in rebus mobilibus consistunt, partim in rebus soli. e mobilibus autem aurum nominavit κατ' ἐξοχήν. Pindarus:

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. ὁ δὲ
χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἐξοχα πλούτου:

id est:

Aqua est optima rēs quidem.
Aurum at, ignis ut ardens
Nocte relucet atra, in-
ter opes quoque magnanimus fit:
Splendet.

Me mea paupertas.] ego pauper sane sim; dum & fruar ocio, neque arcta inopia premar. *Ipse seram.*] oblectabo me agricultura, pastione, & amore *Ipse seram.*] apparet, hunc poëtam elegantiam quandam putasse esse in ejusdem syllabae continuata repetitione, ut supra, *Me mea:* & nunc, *Ipse seram.* & mox, *Poma manu:* & infra, *multa tabella:* &, *ficca canis*, & tam multis locis denique, ut constet, hoc non casu, sed dedita opera factum. *Rusticus & facili.*] aliter *facilem manum*, & aliter paulo infra *facile lutum*. neque ullam vocem habent Graeci, quae huic plane respondeat. *Nec spes.*] deae nomen est. *Nam veneror.*] causa, cur sperare debeat, agriculturam sibi fructuosam fore. colo enim, inquit,

quit, deos. Fuit haec pietas in veteribus, ut cum ceteris in rebus, tum in hoc praecipue ſtudio, quibus divinus cultus neglectui non eſſet, iis omnia proſpere ſucceſſura crederent. itaque Virgilius,

In primis venerare deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis.

& Horatius,

Caelo ſupinas ſi tuleris manus,
Naſcente luna, ruſtica Phidile,
Si ture placaris, & horna
Fruge lares, avidaque porca:
Nec peſtilentem ſentiet Africum
Foecunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.

& eodem pertinere arbitror proverbium, quod eſt apud Varronem libro primo de re ruſtica, *Dii facientes adjuvant. facientes* enim accipio eos, qui rite operantur ſeris: ut in illo, *Cum faciam vitula:* & Erasmum, qui multo aliter interpretatus eſt, falſum puto. *Seu ſtipes.*] non dubium eſt, quin *Terminum* dicat, de quo Ovidius,

Termine, ſive lapis, ſive es defoſſus in agro
Stipes ab antiquis, tu quoque numen habes.

Sed tamen illud quoque ſuperſtitioſis hominibus in conſuetudine poſitum fuiſſe accepimus, temere oblatos in via lapides, ſtipitesque venerari. Xenophon: ἢ τὰς ἀπ' ἰερῶν, ὅτι βωμῶν, ὅτι ἀπὸ τῶν θείων ἀδύ τι ῥωμῶν, τὰς ἢ λίθους, ἢ ξύλα τὰ τυχόντα, ἢ θυείᾳ σέβεσθαι. & ineptus quidem ſcriptor, non tamen omnino inutilis, Appulejus: *Neque enim juſtius religioſam moram viatori objecerit aut arbor floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel enim colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.* Propertius:

Et quicunque ſacer, qualis ubique, lapis.

Fit-

Florida ſerta.] quae ſignificent deum eſſe.
Libatum agricolae.] Varie legitur hic verſus: a quibusm hoc modo,

Libatum agricolam ponitur ante deum. ab aliis,
Libatum agricolae, ponitur ante deum. ab aliis,
Libatum agricolas ponitur ante deos.

o autem lego,

Libatum, agricolae ponitur ante deo.

deum agricolam expono eum, qui praeeſt agrorum cul·i, id eſt, Liberum patrem, de quo infra:

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum.

quidem Oſirim & Bacchum eundem eſſe conſtat. & alibi:

Illa deo ſciet agricolae pro vitibus uvam,
Pro fegete ſpicas, pro grege ferre dapem.

nendi autem verbum hac in re & Graecis & Latinis miuſitatum eſt. Catullus:

Mihi corolla picta vere ponitur. Horatius:
Hic vivum mihi ceſpitem, hic
Verbenas pueri ponite, turaque.

in epigrammatis Graecis:

Τίς δίκα μαιμάρτα βούγεια;

eque tantum δίκ dicunt, verum etiam ἀνθίκ: unde ἀνίκητο. neque eſt, quod quisquam, propter vocem, nte, de hujus ſcripturae veritate dubitet. ſic enim & lautus:

Bonum ante ponam prandium pranſoribus.

quis tamen *agricolas deos* legat, & exponat, Liberum, iberam, Cererem, Pana, ceteraque ruris numina; non epugnaverim. nam & infra ita locutus eſt,

Red-

Digitized by Google

Redditus agricolis gratia caelitibus.

Hoſtia parva] in quibusdam libris, *magna*: quod non diſplicet: ut, pro agri exiguitate, haec quoque magna hoſtia eſſe dicatur. *Jam modo non.*] *modo non*, ell. μονονυχὶ: etſi ſunt, qui aliter ſentiant.

Sed canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra Arboris.] totidem prope verbis in quodam epigrammate Alcaeus:

— λασίας θάμνα ὑπὸ πλατάνου
καύματ' ἀμαιμακέτοιο φυγὼν κυνός.

Parva ſeges] ſuſpicabar hoc diſtichon ita legendum:

Parva ſeges ſatis eſt: ſatis eſt, requieſcere lecto
Si licet, & ſolito membra levare toro.

ſed non auſus ſum recedere a vetuſtis libris.

Securum ſomnos, igne juvante, ſequi.] in aliis libris, *imbre juvante ſequi*. utrunque ferri poteſt. nam & *imber*, & *ignis* hieme ſomnum conciliant. illud etiam de *imbre*, convenit cum illo Sophocleo,

— ὑπὸ στέγῃ
Πυκνῆς ἀκωκαὶ χιονίδος δόδυσιν φρενί.

& cum eo, quod eſt infra,

Nam neque tum plumae, nec ſtragula picta ſoporem,
Nec ſonitus placidae ducere poſſet aquae.

Capiti] libri veteres, *capite*. & ita legendum puto.

IN ELEGIAM II.

Adde merum.] in quibusdam libris, *vinoque gravi compeſce dolores*: in aliis, *vinoque novos compeſce furores*. *Neu quisquam.*] in hoc verſu quidam, *perfuſum*, quidam, *percuſſum*, legunt. Seneca quidem in Troade, *percuſſam deo Maenadem*, dixit. ego tamen, quod hic in libris veteribus *perfuſum* repereram, nihil immutare volui. *Dum requieſcit amans.*] libri veteres, *amor*: &

Digitized by Google

io abhinc versu, iidem libri, *janua fulta. Cum po-florida serta darem.*] Morem hunc amantum fuisse, um est, spargendi mero, & ornandi floribus amicarum es. Propertius:

Et mihi non desunt turpes pendere corollae. Ovidius:
At tu non laetis detracta corona capillis,
Dura super tota limina nocte jace. Plautus:
— agite, bibite festivae fores,
Potate, site mihi volentes propitiae.

Blandaque compositis abdere verba notis.] scio fuisse, adversus hanc emendationem, seu judicio, seu δι' ὀπτανίου τινὸς πυθοῦς, multa dixerint. sed profecto praeclarilla est: δεῖ γὰρ τὸν ἀλλοῖα λέγειν, ut ait Plato. hoc enim obscure significat poëta, alienae uxoris amatorem inire, monstrante Venere, quo modo cum ea, etiam o praesente, impune colloquatur. componere enim os inter se notas quasdam, quibus utantur verborum o, atque hoc modo abdere blanditias, quas sibi, tum icem dicunt. sed hoc nullo ex loco melius intelligi est, quam ex his Ovidii versibus, qui sunt ex elegia ndam, qua amicam monet, quomodo se in coena ge-e debeat, cui coenae etiam vir ipsius erat interfuturus.

Me spectа, nutusque meos, vultumque loquacem.
Excipe furtivas, & refer ipsa, notas.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam.
Verba leges digitis, verba notata mero.
Cum tibi succurret Veneris lascivia nostrae,
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit, de me tacita quod mente loquaris;
Pendeat extrema mollis ab aure manus
Cum tibi, quae faciam, mea lux, dicam ve, placebunt:
Versetur digitis annulus usque tuis.
Tange manu mensam, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro.

usmodi notas, absque ulla dubitatione, hoc versu ificat Tibullus.

Nec vetat obscura surgere nocte timor.] eos, qui nornas formidines expavescunt, facile liberari hoc morbo,

Digitized by Google

bo, si amare occeperint, exemplo suo indicat Ovidius cujus haec sunt: (de amore autem loquitur.)

Ille per excubias custodum leniter ire
Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes.
At quondam noctem, simulacraque vana timebam:
Mirabar, tenebris si quis iturus erat.
Risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido;
Et leviter, fies tu quoque fortis, ait.
Nec mora: venit amor: non umbras nocte volantes,
Non timeo strictas in mea fata manus.

En ego cum tenebris.] qui cum hoc loco elegiam Propertii e libro tertio, cujus principium est, *Nox media* conferre voluerit, non minimam, ni fallor, e collatione capiet voluptatem. *Securum in tenebris.*] hic versus legitur ille quidem in nonnullis vetustis libris: sed in aliis lacuna est. in quibusdam etiam legitur,

Praesidio noctis sentio adesse deam. at in aliis,
Ille deus certae dat mihi signa viae.

ut si quis, commotus illa tanta varietate, de mendo suspicetur, me quidem socium sit habiturus.

Provocat orbe nives.] ita est in veteribus, non, ut in aliis, *convocat. Ter cane.*] *ternario numero* in rebus divinis utiq; solitos veteres, etiam ex Aristotele didicimus cujus illa sunt libro primo de caelo: μεγάθος δὲ τὸ μὲν ἐπ' εὐθεῖαν γεγραμμένον, τὸ δ' ἐπὶ δύο, ἐπίπεδον, τὸ δ' ἐπὶ τρία, στερεόν, ἡ γὰρ τούτων οὐκ ἔστιν ἄλλο μέγεθος, διὰ τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι, ἡ τρὶς πάντα. καθάπερ γάρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται. πλάτη γὰρ καὶ μέσον, καὶ ἄκρον τὸ ἑκάτερον ἔχει τῶν τριῶν. τοιοῦτον δὲ τὸν τῆς τριάδος. διὸ καλῶς τῶν φασιλαφότας ὥσπερ νόμους ἐκείνους, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς χρώμενοι θεῶν τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. *Ille licet.*] per me licet, ille triumphans in urbem invehatur; dum modo ego ruri ociose frui possim. *Et in solito.*] alii, *& in solo.* placet. *Et in culta*] alii, *& in nuda.* ut sit sensus: etiam in nuda humo mollis mihi fuerit somnus, si, te amplexus, dormiam. *Non ego tellurem.*] in veteribus libris, discrepat chon, quod hic sequitur, antecedit. *Despuit in molles & sibi quisque sinus*] ad avertendam Nemesim. id-

Digitized by Google

iam ad fascinationes avertendas valere arbitrabantur. heocritus:

Ὡς μὴ βασκήσῃ τις, τρὶς εἰς ἁλὸς ἔπτυσε κόλπον.

llimachus:

Δαίμων, τί κόλποισιν ἐπιπτύσει γυναῖκες;

quidam in epigrammatis:

Εἰς βαθὺν τρὶς κόλπον ἀπέπτυσε.

IN ELEGIAM III.

Ibitis Aegeas.] ad M. Valerium Messallam Corvinum ibit, qui cum Augusto consul fuerat, qui postea de llis triumphavit. Videntur autem haec scripta, cum esalla ex consulatu in Macedoniam proficisceretur. *Abneas avidas,*] varia hujus versus scriptura est. in aliis, *rs precor, atra:* in aliis, *mors modo nigra:* in aliis, *rs violenta.* neque multum interest, quae recipiatur. *ettulit e triviis.*] lego, *Rettulit & trinis.* & ad sortes fero. veteres tamen libri cum vulgatis consentiunt. *mea est deterrita nunquam.*] utrum dicit, eam *deteri*, id est, revocari non potuisse, quin fieret: an, ut speratam, quae spem abjecit, dicimus, ita *deterritam*, ae terrorem deposuerit, hoc loco intelligemus? quod est, singulare, opinor, hoc sensu fuerit verbum. *Illa n toties sistra.*] ita est in libris veteribus, non, ut in rvulgatis, *aera.* Ovidius quoque hanc scripturam confirmat, qui, ad hunc locum respiciens, ita cecinit, in rmine, quo hujus poëtae mortem deflevit:

Quid nos sacra juvant? quid nunc Aegyptia prosunt
Sistra? quid in vacuo secubuisse thoro?

Menstrua tura.] alii, *mascula.* sed nihil necesse est, ntempta veterum librorum auctoritate, quicquam more. *Fac lapis.*] Versum hunc in antiquis quibusdam ris ita scriptum reperio,

Fac lapis inscriptus stet super ossa mea.

Tum niger in turba.] iidem libri, *in porta.* Tentare ita plane dictum, ut a Graecis πειρᾶν. Lucianus in dialogo, quo de hoc ipso Ixione agitur: μᾶν ἐν ἐπάλξει τινὶ & alibi: συγγνωστὸν δέ, εἰ κρεῖττόν ἐστι ὕβρεως ἔπος ἐπέβη. Irrisis autem fabula petenda est e secundo Pythiorum Pindari. neque enim tantum appetiisse Junonem sed & primus, de quo quidem extet in Graecorum historiis, caedem perpetrasse memoratur, occiso per summam perfidiam socero suo. Virgilius eum capiti imminentem & jamjam lapsuro simili saxi metu cruciari ait; sito quidem jure, quod ab aliis de Tantalo dicitur, ad hunc, ad Lapithas, & ad Pirithoum transferens. *Portentum novem.*] Virgilius VI. Aeneidos, Homerus ὀλοωτ. λ. ex autem jecur Virgilius ab uno, Homerus a duobus vultoribus carpi ait: at Demetrius in Pindarum, a serpentibus. *Tantalus est illic, & circum, stagna.*] & circum Tantalum, stagna sunt. *Tantalum* Plato, quasi τλάσαντα dictum ait. Porro & de peccato ejus, & de supplicio admodum diserepantia prodita sunt literis. ego de utroque, quae in memoriam venient, huc conferam. Sunt qui dicant, eum a Jove patre admissum ad epulas deorum, quae ibi arcana audierat, cum hominibus communicasse: ideoque detrusum ad inferos, & damnatum huic poena, ut in aëre pendens, aeterno metu imminentis capiti lapidis torqueretur. Euripides:

Ὁ γὰρ μακάρεσσι, κεὐκ ἀνεκτὸς τύχαις,
Διὸς πατρὸς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
Κορυφὰς ὑπερτείνουσι δαιμόνων πέτρον,
Ἄλγος παθεῖν, τὸν τοῦτον ὄχνον,
Ὡς μὲν λέγουσι, ὅστις θεοῖς, ἄνθρωπος ὤν,
Κοινὰς τραπέζας ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
Ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν, αἰχίστην νόσον.

De hoc saxo Cicero de finibus: *Mors, quae, quasi saxum Tantalo, semper impendet.* & Lucretius:

Nec miser impendens magnum timet aëre saxum
Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens.

& Plato: ὁ ὑπὲρ τῆς πετρώλης δὴ λίθος ταντάλου.

arus quoque in Olympiis hoc ipsum Tantali supplicium agnoscit: sed hanc causam fuisse ait, quod ipse ambrosiam & nectar furatus, compotoribus suis communicaverit. ajunt, & Alcaeum, & Alemanem, & Archilochum hujus lapidis mentionem fecisse. qui allegorice ista interpretantur, alii metum mortis, ut Cicero; alii metum deorum, ut Lucretius, significari putant: alii Tantalum physiologum diligentem fuisse dicunt, qui Solis praecipue naturam accuratissime contemplaretur: ideoque dictum Solem capiti ipsius impendere. nam Solem quidem ipsum multi ex veteribus, Anaxagoram secuti, lapidem plebam ve ignitam esse credebant: hanc postremam sententiam Euripides ipse aperte confirmat in choro quodam ex eadem fabula, ubi Solem πίτρον, & βῶλον nominat. Tradita & haec de Tantalo fabula: fuisse canem quendam aureum, eundemque animatum, (ut minus mirum sit, quod de Talo in Catullum diximus) cum templo Jovis in Creta custodem additum fuisse: quem cum surripuisset Pandareus Milesius, asservandum dedisse Tantalo: missum deinde a Jove Mercurium, qui canem reposceret: sed negasse Tantalum, eum penes se esse: ob id igitur detrusum ad inferos, ipsiusque capiti impositum Sipylum montem: eumque esse lapidem illum, de quo supra diximus. neque desunt, qui, quod Pelopem filium macta verit, disque epulandum apposuerit, ad inferos detrusum esse dicant. sed de supplicii genere, plurimos stipulatores invenit Homeri narratio, quam hic quoque Tibullus insequitur. quae, quia etiam vulgo notissima est, nihil esse, cur a me pluribus verbis explicetur, puto. *Et Danai proles.*] De *Danaidibus* cetera pervulgata sunt: illud visum est non indignum, quod annotaretur; cum, quam modo ex eis Hypermnestram fratri ac viro suo Lynceo pepercisse, traditum sit, esse tamen, qui hanc ipsius laudem cum Bebryce sorore communem faciant, & eam quoque Hippolyto pepercisse dicant. hoc reperi apud Eustathium, Dionysii interpretem. *Tunc veniam subito.*] contra consuetudinem Romanorum, qui, peregre cum redirent, adventus sui nuncios praemittere ad uxores solebant. auctor Plutarchus. sed hic ideo subito venire vult, quod repentino adventu suo majus gaudium puellae objectum iri videt.

IN ELEGIAM IV.

Sic umbrosa.] miratur, qui fiat, ut obscenum deum formosi pueri diligant, ad eumque ultro accedant, qui neque forma, neque corporis cultu ipsos ad se allicere posse videatur. est & in Virgilianis lusibus carmen, quo deus ipse idem admirans inducitur: &, longa oratione multis aliis caussis remotis, ad postremum concludit, eos, quo supplicio proposito absterreri debuerant, ejus ipsius desiderio captos venire. extremi versus hi sunt:

Nimirum apertam convolatis ad poenam,
Et vos id ipsum, quod minamur, invitat.

Sic ego. tum Bacchi.] in quibusdam veteribus: *Sic ego: sic Bacchi.* ab iis autem abest pentameter, qui sequitur. neque ego sane, eum Tibulli esse, praestare ausim *Bacchi proles*] Bacchi igitur filius est praeclarus iste & virginalis deus. atque ita esse, confirmat etiam versus Antipatri Sidonii:

— τὸν δ' ὁ Πρίηπος
Ἴμμιν ἀναμίσγει παῖς ἑὸς ἐκ Βρομίου.

Orpheus Bacchum, Solem, & Priapum eundem facere videtur. Theocriti scholiastes ait, Priapum esse Naidis, aut Chlones nymphae, & Bacchi filium: at alios eum cum Baccho eundem facere. Diodorus Siculus & Pausanias Baccho & Venere genitum esse tradunt. Apud Luci num reperio, eum esse Veneris filium: sed, si etiam Bacchi, nae ille patrem suum haudquaquam paterne accepit, quem, Lampsaci hospitio exceptum, nocti hasta illa sua confodere voluerit. at constat, eum Luciano non esse Dionysi filium. *Armatus curva.*] hic versus, ut dixi, abest a quibusdam libris: atque in eisdem scriptum est ad marginem, *Fragm.* Ego autem facile mihi persuaserim, non unum modo, sed & plures versus hoc loco desiderari. etenim quae respondet Priapus, non pertinent ad id, quod ex ipso quaesierat Tibullus. vehementer itaque suspicor, versus aliquot, quibus paulo liberius quippiam; & paulo magis ex hujus dei consuetudine dictum esset, hoc loco esse omissos.

O 3

Digitized by Google

O fuge.] homines, qui militarem Venerem colunt, iique natura sunt a foedo puerorum amore ἄκλαυτοι, in omnibus, quorum aetas πρὸς ἀπόλαυσιν idonea est, facile usum aliquam reperiunt, cur ipsos ament. eodemque modo φιλόγυναι cujusque propemodum generis mulieres persequuntur: neque ulla est paulo adolescentior, quae non ipsis ἀλμυρόν τι καὶ πικρὸν habere videatur. itaque Socrates (quem tamen abfuisse a nefando amore volunt: neque ego dissentio) ingenue confitetur, omnes pueros, qui certae cujusdam aetatis sint, sibi formosos videri. verba ejus sunt in Charmide: Ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, δοκεῖ σωφρονεῖν. ἀπρεπὲς γὰρ λύκῳ γε πρόβατα εἶναι ἄρχοντα τῶν ἡλίκων. πάντες γὰρ σὲ καὶ τῇ ἡλικίᾳ καλοὶ φαίνονται. libro item de rep. v. idem etiam fusius explicat his verbis: ὀρθὸν δ' ἴσως καὶ περὶ ἐρωτικῶν, ὃν πάντες οἱ ὦρα τὸν παῖδα καὶ ἐρωτικὸν ἀναγκάζειν δίκαιόν τε καὶ ὅσιον, δεχοῦτος οἷον ἐπιμελούμενόν τε καὶ τοῦ ἀσπάζεσθαι. ἢ οὐχ οὕτω ποιεῖς πρὸς τοὺς καλούς; ὁ μὲν, ὅτι σοφὸς, ἐπίφθονος κληθεὶς, ἐπαύσατο ὑφ' ἡμῶν. τῷ δὲ τὸ γυμνὸν, βασιλικὸν φασὶ εἶναι. τὸν δὲ διὰ μέσου τούτων, ἐμμετρότατα ἔχειν. μίλωνας δὲ, ἀνδρικὸν. λύκους δὲ, ἥδιον παῖδας εἶναι. μελαγχλαίνους δὲ, καὶ τὸ μὴ οἴεσθαι πάνυ πόρρω εἶναι, ἢ ἔρρωσθαι ἀποκρίζομένου τε δικαίως φέροντος τὴν ἀκρόασιν, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ; καὶ ὑπὸ λόγου ἴσως σοφαίσεις σοφαίζεσθαί τε, καὶ πάσας φασὶ δεῖσθαι, ὥστε δίκην ἀποβάλλειν τῶν ἀνθρώπων οὐ ὥρᾳ. Ovidius quoque in elegia quadam, eodem se modo erga mulieres affectum fatetur. ejus elegiae principium est, *Non ego mendojos.*

ic, quia fortis adest.] Ovidius:

Sive aliqua est oculos in me dejecta modestos;
Uror; & insidiae sunt pudor ille meae:
Sive procax aliqua est; capior, quia rustica non est;
Spemque dat, in molli mobilis esse thoro.

Longa diis molli.] multi hanc sententiam expressere poëtae: quorum primus fuisse videtur Choerilus:

Πίπτουσι κοίλαισι πέτραις ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

Lucretius:

Nonne vides, etiam guttas in saxa cadentes
Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Ovidius:

Gutta cavat lapidem.

quem quidem cur tantopere abjiciat P. Victorius, ut etiam Choerilo inferiorem faciat, miror. nam ille ipse quem ex contentione tanto superiorem videri vult, Lucretius eandem sententiam, libro primo, non multo ornatius extulit:

Stillicidi casus lapidem cavat.

Neque nunc disputo, uter melior poëta sit: sed tamen indignum videtur, quenquam de Ovidio ita contemptim loqui. Propertius quoque hoc ipsum, ita cecinit:

Sed tamen obscura teritur rubigine mucro
Ferreus, & parvo saepe liquore silex.

Transiet aetas.] *transiet*, pro transibit: & contra analogiam, & contra consuetudinem. *Quam cito non segnis.*] si particula, *non*, referatur ad nomen *segnis*; falsum erit, quod dicitur. dies enim neque stat, neque remeat. sin ad verba; falsum erit epitheton, *segnis*. sin ad utrunque; tamen, nisi locus aliter distinguatur, suberit vitium vel maximum. vox enim, *cito*, cum stare verbo cohaerere nullo modo potest. Cito aut tarde moveri aliquid dicitur. cito quidem stare, aut quiescere aliquid, qui dicat, is non philosophiae modo, sed omnino communis sensus expers esse videatur. distinguendum igitur est hoc modo:

At si tardus eris, errabis: transiet aetas
Quam cito? non segnis stat, remeatque dies.

ut significet, aetatem citissime transire, diem autem segnem non esse, sed volatilem; neque stare unquam sed perpetuo fluere; neque unquam redire, sed irrevocabilem, atque irreparabilem esse. *Venturam admittat.* portendat. est autem verbum augurale. Plautus: *Impetrium, inauguratum est. quovis admittunt aves.* dicitur & *addicere*. Livius: *Aves semel atque iterum non addixerunt.*

Digitized by Google

IN ELEGIAM V.

Ipse procuravi.] apto verbo usus est, & sumpto ex gurum disciplina. sic apud Ciceronem, *procurare nstra*. sed illud norandum, primam hujus verbi syllam etiam brevem esse posse. *Deveneranda.*] *venerari* precari, ut in Catilinarias docui. *deveneranda* igitur t, deprecanda, &, ut veteres in his rebus loquebanr, averruncanda. sed in plerisque libris veteribus o, *falsa*, legitur, *sancta*. *Veneri.*] quidam libri veres, *Triviae*. *Et juvet in tota.*] Martialis:

Usit amatorem Nemesis lasciva Tibullum,
In tota juvit quem nihil esse domo.

Et pudet, & narrat.] ex hoc versu, non video, quae mmoda sententia elici possit. quidam legunt,

Et dominae narrat scire nefanda meae.

, *nefanda*, accipiamus nefandas artes, quibus puellam eum devovendum ac defigendum uti, illa altera dicet. *Non facit hoc verbis,*] sic alibi:

Forma nihil magicis utitur auxiliis.
Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
Oscula, sed femori conseruisse femur.

Escasque sepulcris.] ita melius videtur, quam, ut in is, *herbasque*: ut sit simile illi Catulliano,

Uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere e rogo coenam.

IN ELEGIAM VI.

Quid tibi saevitiae.] alii, *Quid tibi saeve puer. An ria magna est.*] simile illud Virgilii,

Egregiam vero laudem.

quidam in epigrammatis Graecis:

Digitized by Google

Τί πλέον οἱ θεὸς ἄνδρα κατηρίθμησε, ἢ τὸ σῶμα
Δηώσας ἀπ' ἐμοῦ κεῖται ἄθλον ἔχει κεφαλῆς;

Immerito proprias.] in aliis, *In proprias merito*: in aliis, *immerito pronas*. ego locum corruptum esse existimo. *At quae fida fuit nulli.*] ita est, summo consensu in veteribus libris, non, ut in pervulgatis, *Nam quae fida fuit*. constat autem, amissos aliquot versus, quibus exponeretur, castae mulieres, & uno viro contentae, quas commoditates in senectute ex constantia illa sua & fidelitate perciperent.

IN ELEGIAM VII.

Hunc cecinere.] Natalem Messallae, & ejusdem victorias celebrat. *Non sine me.*] hoc distichon quidam non ineruditi homines ita legendum putant:

Non sine me est tibi partus honos per bella. Pyrtu
Testis, & Oceani littora Santonici.

Carnoti & Flavi.] ita est in meo vetere libro: at in alio quodam, *Carnoti*. neque tamen mihi dubium est, quin legi debeat, *Carnuti*. sunt enim *Carnuti* populi Aquitaniae, quos alluit Liger. Strabo: τέτταρα δὲ ἔθνη κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τῶν Ἀρμορικῶν, καὶ τὸ τῶν Καρνούτων, δι' ὧν ἐκ τῆς ἐκβολῆς ὁ Λίγηρ εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἵζεται. sed cur Tibullus ait ex Aquitania, tanta pernicitate, in Ciliciam, aliasque regiones tantopere ab Aquitania disjunctas (*) evolet, haud equidem facile dixerim. *Taurus alat Cilicas.*] incepit in aliis libris, *Taurus arat Cilicas*. & inventi sunt homines, qui hanc scripturam reciperent, dicerentque Tibullum pallagen esse. *Quid referam, ut volitet.*] Syri columbas, quod in tutela Veneris essent, violare nefas putabant, iisdemque piscibus (an omnino, an certo quodam piscium genere?) abstinebant: eosque in deorum loco habebant: quod ab iis Venus, Typhonem fugiens, servata esset. Xenophon libro primo de expeditione Cyri: μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμοὺς πέντε παρασάγγας εἴκοσι, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμόν, ὅπου τὸ εὖρος πλέθρου, πλήρης

(*) *Disjitas*, pro disjunctas, barbarum est. Vide Scioppium Stil. Hist. p. 186. & Cellarium Cur. Poster. p. 215.

Digitized by Google

ῶν μεγάλων καὶ πταίων, ὡς οἱ Σύροι θεὸς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν ἐκ
ν, διὸ καὶ φεύγειν. Cicero: *piscem Syri venerantur.* Ovidius:

Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro caelo Juppiter arma tulit:
Venit ad Euphraten, comitata Cupidine parvo:
Inque Palaestinae margine sedit aquae.
Populus, & cannae riparum summa tenebant:
Spemque dabant salices, hos quoque posse tegi.
Dum latet, insonuit vento nemus. illa timore
Pallet; & hostiles credit adesse manus.
Utque sinu tenuit natum, succurrite nymphae,
Et diis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora: profiluit. pisces subiere gemelli:
Pro quo nunc dignum sidera numen habent.
Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

iodorus Siculus alias causas affert. quod enim dea Der-
to sese in stagnum quoddam Ascaloni urbi vicinum
onjecerit, ibique in piscem conversa sit, id (*) propterea
ros eis piscibus abstinere, eosque pro diis colere: co-
mbis autem eundem honorem tribuere, propter Semi-
min, quam in columbam esse conversam fabulentur.
que harum fabularum utranque leviter tangit Ovidius
ro IV. Metam. At Diodorus, non columbis modo,
d omnino avium generi omni parci, divinosque hono-
s tribui ait à Syris: quod ab avibus eam, quam proxi-
e nominavi, reginam altam esse opinentur. Aegyptios
ioque piscium esum in rebus illicitis ducere, auctor est
erodotus. & Juvenalis inter animalia, quae ab eis co-
ntur, piscem nominat. Lucianus in Jove Tragoedo
ssyrios columbae sacrificare ait: & in venustissimo li-
ello καθὶ τῆς Συρίης θεοῦ, Ιχθύας, inquit, χρῆμα ἱρὸν νομίζε-
, καὶ ἔστιν ἰχθύων ψαύειν. καὶ ἔριθας τοὺς μὲν ἄλλους σιτέονται,
ερισπὰν δ' οὐκ ἔστιν ὅ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι αὐτοῖσι ἐπὶ ἱρὰ. τὸ δὲ μεγιστό-
τα, δεινὴ αὐτοῖς ποίησαι, Διρκιτοῦς καὶ Σιμιεράμιος ἔσεσθαι. τὸ
δ', ὅτι Διρκιτὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει. τὸ δ', ὅτι Σιμιεράμιος πάλαι,
περισπὰν ἀπίκετο. *Arida nec pluvio.*] ἀμβείῳ, ὑετίῳ. Pausa-

(*) Pleonasmum, *id propterea*, haufit ex Terentii Andr. II. 5. 3. *propterea nunc hunc venientem sequor.* Sed ille versus adulterinus , Bentlejo judice.

ſanias in Atticis. *Pectora triſtitiae.*] mallem, *laetitiae*, ſi alicujus antiqui codicis accederet auctoritas. *Sed vara flores.*] oſtendit Oſirim eundem eſſe & Bacchum.

IN ELEGIAM VIII.

Non ego celari] ita exercitatum ac tritum dicit eſſe ſe in rebus amatoriis, ut vel ex nutibus facile intelligat, quaſique auguretur, quis adoleſcens cujus puellae amore ardeat: quare non eſſe, cur amorem ſuum abſconderе nitatur Marathus: ſe enim facile perſpicere, eum mirifico quodam Pholoes amore torqueri. Hunc Marathum amabat Tibullus: ut verſus ille indicat,

Eheu quam Marathus lento me torquet amore.

ſed eo uſus erat aſpero, ac difficili. hac igitur elegia, credo, ut velificetur ſibi, ac puerum ipſum hoc genere obſequii molliat, hortatur Pholoen, ut ei parcat, neque tam pulchro puero amatorem ullum, quamvis divitem, anteponendum putet. *Non ego celari.*] idem de ſe profitetur Propertius:

Non me Chaoniae vincant in amore columbae
Dicere, quos juvenes quaeque puella domet.
Me dolor & lacrymae merito fecere peritum.
Atque utinam poſito dicar amore rudis.

Nec mihi ſunt ſortes.] Ovidius:

Non ego Phoebe datas a te mihi mentiar artes:
Nec nos aëriae voce monemur avis.

& paulo poſt,

Uſus opus movet hoc.

Quid tibi nunc molles.] haec videtur hiſce verſibus ſubeſſe ſententia. Quid tibi prodeſt, o Marathe, tantum ſtudium poſuiſſe in forma excolenda, ut Pholoen tui amore incenderes? contra enim cecidit. neque illa tui, ſed tu ipſius amore correptus es. itaque ipſa jam tibi, etiam ſi incompta, atque inornata venerit, placet. *Si non aera repulſa ſonent.*] aeris enim tinnitu credebant fieri, ut ne magicorum carminum ſonus ad lunam perveniret: eamque, hoc modo, laborantem adjuvari. *Sed corpus tetigisſe.*] potitus igitur ea jam erat Marathus

ſua

l ipsa post superba facta erat. *Aspera barba.*] liber tus, *hispida. At Venus invenit.*] non perfacile est lere, horum quatuor versuum sententia quo modo cum teris cohaereat. videtur autem hoc dicere: Si forte :tuat sibi Pholoe, ne a divite amatore illo sene desera- r, si se Maratho quoque facilem praebuerit; Venerem am invenisse modos, quibus ipsa clam cum puero de- ias facere, &, ut Plautus loquitur, caput collimare sfit. *Non lapis hanc.*] mulier illa, quae neminem ha- :t, quicum se noctu oblectet, quaeque hieme longas as noctes viduas exigit; etiam si lapillorum ac gemma- m vim maximam habeat, voluptatem tamen ex eis nul- n capit. *Luteo*] aut crasis est, aut legendum, ut in iibusdam veteribus, *luto.*

IN ELEGIAM IX.

Quid mihi.] ruptam sibi a puero fidem conqueritur: ei, qui illum, muneribus captum, abduxerat, male ecatur. *Petituras*] si nihil vitii subest, secundam syl- bam produxit, praeter consuetudinem. *Nec tibi celanti s fit peccare.*] nec possis ita peccare, ut lateas. *fas* im est θεωρία. *Paranti fit deus.*] si clam peccare pa- s, praesto sit deus ille, qui dolos occultos esse non ıtitur. *Permisit lene.*] liber calamo exaratus, *permisit eva.* ego legendum suspicor, *permisit saepe. Ista haec rsuadet.*] ista tua facies tam deformis ei persuadet, se comat, tantumque in cultu corporis studium ponat, tibi bella videatur? scilicet, ut foedo, ac podagrico ıi placeat, ita se comit. aut igitur cum interrogatione gendum est, aut e contrario intelligendum.

IN ELEGIAM X.

Quis fuit.] bellum detestatur: pacem autem commen- ıt, & ejus commoda enumerat. *At nobis aerata.*] post inc versum, videtur aliquid deesse.

IN LIBRUM II.

Quisquis adest.] Ambarvalis sacrificii descriptio est. *os quoque.*] hi versus varie leguntur. alii legunt, *discedite*

Digitized by Google

dite ab aris, queis tulit: alii, *discedat ab aris, cui tulit* alii, *discedite ab aris, cui tulit*. meus vetus liber hanc parte mutilus est. scripturarum autem, quas protuli, ea, quae primo loco ponita est, mihi maxime probatur. *Extruet arte casas.*] puerilis ludicri genus. Horatius:

Aedificare casas, plostello adjungere mures.

Idem alibi:

Aedificante casas qui fanior?

Fumosos Falernos.] mire dictum. quasi *vinum* non neutro, sed masculino genere diceremus. *Madentes madidos*, aut *uvidos* vocabant ebrios; contraque *siccos*, sobrios. sic & Graeci βεβρεγμένους *ebrios* dicunt. *Duxerat coris hircus: auxerat hircus oves.*] quo modo, quaeso, hircus oves auxerat? capras potius credidisse. scio a Graecis interdum μῆλα capras vocari. sed nihil ad rem. quid igitur? nimirum unius litterulae mutatio hanc effecit absurditatem. (*) neque enim, *auxerat*, legendum est, sed *duxerat*. *Vos celebrem cantate deum.*] locum hunc, multis in libris depravatum, primus ita legendum esse, ut nos edidimus, admonuit pater tuus, Torquate, vir omni virtute ornatissimus, Petrus Bembus, in eo libello, quem de Virgilii cultice scripsit. *Matris lastim* in aliis, *Martis*, inepte. ipsam autem noctem *matrem siderum* vocat.

IN ELEGIAM II.

Dicamus bona verba.] natalem aut suum, aut Cerinthi celebrat *Dicamus b. v.*] Summa enim diligentia cavebant, ne sibi eo die vel imprudentibus vocula excideret ulla, in qua mali ominis aliquid inesset. versum autem hunc ita distinguendum putarim:

Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras.

Lingua fave.] ἐυφημεῖτε, ἢ λέγετε φάος. *Jam teneor laetis ipsos.*] puto, hoc votum tuum deos edidicisse, qui tam saepe illud ex te audierint. quoties enim sacra facis, nihil prope ab eis aliud petis. hunc versum, visum est

(*) *Absurditas*, barbarum vocabulum.

Digitized by Google

ut exponerem: propterea quod Cyllenium quendam ronenſem foede in eo declarando lapſum videbam.

IN ELEGIAM III.

Rura tenent.] dolet abeſſe ſe a puella ſua, quae ruſti-um ierat. *Cornute.*] in aliis libris, *Cherinthe. Ipſa nus latos.*] libri veteres, *laetos*. quod placet. ſignifi- enim, agros dominae ſuae praeſentia hilarari. *Pavit Admeti.*] hac de re ita Apollinem ipſum alio loco com-morantem facit:

Me quondam Admeti niveas pavisſe juvencas,
Non eſt in vanum fabula ficta jocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora,
Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos:
Sed pellucenti cantus meditabar avena,
Ille ego, Latonae filius atque Jovis.

quitur autem Tibullus Rhiani, veteris poëtae Graeci, Callimachi μυθολόγου, qui Apollinem ſponte Admeto viisſe tradunt, ipſius amore captum. nam alii ajunt, n damnatum a Jove hac poena ob interfectos Cyclo-: ut Euripides, apud quem Apollo ipſe ita loquitur:

Ω᾽ δώματ᾽ Ἀδμήτου, σὺ οἷς ἔτλην ἐγὼ
Θήσασ᾽ τράπεζαν αἰτίαν θεὸς πρὸ σοῦ.
Ζεὺς γὰρ πρασσεῖς παῖδα τὸν ἐμὸν, ἀστρ-
Ἀσκληπιὸν, φερούσαν ἀμβαλὼν φλόγα.
Οὐ δὴ χολωθεὶς, πέπτωκας δῖᾳ πυρὸς
Κτείνω Κύκλωπας. καὶ μὲ θνητὸν πατὴρ
Θεοῖσι πᾶσι᾽ ἀνδρὶ τῶν δ᾽ ἄπειν᾽ ἠνάγκασεν.
Ἐλθὼν δὲ γαῖαν τήνδ᾽ ἐσεφόρεσεν ξένῳ.

autem hic ille Admetus Phereti filius, cui cum fata-anni expleti eſſent, Apollo a Parcis obtinuiſſe dici-, ut ipſius morti mora aliqua produceretur, ſi quis eriretur, qui pro eo mori vellet. tunc igitur neque res, grandis natu pater, neque jam exacta aetate ma-Clymene, neque denique quisquam amicorum reper-eſt, qui non ſuam, quam alienam, vitam ſervare let. ſola uxor Alceſtis ea in virum fuit caritate ac fide,

Digitized by Google

fide, ut se sponte pro eo ad mortem obtulerit. sed eam ipsam postea Hercules liberavit. ex eo coeptum e vulgo cani Athenis σκόλιον quoddam, cujus alii Alcaeum, alii Sappho, alii Praxillam Sicyoniam auctorem esse dicebant. cujus principium hoc fuit:

Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε μεγάλων, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
Τῶν δειλῶν δ' ἀπίχου, γνώς, ὅτι δειλῶν ἄλυτα χρέα.

Haec autem uxor ei Apollinis beneficio venerat. cui enim Pelias pater nuptias illius proposuisset ei, qui leonem & caprum ad eundem currum jungeret; id ei Apollo ipse confecit. *Tauros.*] Callimachus, non tauros, sed equas jugales.

Φοῖβον τὸ πάμιον κικλήσκομεν, ἐξ ὅτι πάντων
Ἐξ ὅτ' ἐπ' Ἀμφρυσῷ ζυγίπδας ἵππους ἔστησεν,
Ἡΐθεϊ ὑπ' ἴρνυσι κεκαμμένος Ἀδμήτοιο.

Ipse deus.] post hunc versum desideratur pentameter nam illi, qui in variis libris leguntur,

In nemora, & pastas inde referre domum: aut,
Creditur ad multram constituisse prius: aut,
Et potum pastas ducere fluminibus:

adulterini sunt, hic postremus, qui trium minime inptus est, in vetere quodam lib. scriptus est ad margi cum hac additione, *Versus Aurispae. Lacteus & stus.*] non dubito, quin legendum sit, *mistis:* ut ad gula ipsa referatur. *Delphica Pytho.*] *Pytho* aut *Pyth* (utroque enim modo dicitur) urbs Phocidis, Apol sacra, quae alio nomine Delphi vocatur, &, qui v num agrum incolunt, Delphi. ac Pytho quidem, quod ibi discerentur futura; aut, quod ibi serpens P thon concabuerit: Delphi autem a Delphyne: id nomen serpenti illi fuit, quem sagittis Apollo interfe Dionysius:

Τῷ παρὰ Πυθῶνι γαίων πίδυι, ἔχι δεκάγυιο
Δελφύης τεκμήδεσι θεὸς ἀφραίνοντι ἑλκὼς.

Fabula nunc ille eſt.] olim non homines modo, ſed
ſi quoque dii aperte Veneri ſerviebant: neque cuiquam
nare pudor erat. nunc qui amorem colit, vulgi fabula
t. at quem puellae ſuae amor ad oſſa tetigit, mavult
nare, & a vulgo contemni, quam ſine amore deus eſſe.
ec quoque praeteriiſſem ſilentio, niſi vidiſſem, alios
uosdam longiſſime ab horum verſuum ſententia, quae
men ſatis aperta eſt, aberraſſe. *Fabula.*] in omnium
re ac ſermonibus verſatur. Horatius:

Heu me: per urbem, (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui.

Geminare pericula.] nam ipſa per ſe navigatio pericu-
oſa eſt. at geminatur periculum, ubi bellum geritur ma-
. *Quas femina Coa.*] Plinius libro quarto, de Cea in-
ula loquens: *Ex hac*, inquit, *profectam delicatiorem fe-
minis veſtem, auctor eſt Var.* Idem libro XI. *Telas* (de
ombycibus loquitur) *araneorum modo texunt, ad veſtem
uumque feminarum, quae bombycina appellantur. prima
as redordiri, rurſusque texere invenit in Ceo mulier
amphila, Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatae
ationis, ut denudet feminas veſtis.* Ex his Plinii locis
dicavit Hermolaus. Barbarus, ubicunque apud poëtas
oarum veſtium mentio eſt, *Ceas*, non *Coas*, legi opor-
re. ego nihil temere aſſeveraverim. nam & Hermolai
uctoritas magna eſt, & argumenta, quibus utitur, fir-
a: neque tamen librorum veterum, quae contra ſtat,
ontemnenda conſenſio; praeſertim cum, bombycas etiam
Co inſula naſci, idem Plinius tradat. Adde, quod
riſtotelis verba ſunt e quinto περὶ ζώων ἱστορίας· Ἐκ δὲ τούτων
ὁ καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι καὶ γυναικῶν τινες ἀνακαινίζουσαι,
ἔστιν ὑφαίνεται. αὕτη δὲ λέγει ὑφάνας ἐν Κῷ Παμφίλη Λατοῦς
γάτης. sed Hermolaus apud Ariſtotelem quoque, ἐν Κίῳ,
on ἐν Κῷ, legendum eſſe cenſebat. *Nota loquor.*] ali-
uem notat, qui, cum aliquando ſervus fuiſſet, poſtea
ivitiis fretus, ad regiam potentiam pervenerat. *Neme-
n qui abducis.*] ita emendavi e meo vetere libro: cum
epte antea legeretur, *Nemeſim quae ducis.*

IN

IN ELEGIAM IV.

Sed Venus ante alias.] liber vetus, *ante alios*. placet. *Sed precium si grande feras.*] idem prope cecinit Antipater Thessalonicensis in quodam epigrammate, his versibus:

Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάεσγμα φέρῃς φίλῳ, οὔτε θυρωρὸς
Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων εὐφύλαξ, λύδιος.

id est,

Nam precium si grande feras, nec janitor ullus,
Nec vinctus rigidas stat canis ante fores.

IN ELEGIAM V.

Phoebe fave.] Messallinum celebrat, cooptatum in collegium XV. virorum, ad quos cura librorum Sibyllinorum pertinebat. *Tua templa.*] Sibyllinos enim libros, duobus auratis forulis condiderat Augustus sub Palatini Apollinis basi. Suetonius. *Ad tua sacra.*] liber calamo exaratus, *ad tua templa. Chartas vatis.*] Sibyllae libros. *Haec fore credebat.*] Sibylla, utpote futuri conscia, jam tum credebat Romam fore, cum adhuc fumaret Troja. *Cum moestus.*] Aeneas. *Fundaverat.*] alii, *formaverat*: alii, *firmaverat*. *Sed tunc pascebant.*] confer cum hoc loco, quae scribit Propertius principio libri quarti. *Impiger Aenea.*] hae sunt sortes, quas Aeneae Sibyllam dedisse dicit. *Lauros vescar.*] *laurum* enim comedebant vaticinaturi. quod jam pridem annotaverat Ludovicus Coelius.

Quicquid Amalthea.] pendet e superioribus, usque ab illis versibus:

Phoebe sacras Messallinum fine tangere chartas
Vatis; & ipse, precor, quid canat illa, doce.

nunc addit, non tantum doce eum, quid canat Sibylla Cumana; verum etiam, quicquid Amalthea, Marpesia, ceteraeque dixerunt. ac quemadmodum exposuerat, quid Cumana cecinisset: sic hoc loco exponit, quid ceterae dixerint: aitque, eas complexas esse versibus suis prodigia, quibus bellorum civilium tumultus, ceteraeque ca-

Digitized by Google

itates portenderentur. Sciendum autem est, libros Sibyllinos, qui Romae asservabantur, non unius llae opus, sed e plurium Sibyllarum carminibus conatum quiddam fuisse. *Amalthea.*] Amaltheam & anam eandem ex Varrone facit Lactantius: & eam n ait Demophilen, aut Herophilen vocari. ut appa-, Tibullum alios auctores secutum. Marpesia autem nis & Cyri temporibus fuit. *Quasque Albana.*] *anam* videtur dicere, quam alii *Albuneam*, genere urtem. *Perlueritque.*] putarim legendum, *pertuleritque.*

IN ELEGIAM VI.

ld latus ille velet.] antea legebatur, *ad latus ire vo-* ego, (verum enim fatebor,) conjectura tantum us, (nam veteres libri hac quidem in parte eum vul- s consentiebant) scribendum curavi, *ad latus ille vo-* neque mihi ullo modo dubitandum videtur, quin ita endum sit. *Et mihi grata tuba est.*] alii, *& mihi fa- tuba est.* ego, in veterum librorum discrepantia, scripturam secutus sum, quae mihi probabilior visa *Scili et extinctas.*] legendum puto, *Si licet. Lena t miserum Phyrne.*] sic antea legebatur. Sed ego, nquam vetustis libris repugnantibus, statui legendum *yne.* eodem modo corruptum est nomen hoc alicub i d Propertium: ut suo loco dicetur.

IN LIBRUM III.

Martis Romani.] Dialogus est ipsius poëtae cum Musane quam elegans. Cum calendis Martiis (qui dies iernus est) ad mulsores munera mitti soleant, dicite, modo potissimum Neaeram meam debeam munerari. n illae: Mittito ei versuum tuorum libellum, omni gentia exornatum atque expolitum. At poëta: Immo o vos ipsae ite, ac librum ad eam perferte, meque d ipsam in quam maxima gratia ponite. *Versibus illa .*] ita legendum est, non, ut antea, *meis.* Musae n ipsae loquuntur. *Si nostri mutua cura est.*] *si*, pro, more Graeco. *Vir quondam, nunc frater.*] id quo do acciderit. conjectura satis assequi non queo; ut, antea vir fuerat, nunc sit frater; idemque speret,

Digitized by Google

quae nunc soror est, aliquando conjugem fore. nisi forte id est, quod unum mihi venit in mentem: Tibullus (ipsum enim esse arbitror, qui se ficto nomine Lygdamum vocat) & hanc Neaeram, quaecunque tandem est: nam hoc quoque nomen commenticium est: eos igitur fratrum aut sororum filios fuisse. Notum est autem, eos, qui fratribus sororibus ve editi sint, *fratres* vocari; & inter eos olim & legitimas & usitatas fuisse nuptias. Hanc igitur sororem suam videtur Tibullus aliquando in matrimonio habuisse: deinde casu aliquo intervenisse discessio. Sperabat autem Tibullus, nuptias denuo contestinatum iri, idque toto pectore cupiebat. Hoc probabilius afferre nunc quidem nihil possum.

IN ELEGIAM II.

Qui primus.] tantum dolorem esse dicit, quem capit e suo & Neaerae dissidio, ut mortem sibi ex eo immineare praesentiat. *Tot mala perpessae.*] versus hic in quibusdam veteribus libris ita legitur,

Tot mala perpessae tot superesse meae: in aliis,
Tot mala perpessae taedia natae meae.

ego hoc posterius verum puto: & ita expono. Non est mihi pudor vera loqui, ac fateri, natum esse in animo meo vivendi taedium, ex quo tot perpessus sum mala. *Dolor huic & cura.*] nihil horum verborum sententia, ut mihi quidem videtur, apertius. sed tamen sunt, qui etiam media in luce offendant, locumque hunc, non intelligendo, corrumpant. hoc igitur dicit. Dolor & cura, quam concepit ex Neaera conjuge erepta, fuit causa perire, id est, causa pereundi.

IN ELEGIAM III.

Quid prodest.] negat sibi quicquam distracto a Nea esse posse jucundum: seque mori cupere, ni spes sit fore, ut illa redeat. *Quid prodest.*] quid prodest, quae saepe petiisse a diis, ut tecum vitam exigere liceret, id nunc non datur? *Non opibus.*] praeclara sententia cui similis est illa Varronis,

Digitized by Google

Non sit thesauris, non auro pectus solutum.

in verbo, *levantur*, est homonymia. alio enim mo- *levari mentes*; dicimus, & alio, *curas*.

IN ELEGIAM IV.

Di meliora.] detestatur somnium, quo visus sibi erat ire ex Apolline, Neaeram alterius viri amore captam : ipsiusque dei verbis eam admonet, ne quod ejus- di consilium capiat. *Definite in votis.*] suspicor le- dum, *Definite in vanis. Divi vera monent.*] in ora- s, & in extispiciis veritas inest, non in somniis. *turae nuncia sortis.*] non, vera nuncia, ut inepti onunt: sed, exta nuncia venturae sortis, vera mo- t. *Tuscis.*] notum est, quantopere ea gens omni narum rerum intelligentia credita sit excellere. *At um in curas.*] ita est in meo vetere libro: & melius etur, quam quod in aliis legitur, *Et vanum metuens. nox aetherium.*] describit tempus illud, quo vera nia videri solent: ut e Theocrito & Horatio alibi uimus. *Sollicitas deficit ante domos.*] qua hora ego dum somnum videram, ea hora in domibus sollicitis, st, quas incolunt navi, & industrii homines, nemo lius dormit. *Myrrhea.*] ita legendum est, non, ut liis, *myrtea*. Horatius:

Myrrheum nodo cohibente crinem.

Diversasque suas.] lego, *Diversasque suis. Hoc alium.*] emendavi e meo vetere libro: cum in aliis legeretur, *lium*: est autem simile loquendi genus illi Horatiano,

— *altum sapiente bonoque.*

illi, *Qui species alias veris*. ita enim legendum esse uit nuper homo eruditissimus, Dionysius Lambinus.

IN ELEGIAM V.

audandae deae.] videtur exprimere voluisse epitheton , quod Graeci tribuunt Persephonae. Hesiodus:

Ἰφθίμους τ' Ἀΐδι προΐαψεν Περσεφονείῃ.

Homerus:

Κικλήσκουσ' Ἀΐδι καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ.

Graeci tamen grammatici aliter id nomen interpretantur.

Cum cecidit fato.] eodem illo anno cum se natum significaret Ovidius, hoc eodem versu usus est. ita enim scribit:

Editus hinc ego sum: nec non, ut tempora noris,
Cum cecidit fato consul uterque pari.

Parcite pallentes undas.] sic supra, — *pallida Dis aqua.* in aliis, *umbras.* & sic Virgilius: *Pallentes umbras Erebi. At vobis.*] inepte in aliis legebatur, *Atque mihi.* ego mei veteris libri scripturam repraesentandam curavi.

IN ELEGIAM VI.

Illaque si qua est.] libri veteres, *illaque sic qua.* & legendum puto, *illaque ficca. Tu puer & liquidas*] malim, *Tu puer huc liquidum.*

IN LIBRUM IV.

Vires ne at aër.] quidam veteres libri, *necat.*

M. A.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN

ROPERTIUM

SCHOLIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONIUS MURETUS

RANCISCO GONZAGAE,

FERDINANDI F.

S. D.

NON *injuria dubitatum est a veteribus, Franciſce Gonzaga, adoleſcens praeſtantiſſime, Tibullo ne, an Propertio deferendus eſſet inter Latinos poëtas elegiae ſcribendae principatus. nam ut inſunt in utroe permulta, quae eos vulgarium numero exemptos in ito atque eminenti ſtatuant loco: ſic propriae quaedam tant & elucent in utroque virtutes, quibus uterque erius palmam ambiguam facere videatur. Summa Tibullo elocutionis elegantia, & proprietas: ſumma Propertio eruditionis poëticae copia, & varietas: illo Romana prope omnia, in hoc pleraque transrina. illum, nativa quaedam & incorrupta Romani monis integritas, in media urbe natum & altum e, perſpicue oſtendit: hunc praeter cetera, forma character ipſe dicendi in Graecorum poëtarum ſcris aſſiduiſſime verſatum eſſe demonſtrat. cumque a ientiſſimis viris traditum ſit, duo eſſe praecipua ticae dictionis ornamenta,* τὸ σαφὲς, *καὶ* τὸ ξενικὸν,

illo Tibullus, hoc Propertius excellere videtur. mollior ille, & delicatior: nervosior hic, & accuratior. ille magis oblectare: hunc magis, ut opinor, admirere. illum judices simplicius scripsisse, quae cogitaret: hunc diligentius cogitasse, quid scriberet. in illo plus naturae, in hoc plus curae, atque industriae fuisse perspicias. Quae cum ita se habeant; perdifficile est, discernere ac constituere, uter alteri praestet. nam praecipua laus poëtarum in imitatione consistit: nam quidem videtur Tibullus varios illos fluctuantis animi motus, quibus amantes agitari solent, melius imitatus esse. sin, ut quicque ad optimum proxime accedit, ita ipsum quoque optimum judicandum est: crediderim sane veterum illorum Graecorum, ac praecipue Callimachi, Propertium haud paulo similiorem fuisse: qua etiam fiducia ipse se Romanum Callimachum vocare ausus est. sed haec ut ut sunt, neque nostrum est, neque cujusquam hominis pudentis, & considerati, qua de re veteres illi, quorum fuit & doctrina major, & judicium acrius, non liquere pronunciarunt, de ea temere quicquam constituere, & litem secundum alterutrum dare. Satius fuerit, utrunque studiose ac diligenter evolvere, utriusque virtutes accurate perpendere, utrique que sibi ad imitandum proponere, si quando forte ea ad tentandum idem poëmatis genus aut voluntas allicet, aut naturae impetus feret, quae ego omnia, Francisce Gonzaga, quantum quidem in me fuit, summo studio adolescens facitavi. non enim facile concesserim multis, qui hos poëtas aut saepius, aut accuratius legerint, aut vero plus operae posuerint in eorum virtutibus imitando exprimendis. Ex quo autem in me juvenilis illa, qua studia poëtica foventur, alacritas effervebuit; animumque sibi meum graviorum, & majore aetate dignorum artium tractatio vendicavit; tempori tamen mihi tamen non possum, quin saepe eos in manus sumam, horisque subsecivis gravioribus studiorum

Digitized by Google

*atem hoc quasi condimento amoenitatis mitigem ac olliam. quin etiam, ut non occupationes tantum meae, rum remissiones quoque animi afferant aliquid utilitis hominibus: confero studium non mediocre ad libros rum perpurgandos, & ad locos, si quos mihi forte telligere videor, qui non ita sint omnibus pervii, exicandos. tale igitur quiddam his diebus in Propertio aestiti: & cum admirabili desiderio tenerer insinuandi e aliqua in amicitiam tuam, iter mihi ad eam praeunire hoc munusculo volui. Ut autem a te cognosci iperem, ne vivam, si me aut divitiae, quibus abunis, aut generis tui claritas, aut quicquam denique raeter maximas tuas, & jam nunc omnium sermone lebratissimas virtutes incitavit. nam opulentorum, ui honesta studia spernant, non modo ambire, ac perequi, sed aspernari etiam, ac refugere amicitias soleo, on semel expertus, nihil esse ejusmodi hominibus ροητικώτερον: generis autem nobilitas in iis demum haet aliquid gloriandum, qui faciunt id, quod tu; hoc st, in iis, qui omni ope moliuntur efficere, ut ne minus ysi splendoris posteris suis tradidisse, quam a majorius accepisse, videantur. itaque colunt te quidem hoines, & observant, ut magni illius Ferdinandi Gonagae, sapientissimi, fortissimi, fortunatissimi impeatoris, filium: sed multo te, mihi crede, impensius olunt, quod eam te viam ingressum, aut potius in ea im longe progressum vident, in qua si, ut spes minie dubia est, perstiteris, non ille apud posteros tot vioriis, tot opimis spoliis, tot tropaeis, quam te filio, larior sit futurus. sed illius quidem res gestae cum liorum monumentis celebrabuntur, tum praecipue scritis Antonii Possevini, familiaris tui, eruditissimi hoinis, & ad conscribendam historiam facti, tradentur iemoriae hominum sempiternae: tuas autem hoc loco luribus persequi nolo: tum, ne modum epistolae exceim; tum, quod mihi veniunt in mentem Euripidis versus:

Αἰνέμενοι δὲ οἱ ἀγαθοὶ τρόπον τινα
Μισεῖσι τοὺς αἰνέντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

Id tantum te orabo, ut, cum a philosophiae studiis, in quibus te quotidie Bernardinus Tomitanus, singulare Patavini gymnasii decus, exercet, relaxare animum voles, Propertianae lectioni temporis aliquid tribuere graveris: in qua si comitem tibi, ut facturum augur, Hippolytum Capilupum, Episcopum Fanensem (*), incredibili & virtute, & doctrina hominem, assumseris, habebis, qui tibi possit ea, quae a me vel omissa, vel non satis intellecta sunt, unus optime omnium interpretari. Vale. Patavii, Kal. Sext. MDLVIII.

(*) In Editione prima, & sequentibus, post *Fanensem*, additur: quod delevi.

M. A

M. ANTONII MURETI

IN

PROPERTIUM

SCHOLIA.

IN ELEGIAM I.

MILANION.] Admirabilis est hominum in fovendis erroribus pertinacia. sed praeclare ageretur cum rebus humanis, si ad haec modo nostra leviora studia id pertineret, neque in rebus maximi momenti magno omnium malo uotidie cerneretur. Hoc mihi nunc ex eo venit in mem, quod saepe animadverti evenire, ut optimos quosue scriptores maculae quaedam errorum occupent, in isque insideant, quae cum postea inveterarunt, quasi edita opera retinentur a librariis: vix ut ulla sit cujusuam eruditi hominis auctoritas tanta, quae illos ad eas urgandas, & eluendas possit adducere. Ejus rei exemla utinam ne tam multa suppeterent: sed nos id, quod nunc offert, indicasse contenti, plura persequi abstiebimus. *Mimalionem* hoc loco imperitus aliquis pro *Milanione*, & paulo infra *Pfileum* pro *Hylaeo* scripserat. Quis tum eruditorum non admonuit, quomodo utrunque omen scribi oporteret? aut quis hodie est omnium, tintus modo atque imbutus litteris, cui vel obscurum id, el ambiguum sit? Credo tamen librum Propertii unum, n quo non depravata illa scriptura permanserit. Nihil egocii fuerit, ejusdem generis alia enumerare perpluria, ita manifesta, ita perspicua, ita testata, ut, quod in is assidue librarii peccant, non negligentia, non inscitia ibi, sed prudentes, scientes, ea, quae vitiosa esse contat, amplexari atque approbare videantur. Sed quod atinet ad fabulam, quae his versibus a Propertio tangitur, iendum est, in ea tradenda, non satis concordare ac oncinere inter se aut poëtas, aut poëtarum interpretes. uod enim alias saepe, idem hic quoque contigit: ut, cum

cum duae potisſimum ab ipſis celebrentur Atalantae, earum hiſtoriae commiſceantur inter ſe; utque quod de una earum ab aliis dicitur, id ipſum de altera alii dicant. Congeram huc locos aliquot, in quibus earum mentio eſt, eosque inter ſe contendam ac comparabo: ut id, quod dico, magis intelligatur. Duae igitur, ut ante dixi, *Atalantae* apud poëtas reperiuntur, *Arcadica* una: *Argiva*, ſeu, ut alii ajunt, *Boeotica* altera. illam *Iaſi*, aut *Iaſonis*, aut *Iaſionis*, hanc *Schoenei* filiam fuiſſe ferunt. nam Beroaldus quidem & Volſcus ineptiunt, qui eandem Schoenei filiam, Iaſii neptem fuiſſe commiſcuntur. Illam Milanioni, hanc Hippomeni nupſiſſe accepimus. Haec, antequam longius progrediar, confirmanda ſunt. Scholiaſtes Apollonii: Ἀτελάντη Ἰάσου ἢ γάπης, ἢ ἴγημε Μειλανίων. ἑτέρα γάρ ἐστιν ἡ Ἀρκὰς ἡ Ἰασίου ἢ ἴγημεν Ἱππομέδων. Sed hic aut legendum eſt Ἰασίωνος, aut dicendum, eundem ab aliis Hippomenem, ab aliis Hippomedontem vocari. Arcadicam Milanioni nupſiſſe, teſtatur etiam hoc loco Propertius, & Ovidius libro II. & lib. III. de arte amandi. Schoeneida ceſſiſſe Hippomeni, qui eam curſu, ope Veneris, devicerat, veriſſime narrat Venus ipſa apud Ovidium libro X. Metamor. narrat & breviter Theocritus in comaſte, & fuſiſſime is qui ſcholia in eum ſcripſit. atque hanc intellexit Catullus illis verſibus:

Tam gratum mihi, quam ferunt puellae
Pernici aureolum fuiſſe malum,
Quod zonam ſolvit diu ligatam.

& auctor laſcivi carminis:

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis.

Arcadicae patrem Iaſiona nominat Aelianus libro XIII. de varia hiſtoria. idoneos teſtes laudaſſe videor eorum, quae hactenus dixi. quadrant autem non male ad haec usque locum omnia. in iis quae ſequuntur, mira varietas. Verſus eſt Virgilii e ſexto Aeneid.

Parthenopaeus, & Adraſti pallentis imago.

quem exponens Servius, *Parthenopaeus*, inquit, *Meli-*

pae & Martis, sive Milanionis filius, qui Thebana illa puer admodum petiit. Ergo de hujus grammatici ntentia, Parthenopaei pater quidem est Milanion: mater tem non Atalanta, sed Menalippa. At Statius lib. IV. hebaidos aperte hujus ipsius Parthenopaei matrem Ata. ntam facit Iasii filiam: patrem autem Lactantius interes, non Milanionem, ut Servius, sed Meleagrum vot. nisi forte dicamus, eandem Menalippam & Atalanm, eundem Meleagrum & Milanionem vocari. sic enim t idem Paris & Alexander, eadem Cassandra & Alexana At Diodorus Parthenopaei matrem Atalantam esse t Schoenei filiam. Hyginus autem cum Lactantio facis eum genitum esse dicit matre Atalanta Iasii filia, pae Meleagro. Arcadicam Statius venatricem, ac Dianae omitem fuisse dicit, idemque confirmat Aelianus: & holiastes Theocriti ait eam mittendis arcu sagittis praeitisse: cum illam alteram sola pedum pernicitas nobilitarit. At Oppianus Atalantam Schoenei filiam venatrim, & jaculatricem eximiam fuisse ostendit libro II. κυνηγετῶν, his versibus:

Σχοινῆϊ πρώτη ἧ κλυτὴ θυγάτηρ Ἀτλάντη
Θηρσὶ φόνον πορόντι συμβολὴν ἔξοχα κυρῆ.

Hippomenem in leonem, Atalantam Schoenei filiam in eaenam mutatam esse, canit Ovidius. At Hyginus, arum ipse sibi constans, Atalantae Schoenei filiae, & Meleagro: Palaephatus Atalantae & Milanioni id contigisse arrat. sed saepe alias monui, non esse quaerendam in ndaciis veritatem. Sic cum Scyllas duas fuisse prodium sit, alteram Nisi, alteram Phorci filiam, quorum ilm in avem, hanc in monstrum marinum conversam esse abulantur: non defuerunt tamen poëtae, qui, quod de Phorci filia traditur, id ad Nisi filiam referrent: ut apere colligitur e scholiaste Euripidis in Hippolytum. sed nulto apertius e Virgilio in Ciri: cujus haec sunt:

Impia prodigiis ut quondam exterruit amplis
Scylla, novosque avium sublimis in aëre coetus
Viderit, & tenui conscendens sidere penna,
Caeruleis sua tecta supervolitaverit alis:

Hanc

Digitized by Google

Hanc pro purpureo poenam scelerata capillo,
Proque patris solvens excisa funditus urbe.
Complures illam, & magni Messalla poëtae
(Nam verum fateamur. amat Polyhymnia verum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura:
Scyllaeum monstra in saxum conversa vocari.
Illam esse, aerumnis quam saepe legamus Ulyssi,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.

atque hanc sententiam idem poëta secutus est in eclogis quo in loco frustra se quidam eruditi homines torquent. *Ille etiam Hylaei.*] idem etiam innuit Ovidius hoc versu:

Sensit & Hylaei contentum faucius arcum.

apud Aelianum nihil tale reperio: Hylaeum quidem ipsum & Rhoecum sagittis ab Atalanta confixos lego. *Vulcem.*] indocte Volscus eandem putat esse hanc, & illam Catulli *pernicem puellam*. nam Catullus, ut dictum est, de Schoeneide loquitur: at hic de Arcadica sermo est. quam ipsam quoque agilem fuisse, testatur Aelianus: cujus verba quoniam in impressis libris depravata sunt, quomodo corrigenda suspicer, admonebo. ita igitur vulgo leguntur: ἐπιφύεται δὲ αὐτῇ τοῖς ποσὶν, ᾗ ἂν ἐθέλῃ αὐτὸ λίφυγον ὅπερ ἠρέμα, ὅπερ ἐπιβυλλόμενον αὐτῇ ἄνθρωπος, φυγεῖν τε λυσιτελεῖ, ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν ἂν ἐκ ἂν τις αὐτὴν κατάλαβοι. ego autem lego: ἐπιφύεται δὲ αὐτῇ τοῖς ποσὶν, ᾗ ἂν ἐθέλῃ αὐτὸ λίφυγον ὅπερ ἠρέμα, ὅπερ ἐπιβυλλόμενον αὐτῇ ἄνθρωπος. φυγεῖν δὲ ἥλικον, ὡς ἂν τις αὐτὴν καταλάβοι. nihil autem obstat, quominus ex eodem oleo & opera aliquot ex eadem narratione loci, qui corrupti videntur, quomodo emendandos putem, admoneam: ut meo labore, quantum quidem in me est, aliorum minuatur labor. ubi ergo legitur, ἀλλ' ὃν φύσις ἔρρωσε ἡ χροιά, legendum arbitror, ἀλλ' ὃν φύσις ἔρρωσε χροιά. nativam enim, non fuco quaesitam, pulchritudinem Atalantae tribuit. & paulo post: τί δὲ ὅτου ὀφθαλμὸς γένοιτο ἄνθρος; ὥσπερ ὃν κηλὸν, ἢ τὸ φρόνημα αἰδοῖον παρὰ δόμενος παρῆν; lego: τί δὲ ὅτου ὠραῖον γένοιτο ἄνθρος, ὅπερ κηλίδιον ἢ τὸ φρόνημα αἰδοῖον παραδόμενος παρῆν. & ad finem, ubi legitur, σὺν ὕβρει τῷ ἄνδρι, legendum credi-

ris,

Digitized by Google

, τωὼ ὕβρει ἢ ἀναφορᾷ. *Non ullas.*] ita emendavi e ribus libris: cum antea inepte legeretur, *non nullas.* *acia.*] τίχνη. *Et facite illa meo.*] & facite, ut ipsa vehementius amet, quam ego ipsam. *Citeinis,*] le-dum, *Cytaeinis.* Scholiastes Apollonii, Κύταια, πόλις ίδος. Stephanus: Κύτα, πόλις Κολχικὴ, παρὰ Μιλήσιοις.

IN ELEGIAM II.

t sciat indociles.] nove dixit, *indociles vias*, ἀδιδάκτους. *indocilem* enim usitatius dicimus eum, qui doceri potest: quam rem ipsam, quae doctrina non compa-r. sed Achilles Statius Lusitanus mihi confirmavit, eterem librum habere, in quo scriptum sit, *Ut ve-t ederae:* & paulo post, *Surgat ut in solis:* & in versu, *Ut sciat indociles.* quam scripturam rejicien-non puto. *Non sic Leucippis.*] fabula est apud eocritum in Dioscuris, apud Ovidium quinto fasto-, apud Hyginum: sed nemo est eorum, qui non ab aliqua in parte dissentiat. *Non Idae.*] de Marpissa eni filia ausus est olim Idas cum Apolline certamen su-ere. Homerus Iliados I. *Ne sim tibi vilior istis.*] nimoris apud te sim, ob ista, quae modo dixi. *Uni ua placet.*] satis est culta, quae uni placet. nam, ibus ornare se, prostitutarum est.

IN ELEGIAM III.

ic ait.] liber vetus: *Hic ait*, ut sit, *hic*, pro, tunc. *erdum graviter.*] libri calamo exarati, *Interdum leviter.*

IN ELEGIAM VI.

lt tu seu mollis.] locum hunc a Beroaldo non intel-um, declaravit Coelius Rhodiginus libro quarto lectio-n antiquarum.

IN ELEGIAM VII.

Dum tibi Cadmeae.] prope simile principium est elegiae ldii ad Macrum:

Car-

Digitized by Google

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem.

Eviolasse.] Beroaldus testatur, in antiquis libris partim, *evoluisse*, partim, *te violasse*, legi. quarum scripturam ego quidem utramlibet huic vulgatae facile anteposuerim. Sed quod Volscus admonet deos hic intelligi, non Venerem, & Cupidinem, sed poëtas ipsos: id, meo quidem sententia, tale est, ut, si fatuis & insulsis declarationibus praemium aliquod positum esset, id Volscus, hac una fretus, sine controversia, suo jure, diis hominibusque plaudentibus, ablaturus fuisse videatur.

IN ELEGIAM VIII.

Tune igitur.] Cynthiam, cum quodam, qui ex praetura in Illyriam proficiscebatur, ire meditantem, dehortatur, ne id faciat. mox, se ei, quod voluerat, persuasisse, laetatur. sed hunc praetorem ex Illyria reversum postea coluit Cynthia. vide elegiam quandam e libro secundo, cujus principium est, *Praetor ab Illyricis. Vigiliis.*] quarum exortu aperiuntur maria. *Ne ve iniquos meas.*] ne ve cogar pro te navigante vota facere, quae tamen adversos & reflantes ventos nihil moveant. *Vana patiaris arena.*] alii libri, iique veteres: *Vacua patietur in ora.* ut verbum, *patietur*, referamus ad undam ipsam. quod mihi quidem paulo magis arridet. nam illud alterum non satis intelligendo consequi possum. *Oricos.*] portus Epiri. Hecataeus apud Stephanum: Μετὰ ἡ Βύθρωτον πόλις, μετὰ ἡ Ὠρικὸς λιμήν. *Et dicam, Autaricis.*] Autarii & Hyllaei, populi Illyriae.

IN ELEGIAM X.

O *jucunda quies.*] Gallus cum puella, cujus recens amore inarserat, nocte quadam collusurus, arbitrum delegisse suis, primisque cum ea velitationibus adhibuerat Propertium. quo e spectaculo tantam se voluptatem hausisse dicit: vix ut, quamvis multa jam nocte, abstinuerit posset: utque nunc quoque in illius noctis memoria jucundissime acquiescat. ergo, ut praemium amico aliqua ex parte persolvat, defert ei operam suam ad multa amanti utilia, quorum se peritum esse profitetur. ad extre-

Digitized by Google

iam ei aliquot conſervandi amoris praecepta tradit. *eſtris conſcius in lacrymis.*] non deſunt, qui legendum putent:

Affueram veſtris conſcius inlecebris.

rymarum tamen, eadem in re narranda, infra quoque ntio eſt:

Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo,
Et flere injectis, Galle, diu manibus.

Cum *te complexa.*] ita videtur dixiſſe, *complexa lla*, ut,

Expertae metuens jurgia ſaevitiae.

runque autem etiam Ciceronis exemplo confirmari teſt. in oratione pro Sex. Roſcio: *Sceleſtum, dii immortales, ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno delicta ac ſcelera omnia complexa eſſe videantur.* Idem o Balbo: *Cujus igitur audita virtus dubitationi locum n daret, hujus praeſens, experta, atque perſpecta, ſpectatorum voce laedetur?* Atque in his loquendi generibus nimium religioſi ſunt quidam noſtri temporis homines: ita ut interdum etiam veterum ſcripta corrumpere deant: ſicubi illi contra eam, quae nunc eſt, conſuetudinem aliquid dixiſſe videantur. quale eſt, quod deſiderunt in ipſo principio elegantiſſimi libelli, quem ſcripſit Q. Cicero de petitione conſulatus. id enim cum ita reperiretur in omnibus ad unum antiquis libris: *Etſi tibi omnia ſuppetunt, quae conſequi ingenio, aut uſu aut diligentia poſſunt:* inculcata eſt ab iſtis vox, *homines:* ne id *conſequi*, πάνυ κακῶς, ut erat, poſitum videretur. qui ſi librorum conſenſio, quam nemo unquam ſapiens contemnendam putavit, nihil iſtos movebat: recordari debebant eos par fuiſſe, *aſſequendi* verbum eodem illo modo corruptum eſſe a M. Tullio: cujus haec ſunt e ſecundo libro accuſationis: *Ac ne forte ea, quae remota de medio, atque erepta vobis ſunt, omnia ita condita fuiſſe, atque ita abdita putaviſſe videantur, ut hac diligentia, quam ego a me expectari maxime puto, nihil horum inve-*

ſtigarî, nihil aſsequi potuerit: &c. Quamvis labentis duae cauſſae erant, cur diſcederem: quod & dormire c piebam, & media jam nox erat. at utranque facile ſup rabat ea, qua, ſpectandis luſibus veſtris, perfundeba voluptas. *Et mediis caelo.*] ad medium caeli provec *Luna ruberet.*] eſt ne ita dictum, *ruberet*, ut, — *Ver ruberet aurea Phoebe*? equidem nihil tale intelligend putarim. ſed ne Volſco quidem acceſſerim, qui rub ſcere ait Lunam, cum appropinquat dies. mihi ſane pa leſcere potius videtur. opinor igitur, iccirco hoc ver uſum poëtam, quod multi e veteribus ignea eſſe cred bant corpora caeleſtia: eamque opinionem poëtae fe inſequuntur. ruber autem eſt ignitorum color. *Equi* alii a mulis, alii a juvencis ejus bigas trahi ajunt. *Qua do contemnitur.*) fuit tempus, cum vix putaban, vo cem, *quando*, hoc ſenſu a veteribus acceptam legi. le gitur tamen, ſed non ſaepe. Plaut.

Haec urbs Epidamnus eſt, dum haec agitur fabula.
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum. Idem
Juventus nomen fecit Peniculo mihi:
Ideo quia menſam, quando edo, detergeo.

IN ELEGIAM XI.

Ecquid.] profecta ad aquas Cynthia, atque illic dei dente, metuit, ne ipſe ex animo illius excidat, ne ve alius quispiam in ejus amorem inſinuet. quare eam, illa loca relinquat, hortatur. ordo autem verborum quod eſt paulo perturbatior, fefellit interpretes. ea igitur indicabo. Ecquid cura ſubit te, o Cynthia, ceſſa tem mediis Bajis abducere, id eſt, abducendi, exigend noctes memores noſtri? *Et modo.*] exponit, quod an dixerat, ceſſantem. ita, inquit, ociosam & vacuam, totos dies mireris modo ac contempleris vicinum mare, al praeterea nihil negocii habeas. ſed quod illa maria E ro, id enim Theſproti regnum eſt, *ſubdita* eſſe dic equidem, id quomodo accipiendum ſit, non aſſeve nam neque ea, quae a Beroaldo & Volſco dicta ſu placent: neque mihi quicquam, quod plane approba venit in mentem. *Adducere.*] ita eſt in meo veter bro, non, ut in aliis, *adducere*. *E noſtris carminib*

Digitized by Google

lectione meorum carminum, quae tuam mei memoriam confirmarent: erat autem erudita haec puella, ut multis locis intelligimus, mirificeque verbis Propertii capiebatur. unde est illud:

Nam mea cum recitat, dicit, se odisse beatos.
Carmina tam sancte nulla puella colit.

Atque utinam] utinam potius aut navigando, aut natando ocium fallas, quam aures alienis blanditiis praebeas. *Mage.*] potius. *Aut teneat.*] aut lympha facilis cedere alternae natitantis manui, teneat te in unda tenui lasciva. *Natitantis.*] alii, *Tentantis:* & meras ineptias ferunt. meus vetus liber habet, *natantis:* unde conjecturam feci, legendum esse, *natitantis. Manu.*] antique, pro, manui. sic alibi:

Nec mirum: cum sit Jove digna, & proxima Ledae,
Et Ledae partu.

rsusque alibi:

Tantalexe poterit tradere poma manu.

Attulerint nostri.] interpunctum unum perperam collocatum, & una littera mutata, sententiam hujus versus corruperant: qui a nobis ex antiquis libris integritati restitutus est. *An mihi sit major.*] in aliis libris, *An mihi non major:* quo nihil ineptius.

IN ELEGIAM XII.

Quid mihi.] Accusabatur desidiae ab aliquo amico, qui etiam desidiae illius causam conferebat in amorem Cynthiae; eo enim Propertium frangi, ac dissolutum fieri, & ab agendis rebus abduci. Respondet ipse, multum abesse, ut ita sit: Cynthiam enim non tantum corpore distractam a se, verum animo quoque abalienatam esse. tum queritur, quod neque eam praesentem alloqui, neque ad illam aliam amandam applicare animum possit. *Quod faciat.*] hic versus varie legitur in vetustis libris. sunt, in quibus hoc modo:

Digitized by Google

Quod faciat nobis conscia Roma moram. in aliis,
Quod faciat nobis Cynthia Roma moram.

ego autem suspicabar ita legendum:

Quod faciat nobis Cynthia amore moram?

hanc autem e vocum similitudine elegantiam confecta est etiam in elegia quae proxime sequitur:

Certus & in nullo quaeris amore moram.

Quantum Hypanis.] ex opinione sua, & amatorie loquitur. *Hypanis.*] duo sunt hoc nomine fluvii; unus India, ad cujus ripam sunt formicae, quae effodiunt a rum; alter in Scythia. *Eridano.*] non eruditis modo quibus haec omnia notissima sunt, sed neminem esse cu do tam in litteris hospitem, cui notum non sit *Eridan* a Graecis dici, quem Latini *Padum* vocent. de hoc ipso fluvio, qui sit, ubi sit, aut omnino sit, nec ne sit, mir quantum inter se antiqui scriptores discrepant: alii e cum Pado eundem esse, aliis eundem cum Rhodano, a in Padum, aliis in Rhodanum influere, aliis in Vene aliis in Iberia, aliis in Scythia fluere, aliis etiam, quor sunt Herodotus, & Strabo, nusquam omnino esse dic tibus. Pausanias Eridanos agnoscit duos, in Gallia unu alterum in Attica. *Lecta Prometheis.*] *Prometheu* ju Caucasum dicit. creditus est autem is quoque mons b barum ad incantationes potentium ferax. Seneca in M dea:

Congerit in unum frugis infaustae mala,
Quaecunque generat invius saxis Erix,
Quae fert opertis hieme perpetua jugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

Coelius autem Rhodiginus dum in hoc loco explica nova quaedam afferre vult, attulit non nova tan verum etiam aliena, & absurda.

IN ELEGIAM XIII.

Tu quod saepe soles.] laetaberis, inquit, & quo modo insultabis mihi, quod, distractus a Cynthia, a

amplius non exerceam. *Certus & in nullo.*] bis re-
enda negatio: in nullo amore certus, in nullo amore
eris moram. *Et primo lapsus.*] lapsus ab illo con-
tiae gradu, quem prius obtinebas. *Adire.*] quidam
amore, ego, *amare*. *Vidi ego.*] supra: *O jucunda*
s. Non sic Aemonio.] fabula est apud Homerum li-
XI. Odysseae, & apud Lucianum in dialogis marinis.
uspicari fortasse confidentior aliquis possit, Proper-
hoc loco aut memoria lapsum, aut nominum simili-
ne deceptum esse. is enim Enipeus, cujus amore fla-
it Tyro, non in Thessalia est, sed in Peloponneso.
Thessalia autem non Enipeus, sed Enisseus fluit, ab
alius: ut cognoscitur ex octavo Strabonis libro. ac,
quis forte, Beroaldum secutus, putet, utrunque Eni-
n dici; & Propertium, more poëtis non inusitato,
eorum tribuisse, quod esset alterius; apud Strabo-
autem Enisseum pro Enipeo vitiose legi: sciat, hoc
n discrimen Enipei & Enisei e Strabone annotatum
ab Eustathio. *Nec sic caelestem*] Hercules in cae-
receptus, Heben duxit uxorem. itaque apud infe-
non Herculem ipsum, sed ejus tantum simulacrum
nericus Ulysses sibi visum esse ait:

Τὸν δ' μὲν ἐπιτρόπου βίην Ἡρακληείην,
Εἴδωλον· αὐτὸς δ' μὲν' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπετ' ἐν δαλίῃς, ἔχει τε καλλίσφυρον Ἥβην,
Παῖδα Διὸς μεγάλοιο, καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου.

agrans amor.] ac serio quidam flagrans. neque ullus
am amator verius ardere dictus est. *Et Ledae par-*
pro, partui, antique. *Gratior una tribus.*] Leda
& Helena, & Clytaemnestra: ut praeclare expositit
aldus.

IN ELEGIAM XIV.

epe ego multa.] queritur de perfidia Cynthiae: quod,
ipse in magnum discrimen adductus sit, illa nihil
no de eo laboret, neque quicquam remittat de pri-
colendae formae studio. se tamen unquam illius
em ex animo depositurum negat. Quod autem fue-
ericulum, in quo tum constitutus erat poëta, divi-

Digitized by Google

nare fas non est. nisi (*) illud quidem constat, urbem eam reliquisse, & mare conscendisse. *At non sic Ithaci.*] Homerus Odyss. ι. *Alphesiboea.*] ita vocabant omnes elegantioris formae puellas: quasi, quae reperirent procos, qui ipsis boves darent dotis nomine. eo enim pecore solitos uti antiquissimos in aestimandis rebus, nondum introducto usu numorum, indicat vel illud πρόμαχος, — ἑκατόμβοια ἴννασθον. at hic nomen proprium est. historiam autem, quam hic tangit Propertius, diffuse exponit Pausanias in Arcadicis: nisi quod apud eum fratrum ab Alphesiboea interfectorum nulla mentio. *Hypsipyle.*] Ovidius in epistolis, Papinius libro VI. interpres Pindari in Nemea. *Hospitio.*] ut *servitium* pro servo dicimus, sic *hospitium* hic pro hospite accipimus. *Euadne.*] haec initio Ianira dicebatur. sed ut Alphesiboeas vocatas diximus, quae, propter pulchritudinem, reperirent magnam dotem: (uxores enim a viris, non, ut nunc, viros ab uxoribus, dotem accipere mos erat) ita haec Euadne dicta est, quod bene dotata esset a Capaneo conjuge. εὖνα enim vocabant nuptialia munera. Hanc Iphidis filiam fuisse, ait interpres Pindari: & ob id Iphias ab Ovidio vocatur. Hyginus tamen Phylaci filiam facit. *Multa prius.*] nihil temere affirmaverim: sed, si quis meam conjecturam antiquus liber adjuvet, libenter pro, *multa*, legerim, *muta*. ut significet, prius fore, ut flumina tacita, & sine ullo strepitu labantur in mare, quam ipse Cynthiam amare desinat. *Labentur.*] veteres libri, *labantur*. & melius convenit cum eo, quod sequitur, *duxerit.*

IN ELEGIAM XV.

At merito.] libri veteres, *Et merito. Ah pereat.*] Quo modo, *pereat*, si jam pridem *periit*? sed videlicet tale est, quale illud,

Illi sub terris fiant mala multa puellae. &c.

IN ELEGIAM XVIII.

Hoc pro continuo.] Gallum, qui Hylam puerum habebat in deliciis, exemplo Herculis monet, ne eum incomitatum vagari sinat. *Crudelis Minyis.*] magnum hic ve-

(*) Scrib. *ne illud quidem.*

Digitized by Google

us mihi negocium exhibuit: neque sane adhuc in ejus
entia eruenda mihi ipse satis facere potui. Ascanium
m in Bithynia esse, haud procul ab eo loco, ubi
us esse Hylas dicitur, e Strabonis libro XII. notum
sed quaeso, quid tum postea? cur is lacus Minya-
dux fuisse, aut, quod etiam absurdius est, fore di-
r? Beroaldus pro, *dux erit*, videtur legisse, *dixe-*
ita tamen ut utranque scripturam agnoscat. sed il-
, *dixerit*, ita interpretatur, Ascanium lacum, post
lionem Hylae dixisse hoc Minyis, fortunam crudelem
e imprudenti amanti occurrere. quae expositio mihi
lem insigniter frigida videtur. Equidem, quae mihi
dem conjectura in mentem venerat, eam ne nunc qui-
, cur rejicere debeam, video. suspicabar autem,
, *Ascanius*, legendum, *Aesonius*. crudelem autem
ari Jasonem, pro eo quod Herculem, amissione pueri
nimatum, & ejus reperiendi desiderio huc illuc va-
tem, nihil miseratus, reliquerit, & inceptum iter,
erto eo, sit persecutus. sed tamen ne sic quidem satis
aeret sententia. denique habeo librum ab eruditissimo
nine, Francisco Porto, cum multis veteribus diligentis-
e collatum: in quo notatum est ipsius manu, esse an-
a quaedam exemplaria, in quibus hoc loco lacuna est,
n his litteris, *Fragm.* quod si est, κατάπαυμα plane ul-
hoc fuerit. *Thiodamanteo.*] Callimachum & Apollo-
m sequitur, qui Hylam Thiodamantis filium faciunt.
enim aliter. est autem operae pretium cognoscere,
r hic, qui tantopere heroi fortissimo carus & accep-
fuit, quo modo in ipsius manus pervenisse dicatur.
de re ita memoriae proditum est. Hercules cum De-
iram, Oenei filiam, duxisset uxorem, Calydone dege-
. quodam die accidit, ut Cyathus puer, Architelis
us, qui Oeneo pocula ministrabat, Herculi, manus
uturo, aquam eam, quae abluendis pedibus comparata
t, insciens infunderet. indignatus Hercules pugno eum
erfecit. quam ob caedem profugus, cum una cum
ore se in viam dedisset, ad Euenum fluvium Nesso
ntauro mortem attulit: ut & Archilochus narrat. dein-
progrediens, in Dryopiam venit. est autem ea gens
inis ac latrociniis dedita, conterminа Mileensibus, ut
apud Pherecydem in tertio. ibi cum Hylus filiolus,
em secum ferabat, esuriret, Lycas autem paedagogus

procul relictus esset, a Thiodamante, in quem incide-rat, Hercules pauxillulum cibi petere occoepit. negat ille. commotus Hercules, abreptum interfectumque unum e bobus ipsius cum sacrificasset, epulabatur. Currit pro-pere in Dryopum urbem Thiodamas, evocatosque eos adversus Herculem educit. tum in eam necessitatem Her-cules adductus est, ut uxorem quoque armaverit. quam etiam in pugna vulnus accepisse propter mammam ferunt. Sed tandem superior effectus Hercules, Thiodamante in-terfecto, filium ejus Hylam abduxit, eumque in delicis habuit. *Ascanio*] hic quoque libentius legerim, *Aesone*. *Nanque ferunt.*] Hinc incipit enarrare fabulam de Hylae raptu, quam varie tractant Theocritus εἰδυλ. ιγ. Apollo-nius libro primo, Valerius Flaccus libro III. eandem etiam proxime M. Antonius Flaminius in elegia quadam ita eleganter ac suaviter descripsit, ut mihi quidem cum antiquis illis merito comparari posse videatur. *Hunc dum sectati.*] hoc de duobus Boreadis ab alio nemine, quod sciam, traditum est. itaque puto Propertii inventum esse ad exornandam fabulam. *Jam Pandioniae.*] desinant Bo-readae Hylan persequi: eum enim abreptura sequitur Dryas. Hanc autem nympham Flaccus Dryopen vocat. Apollonius nomen ipsius non exprimit. Theocritus, non ab una, sed ab omnibus ejus loci nymphis raptum Hylan esse dicit. Onasus historicus, dum aquam haurire vel-let, in fontem decidisse, ibique submersum esse. *Ah dolor.*] versus hic abest a quibusdam veteribus libris. & vereor, ut aut Propertii sit, aut satis emendate legatur. *Hic erat Arganti Phlegre*] omnino ita est in plerisque omnibus veteribus libris. neque tamen adduci possum, ut eam scripturam probem. Orpheus quidem Argantii montem nominat, ad quem raptus sit Hylas:

— ἀμφὶ δὲ χιονὸς
Ἀργάνθῳ πυκίφαντι, βαθυκρήπιδι τε γηλόφῳ.

sed Phlegram in his regionibus nusquam reperio, neque usquam omnino, nisi in Italia ad Cumas, & in Thracia ad Pallenen. Strabo libro XII. Arganthonium montem ait Cio, seu Prusiadi imminere, ubi raptum esse a nym-phis Hylan fabulentur. celebrari etiam a Prusiensibus fe-ria quaedam, in quibus per montes huc illuc currant,

Digitized by Google

Hylae nomen inclament. sed homo ineptissimus, Vol-
s, fretus illo, quem modo recitavi, Orphei versu,
si pro suo jure imperat, ut Strabonem corrigamus,
ganthumque, non *Arganthonium* montem apud eum
amus. in quo est, cur inscitiam ipsius misericordia,
aciam odio prosequamur. Equidem Strabonis scriptu-
n non omnino emendatam esse existimo, sed tamen ita
iter depravatam, ut, una littera addita, corrigi possit.
αὐθώνιον enim, non Αργανθώνιον ὄρος, legendum puto.
in & hunc versum Propertii ita legendum censuerim,

Hic erat, Arganthonei sub vertice montis.

que me fugit, apud Stephanum Αργαθώνη, non Αργανθώνη
i: unde etiam hic, vir clarissimus, Hermolaus Barba-
, *Argathonei*, non *Arganthonei*, legendum pronun-
vit. sed movent me cum alia, tum Arrianus, qui Ar-
thonen nympham nominat. omnem autem dubitatio-
m tollit, nisi magnopere fallor, Apollonius, qui hunc
ium montem *Arganthoneum*, id est, Αργανθώνιον, nomi-
:

Τῆμος ἄρ' οἳγ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἠϊόν' ὑγρὴν,
Ἀμφ' Ἀργανθώνιον ὄρος, ἐσχάσας τε Κίειον.

Thyniacis.] Thynia enim, seu Bithynia contermina est
ysiae. Arrianus ait, Arganthones nymphae filios fuisse
nynum & Mysum, a quorum altero Thynia, ab altero
ysia nomen acceperit.

IN LIBRUM SECUNDUM.

Theseus infernis.] deest, *quale*. ut sit, quale caput
latur fuisse Pirithoum inferis Theseus, Patroclum
eris Achilles. cur autem ille inferis, hic superis? an,
od & Pirithous, & Theseus apud inferos sunt? Virgi-
s:

— *sedet aeternumque sedebit*
Infelix Theseus. Horatius:
Nec Lethea valet Theseus abrumpere care
Vincula Pirithoo.

hilles autem ad superos propter virtutem evectus est.

Ixioniden.] Pirithoum, Ixionis ex Dia filium. quo modo igitur & ipse, & Theseus a Virgilio *diis genti* vocantur?

Diis quanquam geniti, atque invicti viribus essent.

sed Theseï quidem patrem habitum Neptunum, Pirithoum autem Jovis nepotem fuisse constat. Ixion enim Jovis filius. *Menoetiaden.*] Patroclum Menoetii filium. Menoetius autem Pelei frater: ut non amicitia tantum, sed cognatio quoque inter Achillem & Patroclum intercesserit. variae autem fuerunt de horum aetate sententiae, quas collegit Politianus cap. XL. v. miscellaneorum. Ceterum Lucianus, juniorem, & ab Achille adamatum fuisse Patroclum, jucundo magis, quam verecundo argumento, ex ipsis Homeri versibus colligit, in dialogo, qui inscribitur Ἔρωτες *Sed neque Phlegraeos.*] neque Callimachus poterat grandia poëmata conscribere, neque ego possum. hoc autem vitio datum Callimacho ab invidis, ipsemet testatur elegantissimis versibus, quos adscribere non gravabor:

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' ἄκρῳ λοιδορέων ἔειπεν,
Οὐκ ἄγαμαι τὸ ἀοιδὸν, ὃς οὐ θέει πίονι δίσκῳ.
Τὸν φθόνον ἀ Πίμπλεια παρὰ τὸν Ἕλικωνα, δι' ὃν ἔκανεν,
Ἀσυρίῃ πομπηΐδι ῥόμβος ἐοικὼς, ἅμα καὶ πτερὰ
Ἀμφοτέροις γῆς, τῷ πολὺν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.
Αἴσιμα δ' οὐκ ἀπὸ πηγὰς ὕδωρ φαίνει μέλισσαν,
Ἀλλ' ἢ τις σταθερὴν πη, τῷ ἀχερσίαντος ἀήτῃ
Παίδων ἐξ ἱερῆς ὀλίγα λιβάς, ἄκρον ἄωτον.

IN ELEGIAM II.

Jupiter ignosco.] in aliis, *ignoro*. ut sit: nescio, cur olim tam multas rapueris, cum hanc antiquis omnibus formosiorem in terra relinquas. *Ischomache.*] alii Deidamian, aut Hippodamian vocant. *Mercurio Sais.*] τῷ τοιῷδε intelligendum, *qualis*. fabula autem, quam hic tangit Propertius, mihi prorsus ignota est. nam quod Sadem Minervam interpretantur, multis de causis non placet. primum, quod nusquam alibi lectum est, Minervam cum Mercurio corpus commiscuisse: immo vero eam summo consensu *ἀνεπίμικτον* faciunt. deinde, quod

Digitized by Google

Saitica praefectura Minervae sacra est, dea tamen non *Sais* ab Aegyptiis dicitur, sed *Neith*. adde, quod Cynthiam cum Minerva contulerat, illo versu,

Aut cum Dulichias.

e in meo vetere libro, non *Sais* legitur, sed, *San-*. falsam declarationem, ut opinor, confutavimus. am aut alii, aut fortasse nos ipsi olim reperiemus.

IN ELEGIAM III.

ui nullum.] initio sibi ipsi quodam modo insultat, d qui diceret, se ab omni amore plane liberum esse, uo sese in eosdem laqueos induat. deinde excusat se m: quod neque possit naturae suae pugnare, neque Cynthiae forma, quam aliis raris & eximiis dotibus, uctus sit ad ipsam amandam. *Et quantum Aeolio*] tribus veteribus poëtriis Cynthiam comparat. sunt em hae, Sappho, Corinna, & Erinne. quarum de na nihil dicere necesse est. non enim potest illa cui- m ignota esse, nisi qui litteras nesciat, de duabus au- aliis, quoniam non aeque notae sunt, aliquid com- norare haudquaquam alienum fuerit. Corinnae igi- duae fuerunt: una Thespia, altera aut Thebana, aut agraea. utraque poëtica laude insignis, haec quidem ut Pindarum quinquies vicisse tradatur. sed Pausa- id eo factum putat, quod Pindarus Dorica lingua eret, quae non satis intelligeretur ab Aeolibus, illa em Aeolica. neque non illud ad conciliandam victo- profuisse tradit, quod mulier esset omnium per id pus formosissima. Erinnen autem Sapphonis aequa- & sociam fuisse accepimus, quae poëma scripserit, d *Colum* vocavit, partim Aeolica dialecto, partim ica, trecentis versibus constans, tanta felicitate, ut cum Homero ex aequo contulerit antiquitas. obiit em virgo, annos habens undeviginti. ac, ut de Ho- i, ita de hujus quoque patria ambigitur. sunt enim, Teiam, sunt qui Teliam, sunt qui Lesbiam, sunt Rhodiam faciant. *Turpia perpessus.*] Theocritus:

Τὰν ἀγίαν χ' ὡ ῥοῖτης ἀπ' Ὄθρυος ἄγα Μιλάμπυς
Ἐς Πύλον. α δὲ Βίαντος ὐ ἀγκοίνην ἰκλίζη
Μαννῶ α χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφισιβοίας.

tân.

tangit & hanc sive fabulam, sive historiam, sed procis, Homerus libro undecimo Odysseae. quam e Graecorum commentariis uberius ac fusius explicatam proponere instituit. Tyro, Salmonei filia, mortuo patre, in Deioneï patrui tutela fuit, qui eam Cretheo in matrimonium dedit. Interjecto aliquo tempore, cum ipse quoque Deioneus excessisset e vita, Iphiclus, qui ejus in Phylaces provinciae imperio successor fuit, partem quandam eorum, quae ad Tyronem pertinebant (*), occupavit. Neleus Tyronis filius, ut maternas injurias ulcisceretur, si quis Iphicli boves (erant autem illae eximia pulchritudine) abduxisset, filiam suam, cui nomen erat Pero, praestanti virginem forma, ei se uxorem daturum pronunciavit. difficile id factu omnibus videbatur. nam et bubulci robustissimi, & ferocissimi canes Iphicli armenta servabant. sed Bias, Amythaonis filius, qui miro ea puellae amore teneretur, fratri suo Melampodi, vati peritissimo, ut id negocium susciperet, persuasit. hic, cui non erat nescius fore, ut caperetur, profectus est tamen, fraternae voluntati cupiens obsequi. captus igitur, & Iphiclo traditus, deinde in carcerem conjectus, diligenter asservabatur. qui autem ei ministraret, vir quidam una cum uxore est attributus: quorum ipse viro quidem facili & comi, sed muliere molesta & aspera utebatur. Cum ergo ibi diu delituisset, quodam die vermium fum tectum strepitum ac stridorem quendam audiit. erat autem ita purgatis auribus, ut intelligeret ac perciperet etiam ea, quae a bestiis dicerentur. sensit itaque, eos vermes significare inter se, trabem sibi jam corrosam & cretam esse. quare ruinam metuens, simulat sibi male esse, ita ut consistere non posset: petit igitur, ut vir quidem anteriorem (†), mulier vero posteriorem lectuli sui partem apprehenderet, ipsumque ita ambo extra domunculam ferrent. quod eis facere aggressis, cum & vir, & tota prope lectus extra tectum esset, derepente collapsa trabs mulierem obruit, atque enecavit. servatus vir, rem totam ex Melampode cognitam defert ad Phylacum, Iphicli pa-

(*) Apud semibarbaros, qui nunc Latine scribunt, frequens est *haec ad me pertinent*, pro, haec mea sunt. Veteres aliter loquebantur. docet Vossius de Viriis sermon. VIII. p. 399.

(†) *Anterior*, vox cadentis Latinitatis. Vide Cellarium de Post. p. 155.

Digitized by Google

rem. is eam Iphiclo enunciat. Iphiclus hominem ad accersitum, quis esset, quoque consilio boves subrepn venisset, interrogat. is omnia illi, ut erant, indi. Tum Iphiclus, Et domum, inquit, liber ac soluredito; & tecum boves, quas petis, abducito, si ionem mihi aliquam, qua liberos procreare valeam, icaveris. Melampus cum illum bono animo esse jusset, caesis rite hostiis regiones captandis augurlis divi. advolant aves omnis generis, praeter vulturem. Vaex omnibus, ecqua ratio esset conficiendi Iphiclo liros, scisciatur. illis se ullam tenere negantibus, venit stremo vultur: ac primum profert causas, quae Iphi, ne generaret, impedimento erant. Phylacum pam, olim ipsi puero quadam de causa iratum, persetum esse eum stricto gladio, sed cum eum comprehere nequiisset, gladium in pyrum quandam silvestrem pegisse. ipsum autem gladium postea crescentis arboris rtice obtectum & involutum, simul & arborem ipsam, eam partem, qua lateret gladius, indicavit: affirmans, norem ea ex re conceptum, jam tum Iphiclo sterilitan attulisse. iret igitur, & rupto cortice gladium edret, rubiginemque illius e vino per decem dies Iphiclo tandam daret. hoc remedio usus Iphiclus generandi potestatem recuperavit. Melampus, acceptis bobus, dum reversus, fratri eas tradidit. qui cum eas Neleo, tis nomine, dedisset, puellam, quam amabat, accepit. *rripuisse.*] surripere voluisse. *Quem non lucra.*] non im lucri causa eas abducere volebat. *Pero formosa.*] Πηρὼ βοῶπιν, ait Homerus.

IN ELEGIAM IV.

Non per Medeae.] Citeis Medea est. ne igitur bis cann continenter nominaverit, malim legere,

Non Perimedea gramina cocta manu:

o modo & Beroaldus in quibusdam vetustis libris legi . *Perimedes* autem veneficae insignis meminit Theotus Pharmaceutria:

Φάρμακα τοῦδ' ἱερόθυτα μήτε τι Κίρκης,
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθῆς Περιμήδης.

est-

eſtque haec eadem, quae ab Homero vocatur Agamede:

Ἥ τόσα φάρμακα οἶδεν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

IN ELEGIAM VI.

Non ita complebant.] de meretricibus, quae hic nominantur, multa jucundiſſima leguntur apud Athenaeum libro XIII. quibus referendis, brevitatis cauſſa, ſupersedeo. unum de *Phryne* praeterire non poſſum, quam Beroaldus & Volſcus *Phyrnen* inepte nominant, neque hiſtoriam, quae hic a Propertio tangitur, vident. eam vero exponit Athenaeus his verbis: ἐπαλάστει δὲ τῆδε ἡ Φρυνή, ἣ ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι θεβαῖοι· Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρυνὴ ἡ ἑταίρα.

Me ſoror.] verſus hic antea ita legebatur:

Me ſoror, & cum qua dormis amica ſimul.

neque animadvertebant, qui hanc ſcripturam ſequebantur, mendum inesſe in verbo, *dormis*, vel in puero ſcutica dignum. *dormit*, & in meo vetere libro legitur, & omnino legendum eſt. hoc autem dicit: Et ſoror me laedet me, & amica, cum qua ſimul ipſa dormit.

IN ELEGIAM XI.

Quicunque ille fuit.] quo modo Amor pingatur, & cauſſas, cur ita pingatur, ſumma elegantia exponit. Sed hanc elegiam perfecte intelligere qui ſtudet, legat Alexandrum Aphrodiſienſem problemate LXXXVII. *Evolat e noſtro.*] certe quidem verſus hic integer non eſt. nam quid eſt *Evolat e de noſtro pectore?* fortaſſis igitur ita legendus ſit:

Evolat, heu, noſtro quoniam de pectore nusquam.

IN ELEGIAM XIII.

Nec ſic Electra.] vocem, *ſuum*, quam indoctus aliquis hoc loco inſerſerat, quaeque in omnes prope libros propagata verſum corrumpebat, ejeci, & expunxi.

Digitized by Google

IN ELEGIAM XV.

Quae tibi terra.] sic Tibullus:

Muneribus meus est captus puer. at deus illa
In cinerem, & liquidas munera vertat aquas.

erque autem sumpsit ab Homero:

Ἀλλ' ἐμοῦ μὲν πάντες ἴδοι καὶ γαῖα γένοιτο.

IN ELEGIAM XXI.

Cui fuit.] ait, se, relicto amore matronarum, contulisse se ad amandas eas, quae minore negocio faciunt coram sui. & colligit multa argumenta, quibus harum amorum tutiorem ac jucundiorem esse concludat. eadem de quaedam sunt apud Horatium libro primo sermonum.

IN ELEGIAM XXVI.

Extremo venit.] puto legendum, *veniet.*

IN ELEGIAM XXVIII.

Quaeris cur veniam.] mutilam esse hanc elegiam, nemque illius desiderari, cum diu suspicatus essem, pocta veterum librorum indicio deprehendi. sunt, qui eam, ae proxime sequitur, cum hac continuent, unamque duabus faciant: quos valde errare arbitror.

IN ELEGIAM XXXI.

Non Amphiareae] depravatum esse versum hunc, onstat. nam ab *Amphiaro* neque *Amphiaraae*, neque *mphiareae* deduci potest. numeri praeterea non conunt. in meo vetere libro legitur:

Amphiraeae nil prosunt tibi fata quadrigae.

de si quis vocem, *tibi*, sustulerit, quae versum ὑπερμετρον facit, veram, ut opinor, scripturam restituerit.
ut Capanei magno.] eodem libro auctore hic reposui vo-

vocem, *magno*, quae ab imperitis detracta numeros corruperat. *Nec minor his animis.*] in his versibus mendi aliquid latere suspicor.

IN LIBRUM III.

Callimachi manes.] Callimachi & Philetae manes invocat, ut sibi adsint in scribendis elegis. tum commendat se ipsum, qui princeps apud Latinos hoc poëmatis genus excoluerit: immortaleuque famam suam fore augurtur. hos autem poëtas etiam alibi conjunxit:

Tu satius memorem Musis imitere Philetan,
Et non inflati somnia Callimachi.

Philetae.] huic secundas partes in elegia tribui solita, ait Fabius. eum ita exili corpore fuisse prodit Athenaeus, uti necesse habuerit pilas plumbeas ad pedes gerere, ne subverteretur a vento. mortuum autem e labore, quem capiebat in studiis, & e molestia, quam contraxit, cum fallacis & captiosae Stoicorum conclusunculae, quam Graeci λαβύρινθον, Cicero *mentientem* vocat, dissolutionem reperire non posset. *Primus ego.*] simile illi Lucretiano,

Avia Pieridum.

& illi Horatiano,

Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede.

& mox,

— *Parios ego primus iambos*
Ostendi Latio.

Sacerdos.] sic Horatius:

— *carmina non prius*
Audita, Musarum sacerdos,
Virginibus puerisque canto.

Illi

tala per Grajos] Romano ore ea, quae Graecis tan-
tractata fuerant, celebrare. *Orgia.*] poëtae enim
i sunt Baccho. *Choros.*] nam in Bacchi sacris cho.
agebant. supra:

Egit ut euantes dux Ariadna choros.

enuastis.] secuti sunt enim κεκμηκότες ἰχνία. unde ali.
non inflatum Callimachum dixit, & *angustum* ei *pe.*
tribuit. *Exactas.*] ἠκριβωμένα. Ovidius:

Non exacta satis, rudibus simillima signis.

Quid frustra.] quasi curru invehens, & alios pone
uentes respectans, haec dicit. *Non datur.*] *via curri*
, id est, via qua curri possit. *Carminis interea.*] in
quis libris haec a superioribus distincta ac separata
t. *Orpheu.*] negat, mirum esse, si carmina, quae
Baccho & Apolline propitiis scribit, a puellis colan-
cum carminibus Orpheus feras & flumina, Amphion
des, Polyphemus etiam rudis & agrestis musicus Ga-
an moverit; nedum puellas, quarum tenerum est,
flexibile ingenium.

IN ELEGIAM II.

Ergo Musarum.] vox, *ergo*, quo pertineat, non fa.
video, deque illius integritate subdubito. nulla tamen
repantia in veteribus libris.

IN ELEGIAM III.

neratos Caesaris axes.] libentius legerim, *onerato*
saris axe. Pacis amor deus est.] duas causas red-
cur in bellum ire nolit: quod Amorem colat, qui
est pacis: etsi sibi quidem cum domina pacem non
ait: & quod alioqui magnarum opum, quae in bello
ri solent, cupidus non sit.

IN ELEGIAM IV.

Majoremque timens.] in meo vetere libro est, *Majoremque metuens*: deinde alia manu emendatum, *timens*: ego autem, si quod in illa depravata scriptura veritatis vestigium est, libentius, detractis tribus litteris, legerim

Majoremque metu servus habere fidem.

ut sententia haec sit: timere servos interdum, ne malis nunciis apportandis dominos ad iram incitent. ἐγκλίνει δὲ πῶς τὸ ψεῦδος ἀγγέλοντας, ait Aristoteles, ideoque saepe mentiri, & ea dicere, quae dominis placitura norint. Hoc igitur ipse reprehendit, aitque, plus in servo bonae mentis esse fidei debere, quam metus.

IN ELEGIAM V.

Sunt Agamemnonias.] hisce quatuor versibus fabulae quaepiam obscurior continetur. nam de hoc sive Argino, sive Argynno (quamvis enim apud Pollucem Ἀργύννος, legitur, Ἄργυννος tamen legendum crediderim) de quo igitur nihil aliud reperio, nisi eum fuisse Agamemnonis in deliciis, quod & hic indicatur, & in Cephiso subauditum. alii inepta quaedam, & a se temere conficta affirmarunt: quod ego facere non institui. illis religio erat quam haerere, & fateri quicquam a se non intelligi: mihi contra religio est, quicquam, quod me non intelligam, interpretari. sed quaecunque illa tandem fabula est, quam ego mihi quidem ignotam esse facile suspicor equidem, hos quatuor versus alieno loco positos esse, atque hinc delendos, & reponendos statim post illud distichon,

Natura insidians pontum substravit avaris.
Ut tibi succedat, vix semel esse potest.

ibi enim incipit commemorare multos, qui in aquis perierunt: quo exemplum hoc quoque pertinere existimarim. *Terra parum fuerat.*] Horatius:

Nequicquam dolus abscidit
Prudens Oceano dissociabile
Terras, si tamen impias
Non tangenda rates transiliunt vada.

mare cui sali.] lego, *solum:* ut significet, dolos ue ei profuisse, praeterquam in mari.

IN ELEGIAM VI.

ffensa.] ita reposui e veteribus libris: cum Beroal- temere pro, *offensa*, scribi jussisset, *insensa*. est n *offensa*, ira.

IN ELEGIAM IX.

cui cognomen Corvus habere dedit.] hunc M. Vale , qui a corvo adjutore cognomen invenit, cum in ibus antiquis libris *Corvinus* vocetur, eruditi quidam rae tempestatis homines, & in Romanae historiae co- one cum primis exercitati, *Corvum*, non *Corvinum*, ri jubent: quod in vetustis lapidibus ita nomen hoc orum reperiatur. ego autem nunquam de istis rebus nopere contendam: tantum, quod eos aliquando in liari sermone admonui, id hoc quoque loco propo- : eum videlicet ab antiquis poëtis aperte *Corvinum* ri. Claudianus in Eutropium: *Agmina Brutorum, inorumque catervae.* ubi profecto ut ad Brutum il- , qui reges ejecit, respicit, ita ad illum quoque Cor- n, qui primus hoc cognomine affectus est. quodsi Claudiani auctoritatem levem ac despiciendam pu- valde ille quidem a me dissentit: sed tamen alium eremus, quem qui contempserit, is se haud dubie num antiquitatis contemptorem ostenderit. M. igi- Manilius, qui unus profecto pro centum lapidibus homo eruditissimus, qui Augusti temporibus vixit, e eum *Corvinum* vocat, his versibus:

cum militia volucris Corvinus adeptus
spolia, & nomen, qui gestat in alite Phoebum.

eodem etiam pacto mutarunt regis cujusdam Albani n
men, eumque pro *Tiberino Tiberium* nominarunt, fr
auctoritate Eustathii Thessalonicensis. Ego autem q
Graecos homines saepe in Romanis nominibus falli vid
am, haud scio, an plus in hac re tribuendum sit uni Eust
thio, quam omnibus antiquis libris, & Ovidio denic
ipsi, cujus haec sunt:

Cumque patris regnum post hunc Tiberinus habebit,
Dicitur in Tuscae gurgite mersus aquae.

Sed tamen his de rebus nunquam cuiquam valde contr
dendum putarim. Atque haec in praesentia sint fin
nam ut neque ultimum librum attingerem, & in ceter
essem restrictior, id mihi causae fuit, quod & in hunc
poëtam, & in Tibullum, si quando aliquis mihi de
ocium fecerit, justos commentarios paro.

M.

Digitized by Google

M. ANTONII MURETI

IN

I O R A T I U M

S C H O L I A.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONIUS MURETUS

IOANNI AVANSONIO,

REGII AUGUSTIORIS CONSILII PRAESIDI, INVICTISSIMI GALLIARUM REGIS HENRICI AD SUMMUM PONTIFICEM LEGATO, VIRO CLARISSIMO,

S. D.

INGRATI *animi vitio, Joannes Avansoni, vir clarissime, nullam equidem unquam vitium tetrius, aut naturae hominis alienius duxi. ingratos autem semper existimavi non eos modo, qui, provocati beneficiis, gratiam ferre studerent nullam: quod mihi ferarum superare manitatem videtur: sed omnes omnino, qui, quibus viris aliquam virtutis exuperantiam animadvertis-nt, non eos omni observantia colere, omnibus modis nare, omni denique genere praedicationis celeberrimos ficere contenderent. Divinum enim bonum, ut a latone, ejusque discipulo Aristotele accepimus, honor*

Digitized by Google

est: Deoque iccirco primum eum tribuere oportet ips
tum iis, in quibus aliqua divinae naturae expres
elucet similitudo. neque vero dubitandum est, qu
deus graviter, ut ita dixerim, ferat, cum aut s
dissimiles honore affici, aut similibus honorem meritu
non deferri videt: qua in re par culpa est adulatorum
& eorum qui cognitam alienae virtutis praestantia
silentio tegunt. cum autem omnis virtus laudabilis
amabilesque facit eos, in quibus est, tum ea praes
pue, quae foras patet (*), projectaque est, totamq
se ad alienas utilitates porrigit: quo in genere justitia
inprimis, liberalitatemque ac beneficentiam ponimus
quibus tu cum semper ita floreueris, ut omnem gratia
atque auctoritatem tuam nunquam non libentissime ea
tuleris ad juvandos eos quibus in ipsis caussa est
aliqua, cur juvari deberent: mirum non est, si ita t
litterarum studiis exculti homines certatim ornant, t
in te laudando propriam sibi quandam ipsi gloria
quaerere videantur. Equidem, de me ut dicam, cum
Gallia essem, cognosceremque multorum & litteris,
sermonibus, unum esse te in aula principis, qui pra
ter ceteros ingeniosissimorum, mihique conjunctissim
rum hominum caussam susciperes, qui eos omni stud
complecterere, qui eis ad regis ipsius notitiam tua co

me

(*) Rectius scripsisset, *foras spectat*, ut Cicero, quem imitat
apud Non. Marcell p. 373. *Justitia foras spectat, & projecta tua*
atque eminet. Est eoiam in his verbis imitatio alterius loci Ciceron
ap Nonium p. 299. *Quae virtus praeter ceteras totam se ad alio*
utilitates porrigit, atque explicat. Mox illa, *ut in te laudando*, &c.
pressa sunt ex his Ciceronis ad Div. V. 12. *Neque ego sum is*
unus, ut me semper gloriae, ne eum commendari velim, qui mi
quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur.

ndatione iter aperires, amabam te jam tum incredi-
ter: quique nullum a te unquam beneficium acce-
ſem, eorum tamen quos amabam, & virtutis tuae
ſſa, vel plurimum tibi debere me arbitrabar. ita-
cum Romam iens, in illam nobiliſſimam legatio-
n, qua nunc fungeris, per hanc urbem iter feciſ-
: ubi primum te hic eſſe audivi, nihil antiquius
ui, quam ut te viderem, manumque illam deoſcu-
er, quam in adjuvandis eruditis hominibus ſemper
upatam, nunquam defatigatam fuiſſe intelligebam.
quam tu me humaniter exceperis, quam comiter
ocutus fueris, quam prolixe detuleris quicquid a
mea cauſſa fieri poſſet, & memini, Avanſoni,
us & praeſidium litterarum, & eo magis me-
ni, quod recordatio ſive ruſticitatis, ſive ſuper-
e, quam in aliis quibusdam expertus fueram, hu-
nitatis illius tuae memoriam mihi jucundiorem fa-
. Eſt vero ad conciliandos hominum animos poten-
ſima res, comitas, affabilitasque ſermonis. nun-
am, mihi crede, poſtea deſii cogitare, quae mihi
tiſſimum eſſet iucunda ratio teſtificandi aliqua in
rte ſcriptorum meorum, quam magnifice ſentirem de
ximis tuis, praeclariſſimisque virtutibus. etſi ſatis
ploratum habebam, minime omnium te, aut meo,
t cujusquam teſtimonio indigere. nam, quae, per
eum immortalem, pars aetatis tuae non ea fuit cla-
tate ac ſplendore, ut illuſtrare potius illa alios,
am aliena luce illuſtrari debere videatur? Qui pri-
um natus es ea ex gente, qua nulla inter Allobro-
s, ne quid amplius dicam, vel antiquior, vel omni
nere ornamentorum cumulatior reperiri poteſt. Quis

enim nescit, e Sammarcellorum familia, tanquam fertilissimo quodam praestantium hominum seminario, innumerabiles viros belli pacisque artibus clarissimos extitisse? Testis Ravenna, quae memorabili illo proelio duos e tuis fortissime pro patria dimicantes vulnera, prius tandem ultimum edentes spiritum vitae, quam ullam dantes fracti, aut defatigati pericli animi notam. patre vero tuo quem unquam Albingum senatus habuit, aut justitia & aequitate, aut consilio & prudentia, aut divinarum humanarumque legum cognitione & scientia superiorem? cujus tu per vestigia ingressus, in itinere, quod ad veram gloriam ducit, ea celeritate properasti, ut altero & vicesimo aetatis tuae anno, Senis, qua tum in civitate jus civilis studia praecipue vigebant, a Philippo Decio, longe clarissimo per id tempus legum antistite, dignus judicatus fueris, cui utriusque juris publice interpretandi facultas amplissima tribueretur. cujus rei fama cum ad Francisci regis optimi maximi aures pervenisset: nullam ille moram interponendam putavit, quin eos honores in te tranferret, quibus antea pater tuus, vir clarissimus, summa erat omnium approbatione perfunctus. At Henricus, ne qui omni genere laudis omnes superaturus erat omnium aetatum principes, liberalitate superari a patre videretur, collatos in te ab eo honores nova ipse dignitate cumulavit: libellorumque te supplicum in aula magistrum esse voluit sibi. Ex quo autem patris morte ad regium culmen evectus est, quem tandem ille finem fecit ornandi tui, aut quam rem majoris momenti, seu bello, seu pace, gesserit, in qua te non participem suorum consiliorum perpetuo admiserit? qui quo-

Digitized by Google

te faciat, vel ex eo intelligi poteſt, quod ſanctioris
filii ſui praeſidem inprimis eſſe te juſſit: deinde ad
mum Pontificem miſit, qui ſuam in urbe totius orbis
rarum nobiliſſima perſonam ſuſtineres. Haec ego,
anſoni, pauca de multis laudis tuae argumenta per-
inxi: de quibus, aliisque innumerabilibus ſi uberius
copioſius commemorare inſtituerem, librum, non epi-
lam, ſcribere neceſſe haberem. ac erit aliquod for-
ſe tempus, cum mihi plus otii ſumere licebit ad res
s majore, ut ait Horatius, plectro concinendas.
ac autem eum ipſum, quem modo nominavi, Hora-
m ad te mitto, diligenter a me emendatum, auctum-
(non enim audeo dicere, illuſtratum) annotationi-
s quibusdam meis. quae ſi tibi tantopere placebunt,
anto te opere ipſius Horatii ſcriptis delectari ſcio,
aeclare mihi collocaſſe operam videbor. ſin, quod
tuo, nihil admodum in eis inerit dignum, quod ad
mitteretur: peto tamen a te, ut hoc exiguum obſer-
ntiae in te meae pignus tantiſper aequo animo accipias,
m ea perpolio diligentius, quae praeſenti tibi pro-
ſa, brevi me in tuo nomine editurum eſſe confido.
le. Venetiis. Cal. Oct. MDLV.

IDEM STUDIOSIS.

BERNARDINUS *Lauredanus, adoleſcens clariſſi-*
s, nullum neque finem, neque modum facit de vobis
nibus bene merendi. is cum accepiſſet, Horatium
hi eſſe in manibus, non tantum librum ſuum veterem
hi perbenigne utendum dedit: verum etiam hanc poë-

tae

Digitized by Google

tae ipſius vitam, nunquam antea impreſſam, obtulit, miſſam ad ſe, ut ajebat, e Flandria usque, ab Antonio Morillono, antiquorum monumentorum homine ſtudioſiſſimo, qui eam deſcripſerat ex antiquiſſimo volumine, quod Gandavi aſſervatur. Eam ego lectam, dignam judicavi, quae ederetur, etſi Petro Crinito probatam non fuiſſe intelligebam. ſed de Crinito ipſo alius ei dicendi locus. fuit enim antiquarum rerum neque tam acer aeſtimator, neque tam diligens indagator, quam nonnullis creditur. Vos interim accipite Heratii vitam, eumque, cujus eam munere habetis, ut par eſt, amet.

Q. HO

Q. HORATII FLACCI VITA

E VETUSTISSIMO CODICE DESCRIPTA.

HORATIUS Flaccus, Venusinus, patre, ut ipse tradit, libertino, & exactionum coactore; ut vero creditum est, salsamentario, cum illi quidam in altercatione exprobrasset, *quoties ego vidi patrem tuum brachio se emungentem?* bello Philippensi excitus a M. Bruto imperatore tribunus militum meruit, victisque partibus, venia impetrata, scriptum quaestorium comparavit, ac primo Moecenati, dein ex Augusto insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Moecenas quantopere eum dilexerit, satis monstratur illo epigrammate:

Ni te visceribus meis, Horati,
Plus jam diligo, tu tuum sodalem
Nimio videas strigosiorem.

Sed multo magis extremis, tali ad Augustum elogio: *Horatium Flacci, ut mei, esto memor.* Augustus epistolarum quo- dam ei officium obtulit. hoc ad Moecenatem scripto significat: *Ante ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum: nunc occupatissimus & infirmus. Horatium nostrum te cupio deducere. veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, & nos in epistolis scribendis adjuvabit.* Ac ne recusanti quidem, aut succensuit quicquam, aut amicitiam sibi ingerere desiit. Extant epistolae, e quibus, argumenti gratia, pauca subjeci: *Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si convictor mihi fueris. recte enim, & non inhumaniter feceris: quoniam id usus mihi tecum esse volui, si tuam valetudinem tuam fieri posse.* Et rursus: *Tui quamdiu habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire. nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Quodque enim, si tu superbus amicitiam nostram spreviſti, ego nos quoque ἀντιπερφανεύομαι.* Praeterea saepe eum, inter alios jocos, *purissimum penem*, & *homuncionem lepidis-*

disſimum appellat, quaque & altera liberalitate locupletavit: ſcripta quidem ejus usque adeo probavit, manſuraque perpetuo credidit, ut non modo ſaeculare carmen componendum injunxerit, ſed & Vindelicam victoriam Tiberii Druſique, privignorum ſuorum: eumque coëgerit propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere. poſt Sermones vero lectos, nullam ſui mentionem habitam ita ſit queſtus: *Iraſci me tibi ſcias quod non in plerisque ejusmodi ſcriptis mecum potiſſimum loquaris. an vereris, ne apud poſteros infame tibi ſit, quod videaris familiaris nobis eſſe?* expresſitque Eclogam, cujus initium eſt:

Cum tot ſuſtineas, & tanta pericula ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Caeſar.

Habitu corporis brevis fuit, atque obeſus; qualis & a ſemet ipſo in Satyris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola: *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum: quem ego ut accuſantem, quantuluſque eſt, boni conſulo. verum autem mihi videris, ne majores libelli tui ſint quam ipſe es. ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt. itaque licebit in ſextariolo ſcribas, cum circuitus voluminis tui ſit* εἰκονίσματος, *ſicut eſt ventriculi tui.* Ad res Venereas intemperantior traditur. nam, ſpeculato cubiculo, ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in ſecretis ruris ſui Sabini, aut Tiburtini: domusque ejus oſtenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas & elegi ſub ejus titulo, & epiſtola proſa oratione, quaſi commendantis ſe Moecenati. ſed utraque falſa puto. Nam elegi vulgares: epiſtola etiam obſcura. quo vitio minime tenebatur. Natus eſt VI. id. Decemb. L. Cotta & L. Torquato conſulibus. deceſſit V. Kal. Decemb. C. Marcio Cenſorino, & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nonum & quinquageſimum annum, herede Auguſto palam nuncupato, cum urgente vi valetudinis, non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & conditus eſt extremis Esquiliis, juxta Moecenatis tumulum.

M. A N.

Digitized by Google

M. A. MURETI

IN

ORATIUM

SCHOLIA.

IN ODAS.

MOECENAS.] In omnibus antiquis libris non Horamodo, ſed Varronis, Cornelii Taciti, Plinii, & aliorn, *Moecenas*, non, ut vulgo, *Mecoenas*, legitur. que, quod apud Dionem Μαικήνας ſcribitur, videnm, ne Μαικήνας legi debeat. quanquam ſi quis malit, *Maenatem*, ſcribere, non pugnabo; dum hoc teneatur, in ma, non in ſecunda hujus nominis ſyllaba eſſe diphongum. Quo autem nomine politiſſimus hic, & Murum ſtudiis deditos adjuvandi ſtudioſiſſimus homo fue, permirum eſt, e tanta turba eruditorum, quos ille m prolixe tamque munifice foverat, qui poſteritati oderet, neminem extitiſſe. itaque nomen ipſius hodie livione ſepultum, in hominum ignoratione verſatur: od valde abhorret a magnificis illis pollicitationibus, ibus poëtae ad fautores ſuos uti ſolent. Cornelius Tatus lib. VIII. *Cilleniun Moecenatem* nominat; corrup, ut puto. Dion autem lib. LV. Acyli cujusdam meinit, quem libertum Moecenatis fuiſſe dicit. ejus verſunt: περὶ μὲν οὖν τοῦ Μαικήνου (de Moecenate autem loquitur) σημεῖά τε γεγραμμένα καὶ πίνακες ἔξεστι, περὶ δὲ τοῦ Ἀκυλίνου ἀκριβῶς ἐν τοῖς συγγενικοῖς ἐξεδόθη. ac vidi, qui eo loco vel Ἀκυλίου, el Ἀκυλίνου legendum ſuſpicarentur. porro cum liberti, ut otum eſt, patronorum ſibi nomina aſſumerent, ex eo loo acutior fortaſſe aliquis poterit, qua ex gente Moecenas fuerit, conjicere.

Hunc ſi mobilium turba Quiritium.] Cur, *mobilium*, uem, ut erat in aliis, *nobilium*, maluerim, cauſa eſt. rimum, quod in mandandis honoribus, non nobiles odo, ſed etiam quamlibet obſcuri, (*) ut notum eſt, ſuffra-

(*) In Editione prima legitur: *ſed plebeji quoque.*

fragii jus habebant. deinde quod ad indicandam comitiorum levitatem, & inconſtantiam, epitheton hoc accommodatiſimum viſum eſt: de qua Cicero pro Murena, & pro Plancio copioſiſime diſputat. *Tergeminos autem honores* accipio, quaeſturam, tribunatum plebis, aedilitatem majorem, praeturam, conſulatum, cenſuram.

— nec Polyhymnia

Lesboum refugit tendere barbiton.] *Polyhymniam* πολυμνίας dixit & Ovidius:

Diſſenſere deae, quarum Polyhymnia coepit Prima.

& alias:

Finierat voces Polyhymnia. dicta probarunt
Clioque; & curvae ſcita Thalia lyrae.

quo fit, ut hoc loco nihil mutandum putem.

Sublimi feriam ſidera vertice] Achilles Statius, Lucanus, homo mihi, propter ſingularem doctrinam, eximiamque probitatem, longe cariſſimus, mihi retulit, in libro, quem penes ſe perbonum, perque veterem habet, verſiculum hunc ita legi:

Sublimis feriam ſidera vertice.

ut nomen, *ſublimis*, ad ipſum referatur Horatium. quod quale ſit, alii judicabunt. mihi quidem minime improbatur.

IN ODEN III.

Audax Iapeti genus.] Videtur expreſſiſſe epitheton αἰπυμήτης. quod ei apud Aeſchylum a Vulcano tribuitur:

Τῆς ἐχθροβούλου Θέμιδος αἰπυμήτα παῖ.

facit autem hoc Horatius libentiſſime, ut qui Graecos poëtas (quod aliis praecipit) nocturna, diurnaque verſaſſet manu, cum loquendi complures modos, tum praecipue deorum, heroumque epitheta ab eis ſumat. ſic ſa-

pi

vocavit *augurem Apollinem*, id est, μάντιν, & *viden-* *Venerem*, id est, φιλομειδῆ.

Expertus vacuum Daedalus aëra.] *Vacuum aëra* sum- a Pindaro, ἴρματος δ' αἰθέρος.

Nil mortalibus arduum est.] Similis est Oppiani sen- tia, principio libri quinti:

Ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, οὔτε θαλάσσης
Μεσσόθι κρωμεῖν, οὐ κλῆνον ἀν' ἀέρτα βηλάσασθαι.

IN ODEN IV.

Id P. Sextium consulem] Omnino depravata est haec riptio. Optimus interpretum Porphyrio, *consularem*, *consulem*, legit. ego legendum arbitror, *Ad L. Sex- n consularem*. fuit autem L. Sextius consul una cum Calpurnio Pisone, anno ab v. c. DCCXXI.

Iam te premet nox, fabulaeque manes.] Qui pro, *na-*, hoc loco legunt, *inanes*, ipsi profecto sunt plane nes. ille autem nescio quis, qui se Jovem, ut ajunt, dem jurare paratum ait, ita scripsisse Horatium, eo us mihi fidem facit, quod hominibus jurandi cupidis, jusjurandum sibi ultro deposcentibus, scio id temere erendum non esse. tale est hoc Horatii, quale il- Persii:

— *cinis, & manes, & fabula fies.*

nino enim apud veteres, etiam qui immortales esse nos non inficiabantur, majorem tamen partem, fabu- putabant, quae de inferis dicerentur. Cicero in ilinam: *Itaque, ut aliqua in vita formido improbis t posita, apud inferos ejusmodi quaedam illi antiqui plicia impiis constituta esse voluerunt; quod videlicet lligebant, his remotis, non esse mortem ipsam perti- cendam*. ac ne quis eum aut servisse causae, aut de na magis, quam de sua sententia, locutum putet, Il- primo Tusculanarum disputationum, hoc est, eo li- , quo vel maxime immortalitatem animi stabilire ac stituere conatur, supplicia tamen inferorum, tanquam tarum ac pictorum portenta, deridet.

I N O D E N VI.

Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei.] *Curſus duplicis* exponunt, itionem, & reditionem. ego illam aliam veterum interpretum ſententiam malo: ut nomen *duplicis*, referatur ad Ulyſſem: quem minime ſimplicem fuiſſe accepimus, ſed verſutum & fraudulentum. tales autem *duplices* elegánter dicuntur. Catullus:

Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curas,
Scitis.

Euripides in Rheſo:

— φιλῶ λίγειαν
Τ' ἀηδόν, αἵτ', ἐν δυσπόροις πέφναι' ἐμοί.

& paullo poſt:

Τοιοῦτός εἰμι κ' αὐτὸς, ἀθλίων λέχη
Τίμιον κέκλαυμαι, κ' ἐν δυσπόροις πέφυκ' ἐγώ.

I N O D E N VII.

Ad Numatium Plancum.] Pertinaciter errarunt librarii, ut & hoc, & aliis in hoc poëta locis *Numatius* pro *Munatio* perpetuo ſcriberent. Eſt autem hic *L. Munatius Plancus*, qui cum M. Aemilio Lepido conſul fuit.

Bimaris ve Corinthi.] ἀμφιθαλάσσου, ut docui capite ſeptimo libri primi Variarum lectionum.

Plurimus in Junonis honorem
Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycenas.]

Haec quoque epitheta de Graecis poëtis ſumpta ſunt. *aptum* enim *equis Argos*, eſt ἵππιον. Euripides in Iphigenia in Tauris:

Ὅταν δ' ἐς Ἑλλάδ', ἱππίου τ' Ἄργους πόλιν.

& ἱππόβοτον. Theocritus:

Λύκις ἱππαὶ μᾶλλα πολλὰ βοῶν ἐξόχα' οἰκεῖον
Ἄργος ἐὺ ἱππόβοτον πεδίλλα.

Digitized by Google

tes autem *Mycenas* vocat πολυχρύσους. Sophocles in ectra:

Φάσκω Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ἰδεῖν.

n, *patientem Lacedaemona* cur dixerit, nemini ignotum e arbitror. *Larissam* autem *opimam* accipio, ἐυδένδρου. omer.

Οὐδὲ γάρ οἱ πόλιν ἐυκτιμένην Ἐπιδαύρου
Καρπὸν ἀλεγεινὸν ἐθηλήσαντο.

Et praeceps Anio, et Tiburni lucus.] Jam pridem admui, *Tiburni*, hoc loco, non, ut antea, *Tiburti*, endum esse. sic emendandus est etiam locus Papinii lva, qua Tiburtinum Manlii laudat. ubi enim vulgo itur,

— *illâ recubat Tiberinus in umbrâ.*

eres, etiam impressi, libri habent,

illa recubat Tiburnus in umbra.

Teucer Salamina, patremque.] Hac de re ita commerat C. Vellejus posteriore volumine: *Teucer non recepa patre Telamone, ob segnitiem non vindicatae fratris uriae,*] *Cyprum appulsus, cognominem patriae suae Sanina constituit.* de oracluo autem, quod sibi ab Apolo edatum dicit, ita ipse apud Euripidem in Helena loquitur:

Ὅστις ποθ' εἶπεν' ἀν θέσον πλησθῆ
Εἰς γῆν ἐναλίαν Κύπρου, δ' μ' ἐξώνυμον
Οἰκεῖν Ἀπόλλων, ὄνομα τιμήσας ἐμοὶ
Σαλαμῖνα Κύπρου δ' οὐδὲ χαίρειν πάτρᾳ.

IN ODEN IX.

Vides ut alta.] Non dubium est, quin imitatus sit versus illos Alcaei, qui apud Athenaeum lib. x. legitur: quod & alii quidam annotarunt: qui me hoc labore eos recitandi levassent, si in eis recte distinguendis sculum vel diligentiae vel artis adhibuissent. Sunt autem hi:

Τὸν μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ἐσπερὶ μίγας
Χειμὼν, πεπάγαν δ' ὐδάτων ῥοαὶ.

Καὶ θαλὲς τὸν χείμων. ἐπὶ μὲν πρὶς
πόδε, σὺ δ' χειρὰς οἶνον ἀφελόμας
Μελιχρόν.

in eorum autem versuum primo scio me a ceterorum scriptura recedere. nam apud Athenaeum quidem legitur, ὁ δ' ἀεγυῶ. quae vox quid significet, illi viderint qui eam retinuerunt. in libris Henrici Stephani, praestanti adolescentis ingenio atque doctrina, legitur, σὺ δ' ἀεγυί, ad sensum aptissime, ad versus rationem parum apte. quamvis igitur ἀεγυὸς, pro αὐεγυὸς, alibi non legerim; ipsa tamen metri ratio adducit, ita ut legendum putem. primum enim ἀεγυὸς pro αὐεγυὸς dici posse, omnes sciunt. deinde autem Aeoles o pro ω saepe ponant, ut cum ὄγω vocant, quam ceteri Graeci ὦγω, & ὀτέλλω, quam alii ὠτέλλω: quid ni potuerit Alcaeus, qui Aeolice scripsit, ex ἀεγυὸς facere ἀεγυός? quam sententiam illud quoque adjuvat, quod Etymologici auctor εὐεγυὸν παρὰ τὸ ἐρῶ dictum esse tradit. ut sit ἀεγυὸς, quasi ἐεγυός. Aperui opinionem meam, quae eadem, si aut qui ἀεγυὸ legunt, sensum; aut qui ἀεγυ versum explicare potuerint.

IN ODEN XI.

Tu ne quaesieris (scire nefas) &c.] *Nefas* hoc loco valet ἀδύνατον, ut & infra,

Durum: sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.

ponitur & eodem sensu a Cicerone in quodam loco e Timaeo.

IN ODEN XII.

Quem virum, aut heroa.] Expressit illud Pindari e secundo ὕδατι Olympiorum:

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,
Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Qua

Quid prius dicam ſolitis parentum Laudibus?] Hunc um quo modo ceteri exponant, videre eſt. ego leviter ravatum eſſe, & ita corrigendum puto:

Quid prius dicam? ſolitis parentem
Laudibus, qui res hominum, ac Deorum,
Qui mare, & terras, variisque mundum
Temperat horis.

Jovem ipſum *parentem* nominet. ei autem loco, *Qui re & terras*, &c. germaniſimus eſt ille ex libro tertio:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes, regnaque triſtia,
Divosque, mortalesque turmas,
Imperio regit unus aequo.

Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum:
Proximos illi tamen occupavit Pallas honores.] Negat idquam eſſe ſecundum Jovi: & Pallada tamen proxi-os illi honores occupaſſe. nimirum quia aliud *ſecundum*, aliud *proximum*. *ſecundum* eſt, quod ſtatim ſequitur: *ximum* etiam, quod longe remotum eſt. Itaque Noni-, *proximum*, inquit, *dicebant veteres, non ſolum ad-erens, & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi nen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Virgi-s Aeneidos lib. v.*

Proximus huic, longo ſed proximus intervallo.

Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem.] Sic alibi:

Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

robique autem expreſſit verſum Homericum ex unde-o Odyſſeae,

Κλυδωνὶ δ' ἰνυσάμην, ἐπὶ δὲ ἄχνη πολὺ δίνεε.

autem,

Defluit ſaxis agitatus humor.
Concidunt venti, fugiuntque nubes.

Et minax (sic Di voluere) ponto
Unda recumbit.

expressa videntur ex illis Theocriti, in Dioscuris:

Αἶψα δ' ἀνεπλώοντε ἄνεμος, νηνεμίη δ' ἐγάλαινε
Ἀμπίλακος, νηῒλαι δ' ἐδόνεον ἐπ' ἄκριας ἄκαι.

IN ODEN XIV.

O navis.] Aliud agebat Quinctilianus, cum tradidit, in hac ode populum R. navis nomine intelligi. multa enim hic sunt, quae nullo modo ad populum R. referri queunt. Sed non est inusitatum, magnis interdum viris quaedam nonnulla excidere.

Tu, nisi ventis Debes ludibrium, cave.] *Debes ludibrium*, Graecum loquendi genus est: ita enim illi dicunt, ὀφλισκάνειν γέλωτα, & ὀφλισκάνειν μωκήν, & similia. Lucianus in Jove tragoedo: ἐν ἐκείνῃ δὲ οἰκτρὸς ἀνακρινόμενός ἐν, ἢ φωνὴν ἰδιότης, ἢ μιξοβαρβαρισμός, ὅτου γέλωτα ὀφλισκάνῃ ἢ ὑπὸ τῶν θεωμένων. Euripides Alcestide:

Λύπῃ μὲν, ἀνδρὶ, μωκὸν δ' ὀφλισκάνεις.

Idem Iphigenia in Tauris: θεᾷ δ' ἐξ ἴσης

Καινὸν σεμνύνῃ, μωρίαν τ' ὀφλισκάνῃς.

IN ODEN XVII.

Nec Martialis haedilia lupos.] Nihil mutandum est. Ionicum enim ἀπὸ μείζονος pro choriambo posuit, more veteribus non inusitato, pedes invicem alios pro aliis usurpandi.

IN ODEN XVIII.

Nullam, Vare, sacra.] Hoc quoque Alcaei est: μὴ ἄμπελος φυτεύσῃς πρότερον λιπὼν ἀκρίλοφον. in quo tamen λιπὼν non λίπος, metri causa legendum puto.

Quis post vina.] Apud Nonium versus hic ita legitur: *Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat*: neque dubium est, quin ita legi debeat. Sic & alias locutus est Horatius: *Saltat & vineta crepat mera.*

Digitized by Google

At ne quis modici.] Multa in hanc sententiam apud eognidem leguntur: quorum haec conclusio est denique;

Οὗτος πόλεως πολλὰς, κακὰς, ὃς δέ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισπάσας, ἐ κακὸς, ἀλλ' ἀγαθός.

num autem immoderate sumtum nocere, indicavit & cilius, cujus haec sunt e libro XXX.

Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum
In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

IN ODEN XXII.

Non eget Mauri jaculis.] *Mauris jaculis*, legendum e & Acro affirmat, & veteres libri comprobant.
sive facturus per inhospitalem Caucasum.] ἀνὰ Καύκασον cat Aeschylus, interpretes autem ipsius admonent, ὄρος ἐ ἄνυδρος.
Terminum curis vagor expeditus.] *Expeditis*, legen- n est, ex Porphyrione, & antiquis libris.

IN ODEN XXIII.

Nam seu mobilibus veris inhorruit Adventus foliis.] nc scripturam agnoscunt & veteres interpretes neque en repudianda videtur haec, quae in antiquis quibus- reperitur libris:

Nam seu mobilibus vitis inhorruit
Ad ventum foliis.

IN ODEN XXVII.

ino & lucernis Medus acinaces Immane quantum dis-
at?] Ἀκινάκης, ait Julius Pollux, Περσικὸν ξιφίδιον παρὰ Σκύθαις. Hesychius autem, Ἀκινάκης, δόρυ Περσικὸν ξιφῶδες. Idem etiam Suidas, idem incertus auctor Si- παρὰ Χαλδαίοις ἱστορεῖται. Si igitur omnium consensu, sarum gestamen est, cur Horatius *Medum*, non Per- m, acinacen vocat? nimirum, quia hosce populos, ter ipsorum vicinitatem, antiqui scriptores plerun-

Digitized by Google

que confundere solebant. Sic Xerxen Juvenalis Medum vocat:

Aut perfossus Athos, eboraque flumina Medo.

quem tamen Persam fuisse constat. & Catullus,

Cum Medi irrupere novum mare.

cum tamen de Persis proprie intelligat. ac illud ipsum bellum, quo profligatus est Xerxes, Isocrates in Panathenaico πόλεμον vocat: at Aristoteles τὸν Μηδικὸν, cujus verba e secundo libro πολιτικῶν libet recitare, quoniam, nisi fallor, leviter depravata sunt, quoque emendanda videantur, admoneam. Sunt igitur hæc: ἡ ναυμαχία δὲ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αὐτὸς ἐνίκησε, ubi homo doctissimus, Sepulveda, ναυμαχίαν legendum putat: quod mihi quidem minime probatur. legendum autem arbitror, ναυμαχίας: tum quia sententia melior efficitur; tum quia Isocratem eadem de re loquentem, hoc ipso verbo usum esse video, in Panegyrico: ἐκεῖνοι γὰρ οὕτως ἡμῶν ὑπερῆραν ἐπὶ δυνάμεως, ὥστε οὐκ ἂν ἀμφισβητήσαιμεν, ἀλλὰ μὲν τῶν ναυμαχιῶν ἡμᾶς τοῦ τε ἴσου κρατῆσαι. τοσοῦτον δὲ ἀμείνους πόλιν ἐκείνων ἡγούμεθα. & in Panathenaico: οἱ δὲ πρὸ Θερμοπυλῶν, ἢ ἐναλόγιμοι μάχαις ἄνδρες εἶναι δόξαιεν, ἢ τοῦ τῶν ναυμαχιῶν ἡγοῦνται κρατεῖν πλεῖστοι, οὐ δ' ἔλαττον ἀπέχουσι τῶν ἐκείνων τοῦ χείρους κατηγορεῖσθαι τῶν.

Immane quantum discrepat.] Simile exemplum citat Nonius in dictione *Insanum*, e secundo libro historiarum Sallustii: *Immane quantum animi exarsere.*

IN ODEN XXVIII.

Occidit & Pelopis genitor.] Hoc argumento, quo æquo animo ferendam esse mortem, ex eo demonstrat, quod multi præstantiores viri eam jam oppetierint, copiosissime tractat Lucretius lib. III.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:
Lumina sic etiam Solis bonus Ancus reliquit,
Qui melior, quam tu, multis fuit, improbe, rebus.

Digitized by Google

am locum videat, qui voles: est enim & longissimus, supra quam dici potest, longe pulcherrimus. Sed prius Homerus eo argumento usus fuerat: cujus illa sunt Iliados φ.

Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ· τί ἐλωφήσεαι ὄπως.
Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ εἶο πολλὸν ἀμείνων.
Οὐχὶ ὁρᾷς, οἷός τε καὶ ἀγλαὸς εἰμὶ καὶ υἱὸς
Πηλῆος δ' εἶμ' αἶσιμος, ὃν τέκε μήτηρ
Ἀλλ' ἦ τοι καὶ τὸν θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει
Ἐσσεται, ἢ ἠοῦς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ.

IN ODEN XXXIV.

— *insignem attenuat Deus,*
Obscura promens.] Hanc sententiam sumpsit, ut opinor, ab Hesiodo, sub principium ἔργων·

Ῥεῖα μὲν ἂν βριάῃ, μία δ' ἀρετὴν χαλίπτει,
Ῥεῖα δ' ἀείζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἔθηκε·
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ἐπίσκοπος δάμνησι καὶ ἴθυνε.

Item etiam valet, quod Hecuba loquitur apud Euripidem in Troadibus:

Ὁρᾷ τὰ θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυρσεύει κἄμε
Τὰ μηδὲν ὄντος, τὰ δ' ἀκμάζοντ' ἀπώλεσεν.

IN ODEN XXXVII.

Nunc est bibendum.] Alcaeus apud Athenaeum lib. x.

Νῦν χρὴ μεθύσθην, καί τινα σφὸς βίαν
Πίνην, ἐπειδὴ κάτθαν Μύρσιλος.

Profecto enim, quamvis apud Athenaeum legitur πινεῖν, tamen constat legendum, πίνην. quod mirum est non animadvertisse eos, qui ante me hoc annotarunt. nam quod male distinxerunt versus, quoquo modo ignosci poterat, si saltem hanc tam insignem mendam sustulissent.

IN ODEN XVIII.

Trahunt honestae purpuras clientae.] Ita legendum esse, non, ut antea, *clientes*, admonuit me Charisius lib. 1. cujus haec verba sunt: *Cliens communis est, invenimus tamen & clientam apud Afranium in Pompa: Inieris tua clienta. & apud Horatium:*

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestae purpuras clientae.

IN ODEN XX.

Superne, nascunturque leves.] *Superna*, non *superne*, legendum esse, & metri ratio, & veteres libri probant. est autem figura loquendi Graeca.

IN LIBRUM III.

IN ODEN II.

Dulce & decorum est pro patria mori.] Tyrtaeus:

Τεθνάμεναι δ' ἀγαθὸν πρὶν ἐν πρώτοισι πεσόντα
Ἄνδρα μάχην, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

& Cassandra apud Euripidem in Troadibus:

Τρῶες δὲ πρῶτον μὲν ἐν πόλλισιν κλέος,
Τοῖς πύργους ἴδοῦσιν.

Mors & fugacem persequitur virum.] Simonides:

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἵρπει καὶ τὸν φεύγοντα.

IN ODEN III.

Ter si resurgat murus aheneus
Auctore Phoebo] In libro Achillis Statii est, *Dubio Phoebo*, non male, ut videtur. nam sic & Graeci, τρὶς ἀλαώτου. & Virgilius,

Instant ardentes Tyrii. pars ducere muros.

Digitized by Google

ose Horatius alias,

— *potiore ductos Alite muros.*

IN ODEN IV.

Vos Caesarem altum, militia simul
Fessas cohortes abdidit oppidis.] In eodem optimo opti- & doctissimi hominis libro,

Fessas cohortes reddidit oppidis.

similе illud videri potest,

Quis te redonavit Quiritem
Dis patriis, Italoque caelo?

— *qui Lyciae tenet*
Dumeta.] *Tenet*, est, ἐμφατικῶς.

Testis mearum centimanus Gigas
Sententiarum] In quibusdam veteribus, *Gyas*: de quo plius quaerendum puto. vide quae scripsi cap. XIII. o VI. Var. lect.

IN ODEN VI.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus.] In libro Achillis tii, & *frangitur artubus*. & in eodem paulo post, *i dones impetrisa raptim Gaudia.* non, ut in aliis, *permissa.*

IN ODEN VII.

Voces audit adhuc integer.] In eodem libro, *voces rnit adhuc integer.*

IN ODEN XI.

Quae velut latis equa trima campis.] Henricus Ste- nus, utriusque linguae peritissimus adolescens, cujus ego

ego e singulari ingenio, placidissimisque moribus, sertum jam mensem, incredibilem in hac urbe haurio suavitatem, jam pridem indicavit Anacreontis locum, e quo hic Horatii expressus videretur.

IN ODEN XVII.

Per memorem genus omne fastus.] In aliis libris, *festus*, in aliis, *fastos*, eodem tamen sensu, legi, & affirmare ausposumus, & jam pridem testatum reliquerat Priscianus.

IN ODEN XVIII.

Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus.] Nihil video esse causae, cur quicquam hoc loco mutetur. in Achillis tamen Statii libro ita legitur:

Festus in pratis vacat otiosa
Cum bove pardus.

eòque non alienam sententiam habet: ab eo quod ferina sequitur,

Inter audaces lupus errat agnos.

IN ODEN XXIX.

Jam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem.] Expressum ex illo Alcaei:

Τέγγε συνέμμενος οἶνον· νὺ γὰρ ἄστρα μεσσάβλας.
Ἄ δὲ δύα χαλεπά, κούφα δὲ θῆκε θεὸς πελόμενος.

Jam pastor umbras] Hi quatuor versus in libro Achillis Statii aliquanto secus, forte etiam aliquanto melius, quam in pervulgatis, leguntur: nempe ad hunc modum.

Jam pastor umbras cum grege languido,
Rivumque fessus quaerit, & horrida
Dumeta silvarum, caret qua
Ripa vagis taciturna ventis.

Digitized by Google

IN LIBRUM IV.

IN ODEN II.

Monte decurrens velut amnis.] Non absimilis est Horatica illa comparatio, qua Ulyssis orationem hibernis ibus confert, Iliados III.

Ἀμφὶ δὲ σφ' ἔσαν ἀγορὴ μεγάλαι· ἐν δὲ καθῆντο,
Καὶ ἔπεα πτερόεντα ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οἷά κε νιφάδες τελέσσωσι βροτοῖσιν ἔπεσσι.

Qua notam duxit, niveus videri.] Talia sunt illa,

Et vultus nimium lubricus aspici.

illa Theocriti, πολὺ λίπτ, πολὺ λίπτ, & similia.

IN ODEN VI.

Rite crescentem face noctilucam.] Expresit epitheton πλαμπῆ, quod apud Dionysium Halic. in quibusdam nonidis versibus legitur. cujus me rei admonuit vir dosimus, Achilles Statius, Lusitanus.

IN ODEN VII.

Quis scit, an adjiciant.] Euripides Alcestide:

Βροτοῖσι πάντα πρόσφορ' ἐστὶ βουλεύειν.
Κοὐδὲν τὸ θνητῶν ἔστιν ἐξεπίστασθαι,
Τίν' αὔριον μένουσιν ἢ βιώσεται.

IN ODEN XIII.

Quo fugit Venus, heu? quo ve color decens?] In Iro Achillis Statii, *calor*.

IN ODEN XIV.

Diluviem minitatur.] In quibusdam veteribus, *meditatur*: quod mihi quidem nescio quo modo venustius videtur.

Te

Te non paventis funera Gallicæ.] Libet hoc loco duo gravissimorum auctorum testimonia proferre, quibus singularem quandam imperterriti & invicti periculis animi magnitudinem in gente nostra ex omni antiquitatis memoria viguisse intelligatur. ac primum quidem Aristotelis est, qui tertio de moribus ad Nicomachum affirmat, τὰς Κελτὰς μήτε σεισμὰς, μήτε τύφους φοβεῖσθαι. Alterum autem Aeliani, qui libro duodecimo de varia historia de Gallis ita commemorat: Ἀθηναῖοι δὲ ἐχθὲς αὐτοὺς φιλοτιμούμενους ἔφασαν τὰς Κελτάς. Τί ἀστρονομίαν οὐκ ἐπιδείξῃς θαυμαστὴν τὴν ἡμέτερον, τὰς ἀπορρωγὰς τῶν ὀρῶν τῇ πολέμῳ κλίνας. τῇ μὲν γὰρ ἐφασκέθοι· ἀλλὰ τῇ τρόπαια ἐγείρουσιν. ἄμφω τι ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς μένοις σημαινόμενα· τῷ ὑπερβάλλειν αὐτὸν τὰ ἄρτια διαλύσαι Ἑλλησιν. ὅτως δὲ αὐχῶν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ αἰσχύνεσθαι ἀσπίδα ἀπολιπόντας ἢ ἐμπεσόντος πολλάκις ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ μηδὲ σπασαμένους αὐτῶν ἀναλαμβάνοντας ὑπὸ τοῦ τοῖς πολεμίοις ἐπιπαλίζουσιν τὴν ἀλλοτρίαν ἀπορίπτουσιν. ἀνὴρ δὲ ἢ ἀλλαμβάνοντας ἐμπίπλησι τοῖς κύμασι, καὶ τὸν φοβὸν αὐτῶν ἐπίστασθαι, γυμνὰ τὰ ξίφη, καὶ τὰ δόρατα ἀκροτόμους, ὥσπερ οὐ ἐφ' ἑαυτοῖς δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι.

IN EPODON.

Cur *Epodos* liber hic vocetur, non equidem satis intelligo. ac vidi veterem librum, in quo hic quintus odarum liber inscribebatur. quae ad hanc inscriptionem confirmandam afferuntur a grammaticis, levia sane sunt, & hujusmodi, ut nullo negotio refelli queant.

IN ODEN II.

Vel hoedus ereptus lupo.] Plutarchus libro secundo συμποσιακῶν tradit, earum pecudum, quas lupus momorderit, carnem quidem teneriorem, ac delicatiorem fieri: lanam autem corrumpi, ac contrahere id vitium, ut postea pediculos gignat. hinc intelligi potest, cur *ereptus lupo hoedus* Horatius dixerit: quod interpretes partim, ut videtur, animadverterant.

Digitized by Google

IN EPISTOLAS.

IN EPISTOLAM I.

ervet avaritia.] Vide quae scripsi capite quarto libri i Variarum lectionum.

er mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.] exisse videtur ad Theognidis versus, quibus per ma- per saxa fugiendam esse pauperiem monet:

Ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα τὴ ἰς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτῃν, ἢ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἀλιβάτων.

lim quod vulpes aegroto cauta leoni
esponderit, referam: quia me vestigia terrent,
mnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.] Lo- hunc, ut opinor, e Lucilio acceperat Horatius, e s xxx. libro hi versus apud Nonium reperiuntur:

quid sibi vult, quare fit, ut intro versus, ut ad te
pectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

IN EPISTOLAM II.

emper avarus eget.] Nulla est divitiarum tanta vis, e explere animum hominis avari queat. quam in sen- iam extant praeclari versus Varronis ex Eumenidibus:

— *denique avarus*
Quis census? cui si stet terra, & traditus orbis,
Eurando tamen, ac morbo stimulatus eodem,
Ex se ipse aliquid quaerat, cogatque peculi.

apud Aristophanem est, ἀπάντων εἶναι πλεονεκτικώτατον, πλὴν του. πάντων δ' μακάριον μὲν οὐδέν' πάντως. & Theognis, quis alius: sunt enim qui Soloni tribuant:

Πλοῦτον δ' οὔτε τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποις κεῖται.
Οἱ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖστον ἔχουσι βίον,
Διπλάσιον σπεύδουσι.

eclare autem Aristoteles primo Politicorum, hujus

ἀπορίαν caussam aperuit. Hominum enim quidam divitias, ut finem, appetunt; quidam ut instrumenta vivendi. illi ne satiari possint, eo fit, quia finis ipsius infinitus est appetitio: hi autem iccirco facile explentur, quia nulla est neque ars, neque facultas, quae infinita multitudine, vel magnitudine instrumenta desideret.

Ira furor brevis est.] Idem, & totidem paene verbis dixit nobilissimus philosophus, Themistius in oratione quam scripsit de amicitia. ἡ γὰρ ὀργὴ, inquit, τὸ ἀρχὴν μανίας ὀλιγοχρόνιον εἶναι. & antea Ennius, ut est apud M. Tullium, *iram insaniae initium* dixerat. quin & Aristoteles secundo Topicorum, *Si*, inquit, *odium iram sequitur, odium pars quaedam furoris est: nam & iram in furoris genere ponimus.*

— *animum rege.*] *Animum* ita dixit, ut Graeci θυμὸν. significat autem ea vox *irae principium*. Diogenes Laertius in Zenone: ὁ δὲ θυμός ἐστιν ὀργὴ ἀρχομένη.

IN EPISTOLAM III.

Quantae conveniat Numatius.] Depravatus locus. is autem restituendus est:

Quam te conveniat Munatius.

hoc enim significat, cupere se scire, ferio ne Munatius cum ipso in gratiam redierit, & ecquid eum, ut amicorum mos est, alloquatur.

IN EPISTOLAM V.

Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?] Lego,

Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?

& vero, cur ita legi debeat, multae sunt caussae: quas minimo negotio videre intelligentes possunt.

IN EPISTOLAM VI.

Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas. Defodiet, condetque nitentia.] Sententiam hanc videtur sumpsisse a Sophocle, apud quem ita loquitur Ajax

Digitized by Google

Ἀπιστῶ ὁ ταμίας, πεπαλιγμένον χρόνος
Φύσει τ' ἀδήλως, ἢ φανέντα πρόσθεν.

virtus haec una poteſt dare.] Antiquus Bernardini edani, adoleſcentis clariſſimi, liber, *Si virtus hoc oteſt dare*. neque dubium eſt, quin ita legi debeat.

Mercemur ſervum, qui dictet nomina, ſaevum i fodiat latus.] Legendum ſuſpicor,

— *laevum Qui fodiat latus.*

i, Mimnermus uti cenſet, ſine amore jocisque lil eſt jucundum; vivas in amore jocisque.

na hujus poëtae apud veteres fuit auctoritas: quod oſtendit Horatius:

Diſcedo Alcaeus puncto illius: ille meo quis? uis, niſi Callimachus? ſi plus oppoſcere viſus, it Mimnermus.

& Propertius:

lus in amore valet Mimnermi verſus Homero.

s autem quibus ea ſententia efficiebatur, qua de hic io eſt, eos apud Stobaeum reperiſſe videor:

Τίς ἦ βίος, εἰ ἦ πρῶτον ἀνὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης
Τέθναίην, ὅτ' ἐμοὶ μηκέτι μέλοι.

IN EPISTOLAM VII.

ud male Telemachus.] Locus eſt ὀδυσ. δ. ubi cum elaus longum cum Telemacho ſermonem ita cluſiſſet,

Καὶ τότε δ' Ἀθήνη πάμψαι, δῖον δέ τι εἰσιδὲ θῆκεν,
Τρεῖς ἵππους, ἢ δίφρον ἐύξοον.

lectis aliquot verſibus, reſpondet Telemachus:

ἀπορίαν caussam aperuit. Hominum enim quidam divitias, ut finem, appetunt; quidam ut instrumenta vivendi. illi ne satiari possint, eo fit, quia finis ipsius infinita est appetitio: hi autem iccirco facile explentur, quia nulla est neque ars, neque facultas, quae infinita multitudine, vel magnitudine instrumenta desideret.

Ira furor brevis est.] Idem, & totidem paene verbis dixit nobilissimus philosophus, Themistius in oratione quam scripsit de amicitia. ὀργὴ γάρ ἐστιν, inquit, ἀπορία μανίας ὀλιγοχρόνιον εἶναι. & antea Ennius, ut est apud Tullium, *iram insaniae initium* dixerat. quin & Aristoteles secundo Topicorum, *Si*, inquit, *odium iram sequitur, odium pars quaedam furoris est: nam & iram in furoris genere ponimus.*

— *animum rege.*] *Animum* ita dixit, ut Graeci θυμόν. significat autem ea vox *irae principium*. Diogenes Laertius in Zenone: ὁ δὲ θυμός ἐστιν ὀργὴ ἀρχομένη.

IN EPISTOLAM III.

Quantae conveniat Numatius.] Depravatus locus. is autem restituendus est:

Quam te conveniat Munatius.

hoc enim significat, cupere se scire, serio ne Munatius cum ipso in gratiam redierit, & ecquid eum, ut amicorum mos est, alloquatur.

IN EPISTOLAM V.

Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?] Lego,

Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?

& vero, cur ita legi debeat, multae sunt caussae: quae minimo negotio videre intelligentes possunt.

IN EPISTOLAM VI.

Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas. Defodiet, condetque nitentia.] Sententiam hanc videri est sumpsisse a Sophocle, apud quem ita loquitur Ajax

Digitized by Google

Ἄπνοϊ᾽ ἀμπρὸς, πολυσθένειον χρόνος
Φύσει τ᾽ ἄδηλα, καὶ φανέντα πρόσθεν.

virtus haec una poteſt dare.] Antiquus Bernardini edani, adoleſcentis clariſſimi, liber, *Si virtus hoc oteſt dare*. neque dubium eſt, quin ita legi debeat.

Mercemur ſervum, qui dictet nomina, ſaevum si fodiat latus.] Legendum ſuſpicor,

— *laevum Qui fodiat latus.*

i, Mimnermus uti cenſet, ſine amore jocisque Nil eſt jucundum; vivas in amore jocisque.

ia hujus poëtae apud veteres fuit auctoritas: quod oſtendit Horatius:

Diſcedo Alcaeus puncto illius: ille meo quis? Quis, niſi Callimachus? ſi plus oppoſcere viſus, Fit Mimnermus.

& Propertius:

Lus in amore valet Mimnermi verſus Homero.

s autem quibus ea ſententia efficiebatur, qua de hic io eſt, eos apud Stobaeum reperiſſe videor:

Τίς δὲ βίος, εἰ δὲ πέρατον ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτ᾽ ἐμοὶ μηκέτι ταῦτα μέλοι.

IN EPISTOLAM VII.

uid male Telemachus.] Locus eſt ὀδυσ. δ. ubi cum elaus longum cum Telemacho ſermonem ita cluſiſſet,

Καὶ τότε δ᾽ ἐς πόντον, δῖον δ᾽ ἐπὶ νῆα ἄγεσθαι,
Τρεῖς ἵππους, καὶ δίφρον ἐύξοον.

ectis aliquot verſibus, reſpondet Telemachus:

Δῶρον δ' ὅτι μὲ μᾶλλον ἐμφίλιον ἔσται.
Ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλά σοι αὐτῇ
Ἐνθάδε λείψω ἄεθλα· σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις
Εὐρέος, ᾧ ἔνι μὲν λωτὸς πολύς, ἐν δὲ καὶ οὖροι
Πυροί τε, ζειαί τ' ἠδὲ ῥοφοὶς καὶ λευκόν.
Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτέ τι λειμὼν
Αἰγίλιπος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱππεύεσθαι.
Οὐδέ τις ἄλλη νήσων ἱππήλατος, ἥδε δυλείπων,
Αἵδ' ἁλὶ κεκλιάται. Ἰθάκη δέ τε καὶ πίεσε πάσας.

IN EPISTOLAM XII.

Si ventri bene, si lateri est.] Dictum hoc videtur a Metrodori sententia, qui *summum bonum* definiebat *in una corporis affectione, & explorata spe, semper ita fore:* ut est apud Ciceronem quinto Tusculanarum disputationum. Id autem docuerat philosophus ille in libro quem inscripserat, περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὸν παρ' ἡμῖν ἀριθμὸν τοῦ ἀδιαφόρου τῶν ἐκ περιμοίρου. idque ita sua haec expresserat, ut diceret, τέλος ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἐπὶ τῇ σαρκὶ ἡδονῆς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ τούτης (sed forte melius legendum περὶ τούτου) πίστιν ἔλπισμα. Auctor Clemens Alexandrinus libro II. στρωματέων.

IN EPISTOLAM XV.

— non hercule miror,

Ajebat, si qui comedunt bona.] Ita est aperte in libro Bernardini Lauredani: & ita in impressis paene omnibus legebatur, multis annis antequam Petrus Victorius, homo doctissimus, Variarum lectionum libros edidisset.

IN EPISTOLAM XVI.

Vir bonus, & prudens audebit dicere, Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre, patique
Indignum coges?] Superiore anno elucubratus a me annotationum in varios auctores libellos duos: quos cum edere cogitarem, accidit quiddam, ut eos ad tempus quod premere satius ducerem. Quoniam igitur, quando eos edituros sim, aut potius, edituros nec ne sim, ne quidem, si quis roget, satis explorate scio, libet in

Digitized by Google

unicare cum ſtudioſis caput primum prioris libri: hos ipſos Horatii verſus aliqua ex parte interpreta- in eo igitur ita ſcriptum eſt:

r bonus, & prudens audebit dicere, Pentheu,
ctor Thebarum, quid me perſerre, patique
ignum coges? Adimam bona: nempe pecus, rem,
ctos, argentum. tollas licet. In manicis, &
mpedibus ſaevo te ſub cuſtode tenebo.
e Deus, ſimul atque volam, me ſolvet, opinor.
c ſentit, moriar. mors ultima linea rerum eſt.

verſibus Horatius exprimere, quaſique ante oculos ere voluit eam animi libertatem, quam veteres phi- hi, ac Stoici praeter ceteros, in omnibus ſapienti- neque praeterea in quibusquam aliis, eſſe dicebant: ieret, ut illi tyrannorum minas, imperia, potentiam ihilo putarent, ac libere iccirco apud eos, intrepi- loquerentur: quippe qui praeclare intelligerent, odo fortunae ludibria, in quibus ipſi nullam beatae partem ponerent, a tyrannis eripi poſſe: bona ani- quae ipſi non ſumma tantum, ſed ſola etiam vere ducerent, firmiora eſſe, quam ut ullam ejusmodi reformidare deberent: vinciri poſſe corpora; ani- nullis vinculis coërceri: mortem denique, cujus me- teri homines fanda infanda omnia & paterentur, & ent, ipſi ſibi nunquam refugiendam, nonnunquam ultro accerſendam, ſemper quidem aequiſſimo ani- ubeundam putarent. Hoc igitur Horatius exprimere vellet, praeſtantiſſimi poëtae Euripidis locum ſibi itandum propoſuit, eumque leviter inflexum, & tatum, apte admodum, ſcienterque ad id, quod e inſtituerat, accommodavit. Quibus enim verbis us ille philoſophus, ut eum veteres nominarunt, um patrem, cum Pentheum alloqueretur, utentem t, iisdem noſter hic quemlibet ſapientem adverſus os uti poſſe docuit: ipſumque in ea re explicanda it Penthei nomen, ut, quem ipſe cujus poëtae locum us eſſet, poſteris indicaret. Ipſa igitur Euripidis ponam: qua ex re duplicem utilitatem ſtudioſos turos eſſe confido: quod & Horatii locum intelli-

gent, & ejus exemplo discent, quo modo in Graecorum poëtarum lectione versari, eosque in usum suum convertere debeant. Euripides Bacchis:

Διο. αἰδ', ἰώ, τί με τὸ δεινὸν ἐχμάσσει;
Πεν. πέπων ῥᾳθ' ἁβρὸν βόστρυχον τιμᾷ σέθεν.
Διο. ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' ἀνὴν πρέφω.
Πεν. ἔπεστι θυρσον τόνδε παρθένου χερός.
Διο. αὐτὸς μ' ἀφαιροῦ. τόνδε Διονύσου φορᾶ.
Πεν. εἰρκταῖοί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.
Διο. λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτός, ἅτε ἐγὼ θέλω.

Admirari autem licet, quanto & ingenio, & judicio Latinus poëta, quae inflectere ad institutum suum non poterat, ea praetermiserit, aliaque eorum loco accommodate ad significandum id, quod volebat, interposuerit. quod eodem modo facere omnes debent, qui veterum scripta cum laude imitari volunt.

IN EPISTOLAM XVII.

Si pranderet olus patienter] Diogenes Laërtius in Aristippo: πεσόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνειν Διογένης ἰσχνὸν φησὶν, εἰ ταῦτ' ἔμαθε σοφιστὴς, οὐκ ἂν πεφάνειν αὐλὰς ἐπὶ πλοῦσι ὁ ἦ, ἢ σὺ, εἶπε, εἶπε πλὴν ἀνθρώποις ὁμιλῶν, οὐδὲ λάχανα ἔπλυνες.

Omnis Aristippum decuit color, & status, & re. Laërtius de eo: ἦν δ' ἐπιτηδειότατος πρὸς τόπον, πρὸς χρόνον, πρὸς σύμπαν, πρὸς πᾶσαν εὐκαιρίαν ἐπιτηδειότατος.

IN EPISTOLAM XIX.

Exiguaeque togae simulet textore Catonem.] In quibusdam veteribus, pro *textore*, legitur *tesquore*. ignoro quidem mihi vox: sed videant alii, credibile sit, an cuiquam. *tesquorem* pro squalore dixisse Horatium. id enim quo dam non ineruditos homines suspicari video.

Digitized by Google

IN EPISTOLAM DE ARTE POETICA.

oteram facile supersedere hoc labore annotandi quic-
à in epistolam de arte poëtica: tot enim eruditi ho-
es in eam scripserunt, scribuntque quotidie, ut ea
vi pauciores aliquanto versus, quam interpretes, ha-
ura videatur. Accedit huc alia causa, quod is, quem
oe jam nominavi, Achilles Statius, Lusitanus, mihi
no conjunctissimus, omnique elegantis doctrinae ge-
e affatim excultus, suos in eandem commentarios pro-
iem editurus est, tanta diligentia atque accuratio-
confectos, ut facile confidam, omnes homines ju-
aturos, non frustra eum post tot alios in eandem
ubaris se curam: suspenso igitur, ut ajunt, brachio eam
currere satis habebo, & veluti dicis causa, pauca
aedam annotare: quae an alii jam notaverint, nescio.
n enim sane nisi per admodum paucorum scripta legi.
l cum omnes, qui tractamus litteras, iisdem fere uta-
ur libris; fieri nullo modo potest, ut non eadem ani-
dvertantur a pluribus. itaque mirari soleo, cum qui-
n venatos homines conqueruntur, ea notare alios,
ae ipsi quoque antea viderint: in eoque ita disputant,
ivem sibi, minimeque tolerandam injuriam fieri: nul-
n esse rationem, quae ipsis quoque in mentem vene-
t, ea dicere alios sine honorifica ipsorum appellatione.
que operae pretium est quorundam ea in re cognoscere
ientiam. deprehensi (*) enim sunt, qui cum legissent com-
entariolum quem proximo superiori anno in Catullum
idi, missis ad amicos litteris me accusarent, quod quae-
ni afferrem ut mea, quae ipsi plus triginta jam annos
libris suis notata haberent. quasi vero magnopere mihi
orandum fuerit, quid in libro suo notasset is, quem
o natum mehercule nesciebam. sed, ut ad rem, si quid
alius dictum, tacito ipsorum nomine, attulero, testi-
or id me eo facere, quia, quod bona ipsorum venia
ctum sit, quicquid mihi datur otii, soleo non paulo
entius in veterum quam in recentiorum scriptorum le-
ione consumere: non quod hos contemnam, sed quod
a qui-

(*) *Deprehensi sunt*, minus proprie pro, *reperti sunt*.

a quibus ipsi didicerunt, ab iisdem volo ego quoque, liceat, discere.

Telephus & Peleus.] Quaedam scitu digna attuli hunc locum Victorius lib. XIV. Variarum lectionum quibus hoc addo, fabulam illam, in qua mendicus Telephus ita magnifice loquens inducebatur, Euripidis fuisse ut testatur interpres Aristophanis in locum illum e libris:

Τήλεφος εἶναι μοι φάσκων,
Ἐκ πηλέως
Γαμέσας ἀφ' ἑστίας Παιτολοτίας.

mendicum etiam fuisse eum affirmat Timocles in cis quibusdam, quibus ad omnes paene calamitates, positis magnorum virorum exemplis, rationem quae minuendi doloris tradidit. ita enim scribit:

ἀλλ' ἐμὲ χρὴ τί ποιεῖν,
Πανυπέρτατον αὐτῶν κεκτημένον ἢ Τήλεφον
Τυνδάρεω; ὅστις τὴν πατρικὴν ἔχων φιλ.

De mendicitate autem Pelei commemorabo ea, quae eundem interpretem legi: simul enim loco cuidam odis, ubi ejusdem mentio est, lucis aliquid afferetur. locus igitur continentissimus fuisse proditur. cumque quando contigisset, ut Hippolyte, Acastii uxor, adamasset, neque potuisset blanditiis ad explendam piditatem suam adducere, calumniata est eum apud rum, quod sibi vim afferre voluisset. Quod cum Acci resciviſset, comprehensum eum, in solitudinemque ductum, ac spoliatum armis dimisit, fore dicens, si esset, ut e periculo evaderet. cum autem in eum insi pararent ferae, miserunt ei Dii per Mercurium enses Vulcano fabricatum; atque ita servatus est. Nam & alio quodam modo. Peleus cum insidiis exceptum cum fratrem una cum Telamone in patria interfecis exsulatum iit in Phthiam ad Eurytum, Actoris filium quo expiatus est: illinc cum ad venationem apri Cal nii profectus esset, in Eurytum incidit, eumque no interemit. Rursum igitur ex Phthia fugiens, Iolcum Acastum venit: ab eoque expiatus est. Astydamia ve

aſti uxor, ejus amore capta, cum eum, quà praeditus
t temperantia, ad faciendum adulterium pellicere ne
ſſet, tentatam ſe ab eo, apud virum mentita eſt. at
quem expiarat, interficere quidem noluit: ſed duxit
n ad venationem in montem Pelion, ibique ſopitum
nquens, cum prius enſem ipſius ſub ſtercore bubulo
ultásſet; domum revertitur. ille vero ſomno ſolutus,
que reperto enſe, parum abſuit, quin interficeretur a
ntauris: ſed Chironis ope ſervatus eſt.

— ut ſibi quivis
Speret idem, ſudet multum, fruſtraque laboret,
Auſus idem.] Eadem ſententia uſus eſt Iſocrates in
nathenaico: qui cum dixiſſet ſe illo compto orationis
here non uſurum, quo fuerat uſus adoleſcens, ἀλλὰ,
uit, ὡς ἅπαντες μᾶλλον ἂν ἐλπίσειαν, ἢ βελτίους, ἢ ὀλιγῳδίας, πλὴν ἔνιοι ἰδιλόπονοι, καὶ σφόδρα σπουδάζοντες τυγχάνουσιν. *Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.*] *Quandoque* hic valet quandocunque, ut & Petrus Victorius
nonuit. ſic & alias apud hunc ipſum ſcriptorem accipitur: ut,

Et quandoque potentior
Largis muneribus riſerit aemuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe Cypria.

libro IV.

Cancines majore poëta plectro
Caeſarem, quandoque trahet feroces
Per ſacrum clivum merita decorus
Fronde Sicambros.

Ut qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et ſaciunt prope plura dolentibus ex animo] Comparationem hanc ſumpſit ex Lucilio, ex cujus libro XXII. Nonio citantur hi verſus:

— mercede quae
Conductae flent alieno in funere praeficae,
Multo & capillos ſcindunt, & clamant magis.

IN SATYRAS.

IN SATYRAM IX. LIBRI PRIMI.

— *ſum paullo infirmior, unus*
Multorum. igneſces. alias loquar.] *Unus multorum* dixit, pro, unus e ſimplici plebe. more Graeco, εἷς τῶν πολλῶν.

IN SATYRAM X.

— *vetuit tali me voce Quirinus*
Poſt mediam noctem viſus, cum ſomnia vera.] Vera et ſomnia, quae poſt mediam noctem fiunt, affirmat & Theocritus. qui cum dixiſet,

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον κοίτος ἵσταται, ἐγγὺς δ' ἠώς.

addit paullo poſt,

Εὖτε τᾷ ἀτρεκίαν παμφαίνεται ἠῶθεν ὀνείρων.

Verſiculos natura magis factos, & euntes
Mollius.] *Factos*, valet, exquiſite ornatos, ut Graeci πεποιημένους.

IN SATYRAM III. LIBRI II.

Mater te appello.] Principium eſt verſus e vetere quapiam tragoedia, quod ponitur & a Cicerone in oratione pro Sextio. primo autem libro Tuſculanarum diſputationum etiam reliquum verſus ponitur:

Mater te appello, quae curam ſomno ſuſpenſam levem
Neque te mei miſeret. ſurge, & ſepeli natum.

Ne quis humaſſe velit Ajacem, Atrida, vetas cui
Rex ſum.] Oſtendi ſupra in epiſtolis locum quendam expreſſum ex Euripidis Bacchis. poſſem hoc loco idem facere, & adſcribere Sophoclis ex Ajace mali-

ph

Digitized by Google

o verſus, e quibus hic Teucri & Menelai dialogus
esſus eſt. ſed quia multi verſus huc transferendi fo-
, ſatis habeo locum indicaſſe, ex quo eos, qui
c, petat.

IN SATYRAM IV.

lutulus & viles.] In manuſcripto Bernardini Lauredae-
etiamque in impreſſis, quos ego quidem viderim, om-
us, aut *mutilus*, aut *mitulus* legebatur.
lurice Bajano.] Tales quidam verſus Antiphanis,
rumque veterum poëtarum, apud Athenaeum libro
no leguntur, quos cum iis conferre, neque inutile,
ue injucundum fuerit.

IN SATYRAM VI.

— *terreſtria quando*
Mortales animas vivunt ſortita: neque ulla eſt
Aut magno, aut parvo leti fuga. quo bene circa
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus:
Vive memor, quam ſis aevi brevis.] Quam orationem
Horatius tribuit minimo animalculo (*), muri, ean-
n tribuit Euripides fortiſſimo heroum Herculi, quem
Alceſtide ita loquentem facit:

Ταῦτ' οὖν ἀκούσας, μὴ κατὰν ἐμοῦ πάθῃς,
Εὐφραίνου σαυτὸν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν
Βίον λογίζου σὸν· τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.

IN SATYRAM VII.

Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.] In hoc ver-
explicando, piget dicere, quam caecutiant interpretes,
mque nihil afferant dignum, in quo vel refellendo
natur opera. eſt autem intelligendum, vocari ab Ho-
ó *nervis alienis mobile lignum*, id quod Graeci vo-
cant

*) *Animalculum*, forma incognita veteribus.

cant νευρόσπαστα. Eo autem nomine vocabantur exigua quaedam simulacra hominum ita compacta, ut inferis quibusdam, sive nervis, sive fidiculis, singulae earum partes alligatae essent. itaque ut quis nervos illos traxerat, modo caput motitare, modo brachium porrigere, aut contrahere, modo vibrare oculos statua videbatur. quicumque tamen auctor est, ψευδαριστοτέλης illius libelli, qui de mundo ad Alexandrum inscribitur, unico istae omnia funiculo solita fieri tradit. ejus verba sunt: ὁμοίως δὲ καὶ οἱ νευροσπάσται μίαν μηχανὴν ὑπτιοκινήμονος, ποιοῦσι δὲ αὐτὴν κινοῦντες, τὸ χεῖρα, τὸ ποδα, τὸ ὄμμα, καὶ ὀφθαλμόν. ὅτι δὲ πάντα τὰ μόρια μιᾷ τινος διοικήσεως. ubi annotandum, ipsos quoque qui tales statuas vulgo circumferrent, νευροσπάστας vocari.

M. A

M. ANTONII MURETI

IN

CICERONIS PHILIPPICAS

SCHOLIA.

Digitized by Google

ficin, quotidie fere, statis horis patere ad communem studiosorum omnium utilitatem consuevit: sed in ea quidam, & non ita omnibus pervia, quae a sacerdotibus divi Petri superioribus annis concinnata, posita, sive negligentia hominum, sive fraude, exhausta prope jam & exinanita esset. sed anxium me ac sollicitum habebat, quod cum antea multa per me, multa per amicos expertus essem, ut eum librum inspicere, ex triduum aut quatriduum arbitratu meo uti possem: nunquam successerat: semperque casus aliquis, cum jam jamque id quod optabam consecuturus videretur, conatus omnes meos eluserat. statui tamen, antequam ab incepto desisterem, semel etiam experienda omnia esse, &, quasi munitam aliquam arcem diu frustra obsedissem, prius quam re infecta discederem, omnia simul machinis, omnibus operibus ad murum admotis, tentandam irruptionem. quid quaeris? puncto temporis obtigit, quod totum prope biennium nequiquam optaveram. non modo enim mihi eximium illum librum inspicere licuit, quod ego ipsum posuissem in magni beneficii loco: sed etiam permissum est, ut eum meum auferrem, domique haberem, data prius fide, mihi quod longissimum esset, ante septimum diem redditum ac restitutum iri. Tum vero, tanquam longo tempore collectam sitim explere cupiens, ita eum avide perlustrare, & cum iis qui ab eruditissimo ac diligentissimo viro, Hieronymo Ferrario emendati erant, conferre coepi, ut me, quanquam graviter aegrotare coeperam, non valetudinis ratio, non cibi potionis ve necessitas, non ille ipse omnium domitor (ut eum poëtae Graeci vocant) a tam dulci occupatione posset somnus abducere. praeclare autem mihi constitit operae meae fructus. non enim facile crediderit quisquam, quam multa his orationibus mutila, quam multa temere addita, quam multa corrupta ac depravata legerentur in caeteris aliis libris, quae hujus ope expleta, refecta, [illegible]

Digitized by Google

& integritati suae restituta sunt. Librum autem
n credo equidem ante hos septingentos annos exara-
esse. quod & ipsa litterarum conformatio ostendit
sque locis gemina ei quae in Pandectis Florentinis,
i Terentio Petri Bembi visitur: & scribendi ratio,
ı ὀρθογραφίαν vocant, eadem plane quae in iis,
modo nominavi, libris, & praeterea in antiquis-
illo epistolarum Ciceronis, cujus exemplum abhinc
nium divulgavit P. Victorius. quam quidem cum
liqua parte exprimendam curaverim, non tamen
ausus perpetuo id facere, ne nimia illa novitas
quidem nova dicimus etiam ea, quae cum veterā
diu ab oculis & ab usu hominum abfuerunt) le-
bus & moram objiceret, & molestiam pareret. ut
am, quod quaedam in eis libris inesse judico, er-
potius, & vitio illorum temporum, quam ratione,
auctoritate superiorum recepta. cujus generis sunt
otús, sumptus, & similia per litteram p: in quo
immoderata fuit aetas illa, ut sollempnia, &
pnum, & temptare, plerique omnes tum scribe-
. Sed & illud ex eodem fonte fluxisse puto, quod
ras multas inter se commutabant: cum apsum, &
neo, contraque scribtura, & obtare, saepe in
m libris legatur. in eundem numerum incluserim,
ris, pro, abieris: & Bolumniam pro Volumnia,
demque generis innumera. Nam illud quale esse
m, nescio, quod lathrones, & lathrocinia prope
per scribebat is, cujus manu ille Philippicarum
scriptus est. Ne illa quidem exprimenda duxi,
cere, adponere, conligere, conlega, inlustris,
talia, aut aecum, relicuum, locuntur, cotti-
: quae tamen non ejusdem generis, cujus illa,
duco: aut illa, immemoriam, pro, in memori-
, summast, pro summa est, & similia: etsi haec
em non plane aspernanda censeo. At haec leviora
. illud majoris momenti: quod locos amplius tre-

centos in omnibus aliis libris depravatos, a nobis em
datos videbit, quisquis hanc editionem cum aliis c
ferre voluerit. Tibi autem, Adriane Turnebe,
optime & doctissime, hunc laborem meum inscri
quasique consecrare placuit, tum, ut extaret monim
tum aliquod veteris amicitiae nostrae, tum, ut
ipse hoc nomine studiosis omnibus gratior ac comme
tior foret. Et sane sive quaerendus erat amicus
me bene meritus, cui hoc munusculum daretur,
nem ordinis nostri videbam, cui plus deberem:
deligendus judex, qui de his rebus existimare
omnium optime posset, nullum reperire poteram,
justius id deferretur, quam tibi. Non enim aut ig
rum, aut ambiguum est, inter omnes qui hodie litera
tractant, ad quem ex hominibus nostris primae sine co
troversia deferantur. Vale, meque, ut facis, ama
perge. Lutetiae. id. Mart. anno MDLXII.

M. A

Digitized by Google

M. A. MURETI
CICERONIS PHILIPPICAS
SCHOLIA.
IN ORAT. I.

GRAECUM *etiam verbum.*] Quidam hoc loco inferserant Graecam vocem ἀμφισίας, ego summa fide optimi ac veterrimi libri scripturam expressi: quid autem de hoc loco sentirem, indicavi jam pridem, cap. 15. libri variarum lectionum.

Summa constantia.] Non improbo equidem quod de hoc loco homini eruditissimo ac diligentissimo, Ferrario dum est: sed tamen, cum voces illae, quae inter has ejectae legebantur, ab optimo libro, sine ulla suspitione liturae, abessent, cur non eas expungerem, causs nihil esse sum ratus.

Nisi collega abfuisset.] Vetus scriptura est, *Nisi collega afuisset*. non est autem dubium, quin veteres, qui imo studio fugiebant asperitatem loquendi, quanquam, *dum*, aut interdum *apsum*, *abes*, *aberam*, dicerent: *i* tamen, non, ut nunc, *abfui*, & scriberent, & pronuntiarent. Sic in epistola ad Curionem: *Ego te afuisse diu a nobis*. & alibi: *Et afui proficiscens in Graeciam.* Sparata autem haec scribendi ratio multis mendis bonos uctores contaminavit. Qualia & multa alias, & nuper m, apud Tacitum animadverti, cum ejus annales ego acobus Cananus, Ferrariensis, vir optimus & doctisus, animi causa una evolveremus. Ubi enim legitur: *, quanquam adfuturum se dixerat Caesar, ob id magis agendum censebat*: sine controversia legendum est; *turum.*

Jam cum serperet in urbe.] Optimus liber, *in urbem*. d & verum puto. etsi, geminatis sine causa, consentis vocis principibus litteris, hanc varietatem exti, non injuria fortasse aliquis suspicetur.

Igri Rhegini.] *Regini*, constantissime scriptum est in o veteri, sine ulla aspirationis nota: idque magis e Laconsuetudine videtur.

Digitized by Google

Non quo me ad tempus occurſurum non putarem.] AE *occurſurum putarem*. perperam. hoc enim dicit, non ea ſibi fuiſſe cauſſam ſuſcipiendae tantae celeritatis, qu aliter ſe ad tempus occurſurum non putaret: ſed qu reip. quam primum gratulari cuperet.

Multa autem impendere videbantur.] Vetus liber, i *pendere videntur.*

Hujus tamen dici.] *Tamen*, poſitum eſt pro ſalte aut, ſi nihil aliud, ut ſaepe alias. quod qui non vi rant, ſuſtulerant vocem illam, ut redundantem.

Hannibal.] Ita omnes, quos ego quidem videri veteres libri. quorum conſenſum potius ſequor, qu Graecos, qui ex hoc, ut ex aliis multis nominibus, ae rationem detrahunt.

Qui hoc ei diceret] Hoc melius eſſe, viderat & Fe rarius: cujus conjecturam optimi libri auctoritas co firmavit.

Ut decernerentur ſupplicationes mortuo?] Antea, ne *tuorum*, male. de uno enim Caeſare loquitur. neq ſatis Latina oratio erat, quomodo antea legebatur.

Nihil dico cui.] In vetere libro, *qui*. Sed ſcribe ratio antiqua eſt: ut in illo Virgilii: — *qui non riſere p rentes*. Sic infra, *aecum*, pro, *aequum*: & *locutu* pro, *loquuntur*.

Ut cujus ſepulcrum] Liber vetus, *ſepulchrum*. Sic *lachrimas* ſaepe in eo ſcriptum videas. puto autem non ſuperioris periodi membrum eſſe, ſed plenam & ſolutam comprehenſionem, quae per indignationem e ratur, hoc modo: Ut cujus ſepulcrum nnsquam ex ubi parentetur, ei publice ſupplicetur? Ego vero, cetera.

Dicendi periculum] Ita etiam in optimo libro ſcrip eſt. Sed alia manu ex, *dicendi*, factum eſt, *dicend* nimirum ab aliquo, qui pro, *dicendi*, hoc loco ſu tueret, *diſcedendi*, & ſtultitiam ſuam ejus libri auctori legere in animo haberet.

Quod idem non facere potuit] Antea legebatur: *Q idem facere non potuit:* neque ſane aliter eſt in opt illo libro, quam in pervulgatis. Si quis tamen ſen tiam accurate conſideret, ſpero ei conjecturam noſt probatum iri. jam quantum interſit inter haec duo, *tuit non facere*, &, *non potuit facere*, qui per ſe videt, legat Ariſtotelem *περὶ ἐμφύτων*.

Q

Digitized by Google

od est lautius] Ita melius, quam, ut antea, *lau-*
s. Lautos autem vocabant honestos ornatosque ci-
Terentius,

mnes in lauta re, & bene parte aucta putant.

gligimus ista] Vetus liber, *neclegimus.*
nimis antiqua & stulta ducimus] Ita & Graeci lo-
tur. Lucianus:

ουκοῦν τὸν ἰγχελυν, παλαιά τι, μᾶζά τι εἶδες.

m ratione ἐγχέλεις vocant homines simplices & mi-
malos. Plato in Hippia minore: τὸ ἰγχέλειον ἐγχέλειον
τὴν Ὀδύσσειαν. ubi parum vidit Ficinus, qui ἐγχέλειον in-
retatus est, *saniorem*. Cicero pro Sex. Roscio:
ines antiqui, qui ex natura sua ceteros fingerent,
derunt.
t sic irascatur, ut civi] Si omnes etiam minimas
ationes minutatim persequi, & in earum ratione red-
da immorari velim, liber conscribendus fuerit iis
, quas emendavi, orationibus major. mihi autem cum
se molestum est ea scribere, quae lectorem neque ma-
pere doceant, neque ulla voluptate permulceant:
, ut in tribuendis beneficiis, ita in his quoque re-
videtur diligens illa & accurata subductio angusti &
s animi esse. Odiosus sit etiam amicus, qui amico ne-
dare nisi ad calculum, & quicquid dederit, referre in
os rationum velit. Insigniores igitur modo locos no-
animus est: qualem hunc esse ita confidimus, ut ne-
em nos iniquum industriae nostrae judicem ejuraturos
iteamur.
ed iidem illi ita mecum] Vetus liber, *ita mecum lo-*
ur. Sed verbum id ab alio potius quopiam suppositi-
, quam a Cicerone positum crediderim.
redo enim vos nobiles homines] Quidam homo erudi-
, in libro, quem inscripsit Lexicon Juris civilis, af-
navit, *nobilem* a veteribus vocatum esse neminem,
plebejum: in quo valde fallitur. Nullo enim discri-
e & patricii & plebeji, quorum patres, avi, majores
i atque honorati fuissent, *nobiles* vocabantur. nam lo-

Digitized by Google

cus Asconii, ex quo id aperte colligi dicit, nullo pla
modo ipsius sententiam adjuvat. Sed ne quis scrupul
relinquatur, proferam locos aliquot, qui manifesto d
ceant, *nobiles* etiam patricios dici. primum igitur, u
longius abeam, videmus hic P. Cornelium Dolabell
nobilem vocari. In Miloniana ita de Clodio scriptum e
*Homo enim nobilis in suis monumentis equitem R. occi
rat.* ac ne quis cavilletur, eum adoptione plebejum f
ctum: Clodia certe ipsius soror ad plebem non tran
rat: quae in M. Coelii defensione *nobilis* appellatur. n
tum locum describam, ut emendetur: nam in vulgati
bris depravatus est. *Vicinum adolescentulum aspexi
candor hujus te, & proceritas, vultus, oculique perc
runt. saepius videre voluisti: nonnunquam in iisdem hor
vis, o nobilis mulier, illum filium similem, patre para
tenaci, habere tuis copiis devinctum? non potes.* I
eadem oratione: *Res est omnis in hac causa nobili
dices cum Clodia, muliere non solum nobili, sed etia
nota.* Sic in epistola ad Ap. Claudium: *Liberalitas tu
ut hominis nobilissimi, latius in provincia patuit.* I
Lentulum: *In te enim homine omnium nobilissimo fam
invidorum vitia perspexi.* Et Sallustius in Jugurtha: *Sp
patriciae gentis nobilis fuit.* Ad haec argumenta si re
sponderit is, qui patricios a nobilium numero exclud
voluit, cedam.

Urbe incendio & caedis metu liberata] Haec omn
verba in omnibus libris, qui ante hos editi sunt, des
rabantur.

Quanquam solent domestici depravare nonnunquam] I
aliis, *Quanquam nihil est tam sanctum, quod non scel
domestici depravare nonnunquam.* quae tam multa vel
unde fluxerint, satis admirari non queo. neque vero
deo, quid hic loci *sanctitas* habeat: & *violandi*, non
pravandi verbo in iis quae sancta sunt, utendum putare
Denique ego veterem scripturam fideliter expressi.

Et metui a civibus tuis] In aliis hoc amplius, Qu
diligi malis: quae verba cum abessent ab optimo libr
putavi, adjecta esse ab aliquo, qui non animadverter
hanc quoque particulam pendere ex illo quod antece
Gloriosum putes.

Parem ceteris] Antea, *parem cum ceteris:* quod La
num non puto.

Digitized by Google

Nec clarus nec tutus quisquam esse omnino potest] Ita ejeci legendum e depravatis veteris scripturae vestigiis: e proponam: si quis forte ex iis verius aliquid eruere it. Sunt igitur haec: *Nec clarus nec unctus quisquam omni potestate.* Ac fieri sane potest, ut de tribus remis litteris duae priores appingendae sint principio entis comprehensionis, hoc modo: *At populi qui-R.* &c.

Quid populi versus?] Nimis profecto audacter corrunt hunc locum, qui pro *versus*, scripserant *convur-* neque enim cuiquam paulum modo versato in veres historiis obscurum esse potest, quemadmodum olim ulus subitis & fusis ex tempore versibus animum erga nos viros suum testari soleret.

qui his ludis] Sive hoc a me, sive a librariis peccaest, legi debet; *Qui suis ludis.* & ita in veteribus s legitur.

tribueret absenti] Ita in illo omnium optimo libro tum reperi, & postea, *leniret*: non, ut in aliis, *uerit*, &, *lenierit*. qui autem habent aures oratoriis eris asfuetas, non ambigent, utro modo mollius ac ius cadat oratio.

quibus est ipse carissimus] Vocem, *ipse*, delet Ferra-; idque se facere ait, omnibus antiquis libris auctos. ego eam in illo, qui mihi dux fuit ad hasce emenones, reperi: neque tollendam judicavi.

IN ORAT. II.

Quonam meo fato] Librarii errore factum puto, ut in no illo libro, pro, *fato*, *facto*, legatur.

tum ipsi recordemini] Vetus liber, *recordamini*. idque m censeo. ita enim saepe optimos scriptores locutos nadverti. quod autem Ferrarius conjunctim legit, *vo-m*, mihi quidem nullo modo probatur.

Non virtutis spe] Ita melius, quam, ut in aliis, *specie*. *tutis* enim *spes* in illa aetate commendatur. Cicero rep. O *Fanni, difficilis caussa, laudare puerum. non res laudanda, sed spes est.*

qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis] Antea letur, *hoc isto tempore*: quod quidem ita ineptum est, oscant optimi & doctissimi hominis, Ferrarii manes)

ut refutatione non indigeat. Vetustissimus liber scriptus est, *Qui cum ec ipsumo tempore flens cum gladiis in conspectu senatus*. unde collegi, legendum, *hoc ipso tempore*. Venerat in mentem & alia conjectura, non incpta fortasis legi posse: *Qui cum nunc ipsum (o tempora) flent cum gladiis in conspectu senatus*. ut propter indignitatem rei interjecisset illud, *o tempora*. Utrum igitur melius sit, alii judicabunt.

Quo me iste convincas?] In aliis, *convinces*. Sed hoc nostrum quanto melius sit, quantoque elegantius, qui non videat, hebes admodum fuerit.

Cujus quidem te fatum sicuti C. Curionem manet] Non habeo dubium, quin legi debeat ita, ut in optimo libro scriptum est: *Cujus quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni manet*. Sed nescio quomodo fit, ut quicquid paulo longius ab usitata loquendi consuetudine discedit, id quorundam aures protinus repudient.

Quoniam id domi tuae est] Non facis scio, quid hoc esse dicam, quod in optimo libro legitur: *Quoniam id domus tuae est*. nisi quicquid est, visum est tamen ut admonerem.

Ma. Glabrioni, Ma. Lepido] Inopia librariorum hic peccatum est: quod ea nota carerent, qua Manii praenomen exprimitur. eorundem errore admissum est, quod statim sequitur, *L. Vulcacio*: vera enim scriptura, *Volcatio*. Haec addo subinvitus. Sed nolo, quantum in me eadem a me praestari potest, cuiquam de meis libris errandi occasionem objici.

Putate tum] Alii, *Putatote eum*. hoc quod nos scripsimus, e vetere libro expressum est.

Nihil referas, referas ad eos] Quanto sit hoc melius, quam quod antea legebatur, *Nihil refers, ad eos refers*: qui per se vident, me monitore non egent: qui non vident, eis non laboro. Itaque talia plurima sciens prudens praetermitto: quod mihi, credo item ceteris, nihil aeque displiceat, quam charta verborum plena, rerum inanis.

Consensisse] Vetus liber, *consensisset*. mihi, ne quid dissimulem, non nihil suspectus est locus.

Operis subsecivis] Harum duarum vocum in optimo illo libro ne tenuissimum quidem vestigium est: quod equidem librarii culpa factum puto.

Navis appulisset] Qui, *navi*, maluerat, non cogi-

Digitized by Google

, *navis*, quarto cāsu dictum esse, pro, *naves*. nam od de omnium veterum librorum consensu dixerat, ium est. Sed non habeo necesse omnia singillatim sequi.

Ad recuperandam libertatem] Jusseram scribi, *recipedam*: ut in vetere libro est: sed librarii non paruet. Porro ut, *optimus*, & *optumus*: *lacrima*, & *lacru*: sic *reciperare*, & *recuperare*, veteres nullo discrine dixerunt.

Se aemulum mearum laudium extitisse] Ne quis quid arios insimulet: testor, hanc veteris libri scripturam esse.

Sed tamen haec est summa] Liber vetus, *haec summast*. alibi saepissime.

Ne cui negent] Hoc quoque loco in vetere libro legitur, *ne qui negent*: antiqua scribendi ratione, de qua i diximus.

In hujus me tu consilii societatem, &c.] Vel caeco, ajunt, appareat, quanto hoc loco melius sit quod nos, am quod alii ediderunt.

Vide quaeso ne hereas] Ut *heres*, ita *hereo*, sine diphngo in veteribus monimentis constanter scriptum legitur.

De summa republica dissentientis] Ita optimus liber, a, ut alii, *de re dissidentes*. Sic saepe veteres loquentur, ut *summam rem*, aut *summam rempublicam* dicent: pro quo nunc imperiti, *summam reipublicae*. Virius: *Quo res summa loco Panthu*? Plautus in Mercae: *Ubi loci res summa nostra est publica*? Idem in Mi: glorioso:

Is publice legatus Naupactum hinc fuit
Magnai reipublicai gratia.

em locum foedissime corrupit Joachimus Camerarius: icissime restituit Gabriel Faërnus Cato libro septimo ginum: *Multa me dehortata sunt huc venire: anni, as, vox, vires, senectus. verum enimvero cum tantam n publicam agi arbitrarer.*

Ille singularis vir] Ingeniosissimi hominis, Ferrarii njecturam liber omnium optimus comprobavit.

Ne nomen quidem perscripsi] Vetus liber: *Q. Fufi, estissimi equitis R. suique amicissimi, quem palam edem semper facilitarat: ne nominat quidem: te, quem*

numquam viderat, aut certe numquam salutaverat, fi heredem. quae scriptura si recte distinguatur, videa fortasse vera. Suo quisque utatur judicio, mihi quid quod in vetere libro legitur, minime displicet.

Cui concessisti ut in te quae vellet diceret] Alii, *non modo in te, quae vellet, sed in quem vellet*, dic optimi quique & vetustissimi libri a nobis faciunt.

Ut populi Romani tanta mercede] Ita omnibus lib scriptum est in illo numquam satis laudato libro. est ita dictum, *tanta mercede*, ut apud Catullum, *cum prétio atque malo*. exempla crebra sunt apud mos utriusque linguae auctores.

Sumsisti virilem, quam statim muliebrem togam di disti] Aliud si nihil in hac oratione emendasiem, hunc locum, operam tamen praeclare a me positam carem. quis est enim eorum, qui has litteras tra cui unquam venerit in mentem, eum aliter legen esse, quam ita uti vulgo ante nos legebatur? *Sum virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddi* quae tamen scriptura quam prava, quamque vitiosa sper. cognituros esse omnes, qui totam rem accur considéraverint. Hoc enim ait Cicero, Antonium, primum togam puram, seu quod idem est, virilem su sit, (quod fieri solitum, cum pueri ad annum XVI pervenissent, omnes sciunt) primo quidem prostitisse libidinem omnium, & quasi diobolarem aliquam mere culam, omnes omnium impuritates corpore suo exce se: postea vero, repudiatis ceteris, uni Curioni mere rum atque obsequentem fuisse, uni fecisse copiam cum ab eo prope in uxoris loco haberetur. Primu lud tempus notat, cum ait, *Sumsisti virilem, quan tim muliebrem togam reddidisti*. Quae enim mulie vulgo patebant, venalemque habebant pudicitiam, e ignominiae causa, ut ab aliis internoscerentur, tog ferebant, non, ut matronae, stolam. Horatius:

— *quid inter*
Est in matrona, ancilla, pecces ne togata? Idem:
— *atque etiam melius persaepe togatae.*

at de matrona loquens, stolam nominat:

— s

— *quid vis tibi? nunquid ego a te*
Magno prognatum depoſto conſule cunnum,
Velatumque ſtola, mea cum conſerbuit ira?

in eadem Satyra,

Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla.

l & adulterii damnatae impudicitiam profiteri cogeban-
, & togam geſtare. unde eſt illud Martialis:

Coccina famoſae donas, & hianthina moechae.
Vis, mage quae meruit, mittere? mitte togam.

illud ejusdem:

Thelyn viderat in toga ſpadonem:
Damnatam Numa dixit eſſe moecham.

um igitur *toga* meretricum eſſet, matronarum *ſtola* nſtat, ad exprimendum illud tempus, quo Antonius eretricum more proſtabat, *ſtolae* nomen aptum non e: at poſtea ubi tanquam nupſiſſe Curioni dicitur, & poſite inprimis, & falſe adhibitum eſt *ſtolae* vocabu-n *Sed cito*, inquit, *Curio intervenit, qui te a mere-cio quaeſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locavit.* Eſt autem hic locus eo libro, qui nobis ad has emendationes dux fuit, ita eum ipſi edidimus, plane ac ſine ulla vel minima litu-ſuſpicione ſcriptus.

Domu ſua ejecit?] Et *domu*, & *domo* dicebant. Sed neritas hominum omnia quae paulo minus videbantur tata mutantium, priori illi vix ullum in veterum ſcri-is locum reliquit. Infra quoque oratione XIII. ita iptum eſt: *minaretur dominis, notaret domus, diviſu-m ſe urbem, podam ſuis polliceretur.*

Seſtertium ſexagies] In vetuſtis libris, *ſexagiens*, *otiens*, *totiens*, ceteraque ad eundem modum, per *n* teram ſummo conſenſu ſcripta videas: ut interdum ve-at in mentem ſubvereri, ne illo modo melius ſit, quam omodo nunc ſcribimus. Sed rurſus ſcrupulum obji-, quod in aliis quoque dictionibus video veteres, ſive ammaticos, ſive librarios libenter feciſe, ut inter lit-ras *e* & *s* interjicerent *n*, ſi quando illud *e*, ſuapte na-

tura

tura longam esset. ut eam liberi census pro thesauro fo bebant. At contra mensus & mensa pro mensis & mens in antiquis marmoribus legere memini. Et sane eo mo Graeci ὄρειον vocant, qui est Latinis *Hortensius*: mu taque alia ad eundem modum efferunt. Amplius igitu cogitandum, si ea modo ea res tanti est.

Tui discisti] Ita optimus liber: ex a *discindo* ducatur.

In ultimam Galliam ex Aegypto] Vetus liber, a *Aegypto*: eadem videlicet ratione, qua *Parthus*, & *Bruges*, & *Sullam*, & talia priscos illos dixisse ar pimus.

Aude dicere te prius ad patrem tuum venisse, qu ad me] In eodem libro est, *ad parentem tuum*.

Tu a me observatus] Credo equidem hoc rectum es sed quia dubitare adhuc nonnullos video: propon scripturam veteris libri, corruptam illam quidem: sa quis praestare ausit, neminem ex ea quicquam melius cogitaturum? In eo igitur, pro *observatus*, legi *ovatus*.

Exsequi cladem illam, fugamque] Ita scribebant ve res, non ut nunc, *exequi*. Sed & Romae in Capito multos vidi perantiquos lapides, in quibus scriptum e *Q. Fabius Maximus*.

Omnem subolem juventutis] Ita melius putavi, qu quod erat in vetere libro, *sobolem*. non putarim autem, multum interesse, *sobolem* quis, an *subolem* dicat. so enim, has litteras saepe alteram in alterius locum subiisse solitas. *Marmura* interdum scribebant, non *marmor* & *robor* pro *robur*. sic in vetustissimis quibusque libr saepius *epistulam* & *adulescentem*, quam *epistolam* & *a lescentem* legas.

Ut igitur in feminibus] Locum Demosthenis, ex qu hunc expressum putarem, indicavi cap. 19. libri secu variarum lectionum.

Quid autem mali non vidimus? Liber vetus: *quid aut mali vidimus*? quod fortasse verum sit, & ita dictu ut illud in Verrem: *Quid lacrimarum putatis ipsum pr fudisse Neronem*? & illud ex Andria: *Dii boni, ho quid porto*? & in heautontimorumeno: *portasti qu rerum*?

Sequebatur rheda cum lenonibus] Nondum satis, u

Digitized by Google

ut fatear, conſtituere potui, de hujus loci lectione, torione potius, an Ferrario aſſentiendum putem. gna utriusque eruditio, magna diligentia & accuratio, gna exercitatio in veterum ſcriptis: ſententiae ſuae ra- ies uterque probabiles affert: & neſcio quomodo me- uterque, quantum ego quidem judicare poſſum, re- endit aliena, quam confirmat ſua. Cum igitur in du- eſſet animus, optimum factu eſſe duxi, veteris libri pturam, ut erat, proponere. quanquam ſi alterius us ſententiam probare neceſſe ſit, aliquanto equidem ntius Victorio acceſſerim.

ejecta mater] Vetus liber: *recta mater.*

icuiine mihi] Ita legendum conjecerat Ferrarius: cu- conjecturam confirmavit antiquus liber.

)uam nequam hominem] Alii, *quem hominem.* Sed multo melius.

'um ſibi non hanc, quam nunc male tuetur, ſed M. onis domum, ubi habitaret, legerat] Haec omnia i in omnibus impreſſis libris deſiderarentur, a me il- optimi, atque antiquiſſimi ope reſtituta ſunt.

Negotium publicum gerens] Hoc loco in optimo libro ptum eſt, *negocium*. ego tamen *negotium*, mutata ere ſententia, malo.

'um omnia metu tenerentur] Haec quoque in omnibus editionibus omiſſa erant.

In tu illa in veſtibulo roſtra] Ita melius, opinor, m ut antea, *illa veſtibula, roſtra.*

'ro tricliniis popinae ſunt] Ut aliquid hoc loco deeſſe)icer, facit, quod in optimo libro ſcriptum eſt hoc lo: *Pro conclavibus popinae triclinisſent*. itaque ideo riſcum addidi.

'lavis ademit.] Hunc locum explicavit Victorius ca- ſecundo libri ſecundi variarum lectionum.

)ixisſet, credo, aliquando avus tuus ſe & conſulem & onium] Ita judicavi legendum: cum in vetere libro t, *ſed & conſulem & Antonium.* Nam illud *ſed* pu- eadem ratione ſcriptum eſſe, qua *med* pro *me* ſaepe l Plautum legitur.

'eſtamento, ut dicebas ipſe, filius] Haec veteris libri)tura eſt: niſi quod, *dicevas*, habet, pro *dicebas.* arium autem, qui *teſtamenti* mavult legere, nihil or.

Ad

Digitized by Google

tura longum esset. ut cum *thensaurum* pro *thesauro* scribebant. At contra *mesam* & *mesem* pro *mensa* & *mensis* in antiquis marmoribus legere memini. Et sane eo modo Graeci κῆπους vocant, qui est Latinis *Hortensius*: multaque alia ad eundem modum efferunt. Amplius igitur cogitandum, si cui modo ea res tanti est.

Tui discidii] Ita optimus liber: ut a *discindendo* ducatur.

In ultimam Galliam ex Aegypto] Vetus liber, *ex Aegupto*: eadem videlicet ratione, qua *Purrhum*, *Bruges*, & *Sullam*, & talia priscos illos dixisse accepimus.

Aude dicere te prius ad patrem tuum venisse, quam ad me] In eodem libro est, *ad parentem tuum*.

Tu a me observatus] Credo equidem hoc rectum esse: sed quia dubitare adhuc nonnullos video: proponam scripturam veteris libri, corruptam illam quidem: sed quis praestare ausit, neminem ex ea quicquam melius cogitaturum? In eo igitur, pro *observatus*, legitur *ovatus*.

Exsequi cladem illam, fugamque] Ita scribebant veteres, non ut nunc, *exequi*. Sed & Romae in Capitolio multos vidi perantiquos lapides, in quibus scriptum est, *Q. Fabius Maxsumus*.

Omnem subolem juventutis] Ita melius putavi, quam quod erat in vetere libro, *sobulem*. non putarim autem, multum interesse, *sobolem* quis, an *subolem* dicat. scio enim, has litteras saepe alteram in alterius locum substitui solitas. *Marmura* interdum scribebant, non *marmora*: & *robor* pro *robur*. sic in vetustissimis quibusque libris saepius *epistulam* & *adulescentem*, quam *epistolam* & *adolescentem* legas.

Ut igitur in feminibus] Locum Demosthenis, ex quo hunc expressum putarem, indicavi cap. 19. libri secundi variarum lectionum.

Quid autem mali non vidimus? Liber vetus: *quid autem mali vidimus?* quod fortasse verum sit, & ita dictum, ut illud in Verrem: *Quid lacrimarum putatis ipsum protudisse Neronem?* & illud ex Andria: *Dii boni, hoc quid porro?* & in heautontimorumeno: *portant quid rerum?*

Sequebatur rheda cum lenonibus] Nondum satis, ut

Digitized by Google

n ut fatear, conſtituere potui, de hujus loci lectione, ctorione potius, an Ferrario aſſentiendum putem. igna utriusque eruditio, magna diligentia & accuratio, igna exercitatio in veterum ſcriptis: ſententiae ſuae ra- nes uterque probabiles affert: & neſcio quomodo me- s uterque, quantum ego quidem judicare poſſum, re- ehendit aliena, quam confirmat ſua. Cum igitur in du-) eſſet animus, optimum factu eſſe duxi, veteris libri ipturam, ut erat, proponere. quanquam ſi alterius rius ſententiam probare neceſſe ſit, aliquanto equidem entius Victorio acceſſerim.

Rejecta mater] Vetus liber: *recta mater.*

Licuitne mihi] Ita legendum conjecerat Ferrarius: cu- conjecturam confirmavit antiquus liber.

Quam nequam hominem] Alii, *quem hominem.* Sed c multo melius.

Tum ſibi non hanc, quam nunc male tuetur, ſed M. ſonis domum, ubi habitaret, legerat] Haec omnia m in omnibus impreſſis libris deſiderarentur, a me il- s optimi, atque antiquiſſimi ope reſtituta ſunt.

Negotium publicum gerens] Hoc loco in optimo libro riptum eſt, *negocium*. ego tamen *negotium*, mutata tere ſententia, malo.

Cum omnia metu tenerentur] Haec quoque in omnibus is editionibus omiſſa erant.

An tu illa in veſtibulo roſtra] Ita melius, opinor, am ut antea, *illa veſtibula, roſtra.*

Pro tricliniis popinae ſunt] Ut aliquid hoc loco deeſſe ſpicer, facit, quod in optimo libro ſcriptum eſt hoc odo: *Pro conclavibus popinae triclinisſent*. itaque ideo teriſcum addidi.

Clavis ademit.] Hunc locum explicavit Victorius ca- te ſecundo libri ſecundi variarum lectionum.

Dixisſet, credo, aliquando avus tuus ſe & conſulem & ntonium] Ita judicavi legendum: cum in vetere libro ſet, *ſed & conſulem & Antonium.* Nam illud *ſed* pu- vi eadem ratione ſcriptum eſſe, qua *med* pro *me* ſaepe ud Plautum legitur.

Teſtamento, ut dicebas ipſe, filius] Haec veteris libri riptura eſt: niſi quod, *dicevas*, habet, pro *dicebas*. rrarium autem, qui *teſtamenti* mavult legere, nihil ror.

Ad

Digitized by Google

Ad praedes tuos] Recte judicarat Ferrarius ita legendum. & ita in optimo libro legitur.

Quin in his ipsis temporibus] Delendum est illud, a auctore eodem illo libro.

Tamen quem erat aequissimum] Hic quoque unus est iis locis, ex quibus de bonitate atque integritate illius bri, quo usus sum, existimari facile potest.

Funeri tyranni, si illud funus fuit] Idem significa quod superiori oratione, cum *insepultam sepulturam* & paulo infra, cum *semustulatum Caesarem*. Confer tem hunc locum cum aliis editionibus, facile, qu nobis praestitum sit, intelliges.

Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumeri libus chirographis loquar?] Haec ipsa verba repetita in ea pagina quae proxime sequitur. Neque dubito ea hinc tollere atque expungere, si judicio meo pos uti, quam veteris libri auctoritati parere voluissem. mihi quidem hoc loco plane otiosa & supervacanea vi tur. eo magis quod plerique omnes veteres libri ha parte mutili & depravati reperiuntur. quod & Ferra testatum reliquit.

In ejus tetrarchia unum] Vox, *unum*, aberat ab libris: & in eadem male scriptum erat, *tetrarchia* Hunc autem locum explicat Victorius cap. 23. libri variarum lectionum.

Sine nostra] Ita aperte scriptum est in optimo li ut inanem esse conjecturam Ferrarii appareat.

Cum tua quid interest] Non libenter facio, ut ope meam venditem: sed idem facere non possum, qui ctorem admoneam his & talibus locis, ut hanc editio cum aliis conferat: quo magis intelligant omnes, frustra a me librum illum, quo usus sum, tam s laudari.

Cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es] In omnibus libris vox *coloniam* desiderabatur.

Illinc abieris, vel potius paene non abieris] Ita ca vi legendum e corruptis verae scripturae vestig quae haec erant: *illim cavieris, vel potius paene habueris*.

Cum hac in manum latione tua] Haec scriptura est teris libri: quam corruptam esse sentio: quomodo em danda sit, dispicere equidem non queo.

L

Digitized by Google

litterae, cura] Ita est in optimo libro: ut constet, ementer falsos esse eos, qui hoc loco crediderunt ndum *litteratura*: & id nomen pro eruditione accepe-

IN ORAT. III.

ertus autem dies] Mihi quidem nihil est exploratius, m hanc sententiam e Demosthenis Philippicis expres- esse: sed nunc non succurrit locus.

Nec optantibus] Manifesto falsum est, quod in aliis tur, *nec opinantibus*. quid enim est aliud, *nec opinan- is*, quam *nec cogitantibus*?

Quis enim unus fortior, quis amicior] Melius, quam antea legebatur: *Quis enim unus fortior ac amicior.* haec si, ut ante dixi, singillatim persequi cupiam, gus sim.

Cujus etiam natura pater] Alii, *naturalis pater*, quod Latine (*) satis dicatur, subdubito. Illo autem alte- modo locutus est Terentius:

Natura tu illi pater es, consiliis ego.

Lautissimi, & plurimi, & honestissimi] Quod duae tremae voces a vetere libro abessent, librarii esse cul- i existimavi.

Locupletis quidem certe] Vetus liber, *locuplentis*. quod dem magis confirmat id quod supra dixi de adverbiis es, *quoties*, & similibus.

Lambalio quidam] Minime negligenda sunt, quae de nomine disputat Victorius capite quarto decimo libri timi decimi variarum lectionum.

Ut tibi Julia natus ignobilis videatur] Ita plane scri- m est in optimo libro, cujus auctoritas apud me quidem ge plurimum valet. neque tamen rationem ullam di- cere possum, qua hanc scripturam tuear. Octavianus m, de cujus nobilitate hic agitur, non Juliam, sed iam, ut notum est, matrem habuit. Itaque aut *Ju- liae*

*) Latinum esse, docet Gronovius ad Liv. Epit. LI.

Digitized by Google

liae nepos, aut, ut Ferrario visum est, *Juliae fi natus*, aut, quod mihi aliquando in mentem venera *Julia prognatus* legendum videretur. Verum enimve totam rem accuratius considerenti, ita optime & facil me purgari videtur locus hic posse, si pro *natus* leg mus *nata*: quo autem argumento movear, ut ita c dam, ex his quae subjiciam intelligetur. Octavia ignobilitatem objecerat Antonius. eam Cicero mol omnibus removere conatur, atque ostendere, Octavi num neque paterna, neque materna stirpe ignobilem es Ad paternam quod attinet: patres Octavianus habi duos, natura C. Octavium, adoptione Caesarem. A hoc quidem posteriore ignobilis haberi non poterat. qu enim Caesare nobilius? Itaque hoc primo argumen Cicero utitur: idque, quia satis per se notum erat, ne verbo concludit, cum ait: *Ignobilitatem objicit C. Cae saris filio.* Sed & priorem illum nobilem fuisse confi mat ex eo, quod, si vita suppeditasset, consul era futurus. quod & Suetonius testatur his verbis: *Decer Macedonia, prius quam confiteri se candidatum consula posset, morte obiit repentina.* Inde transit Cicero ad ma trem Octaviani, eamque nullo modo ignobilem fuis confirmat. Exagitaverat eam Antonius, primum ut fo cinam. Hoc repellit Cicero, primum ita, ut munic pium illud honestissimum esse, semperque fuisse docu neque ulla re inferius Tusculo, unde ipse Antonius ma trem habuerit Fadiam. ad postremum etiam addit, I Philippum, & C. Marcellum, clarissimos viros, il Aricinam uxorem, hunc Aricina natam habere. Ac quis putaret, Attiam in municipio suo ignobilem fuis docet, eam quoque utraque stirpe nobilem esse. Na enim patre quidem, non Bambalione quopiam, aut di sore, sed M. Attio Balbo, homine praetorio: matre ve Julia C. Julii Caesaris sorore, id est, ex eadem gente, qua matrem suam esse gloriaretur Antonius. Addit alia, sed quae necesse non sit persequi: hoc enim tu tum docere volui, cum de Attia hic agatur, *nata*, n *natus*, legendum videri.

Et ante diem] Hic erratum est a librariis nostris. le bendum enim est, *& in ante diem.*

An ulla contumelia est] Hic quoque nescio quid ein

Digitized by Google

tem venerit. Scribendum enim, *Nulla contumelia* de hoc autem loco aperui alias quid mihi videretur.
l. Vellejus] Vetus liber, *M. Vehilius.*
. Antonius] Scribendum e vetere libro, *L. Annius.*
ihil enim maluerunt] Ita plane: non, ut in aliis, *averunt*. quae autem major felicitas, quam cuique id d quisque velit obtingere?
raeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum] Sic & entius in Eunucho: *Sceleſta, ovem lupo commiſiſti.* edam autem ad hunc locum pertinentia tradidit Victo- cap. 21. libri primi.
opulum & magiſtratus foro excluſerit] Optimus li- , *exousſerit*. *excluſeris* tamen malo.
ld diſperditionem urbis] Idem liber, *diſperſionem.*
rguendus eſt] Antiqua ſcribendi ratio. ſic & in ora- e proxime ſequenti: *Tenetur, premitur, urguetur.* n ſeptima: *Urguebamur armis domeſticis.*
ontra multitudinem bene ſentientium] In aliis libris, *multitudine*. quod non improbo. eadem enim ſenten- efficitur.
ucundiorem autem faciet libertatem] Euripides: ὡς ἡδὺ πολίταις μεμιγμένος πόνος.
e ſumma republica] Ita legendum: non, ut in aliis s, *de ſumma reipublicae*. quo de genere loquendi fu- diximus. Sic & paulo infra, *ad ſummam rempubli- pertinere.*
optime de rep. meteri] Alii, *prometeri*. quod an Latine tur, addubito.
a ſenati populique R. poteſtate] Hoc quibus inſolens batur, fecerant, *ſenatus*. Sed utrumque recte dici, o jam eſt qui neſciat. Quae autem praeterea in hujus ionis extremo mutata ſunt, in iis, ut in aliis, quae, vitatis cauſa, ſilentio praeterimus, fidem optimi co- ſecuti ſumus.

IN ORAT. IV.

equentia veſtrum incredibilis Quirites] Incredibile di- eſt, quam ſaepe, quamque pertinaciter in eo veteres rii peccaverint, ut pro *Quiritium* nomine, aut *Quinti* nomine, cum eorum utrumque una littera *Q*, aut us *Qu* notatum viderent ab iis qui ſcribendi compen-

dium secuti erant, modo *quae*, modo *quem*, modo *qui*, quidvis denique potius, quam quod oportebat, scriberent. quod etiam ab eo qui veterem illum librum, quo usus sum, descripsit, in hac oratione saepissime factum est. at mihi quidem difficile non fuit errorem illius animadvertere, neque opus magno ingenii acumine ad intelligendum, quem in modum ea, quae ipse in eo genere peccarat, corrigenda essent. Non eadem ubique ratio, neque tam expedita & facilis ad emendationem via. Sunt enim quidam loci, qui, cum eandem ipsis erroris maculam similis librariorum asperisset insciticia, non minus perspicacium fugerunt oculos, sed ab acutissimis hominibus, qui cum mendum viderent, manus ei tollendo admovere tentarunt, magis etiam sunt contaminati. qualem mihi nuper unum sane insignem homo incredibili doctrinae copia, ingenio vero singulari ac prope divino praeditus, Jo. Auratus indicavit. Est autem is apud Ciceronem libro secundo de divinatione, ubi de Sibyllinis versibus ita scriptum est: *Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poëma declarat, (est enim magis artis & diligentiae, quam incitationis & motus) tum vero ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versus litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quae Ennius fecit. id certe magis est attenti animi, quam furentis.* Quis non ad hunc usque diem assensum dederit praestantis viri, amicissimi mei, Pauli Manutii judicio, qui totum illud, *quae Ennius fecit*, inducendum, ut praecedentis verbi declarationem, putaverat? Non ille, cujus aciem nulla talis unquam erroris caligo hebetarit, Auratus. vidit enim, hoc ipsum fuisse, quod ex illorum Ennii versuum primis litteris connexum est. *Q. Ennius fecit.* Nam quod veteres poëtae Graeci non nunquam fecerant, ut quasi metuentes sibi a plagiario nomen suum interfererent poëmatis suis, (inde enim illi sunt, Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη, &, τὰ τοῦ Φωκυλίδου, &, τοῦ Πυθαγορείου Ἱππάρχου, τοῦτο δόγμα φρενῶν; & ejusdem, Μόνου τοῦ Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπίνης) id igitur Ennium elegantiae quadam, & minus pervulgata ratione fecisse. quomodo & Plautinarum fabularum nomina praetexta esse iis versibus, quibus explicatur earum argumentum, videmus.

Et spem reciperandae] Alii addiderant, *libertatis*. Infra. ad remp. enim refertur.

Q

Quodsi id ante facere] Ita putavi legendum: cum in ere libro esset, *fiit*. Saepe enim litteram *t* pro *d* in positam videas, ut in his, *illut*, *aliquit*, *aput*, & ilibus.

Ex omnium saeculorum memoria] Haec est scriptura ustissimi libri: quam cum repudiaret Ferrarius, aliud se eum puto.

M. Antonii réditum] Vetus liber, *tuum M. Antoni itum*. mihi tamen quod impressum est, magis probatur.

Reperit] Alii, *ceperit*. utrumque ferri potest.

Ut exercitum invictum ex paternis militibus conficeret] ii, cum in quibusdam veteribus libris reperissent, *ex iis militibus*, putarant legendum, *ex Hispanis*. inepte. id quoque dubium non est, quin, *conficeret*, melius atur, quam ut illi legebant, *conduceret*. Sed haec & ia spero, etiam tacente me, omnes facile cognituros.

Praeclare & loco Quirites] In aliis, *praeclara & lu lenta*. utrum melius sit, dubitaturum arbitror neminem.

Arcessitae] Ita plane est in vetere libro: non, ut in is, *accersitae*: ut hoc quoque non nihil eorum opinio m adjuvet, qui *arcesso*, non *accerso*, dicendum putant.

Septemdecim dies] Alii, *decem & septem dies*: quod tine dici non puto.

Quod ab iis actum diceretur] Alii, *quod ei egissent*, t *quod ab iis actum diceretur*. mihi quae in vetere li o non erant, visa sunt redundare.

Ad urbem futurum] Melius, quam quod ediderunt i, *ad urbem venturum*.

Ad urbem, vel in urbem potius] Totum hoc, *vel in ur n potius*, aberat ab aliis libris: quod tamen mirifice sententiam pertinet.

In pecuniis locupletium] Hic quoque vetus liber habet, *uplentium*.

Et animos hominum] Ita vetus liber: non, ut alii, & *imos molliet*.

Ad nostrum civem mittimus] Alii omnes libri hoc loco utili erant. Sed talia piget particulatim annotare: ita alta sunt. quod intelliget, quisquis hos libros cum aliis nferre voluerit.

Familiam ducit] De hoc loco quiddam dixi in libris riarum lectionum.

Digitized by Google

Quanquam eſt magnus illa aetati] Ablativus antiquus, quem qui non agnoſcebant, ſcripſerant, *illi aetati*.

Quemcunque magiſtratum petet] Ita conjeci legendum: cum in vetere libro eſſet, *quem cumquem acpetet*. nam cavi enim, fuiſſe in vetuſtioribus, *quemcumque magiſtratum petet*. quod autem alii ſcripſerant, *quaecunque appetet*, manifeſto falſum eſt.

Ut haberi per leges liceret] Hic quoque conjectura aliquid datum eſt. nam in vetere libro erat, *per ut haberi leges liceret*.

Longe ſane diverſa eſt] Ita melius viſum eſt, quam ut alii ediderant, *Longiſſime diverſa*. In vetere quidam libro legitur, *longiſſame diverſa*.

*Omnium * atque factorum*] Suſpicor deeſſe vocem, *dictorum*.

Qui de legione ſecunda & XXXV] Dele illud, &, auctore optimo libro. notae autem illae triginta quinque milites, non trigeſimam quintam legionem ſignificant.

Quae ſi erunt ſine mora, matureque decreta] Haec locum corruperat Ferrarius, cum in libros, a quibus hae voces aberant, incidiſſet.

IN ORAT. V.

Quantam populo R. laudem, quantam gloriam] Has poſtremas voces, cum in aliis omnibus deſiderarentur, e vetuſtiſſimo libro addidi.

De quo graviſſimum & ſeveriſſimum judicium] Has quoque illae, *& ſeveriſſimum*, ab aliis omnibus abeſt.

Dubitate quid agatis. At non cadunt haec in Antonium? Alii, *Dubitatis*? *an non cadunt haec in Antonium*? Si quis dubitet, quin id quod nos edidimus, meliſſime ei ut placeam, non laboro.

In forum inſinuandi] Alii, *introëundi*: quod non probo. Sed veteris libri ſcripturam exprimere volui.

Num etiam armorum interpretes erimus?] Conjectura tantum ductus hoc immutavi. nam in vetere eſt, ut in aliis, *quaerimus*.

Calebant in interiore aedium parte] Verbum, *calebant*, quo nullum elegantius, aut aptius huic loco reperiri poterat, alii omnes omiſerant.

Digitized by Google

. C. numquam facta] Ita melius, quam, ut in aliis, *quam facta.*
ivet animus] Alii, *pavet*. sed hoc malo.
Num, quod caput est, leges nostras moresve novit?] ge, ut in vetere libro, *quod maximum est.* Sed hoc que ab aliis omnibus omissum erat.
onjectum] Alii, *collectum*. sed ita legendum, ut nos erem librum secuti scribendum curavimus, etiam Viius acute conjecerat.
m caussam] Alii, *haec caussa. Em*, autem, pro *hem*, *en*, saepe in Terentio Petri Bembi, & in antiquisli- libro epistolarum Ciceronis, qui Florentiae est, legi- Sic & infra: *Em ad quem legatos mittamus.*
llam impuritatem coeni fuisse] Ita plane legendum, ut in optimo omnium libro: & in iis praeterea, qui ab lrea Navagerio V. C. emendati circumferuntur.
Nunc vero cur abrogandas censeam, quas judico non atas?] Ferrarius deleverat particulam, *cur*, & pro , substituerat, *non*. Sed non viderat, hoc Cicero- dicere, nihil opus esse, eas leges abrogari, quae ogatae quidem essent.
ost conditam urbem] Haec verba alii omnes praeniserant.

IN ORAT. VI.

ustitium edici] Ita optimus liber. neque caussa ulla , cur magis probetur, *indici.*
le dilectus habeat] Ut semper in antiquissimo epiarum codice, & fere semper in Pandectis Florenti- ita in eo etiam libro ex quo haec emendata sunt, per hoc nomen per *i* litteram, non per *e*, in prima iba scribitur.
uo vinolentia] Alii, *violentia*. Vetus liber, *vinulentia.*
anquam pestifera flamma] Hoc loco in vetere libro ia legitur, quomodo saepe scriptum in aliis libris cribus videre memini.
umma in remp. merita] Alii, *sua*. inepte: cum sasequatur, *eorum.*
lovi violentiam] Liber vetus, *vinolentiam*. quod ta- hoc quidem loco non placet.
[oram eximere nullam] Omnino assentior Ferrario,

Digitized by Google

molliorem hanc & magis perſpicuam loquendi rationem videri. Sed tamen, ne plane acquieſcam, impedit verum librorum conſenſus, quibus in omnibus ita locus hic legitur: *Horam exhibere nullam in tali cive liberam, ſine ſcelere non poſſumus*. quanquam enim ſententia e illis verbis elicere nullam queo, non temere tamen pu esſe, quod omnes veteres librarii, quaſi compacto, i ſcripſerunt.

Sententiam dicere?] Cum haec verba in aliis libris deſiderarentur, fuit, qui conjectura fretus, addito ver *eſſe*, ſententiam expleverit.

Non otio ſuo] Haec quoque ab aliis omiſſa, a nob reſtituta ſunt.

Plancum qui omnibus ſententiis] Aberat & hinc *Plan ci* nomen: quo tamen detracto, ſententia explicari n poteſt.

Nequitia eſt, ſcelere] Ali pro, *ſcelere*, ſcripſer *ſcelus eſt*. ut huic vulneri quaſi cicatricem obduc Mihi ſemper religio fuit talia audere. In veteri poſt vocem, *ſcelere*, parva quaedam lacuna eſt.

Num quisnam eſt veſtrum] Alii ſcripſerant, *nam pi piam:* & probam vocem, ac cum aliis, tum Cice ipſi uſitatam ex hoc loco exturbaverant.

Patronum dicere auderet?] Alii, *tutorem*. Sed me rem eſſe ſcripturam noſtram, res ipſa, ut ita dic clamat.

Quem cenſorem?] Alii, *quem Caeſarem?* quod pu ineptum puto

Extorquebit iſtis res ipſa publica] Vetus liber, *r ſa* P. Suſpicor legendum, *res ipſa*, & illud, *pub* inducendum.

IN ORAT. VII.

Revireſcere] Ita optimus liber, non, ut in ali *revivifcere.*

Sed ut conditiones ferret, leges imponeret] Ne Ferrario aſſentiatur, temere affirmanti, duas poſtre voces in nullo libro vetere extare: teſtificor, eas in omnium optimo legi.

Idem quaſi providi cives & ſenatores] Hic quo Ferrarius fruſtra ſe torquet, & in media luce ipſe

Digitized by Google

ebras objicit. integra enim est vulgata scriptura: & antiquissimi libri confirmat auctoritas.

Suscipiunt ut patris patrocinium] Ita plane legitur in eodem illo libro: non, ut in aliis, *suscipiunt partis patrocinium.*

Quos quidem a se primum numerare possunt] Quiddam ad hunc locum pertinens notavit Victorius capite ultimo libri duodecimi variarum lectionum.

Populares habebantur] Melius, quam ut in aliis, *populares appellabantur*. etsi hoc Ferrarius in omnibus vetustis libris legi ait. vellem, de iis tantum locutus esset, quos ipse viderat.

In reip. salute defigeret] Quod in aliis legebatur, *conferret*, ineptum esse crediderim ad hoc, quo de agitur, declarandum.

Devinxit] Alii, *conjunxit*. periodus autem, quae proxime hoc verbum sequitur, argumento esse potest, liber, quem nos dilaudamus, quanto praestet eis omnibus, quos Ferrarius viderat.

Tum autem illustratur consulatus] Affinis sententia illi Horatianae:

Nam convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adversae nudare solent, celare secundae.

Periculose dico] Insigne exemplum ἀποδιορθώσεως.

Inconstantia, levitate, mobilitate] Hic certe *levitatis* nomen ita accipitur, ut apud eos qui probe locuti sunt, accipi negat Gellius.

Quid cum Brutum omine quodam] Vetus liber, *homine quodam.* Sed hic error frequens est in veteribus libris.

Liberati regio dominatu videbamur: multo postea gravius &c.] Quatuor voces hoc loco, quae in aliis editionibus usquam apparebant, veteris libri ope restituimus.

Eum qui Mutinam, coloniam firmissimam &c.] Hic quoque locus mutilus circumferebatur: ut intelliget, qui hanc editionem cum aliis conferre voluerit.

Non quaeret urbe expulsos?] Ita emendavi, duabus veteris de meo additis. nam in vetere erat, *quaeret ur expulsos.*

Bellum obvolutum] Hic quoque non nihil conjecturae locatum. vetus enim scriptura est, *bellum ovolutum.*

Vacuum omni metu] Quid melius excogitarem, non habui: cum in vetere libro scriptum esset, *vaquum ni metu*.

Prospicientia] Hoc vocabulo posthac auctiores erunt ii libri, quibus Ciceronianae voces ordine disposita continentur.

Consilium intelligi defuisse] Antea, *consilium intelligendi defuisse*: quod loquendi genus barbarum puto.

Praedicam] Multo melius convenit cum aliis verbis, quae hic posita sunt, quam quod antea legebatur, *praedicabo*.

Coamentari] Cum verbum hoc in optimo libro sine littera *g* scriptum vidissem, initio judicavi librarii errorem esse. post, tota re mecum diligentius considerata, in eam opinionem adductus sum denique, ut certo existimem errare eos, qui aliter scribunt. ita enim mihi persuadeo, cum *amenta* dicantur ea, quibus ad ligandum armamur, & *coamentare* nihil sit aliud, quam colligare, harum *g* temere hanc ab imperitis hominibus importatarum esse.

Frequentisfimi]. Vetus liber, *frequentisfimei*. Sed *ei* unei pro *uni*, & *vei* pro *vi* nonnumquam in eo scripta legitur quae scribendi ratio Romae in vetustis marmoribus frequentissima est.

In gradibus Concordiae fleterunt] Optimus liber, *fleterunt*. malim tamen, *fleterunt*.

Oppugnant, iis pacem &c.] Idem liber conjunctim, *oppugnantis*. ex quo cum alii fecissent, *oppugnanti*, coacti postea, pro *esse*, scripserunt *habere*: ut constet orationis ἀκολουθία. meam conjecturam spero probabilem visum iri.

Magna pax Antonio cum iis: his item eum illo] Al. *Magna pax Antonio cum eisdem? his cum illo?* Sed hospitem in Latino sermone esse oporteat, si quis, uter verius atque elegantius sit, dubitet.

L. Nasidio] Vetus liber, *L. Visidio*.

At vero excitati, erecti] ita est in libro vetere: non ut in aliis, *citati*.

Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior] Mirum videri poterat, Ciceronem tota hac oratione nihil dixisse de iis, quae ad senatum relata erant: cum haec postrema verba in aliis libris, magno librariorum flagitio, non essent.

Digitized by Google

IN ORAT. VIII.

icit L. Caesaris amplisſimi viri] Haec eſt veteris liſcriptura, quam qui repudiarunt, parum conſidefecerunt.

Ut & luctu ſororis moveretur, &c.] Per Ferrarium ſtetit, quo minus hic locus mutilaretur, detractis uot verbis, quae tam Ciceronis ſunt, quam reli- oratio.

Ut milites fiant ſine vi, ſine multa?] Alii, *ſine tu- tu*. inepte. multari enim interdum neceſſe erat, qui, itiam detrectantes, profiteri ac nomina dare nolebant.

Mutina obſidetur. ne hoc quidem bellum eſt?] Neſcio d eſſe dicam, quod in optimo libro locus hic ita dematus legitur: *Mutine dominaretur ſeturna opſidetur. hoc quidem bellum eſt?*

Conſulem fortisſimum virum] Melius quam ut in aliis, *fortisſimum virum.*

Praeſertim cum illud eſſet aetatis.] Hoc quoque venuis quodammodo videtur, quam quod in aliis legitur, *t eſſet illius aetatis.*

Qui conſuli armatus obſiſtit, deſignatum coſ. oppugnat] ſere depravatus erat hic locus in aliis omnibus libris, quibus ita legebatur: *qui armatis conſulem deſignatum ugnat.*

Primum non modo non in diſſenſione & diſcordia civium] i omiſerant duas voces, quibus detractis ſententia ex- ari non poteſt. Hoc enim dicit: bellum hoc civile e quinum ordine: ſed cetera omnia fuiſſe in diſſenne civium: hoc primum eſſe, in quo omnes cives non do non diſſentiant, ſed etiam mirabiliter conſentiant concordent.

Ad aquas usque & Puteolos] Alii, *ad aquas usque teolanas*. Sed noſtra melior. ita enim *aquas* ſine ulla ectione dicebant, ut alibi, *Me unum feci ex iis, qui aquas veniſſent.*

Viderunt enim ex mendicis) Ne quem moveat Ferras, affirmo, eam, quam nos edidimus, vetuſtiſſimi libri ipturam eſſe.

Immo aliae cauſſae juſtae: haec neceſſaria eſt] Multae it belli cauſſae juſtae quidem, ſed non neceſſariae. depulſio ſervitutis non juſta ſolum, ſed etiam neceſſa-

ria est. in aliis libris legebatur: *immo alia causa jus necessaria est*. subesse mendum, viderat & Ferrar quo modo tollendum esset, videre non potuerat. ne quidem, sine veteris libri ope, potuissemus.

Atque vis eum te esse, qui semper pacem optaris] Q hoc elegans? quam Ciceronе dignum? at quod ante gebatur, quam frigidum? ita enim legebatur: *Atq qui semper pacem optaris.*

Et utiles, & e rep. civis] Alii, *& utiles reip.* quod nos edidimus, melius esse, si quis neget, au vidia non careat, aut judicio careat.

Non enim cives omnis] Liber vetus: *non enim cives*. atque ita imprimi jusseram.

Ut membrum aliquod] Melius, quam quomodo *ut aliquid membrorum.*

Facinerosum] Ita est in libro vetere: ne quis erra a librariis putet.

Expugnari] Perperam in aliis legebatur, *expugn.*

Melior fiat Antonius] Graecorum more dixit, pro quod est, potentior. ut apud Horatium, *Tydides melior patre*. &, *Cervus equum pugna melior.*

Per quem lata est urbs ea] Melius, quam, ut in ali *sublata.*

Fore ut omnes] ἀναγλύφον. quod alii ut fugerent, c contra fidem veterum librorum addiderant verbum, pessi sed quae stultitia est, ea emendare velle, quae confi teres illos, ornandae orationis causa, interdum de in striа consectatos?

Quanquam mihi quidem nullum] Redundant voces quae ab aliis adjectae sunt: neque ullum earum est v tere libro vestigium.

Ut ab Alexandrea] Saepe ita veteres vocabant, c nos nunc *Alexandriam*: & *Dareum*, quem nos *Da*

Se renuntiaturum senatui] Corruperant alii senten additis duabus vocibus, hoc modo: *Se non ante re tiaturum senatui.*

Se ipse repudiandus] Optimus liber: *Sed ipse est repudiandus.*

At quam modesta mandata? ferrei sumus, &c.] vocem unam in duas divulserant, scripserantque hoc do: *At quam modesta mandata fert? ii sumus &c.* haec, ne vivam, si non ita multa sunt, ut admone

Digitized by Google

Praeſertim cum veniat in mentem, poſſe alicui ſer-
:m dari, me id jactandi mei, atque aliorum infectan-
ausſa facere. a quo tamen longisſime abſum. Sed
or rurſum, ſi tacuero, ne quis me gloriolam quae-
dicat ex eo libro, qui jam aliorum opera ſatis emen-
s eſſet. Utinam igitur, ſi qui hoc forte dicent, quo
ertius faciant, capiant laborem hujus editionis cum
conferendi.

is etiam praemia poſtulet] Legendum, *poſtulat*. &
nda interrogationis nota. *Lyſiade*. legendum, *Lyſide*.

tioſus videlicet eſſe mavult] Alii ſcripſerant, *malo*. &
rant haec verba eſſe Antonii: cum ab ipſo Cicerone
ntur. nondum tamen plane perpurgatus videtur hic
s.

Eſt enim annus] Optimus liber, *Eſt enim jam annus*.

et tu acta Caeſaris defendis] Haec omnia omiſerant
, ſcripſerantque tantum, & *tua*. Ferrarius tamen men-
m eſſe locum viderat.

etiam ſeducere] Ita poſitum, ut in illo Terentii,

Poſt Pamphilus me ſolum ſeducit foras.

ote autem ſcripſerant alii, *reducere*.

Aut mors propoſita victo]' Quanto hoc melius, quam
id in aliis legitur, *expoſita*?

Aut cogitare, aut facere, aut dicere] Horum trium
id primo loco eſt, alii omnes omiſerant.

Quam captivi frugi] Optimus liber, *quam captivi ſervi
gi*. In ea autem oratione quae proxime ſequitur, etſi
s multa a nobis emendata ſunt, (quod ex collatione
elligi cupimus) tamen quod omnia erant ejusmodi, ut
itationis nihil habitura viderentur, nulla eorum quaſi
enſione opus eſſe duximus.

IN ORAT. X.

*Quas enim ipſe mihi partis ſumſeram, eas praecepit
itio tua*] Ita optimus liber. quanquam autem Ferra-
s id quod in aliis libris legitur, ſibi valde placere ait,
nen aut ego nihil video, aut hoc noſtrum multo niti-
is eſt, multoque concinnius.

Quod

Digitized by Google

Quod mihi maximam admirationem movet] Nihil neces haberem testari, hanc esse scripturam vetustissimi libr nisi Ferrarius falso affirmaret, in omnibus veteribus hoc legi: *quod me maxima admiratione movet.*

Di meliora, inquies] Hoc responso nihil vehementiu nihil ad rem accommodatius cogitari potest. At quod aliis legebatur, *D. Brutus melior est, inquies:* ita re languidum, ut jaceret. E talibus locis de illius libri i nitate existimari licet.

Hoc vero Q. Fusi cupio sine offensione] Alii, cupi mutarant in *copiosius:* deinde cum pendere ac nec orationem viderent, quasi tibicinem, quo ea fulcirent addiderant verbum, *quaero:* cum recte in veteribus bris legatur, *queri.*

Quo S. C.] Ita habet optimus liber: recte & ver quicquid dicat Ferrarius.

Bonis obtrectandi] Si Ferrarius eum librum vidisse quem nos divina quadam virgula nacti sumus, non dix set, in omnibus veteribus libris legi *bonos.*

Quid tibi, quod sibi quisquam velit, non relinquetur] Vividum hoc, ut ita dixerim, & vegetum orationis nus: at illud alterum abjectum & enervatum: *qui tibi lit obtrectare, non relinquetur.*

A C. Antonii scelere] Ita emendavi: cum in vet libro legeretur, *a Catonis scelere.*

Perditores] Melius, quam, ut in aliis, *proditores.* vare enim & *perdere* adversantur.

Exercitum & respectum pulcherrimum] Duas voces hoc loco aliorum vel negligentia vel audacia fustu

A primo ore Graeciae] Ita plane scriptum est in claro illo libro.

Etsi ne C. quidem Antonii] Alii, *etsi ne illa qui Antonii.* vetus liber, *Etsi nec quidem Antonii.*

Volasse eum, non iter fecisse diceres] Vide Victor cap. 17. libri XXIII.

Extrusimus] Alii, *exclusimus.* Sed hoc sine con versia melius. non nihil autem hic conjecturae dan nam in vetere legebatur *extruimus*

Certus. si modo erat ullus, exercitus] Ita plane sc ptum est in optimo libro. nam ceteri quidem omnes fa de admodum depravati erant. lege autem caput 12 15. variarum lectionum Petri Victorii. juvabit enim

Digitized by Google

quam prope singularis ille vir ad veram scripturam lectura sua accesserit.

mma virtute, gravitate, constantia] *Gravitate* hoc carebant alii omnes libri.

Itqui hujus animum] Vetus liber, *atquin hujus ani-*. non est autem dubium, quin prisci illi & *atquin*, *alioquin*, ubi vocalis sequebatur, scribere soliti es-

Ve illorum simulatio] Etsi hoc verum videtur, non ebo tamen, discrepare ab hac veteris libri scripturam. quod hic *simulatio* legitur, in illo est, *aemulatio*.

Horum obsit ignavia] Alii, *horum sit ignavia*. Sed um melius sit, quis non videt?

Quod si immortalitas] Homerica sententia, quam eru-, ut solet, tractavit Victorius capite undecimo li-15.

Non est viri, minimeque Romani] Praeclare. at frigi- quod in aliis legebatur, *Non est nostrum, nominis Romani*. emendata sunt & in sequentibus alia sane rima. Sed properanti multa necessario praetermitten- sunt.

IN ORAT. XI.

Magno in dolore] Qui hoc loco addiderant verbum , inepte fecerant, sententiamque corruperant.

Nocturnus introitus Smyrnam] Quod Ferrarius admonet quodam vetere libro legi *Zmyrnam*, sane in vetustis illo legitur *Sdmyrnam*, quod idem valet.

Ponite igitur ante oculos] Indicavi locum Aeschinis, de hunc expressum putarem, capite decimo libri octa- variarum lectionum.

Miserior igitur qui suscipit in se scelus] Platonicum in Gorgia : Πω. σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; Σω. βελτίων μὲν ἂν εἴην ἐγωγε ἀδικούμενος. εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. Sed multis aliis locis idem dicit.

Quid in cive de Dolabella judicandum?] Ita excudi : cum in vetere legeretur : *quid in cive de Dolabella icandi?*

Ulciſci cupit] Alii, *ulciſcetur*. liber vetus, *ulciſcupi-*. Sed duae postremae litterae alia quadam manu ad- ae videntur.

Ali-

Digitized by Google

Aliquando fuit meus] Vocem, *amicus*, quod a vet libro aberat, expunxi, ratus redundare.

Qui ex aedilitate consulatum petit] Male in aliis leg batur, *qui ex aedilitate ad consulatum*. quanquam ita in omnibus libris veteribus ait Ferrarius. sed videt non omnes viderat.

Quanquam leges eum non tenent. propter eximia credo, dignitatem] Ita liber vetus. in aliis autem de matus erat hic locus in hunc modum: *quanquam le eum non tenent. credo, dignitate.*

Pro alieno se aere &c.] Hunc locum Ferrarius e emendare se putaret, depravavit. nos veterem scrip ram in locum suum restituimus: cum eandem in optim libro reperissemus.

Quem ultae videntur furiae debitorum] Clarissi praestantissimi viri, Ubaldini Bandinelli conjecturam firmat optimus & antiquissimus liber.

Praeterii, T. Annium Cimbrum] Alii, *Caninium Cim brum*. vetus liber, *praeteriit Annium Cimbrum*. Sed f cile intelligi potest, eam litteram, qua praenomen in batur, errore librarii conjunctam esse cum ea voce, qu proxime antecedebat.

Quid enim atrocius potuit, quid severius de genere? Alii, *decernere*. vetus liber, *de genere*: ex quo conjec ram feci, legendum, *de genero*.

Gesta & confecta sunt] Ita aperte scriptum est in vetustissimo. nam ab aliis etiam calamo exaratis, multo minus veteribus, absunt duae illae voces, *confecta*.

Duas tamen tribus solas tulit] In aliis, *duas tamen tribus tulit*.

Cur committis Caesar, &c.] Hic locus in aliis om bus libris ita depravatus erat, ut intelligi non posset.

Imperatorem & ducem C. Caesarem. Imperium C. Cae sari belli necessitas &c.] Hic quoque unus est ex is cis, qui facile os obstruere superbis istis & fastidiosis nae industriae vituperatoribus possunt.

Ad virum fortissimum] Hujus orationis reliqua itemque magna pars sequentis in optimo illo exem deside ratur.

Digitized by Google

IN ORAT. XII.

l quasi per caliginem] Vide Victorium capite 14. li. 13. variarum lectionum.
osteriores enim cogitationes] Euripidis est: αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.
ium gravissimis tamque multis] De mendo suspicor: sine vetere libro nihil affirmare audeo.
[ustelas Saxasve contemnere] Ita plane habet optimus . quod eo moneo, ne quem Ferrarii dubitatio mo-

am facinerosi] Hoc quoque loco per *e* litteram, non *o*, in vetere libro vox haec scripta legitur.
uventutem omnem ex tota Italia excivimus] Nonius rcellus hoc loco legit, *excusimus*: omninoque ita in mo libro sine ulla litura aut interpolatione scriptum

deo semper periculo] Vocem, *semper*, ab omnibus ribus libris abesse ait Ferrarius. sed est in eo, qui s instar est aliorum omnium.
ed ii proficiscantur] Hanc quoque satis inconsiderate ulit: nam & est in libro omnium optimo, &, si juran- est, mehercule supervacanea non est.
Non duo praetores] Ita vetus liber: & paulo post: *duo designatos tribunos*. Sic & in epistolis: *Praeter nos loquitur isto modo nemo*. & apud Virgilium:

Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros.

s enim sum] Cogit me Ferrarius, ut hoc quoque loco atum relinquam, ne littera quidem una plus minusve ie editum, quam ut in optimo libro scriptum videbam.
um omnes actiones horum mensum] Corrupit hunc lo- Ferrarius. nam quo modo eum ipsi edidimus, & in imo libro legitur, & in iis qui ante Ferrarium editi nt, legebatur. nisi quod *mensum* scripsimus, ubi alii, *sum*. putavimus enim nihil esse, cur a veteris libri toritate recederemus. Sic & in epistola ad Ap. Claum: *Prope jam undecim mensum provinciam factam esse debam*. & ad Trebatium: *Nam primorum mensum lis- tuis vehementer commovebar*.

Vo-

Vobiscum nec animo certe est, nec corpore] Quod ni quum est hujus orationis in optimo exemplari non erat.

IN ORAT. XIII.

A *principio*] Statim a principio hujus orationis in omnibus libris peccatum erat.

Conscleratisque] Plenius & vehementius, quam est in aliis erat, *sceleratisque*.

Dulce enim etiam nomen] Ab aliis aberat vox etiam quae tamen necesaria est.

Nam nec privatos focos] Homerus:

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἑκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ἀρητύνος.

Auctorem ipsum jure caesum fatemur] Ita est in vetere libro. & melius, certe quidem mollius, ac humanius, quam quod Ferrario placuit.

Sive faciebat, sive simulabat] In aliis omnibus hae tres voces hoc loco desiderabantur.

Remisisset] Male in aliis legebatur, *dimisisset*

Petusium] Ita liber vetus. alii *petisium*. alii *petis*.

Quod cum Antonio fecerimus &c.] Quicquid hic & aliis locis, quos silentio transii, mutatum est, omnino illo libro auctore mutatum est.

Est omnino fortium virorum] Pulcherrima & dignissima plenissima sententia, quae in aliis omnibus libris depravata erat, vetustissimi illius ope a nobis restituta est.

Etiamne, si erit, cum id fecero, serviendum fuerit: quod plane ineptum puto. vetus liber, unde conjeci legendum, *si erit.*

Si libera rep. possis] Insulsum est, quod alii dederant, *Si liberare remp. possis.*

Pacemque patiamur] Ita plane est in vetere libro. mihi quidem multo magis arridet, quam quod alii dedere, *potiamur.*

Sin otium incolumibus iis &c.] Hic quoque locus sana fide ex eodem illo libro descriptus est.

Ac mea quaedam officia in illum] Vocem, *officia*, mere sustulerat Ferrarius.

Quos potui amplissimos] Ita dictum, ut illud:

Digitized by Google

Quod habui summum pretium persolvi tibi.

ntes futuros in rep. Antonios] Duas hinc voces alii nimis negligenter omiserant, vel nimis audaciter lerant.

aetereo animo] Nihil causae erat, cur Ferrarius o mutaret in *omnino*.

rem acerbam] Et vero quidem acerbam. etenim hanc vocem in optimo illo libro reliqua omnia runt.

mque de singulis sententiis breviter disputo, P. C. dhuc feceritis, me attente audiatis] Est homo eruditus, qui post verbum *disputo*, addendum suspicatur *peto*: cujus conjectura mihi quidem valde probatur.

em tamen temperantem fuisse ferunt Isauri balneato- Jocus est in voce *temperantem*. cum enim dicere tur σώφρονα, ad balneatorum munus respicit, quorum quam temperare. Horatius:

Quo Chium pretio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus.

ius undis flamma] Hoc ipso proverbio usus est po. Augustus: cum significare vellet, se numquam filiam urbem revocaturum. quod his verbis narrat Dio XV. τοῦ δὲ δήμου σφίσιν ἐγκεκμένου τῷ Αὐγούστῳ, ἵνα μὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, ὥσπερ ἤδη μοιχάδα, ἐν τῇ πατρίδι ἴδοιεν.

nde Antoniorum nec facta &c.] Alludit ad illud ex e tragoedia: — *ubi*

Nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.

IN ORAT. XIV.

on justae belli internecini notae] Ita melius videtur, n *iniustae*.

opudium illud] Mihi quidem ita certa videtur haec ectura Ferrarii, ut dubitationi nihil esse loci exiem.

si quis Hispanorum] Ita plane legendum: non *at*. m autem modo depravatus est locus quidam libro

primo de finibus, qui ita legendus est: *An, Utinam essem in nemore, nihilo minus legimus, quam hoc idem Graecum: quae autem de bene beateque vivendo a Platone disputata sunt, haec explicari non placebit Latine?* Sic enim haec similia loco illi ex prima in Catilinam: *Anno vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum reip. privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendio vastare cupientem nos consules perferemus.*

Prid. Vin.] Eo minus dubitandum est, quin recte hic locum Ferrarius emendaverit, quod vidi veterem librum Venetiis, in quo legebatur *prid. Quin.* non, ut ex quos ipse viderat, *per id. Quin.* ita ut unam modo literam detrahere oporteat.

Quem? me imperatorem.] In aliis, *aliquem me imperatorem?* hunc locum conjectura tantum ductus, nunc ausus sum: sed quae ita certa videbatur, ut non ausus sem, quin quantum de illa, tantundem de opinione ingenii mei detrahatur.

Ad illam curiam suis potius quam reip. infelicem.] Ad curiam Pompejanam, quod in ea Caesar interfectus fuisset, infelicem ex eo nominaverant, hoc videlicet significare voluerant, eam reip. infelicem fuisse: utpote qua patri patriae nex allata esset. at Cicero eam magis potius infelicem esse ait, qui partes illas foverent, & quas Caesar fecerat, remp. opprimere molirentur. Inde quod in aliis legebatur, *viribus suis*, aut, *viris*, aut, *vitiis suis*: addita haec erant ab iis, qui, quam haberet illud, *suis*, non videbant.

Erit igitur extructa moles &c.] Multa sunt in hac orationis extremo, quae conformata videri possunt ad exemplum ejus, qua Pericles eos qui pro patria occubuerant, laudat apud Thucydidem libro secundo.

FINIS TOMI SECUNDI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google